ACACII ANTONII

DE RIPOLL

DOMICELLI,

PHILOSOPHIÆ AC V.I.D.

OLIM IN OSCENSI VNIVERSITATE legum Interpretis; nunc verò in Baiulia generali Cataloniæ, & in officio Magistri Rationalis pro S.C.R.Maiestate Assessoris, & Consiliarij,

VARIÆ IVRIS RESOLVTIONES,

multis diuersorum Senatuum decisionibus illustratæ.

OMNIA SVNT PRACTICABILIA QVÆ HIC resoluuntur, & quotidianæ Praxi frequentissima, vbi quamplurimæ constitutiones Cataloniæ declarantur.

PRODEVNT NVNC PRIMVM.

Cum gemino Indice, vno Capitum; altero Rerum & Verborum locupletissimo.

LVGDVNI,

Sumptibus Iacobi, Andreæ, & Matthæi Prost.

M. DC. XXX.

CVM SVPERIORVM PERMISSV.

CLARISSIMO AMPLISSIMOQVE

VIRO

D. PETRO DE SEVE,

D. DE MONTELY,

CONSILIARIO REGIO, IN PRÆSIDIALI
Curia Lugdunensi Præsidi, & in Suprema Dombarum
Curia Senatus Principi.



VSQVAM ſedent quietiùs, luculentiúſve ardent, quàm in orbe ſuo ſidera. Neque vſquam ſanctiùs, aut maiori cum dignitate, quàm in tuo ſinu recumbunt iuris lumina, PRÆSES AMPLISSIME. Tecum enim illa & quieſcunt, & mouentur. Ita ſe tibi explicuit Iuriſprudentia, vt ſi quid deeſſe ſibi videretur, à te acciperet. Ita te ſibi aſciuit, vt ſi quid in te ornamenti deſideraretur, id prolixiſſima voluntate, atque incredibili munificentia vellet in tuum decus non largiri, ſed profundere. Et verò etiam profudit. Ex quo enim ingenij molem in te, ſupra quàm dici poteſt, ſpectabilem iam à teneris vſque annis nacta eſt, eam magno impetu primùm quidem ambire voluit, mox etiam circumplexa eſt, deinde ita occupauit mentem illa iuris ſcientia, ita penitus inhæſit, vt iam in te, tanquam in iuſtitiæ

ã 2 ſolio

ſolio pronunciaret oracula. Hinc illa tāta,támque hactenus inaudita apud omnes ordinis Senatorij viros & nominis, & doctrinæ tuæ celebris existimatio. Hinc illa Lugdunenſi in administratione tanta laus,tantáque integritas. Hinc Dombenſis Curiæ tam diuturnus,tantáque omnium conſenſione atque applauſu affuſus tibi ſplēdor. Hinc denique ad omnia ſumma faciles decurſus. At nihil ſanè ſublimius,quàm quòd locus iam videatur deeſſe admirationi noſtræ. Vbi te vrbs Præpoſitum, vterque Senatus Præſidem,Conſilium Regis Senatorum,Ciues parentem,leges moderatorem viderunt,iam præter oculos Optimi Regis nihil tuis meritis par eſſe dixerūt: iam præter aures eiuſdem Principis nihil excipiendis tuis oraculis ſatis dignū ſe habere Gallia iudicauit. Iudicia porrò Galliæ quantum ipſi Chriſtianiſſimo Regi probata ſint, ſuperioribus annis luculentiſſimè declaratum eſt, cùm & ipſe te Rex audire dicentem voluit, & ita dicentem, vt quid in breuitate, & magnificentia dictionis poſſet eloquētia, iam tum intelligeretur. Neque vnquam,quod ego acceperim,in oratione vlla,quàm in tua vel lubētiùs, vel etiam gratioſiùs acquieuerunt aſſuetæ audiendis rebus maximis aures regiæ. Infixa eſt omniū animis ea tam Auguſtæ Maieſtatis cōprobatio. Atque vt tā ampla, támque regalis de te exiſtimatio peruagaretur ad omnes,debuit manare latiùs,& ab Rege ad totam deinceps Borboniorum familiā pertinere. Neſcio quo Dei conſilio factū eſt,vt te videret alter Galli-

cani

cani oculus imperij, lumen iſtius noſtri cœli alterum is,cui ab Rege proximè adludũt lilia, Optimi Regis frater Optimus. Hic te vt vidit,peramauit, & primò quidem eandem illã ampliſſimam de te ſententiã apud ſe tulit, quaſi cœleſti quadam animi anticipatione. Mox verò, vt etiam inaudiuit perorantem, tum demum præſagitione mentis egreſſus non tenuit ſe,quin ſemel,iterũ, & ſæpiùs dilaudaret oratorem ſuum, quaſi orationis tuæ triumphum non poſſet ipſe niſi commendationis ſuæ pompâ celebrare. Hæc illa enimuerò trophęa ſunt imperioſiſſima; ita inſigere regiis mentibus tua ſenſa, vt & applauſus regios, & regias teſtificationes auferant. Non eſt, opinor, modò quòd optentur, vel exquirantur Galliæ vniuerſæ de te iudicia. Quæ tametſi tibi & neceſſitudine, & cognatione coniunctiſſimos prouexit ad res ampliſſimas,nihil tamen videt,vel audit de te procliuius, quàm mirabilem quandam facilitatis tuæ cum grauitate mixturam,& temperiem tam aptam,vt qui dignitatem in te venerantur, mãſuetudinem ament plurimũ. Ita eſt.Habet illecebram temperata maieſtas,incredibilem in te ſuauitas maieſtatem. Mihi vterq; ille radius ita oppleuit oculos,ita menti illapſus eſt, vt niſi has iuris deciſiones tanquam tuum tibi patrimoniũ reſtituerem potius, quàm vouerem, tibi maximum aliquid de tuo ſublatum arbitrarer. VALE.

Tuus tibi ſemper addictiſſimus humillimúſque ſeruus

IACOBVS PROST.

ã 3

AMANTISSIMO LECTORI.

*C*V M *hisce retro elapsis annis* (AMANTISSIME LECTOR) *typis mundari curassem primos mei ingenij fructus, quos in illa antiquissima Sertoriana Oscensi Vniuersitate pepereram, publice ius ciuile interpretando, postquam in hanc ciuitatem Barcinonensem perueni, cautis horis, quibus à causarum patrocinio vacabam, delectationis modo, limare curaui scobinas aliquas, quas ob paucitatem meorum annorum (cùm nondum viginti annos eo tempore haberem) secum habebant, vt alacriùs ab eis, in quorum aspectu peruenirent, reciperentur. In quibus quidem commentarijs, quæ ad difficiliores leges, sub rubro ff.* de conditionibus & demonstrationibus, *causis & modis eorum, quæ in testamento relinquuntur, ea etiam omnia, quæ practicabilia erant, vt Theoricæ & Practicæ studerem, quæ potui diligentia texere curaui. Peruenerunt siquidem dicti fructus ad plures manus, & à doctioribus approbatissimi, & receptissimi, ab alijs verò solùm ea nota affecti iudicati fuerunt, quòd paucæ resolutiones referrentur, licèt subtiles interpretationes, & alia ingenij acumina continerent, ex his iudicaui, ea, quæ resolutiuè traduntur, à plurimis æstimari; quæ verò doctrinæ causa, parui fieri. Cùm autem pollicitus fuerim in fine Epistolæ illius libri (quam tibi dicaui) postpragmata alia noua ac maiora, auspice Christo Iesu, promere me curaturum, si ea grata forent. Ideo vt quæ tunc pollicitus fui opere adimplerem, omissis plurimis alijs laboribus, quos ad aliquos Digestorum libros contexeram, ad ea quæ magis placita sunt, & quæ resolutioni student, me addicere curaui, sicq; aliquas horas tam diurnas, quas in honesta delectatione fatigatus ex negotiorum diuersitate ac labore consumere poteram, & mihi licebat, quàm nocturnas, licèt illas à somno arriperem, decreui in his consumere, vt promissis satisfaciam, aliorúmque studio ac labori in inuestiganda veritate ex diuersis ac partitis locis quamplurima congesta in vnum habeant, veluti ex diuersis floribus ramum compositum cernimus, & collecta cernere possint.*

Quo animo hos meos labores tibi offero, velim acceptos haberi. hoc enim mihi debetur, cùm solùm intendam omnibus, quo meliùs possim, deseruire. grati animi est non paruum, aut magnum sit donum inspicere, sed quo intuitu & cogitatu offertur. Accipe hos igitur labores beneuola fronte quod si feceris, vt spero, alijs doctioribus patebit aditus, animúsque promouebitur maiora & grauiora onera subire, illáque tibi offerre. Vale.

APPRO

APPROBATIO DOCTORVM.

LEgibus humanis & iuri quid quadret, ij quibus de illis dicere conuenit, dicant: at ſaltem nihil hîc fidei diſſonum, & aduerſum proponitur, nihil quod Eccleſiæ aduerſetur; ſic dico. Actum Lugduni die 12. Decembris 1619.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT Epiſcopus Damaſci.

Idem teſtor DE VILLE.

CONCESSIO.

REſolutiones iuris varias, Auctore Acacio Antonio de Ripoll, typis mandari, & in lucem mitti, ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura non impedio, die 15. Decembris 1619.

PVGET.

PERMISSIO.

LIbrum qui inſcribitur, *Acacij Antonij de Ripoll Variæ Reſolutiones iuris*, in lucem edi, ac typis mandari permittimus IACOBO PROST, Bibliopolæ Lugdunenſi, ac ſimul, ne quis citra datam ei facultatem denuo excudat interdicimus. Datum Lugduni 17. Decembris 1619.

DE CHAPONAY.

SERIES CAPITVM.

ACACII

ACACII ANTONII DE RIPOLL

RESOLVTIONES VARIÆ.

CAPVT I.

De iurisdictione omnium iudicum, tam ordinariorum, quàm delegatorum.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictionis materia amplissima est.*
2 *Sententia admodum Reuerendi Cancellarij in causis contentiosum habentur pro lege.*
3 *Decisio pro lege habetur.*
4 *Iurisdictio quotuplex sit.*
5 *Iurisdictio alia est ordinaria, alia delegata.*
6 *Iurisdictio ordinaria quotidiana & frequentior est.*
7 *Iurisdictio Romani Pontificis suprema.*
8 *Iurisdictio Romani Pōtificis quadā ordinaria.*
9 *Locumtenens generalis an habeat iurisdictionem ordinariam, vel delegatam.*
10 *Locumtenens generalis morte Regis amittit iurisdictionem.*
11 *Locumtenens generalis est alter nos.*
12 *Iudex succedens in locum alterius iudicis an succedat in omnibus.*
13 *Causa quando dicatur commissa secundùm personam, vel secundùm officium.*
14 *Successor in dignitate habet iurisdictionem prædecessoris dignitatis.*
15 *Causa commissa alicui obtinenti officium quando competat successori in officio.*
16 *Duobus dominis habentibus iurisdictionem in vno loco discordantibus quid sit faciendum.*
17 *Præuentio in exercēda iurisdictione an prosit.*
18 *Communio ferè semper discordiam parit.*
19 *Pœna pecuniaria duobus dominis existentibus inter eos diuiditur.*
20 *Clerici an possint conueniri coram indice seculari pro damnis datis per eorum pecora.*
21 *Clerici contrafacientes statutis Laicorum à quo iudice puniantur.*
22 *Animalia clericorum damnum dantia an capi possint à iudice seculari.*
23 *Animalia clericorum damnum inferentia cuius iurisdictionis sint.*
24 *Animalia clericorum damnum dantia à iudice seculari capi non possunt sine interuentu curiæ Ecclesiasticæ.*
25 *Clericorum animalia in pascuis ligantur statutis secularium.*
26 *Clerici quando subsint statutis laicorum.*
27 *Clericorum bona sunt iudicis Ecclesiastici.*
28 *Clerici in delatione armorum an comprehendantur sub statutis secularium.*
29 *Officiales seculares an possint arma reprobata auferre à clericis.*
30 *Arma reprobata delata per clericos non gaudent priuilegio fori.*
31 *Clericus alterius diœcesis captus à iudice seculari an repeti possit ab Episcopo loci vbi fuit captus, licèt non suo.*
32 *Iudex secularis capiendo clericum quando committat sacrilegium.*
33 *Iudex Ecclesiasticus quando possit procedere contra Regium officialem, & n.34.*
35 *Episcopus clericum captum in sua diœcesi debet remittere ad suum Episcopum.*
36 *Iudex Ecclesiasticus an possit sententiam à se latam contra laicum exequi si causa sit criminalis.*
37 *Iudex Ecclesiasticus an possit exequi sententiam à se latam in causa ciuili contra secularem.*
38 *Iudex Ecclesiasticus an habeat territorium.*
39 *Iudex laicus an & quando teneatur auxilium suum iudici Ecclesiastico impertiri.*
40 *Iudex Ecclesiasticus quid facere possit si iudex laicus recusat suum auxilium impertiri.*
41 *Iudex secularis est defensor iurisdictionis Ecclesiasticæ.*

120 *Renunciare an poßit clericus iudicio cœpto contra laicum ne reconueniatur coram iudice laico.*

121 *Clericus in quibus casibus non poßit reconueniri coram iudice seculari.*

122 *Clericus an poßit corã iudice seculari reconueniri pro re quæ non habet connexitatem cum petitione.* 123.124.125.126.*&* 128.

127 *Confusio causarum est vitanda.*

129 *Clerici quando poßint capi à iudice seculari.*

130 *Matrimonialis causa à quo iudice sit decidenda..*

131 *Matrimonialis causa superueniens in causa seculari quid faciendum,&* 132.

132 *Mandatarius delicti an sit puniendus in loco mandati, vel commißi delicti.*

133 *Mandans quando teneatur de mandato.*

134 *Mandans & mandatarius an eadem pœna sint puniendi.*

135 *Præuentio an tribuat ius iurisdictionis.*

136 *Præuentio fit inquirendo,& capiendo.*

137 *Iudex secularis an poßit punire clericum falsum coram eo deponentem.*138.*&* 139.

140 *Cancellarius potest clericum falsò coram se deponentem punire.*

141 *Clerici an habeant ius habendi macellum, vsque ad n.*150.

142 *Macellum habere cuius iurisdictionis speciei sit,&* 143.

144 *Macellum in vim iurisdictionis clerici habere non possunt.*

145 *Macelli ius quomodo adquiratur.*

146 *Macelli ius consideratur, non vt ius iurisdictionis.*

147 *Permissum cẽsetur quod non est prohibitum.*

148 *Facultas quid sit.*

149 *Ius proprium quid sit.*

151 *Distinguere non debemus vbi lex non distinguit.*

152 *Macellum possunt habere Magnates & Barones pro sua familia.*

153 *Bestiariã clericorum an poßint depascere in pascuis communibus,&* 154.

155 *Pascua communia quæ dicantur.*

156 *Clerici ciues dicũtur si habitant in ciuitate.*

157 *Pascua sunt cõmunia omnibus habitantibus.*

158 *Clericatus quomodo probetur,& an sufficiat per testes.*

159 *Habitus non faciunt Monachum.*

160 *Publica contrectatio probat aliquid esse.*

161 *Titulus inducitur ex possessione & iusta credulitate.*

162 *Regaliæ an poßit nulliter prouideri, & an exsistente nulla poßit regaliato fieri cumulatio delictorũ aliorum,& n.*163.*&* 164.

163 *Qualitas regaliæ si deficiat annullat processum regaliæ.*

165 *Decimarum causa contra laicum vbi sint tractanda.*

166 *Spolium committitur si solitus soluere pensionem clerico negat possessionem.*

167 *Laicus in causa possessionis potest cõdemnari à iudice Ecclesiastico, & n.*168. *&* 169.

170 *Delinquentes in Ecclesia à quo puniantur.*

171 *Præuentio facta per reum, an impediat actorem ad agendum corã alio iudice.*172.173.

174 *Baro an poßit & quomodo existens in ciuitate Barcinone exercere iurisdictionem inter suos vasallos,& n.*175.176.

177 *Hospitalia, & res eorum, cui iurisdictioni subiaceant.*

178 *Episcopi an poßint visitare hospitalia laicorũ.*

179 *Clericus conuenitur in curia seculari pro debitis regalibus,&* 181.*&* 182.

180 *Qualitas tribuens iurisdictionem debet ante omnia probari.*

182 *Clerici amendatores iurium Regiorum conueniuntur in curia seculari.*

183 *Clerici subiiciuntur deputatis in rebus generalitatis.*

184 *Clericus citatus tanquam dominus laudatus in curia seculari an teneatur comparere, & n.*185.

186 *Ecclesiasticus iudex in causa possessorij rerum Ecclesiæ est verus iudex.*

187 *Clerici an ligentur praconiis iudicis secularis,& quid debeant facere.*

188 *Clerici an ligentur secularibus edictis in rebus politicis,&* 189.

190 *Clerici an poßint exequi, & quomodo à iudice seculari, si clerici pendente lite rem litigiosam emerint.*

191 *Parochias terminare pertinet ad curiam Ecclesiasticam.*

192 *Clericus ratione hypothecariæ actionis non conuenitur in curia seculari,& n.*193.194. 195.196.

197 *Proclama pœnale tempore necesitatis ne extrahantur merces, an cõprehendat clericos.*

198 *Merces iudicantur tempore apprehensionis seculares si reperiantur in manu laicorũ.*

199 *Clericus voluntarius oppositor in iudicio seculari an faciat mutare iudicium.*

200 *Clericus coactè se opponens an mutare faciat iudicium,&* 201.*&* 202.

203. *Clericus succedens laico an poßit conueniri in curia seculari, &* 204. 206. *&* 208. 209.*cum seqq.*

205 *Dominus Rex solebat esse iudex exemptorum,& n.*213.

210 *Qualitatem tenetur probare qui eã allegat.*

211 *Feudalis causa tractatur coram iudice feudali si de feudo agitur.*

212 *Barones quomodo subsint domino Regi.*

213 *Dominus Rex non est hodie iudex exemptorum in causis ordinariis.*

214 *Exempti subsunt Episcopis tanquam delegatis à Sede Apostolica.*

215 Clerici an sibi praiudicent non opponendo exceptionem fors declinatoriam.
216 Exceptiones dilatoria de iure Cataloniæ quando sint proponenda.
217 Clerici in actione personali conueniuntur coram suo iudice.
218 Exceptio fori declinatoria competens clericis semper opponi potest, & 219.220. & 221.
222 Renunciari non potest priuilegio introducto ob bonum publicum.
223 Clericus succedens laico lite cœpta contra illum, an debeat litem prosequi in eodem iudicio, & 224.
225 Procurator comparens coram non iudice sui principalis, an illi præiudicet.
226 Præiudicare sibi videtur in causa constituens Procuratorem post citationem.
227 Officialis Regius comparendo in curia Ecclesiastica non præiudicat iurisdictioni seculari, & 228 & 229.
230 Laici conueniuntur in curia Ecclesiastica pro solutione funeralium, & 231.
232 Laici possunt conueniri etiam pro solutione funeralium, si priùs in curia seculari citentur, & 233.
234 Laici pro pensionibus Ecclesiasticis in possessorio conueniuntur in curia Ecclesiastica, & 235. & seqq & n 242.
236 Laici pro pensionibus Ecclesiasticis in possessorio conueniuntur in curia Ecclesiastica, etiamsi citentur ad instar amendatorum laicorum, & 237.
238 Qualitas tribuens iurisdictionē est probāda.
239 Laicus in omnibus possessorijs causis conuenitur in curia Ecclesiastica.
240 Laici conueniuntur in curia Ecclesiastica pro quacumque contradictione facta clericis, seu eorum interesse.
241 Clericus in omnibus causis fiscalibus tenetur comparere in curia seculari.
242 Laici quando pro possessorio conueniantur in curia Ecclesiastica, & seqq.
243 Laici in possessorio quandoque non conueniuntur in curia Ecclesiastica.
244 Spolium committit in clericum qui negat possessionem à se præstitam, & 245.
246 Laicus etiā officialis Regius in possessorio cōuenitur in curia Ecclesiastica, & n. 247. 248.
249 Laici manumissores pro legatis pijs conueniuntur in curia Ecclesiastica, & n. seq.
251 Pia causa an æquiparetur Ecclesiæ.
252 Laici an conueniantur in curia Ecclesiastica ad instantiam piæ causæ.
253 Laici ratione primitiæ conueniuntur in cursa Ecclesiastica, & 254 255.
256 Laici conueniuntur in curia Ecclesiastica pro rebus ad Ecclesiam pertinētibus, & n. 257.
258 Laici conueniuntur in curia Ecclesiastica pro rebus intra Ecclesiam euenientibus.
259 Laici conueniuntur in curia Ecclesiastica pro reparatione & fabrica Ecclesiæ, & 260. & 261.
262 Parochiani eiusdem parochiæ, alterius verò territorij, an teneantur contribuere in fabrica Ecclesiæ.
263 Laici inuadentes res Ecclesiæ conueniuntur in curia Ecclesiastica, & 264.
265 Clericus, siue Religiosus comparens in curia seculari, & in ea dans fideiussores de iudicio sisti, & iudicato soluendo, an remaneat obligatus.
266 Laicus ratione iuramenti conuenitur in curia Ecclesiastica, & 267. 268 & 271.
269 Laicus an possit conueniri in curia Ecclesiastica pro dotis restitutione, & 270.
271 Laicus quando non possit conueniri ratione iuramenti in curia Ecclesiastica.
272 Iudex laicus an possit cognoscere de periurio.
273 Periurij crimen est mixti fori.
274 Mutare forum an spectet dominum loci, an verò iuratos.
275 Concessa gratia omnia eius consequentia censentur concessa.
276 Baiulus meri imperij, an possit semper deferre baculum.
277 Furcas erectas an semper possit habere dominus solius meri imperij, & 278.
279 Iurisdictio mixti imperij, quæ in Catalonia dicitur, lo ciuil ple, quas species iurisdictionis contineat, cum seqq usque ad 320.
320 Merum imperium quas species comprehendat, usque ad 325.
326 Laicus ratione euictionis promissæ clerico, an possit conueniri in curia Ecclesiastica.
327 Connexitas causæ quando dicatur.
328 Iudex delegatus in causa appellationis ab interlocutoria an cognoscat de causa principali, & quomodo, & numeris seqq.
330 Causa principalis retinetur in curia Romana in appellatione ab interlocutoria.
331 Rota Romana excedit omnes alias curias Ecclesiasticas.
332 Regalia iura an transferri possint in aliquem, & 333.
334 Regalia nō trāsfertur ex verbis generalibus.
335 Regalia, vel immunitas regalia, an & in quo differant.
336 Regaliæ iura quomodo transferantur.
337 Decimæ non possidentur à laicis, verùm exemptio soluendi illas possidetur.
338 Abbates habentes iurisdictionē Episcopalem an possint cognoscere inter suos subditos de causis spiritualibus inter eos, & 339. cū seq.
340 Episcopi duas habent iurisdictiones.
341 Ecclesiæ quæ subsunt Abbati habenti iura Episcopalia non recognoscunt Episcopos.
342 Causæ matrimoniales sunt iurisdictionis, non verò ordinis.

343 Sen

343 *Sententia lata per Vicarium generalem Epiſcopi publicè excommunicati, an ſit nulla, & num. ſeq. 345.*
344 *Epiſcopus publicè excommunicatus non poteſt creare iudicem.*
346 *Tribunal Vicarij generalis & Epiſcopi eſt vnum, & idem tribunal.*
347 *Vicarius generalis non ſuam exercet iuriſdictionem, ſed ſui Epiſcopi.*
348 *Iudex quando cumulatinè poſſit de aliqua cauſa cognoſcere, cum num. ſeqq.*
349 *Iudex criminalis quando cognoſcat de cauſa ciuili.*
350 *Connexitas cauſæ quid operetur, & 351. 352. & 353.*
352 *Cauſa ſpiritualis non declaratur per iudicem laicum ratione connexitatis.*
354 *Connexa cauſa quando dicatur.*
355 *Seruientes Eccleſiæ quando gaudeant priuilegio fori illius, & num. ſeqq. vſque 371.*
356 *Priuilegium exemptionis competens Eccleſiæ competit ſeruientibus.*
357 *Priuilegium conceſſum hoſpitalibus competit & ſeruientibus.*
358 *Seruientes Eccleſiæ non habent maius priuilegium, quàm clerici.*
359 *Qualitas tribuẽs iuriſdictionẽ debet probari.*
360 *Qualitas tribuẽs iuriſdictionẽ non probatur per iuramentum partis habentis intereſſe.*
372 *Familia Eccleſiæ & clericorum an gaudeant fori priuilegio, & 375. 376. 377. & ſeqq.*
373 *Familiares qui dicantur, & num. 374.*
378 *Cõmendatores S. Ioannis ſunt verè Religioſi.*
380 *Officiales Regij, quales ſunt Vicarij & Baiuli, tenentur fideliter reddere rationem de omnibus pecuniarum quantitatibus quas recipiunt, & n. 381.*
381 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*
382 *Comparens ſimpliciter quando proroget iuriſdictionem, & ſeq.*
383 *Iudices appellationis non poſſunt de alio articulo cognoſcere.*
385 *Connexitas cauſæ quando dicatur.*
386 *Officiales Regij non reddentes fideliter computum de pecunijs per eos receptis condemnantur ad ſoluendam quantitatem fraudatam vno cum vndecuplo.*
387 *Viſitatio quo pacto ſit facienda.*
388 *Iuriſdictio ordinaria nunquam præſumitur.*
389 *Iuriſdictio nunquam præſumitur.*
390 *Verba reſcripti declarãt mentem cõcedentis.*
391 *Relatum non probat niſi conſtet de referente, & 395.*
392 *Nullus actus non poteſt reualidari.*
393 *Committens debet habere poteſtatem committendi tempore quo committit.*
394 *Defectus iuriſdictionis eſt inſanabilis.*
396 *Prorogatio debet fieri ab omnibus intereſſe habentibus.*
397 *Facta à maiori parte quãdo obligẽt minorẽ.*
398 *Maior pars quando præiudicet minori.*
399 *Appellatio à viſitatione an admittatur. incipit caſus à num. 387.*
400 *Extraneus ſubijcitur iudici loci vbi contractus fuit celebratus, & numeris ſeqq. vſque ad 406.*
405 *Renunciatio iurata multum operatur.*
407 *Vaſalli an poſſint compelli litigare in alijs locis eiuſdem Baroniæ, non verò eiuſdem Baroniæ, cum n. ſeqq. vſque ad 411.*
412 *Baro habens merũ imperium tantũ, an poſſit punire officiales Baronis habẽtis mixtum imperium, ſi delinquant in caſibus ſpectantibus ad merum, & num. ſeqq.*
415 *Par in parem quo pacto dicatur habere iuriſdictionem.*
416 *Merũ imperium nobilius eſt mixto imperio.*
417 *Cauſa diuerſorum creditorum in aliqua vicaria quomodo euocari poſſit ad Regiam audientiam, & 418. 419.*
420 *Iudex ordinarius non tenetur in proceſſu exhibere titulum ſuæ poteſtatis.*
421 *Delegare qui poſſint.*
422 *Delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum iudicatur ordinarius, & 423.*
424 *Duobus iudicibus cauſa commiſſa an vnus poſſit ſine alio iudicare. 425. 426. cum pluribus ſequentibus.*
427 *Connexitas per quæ verba tradatur.*
428 *Iuriſdictio quãdo cẽſeatur data cumulatinè.*
430 *Duobus iudicibus ordinarijs aſſignatis an vnus ſine alio cognoſcere poſſit.*
431 *Pluribus tutoribus datis vnuſquiſque cenſetur datus, & 432.*
433 *Delegante moriente, an delegatus poſſit in cauſa procedere, & quomodo, cũ num. ſeq.*
436 *Res integra quando dicatur.*
437 *Citatio prouiſa, licèt non præſentata, facit cauſam non eſſe integram.*
438 *Delegatus mortuo delegante poteſt gratioſum reſcriptum exequi.*
440 *Delegatus lata ſententia an poſſit illam corrigere, & 441. & ſeq.*
442 *Declarare teſtamentum ab eo factum non poteſt qui habebat facultatem teſtamentum faciendi pro alio.*
443 *Delegatus ad Vniuerſitatẽ cauſarũ lata ſentẽtia poteſt eam corrigere, & interpretari.*
445 *Epiſcopus an poſſit ſe intromittere de cauſa delegata Vicario generali ſuo, & 448. cum ſeq.*
446 *Epiſcopus & eius Vicarius generalis eſt vna perſona, & 447 & 452.*
449 *Delegatio facta ſub nomine dignitatis quid importet.*
450 *Induſtria perſonæ quando dicatur electa.*
453 *Delegatus in cauſa ſibi commiſſa maior eſt quolibet ordinario.*

454 *Delegatus à Papa non indiget territorio.*

455 *Ordinarius an possit se intromittere de excessibus delegati, & qua forma, cum numeris sequent.*

456 *Ordinarius potest cognoscere de negligentia delegati.*

457 *Ordinarius resistit iudici delegato si procedat contra delegationem.*

458 *Ordinarius tenetur assistere iudici delegato, & n. 460.*

459 *Delegatus ante omnia debet docere de sua potestate.*

461 *Baro an possit punire suũ vasallũ delinquentem in alieno territorio, & 462 & 463.*

464 *Iudex loci delicti punire debet delinquentes in grauibus delictis.*

465 *Hereditas vniuersalis in quo loco sit petenda si dispartita sit in varijs locis, & n. seqq.*

468 *Confraternitates laicorum cui iudici subiaceant, & n. seq.*

469 *Episcopus potest, si vult, se intromittere de confraternitatibus laicorum.*

470 *Iudex competens quis sit inter Episcopum & clericos si simul litigent, & n. seq.*

471 *Actor debet sequi forum rei.*

472 *Arbitri quando sint eligendi, & an ad eligendum possint compelli.*

474 *Laicus possidens rem quæ fuit de Ecclesiæ patrimonio, coram quo iudice sit conueniendus, & num. seqq. vsque ad 481.*

476 *Actio rei vindicationis præsupponit dominium ex parte actoris.*

479 *Rei ratione an mutetur forus iurisdictionis.*

480 *Laicus reus etiam in actione rei vindicationis rei quæ fuit Ecclesiæ conuenitur in curia seculari.*

481 *Visitatores Generalis Cataloniæ quomodo debeant officiales nominare, cum sequenti.*

482 *Visitatores Cataloniæ quo pacto vouendo faciant legitimum votum.*

483 *Visitatorũ maior pars qualiter intelligatur.*

484 *Maior pars votorum inter deputatos & auditores requirit, quòd interueniant de omnibus brachiis, scilicet Ecclesiastico, militari, & regali.*

485 *Aduocatus fisci deputationis non habet votum in causis.*

486 *Verba sunt attendenda in quacumque dispositione.*

487 *Verba cuiuscumque capituli sunt declaranda ex alijs verbis eiusdem capituli.*

488 *Ratio naturalis est attendenda vbi statutum non assignat rationem.*

489 *Lex debet declarari per rationẽ naturalem.*

490 *Ratio naturalis quæ sit quòd in deputatione in voto debeant interuenire de omnibus brachijs.*

491 *Deputatio Cataloniæ componitur ex tribus brachijs.*

492 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

493 *Corpora separata de per se si coniungantur ad vnum corpus faciendũ quomodo vocant.*

494 *Brachia tria in Catalonia quomodo coniungantur in domo deputationis.*

495 *Episcopus Barcinonen. an possit compellere administratores hospitalis de adimplemento legatorum piorum, cum seq.*

496 *Administratores hospitalis an per Episcopum compelli possint de reddenda ratione legatorum piorum ab eis relictorum.*

497 *Episcopi sũt sãctæ Sedis Apostolicæ delegati.*

498 *Concilium Tridentinum quo anno fuerit publicatum.*

499 *Episcopus potest petere rationem omnium piarum causarum.*

500 *Episcopus Barcinonen. & Capitulum habent inter se concordiam firmatam autoritate Romani Pontificis.*

501 *Episcopus tenetur seruare dictã concordiam.*

502 *Administratores hospitalium loco hæredum sunt, vbi hospitalia instituuntur heredes.*

503 *Res appellatione cõtinentur iura & actiones.*

504 *Hospitalis generalis huius ciuitatis administratio ad quos pertineat.*

505 *Fori priuilegio gaudent aliqui ratione connexitatis.*

506 *Actio indiuisibilis solet esse quando competit aduersus plures.*

507 *Administratoribus pluribus relictis quomodo administrent.*

508 *Dignius attrahit ad se magis dignum.*

509 *Episcopus Barcinonensis solus de rebus Capituli non potest cognoscere.*

510 *Baro exercens iurisdictionem in sua Baronia timens molestari quid debeat facere.*

511 *Interdictum retinendæ solet intentari pro conseruatione iurisdictionis.*

512 *Sequestranda an sit iurisdictio.*

513 *Sequestrari iurisdictio an possit propter scandali timorem.*

514 *Officialis Regius excedendo in exercitio iurisdictionis conuenitur in curia seculari.*

515 *Laicus obligatus vnà cum clerico an possit conueniri in curia Ecclesiastica.*

516 *Laicus si fideiusserit cum clerico debitore etiam in eodem instrumento, debet conueniri in curia seculari.*

517 *Clericus tonsuratus an capi possit per iudicem secularem.*

518 *Delegatus iudex an absolutè possit exercere suam iurisdictionem.*

519 *Delegatus ante omnia debet acceptare commissionem.*

520 *Alcaldi de la Seca qualem habeant iurisdictionem, cum seq.*

521 *Priuilegia Alcaldarum de la Seca.*

522 *Alcaldi & officiales de la Seca habent plures exemptiones.*

1 ÆC † materia in se am-
plissima est, & ex se, ex
iuris apicibus. Cùm au-
tem in hoc opere reso-
lutiones tradere pollici-
tus sim, relictis iuribus,
& eorum apicibus, quæ
in scholis plurimi fiunt, id cum effectu, quo
melius potuero, adimplendo, ea quæ decisa
inuenero, referam. Nec in allegatione iu-
rium calamum protraham, sed qua potero
breuitate tradam, cùm decisiones Regij Se-
2 natus pro lege habeantur. tum † & declara-
tiones, quæ per admodum Reuerendos Can-
cellarios fiunt, pro necessariis decisionibus
reputentur; hoc saoè assecurando, quòd nul-
las Cancellariorum referam decisiones, nisi
eas, quas in eorum libris scriptas perlegerim:
3 vbi enim decisiones † habemus, non est in-
daganda regula generalis, teste Felin. *in cap.
cùm ordinem col. 4. vers. accedit, de rescript.* Bec.
cons. 2. n. 11. & cons. 31. n 18. & cons. 68 n 9. Alios
autores refert ad hoc propositum Cæsar
4 Barz. *decis. Bonon. 16. n. 2.* Iurisdictionē † sunt
aliqui, qui primariò diuidunt in duas spe-
cies, quarum alteram plenissimam appellant,
quia, qui illam habet, nullum superiorem
cognoscit. Aliam verò minorem appellant,
& hanc dicunt in causarum ciuilium cogni-
tione versari, iuxta tradita per Martam *de
iurisd. 1 p. c. 8. à n. 5.* Alij verò attestantur, iu-
5 risdictiooem † aliam esse ordinariam, aliam
verò delegatam, & in hoc omoes vnanimiter
6 cōformant. Cùm † autem ordinaria sit præ-
cipua, & frequentior, de his quæ ad ordina-
riam iurisdictionem pertinent, & spectant,
resolutiooes tradā, iuxta dispositionem *l nam
ad ea. ff. de legib.* ne frequentioribus dimissis,
ad ea, quæ rariùs accidunt, conuertamur.
7 De † suprema Romani Pontificis potesta-
te nil dubitari potest ab his, qui sub lege di-
uina militant, præceptáque illius obseruant,
cùm verba Christi Domini plenissimè atte-
stentur, relata per Matthæum *c. 16.* vniuersa-
liter Petro dicens, *Quodcumque solueris super
terram, erit solutum & in cœlis.*
8 De eius autem † ordinaria potestate, qua
vtitur tanquam Princeps, plura traduntur à
Marta *de iurisdictione, inter Principem secula-
rem, & Ecclesiasticum, lib. 1. à c. 11. cum seq.* Plu-
ra referuntur in quodam opusculo impres-
so Venetiis ex officina Iordani Cileti, quod
inscribitur, *De Summi Pontificis auctoritate;*
quod autem attinet ad iurisdictionem secu-
larem, & magis quatenus attinet huic nostro
principatui, frequentiùs tradetur. De magi-
stratibus autem, qui in eo reperiuntur, plura
tradit Antonius Oliba. *in comment. ad Vsat.
alium námque, de iure fisci, cap. 4. per totum.*

Quæro in primis, an † excellentissimus 9
locumtenens generalis in Catalonia ordina-
riam, aut delegatam habeat iurisdictionem.
Huic dubio satisfacere videtur Ant. Oli-
ba. *in Vsat alium námque, de iure fisci, c. 4 n. 37.*
vbi ait, locumtenentem generalem delega-
tam habere iurisdictionem, eò quòd † mor- 10
tuo domino Rege, expirat eius iurisdictio, &
incipit administrare Gubernator geoeralis,
seu locumtenens generalis Gubernatoris, vt
docet Michaël Ferrer. *3. p. obseruatio. c. 9.* hanc
sequitur Meir. *in constit. præterea, n 8. coll. 6. 1. p.*
refert Cancer. *lib. 3. var. c. 3. de priuilegijs, n. 327.*
Thomas Cerdan *in suo veriloquio en reglas de
estudo, c. 1. § 2.* vbi ait, quòd † licèt locumte- 11
nens generalis, sit alter nos, ex quibus cense-
tur Legatus à latere, iuxta text. *in c. legatos, de
offic. leg. in 6. in fin.* Bald. *in l. si in aliquam. §. cùm
plenissimam, in fin. ff. de offic. procons.* glos. *in c. si
Abbas, de elect. in 6.* attestatur tamen, non
posse habere maiorem iurisdictionem, nec
autoritatem, quàm ipse Rex, qui ei eam
concedit.
Quæro, an † iudex succedens alicui in 12
eodem officio, succedat in omnibus causis,
quæ ratiooe dicti officij sibi erant commissæ.
Respondeo quòd si causa est sibi absolutè
commissa, ratione officij, quod, eo defun-
cto, pertinebit successori in officio; si verò
non sit commissa alicui contemplatione of-
ficij, sed ratione personæ, defuncto iudice,
non pertinebit causa successori, iuxta text.
*in authent. vt nulli iudicum. §. & hoc verò. col-
lat. 9. cap. quoniam Abbas, de offic. delegat.* Bald.
in l. mero quæst. 3. de iurisdict. omnium iudic.
communem dicit Dec. *dicto cap quoniam Ab-
bas notabili 3.* Quando autem dicatur † cau- 13
sa commissa, contemplatione persooæ, vel
dignitatis, docet gloss. *in cap. quoniam Ab-
bas, verbo substitutum,* dicens, quòd si præ-
cessit oomen proprium, tunc censeatur, con-
templatione personæ, causam fuisse com-
missam; si verò præcedat nomen dignita-
tis, tunc intelligitur commissionem sibi fa-
ctam esse, non ratione personæ, sed digni-
tatis. Menoch. *de arbitra. lib. 1. cap. 68 num. 16.*
ex Bart. Fulgos. & aliis per eum relatis, &
sic successor † in dignitate habebit iurisdi- 14
ctionem absque alia commissiooe; sed so-
lùm ex eo quòd sit successor in dignitate.
Panormit. *in dicto cap. quoniam Abbas, n. 11.*
& sic fuisse decisum refert Puteus *decis. 483.
lib. 2.* quem refert Paris. *de resignat. beneficio.
1. p. quæst. 11. num. 18.*
Ex quibus fit, quòd † si alicui particulari 15
fiat commissio alicuius causæ, contempla-
tione dignitatis, si tamen commissio fiat
principaliter personæ, vt quia fiat commissio
Petro regenti tale officium, vel obtineoti
talem

talem dignitatem, si ipse dignitatem amittat, nihilominus causæ cognitionem retinebit, & eam iudicare poterit, non verò eius successor in dignitate. ita Flamminius Parisius *de resignat. benefic. tom. 1. lib. 1. q. 11.*

16 Quæro. In † vno loco, & territorio, sunt duo domini habentes simul pro indiuiso iurisdictionem, si non concordent in vsu, & exercitio, quid facere debeant.

Respondeo, quòd fauore boni publici, possunt per superiorem compelli vt concordent, ita Boër. *decis. 5. n. 2.* iuxta *l. huiusmodi. §. fin. ff. de leg. 1.* quod sic fieri potest, vt alternis trienniis vnus ex dominis gubernet, prout fuit declaratum in hoc supremo Cataloniæ Senatu die 30. Iunij 1605. in causa Nobilis Petri de Clasqueri, olim villa, & Nobilem Federicum Meca. aut quòd ex communi consensu eligant ministros, qui iurisdictioni præsint, & illam exerceant eorum nomine, ita vt vna curia tantùm iudicet, & non duæ. quod sentit glos. *in can. licet 16 q. 3.* Angel. *n. 3.* Alex. *n. 12. & 13.* Ias. Alciat. & alij *in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig.* Mart. Lauden. *in tract. de Princ. q. 526.* & ita fuit decisum in Regia audientia Cataloniæ. refert Peguera *tom 1. c. 10.* ne sequantur plura incommoda, quæ seque-
17 rentur aliàs, si daremus locum † præuentioni factæ per aliquem ex condominis, quia cùm iurisdictio æqualiter dominis competeret, & sic indiuidua esset, argumento *l. via. ff. de seru. l. 1. § si vsusfructus ff. ad leg. falc.* omnes æqualiter exercere possent. & sic præueniendo aliquis legitimè exerceret, & factū ab eo sustineretur, iuxta Bart. *in l. si vni n. 8 ff. de re ind.* allegando textum *in l 2 § ex his, & §. ex quo quidem. ff. de verb. oblig.* nihilominus tamen paci, & tranquillitati non esset adhuc satisfactum. Imò quotidie inter eosdem condominos iurgia, & quæstiones orirentur. Com-
18 munio † enim ferè semper discordiam parit, iuxta Iurisconsulti sententiam *in l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.* ad quæ vitanda iustissimè Regium Consilium, mediam viam eligendo, prædicta statuit, & hanc concordiam, tanquam magis rationi congruam, secutus fuit Couarr. *practic. quæstio. cap. 4. num. 1. vers. mihi verò.*

19 Sed quid † de pecuniaria pœna, quæ à delinquentibus exigitur.

Respondeo, quòd diuiderur inter dominos, si iurisdictio æqualiter pro indiuiso ministratur, aut erit illius, qui inquisitionem cœperit fulminare. ita ex Bald. Imola, Alex. Ias. *in l. fin. ff de iurisd. omn. iudic.* refert Boër. *decis 5 à num. 20. cum seq. per l quacunque actiones. ff de action. & oblig. l. si is qui puteum. §. si postea ff. quod vi, aut clam.* sequitur hanc sententiam Socin. *consil. 70. num. 10. vol 4.*

Quæro, an † clerici possint conueniri coram iudice laico, pro damnis datis per eorum pecora, in pascuis alienis, quæ publico præconio pœnali prohibita erant, vel eorum pecora à ministris secularibus capi, si contra edicta per seculares iudices facta, damnum dederint in pascuis secularium. 20

Prima autem facie dicendum videtur, prædicta animalia non posse capi per potestates seculares, sed per Ecclesiasticas, ex text. *in cap. non minus, & cap aduersus, de immunit. Eccles.* tum etiam ex doctrina communiter scribentium, *in cap. quod clericis. de foro compet.* vbi dicunt, quòd † clerici contrauenientes staturis secularium potestatum, puniuntur à iudice Ecclesiastico, pœna statuti secularis. 21

Hanc tamen dubitationem resoluendam censeo ex quadam distinctione, quam tradit Gutier. *pract. quæst. lib. 1. c. 4. n 2.* differentiam constituens, an † executio fiat contra ipsa pecora damnum dantia, asserens hoc casu posse in ipsis pecoribus executionem fieri per iudicem, & ministros curiæ secularis. Si verò executio non fiat in eisdem pecoribus, sed in aliis bonis clericorum pro pœnis, eo casu executio debeat fieri per curiam Ecclesiasticam, assignàrque differentiam dictus Gutiertez *dicto loco*, dicens quòd † animalia, quæ damnum dant, sunt de foro seculari, ex doctrina Baldi *in l. de his. C. de Episc. & cleric.* Ex his etiam, quæ tradit Lucas de Penna *in l. iubemus. C. de nauibus non excusandis. lib. 11. col. 1.* vbi dicebat, posse Principem secularem statuere, quòd animalia clericorum, & Ecclesiarum, à suis pascuis arceantur. Possunt igitur dicta † animalia damnū dantia capi à secularibus potestatibus: vendi autem non possunt absque interuentione officialium curiæ Ecclesiasticæ: & ita casu quo dicta animalia distrahenda sint, cum interuentione curiæ Ecclesiasticæ distrahi debent, iuxta tradita per Gutier. vbi suprà, cuius doctrinam fuit secutus Ant. Oliba. *ad Vsat. alium namque, cap. 14. num. 122.* dicens clericos † in diuitiis, & pascuis, comprehendi sub staturis laicorum: executionem autem fiendam esse per curiam Ecclesiasticam, habita ratione ad diuisionem, quam præcensuit Cali. *ad Vsat. simili modo, in tractatu cuius titulus est, An clerici comprehendantur sub processu Vsatici simili modo.* quemadmodum dicebat Ripa *in tract. de peste cap de remedijs præseruatiuis n 182. cum seqq.* asserens clericos † subiici statutis laicorum, quorum statuta respiciunt publicam vtilitatem. sequitur Michaël Ferrer. *3. part. obseruat. c. 196.* Si autē animalia non exequantur, sed pœna sit exequenda à clericis, actione personali, tunc recurrendum est contra clericos

22 (margin, beside "constituens, an † executio")

ricos in curia Ecclesiastica ordinaria. quia tunc non ipsa res est, quæ persequitur, sed
27 pœna, quæ † non est subiecta iudici seculari, sed Ecclesiastico, cùm recuperari debeat à bonis clericorum, quæ subsunt iudici Ecclesiastico. docet Gutier. *dicto cap. 4. in fine.* hoc enim casu succedit regula quæ habet, quòd actor tenetur sequi forum rei.
28 Sicuti facta prohibitione † delationis armorum, per iudicem secularem, clerici sub ea comprehenduntur. & sic, si ipsi fuerint cum armis à iudice seculari prohibitis reperti, possunt illis priuari, & expoliari, absque metu excommunicationis, & censurarum. tradit Couar. *pract. quæst. c. 33. n. 7. vers. vtcunque.* quod latiùs extendit Roccadilla *in sua politica tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 66.* dicens, non solùm absque metu censuræ posse officiales
29 † seculares spoliare clericos armis à seculari potestate prohibitis, sed etiam armis permissis, propter rationes per eum assignatas. tradit Oliba. *de iure fisci c. 14. n. 133. & 139* & sic
30 arma † prohibita per secularem potestatem, si à clericis auferantur, non gaudent priuilegio fori. & sic fuit declaratum per adm. Reuerend Antonium Carmona Cancellarium die 28 Decembris 1618. in causa contentionis ortæ inter curiam secularem ciuitatis de Girona, & curiam Ecclesiasticam dictæ ciuitatis, ratione firmæ iuris in curia Ecclesiastica factæ per Syndicum Reuerendi Capituli Gerunden. eo quia Vicarius quadam nocte apprehenderat quendam clericum cum quodam instrumento manuali tormentario, vulgo dicto *Pedrenyal*, qui clericus fuit traditus curiæ Ecclesiasticæ, arma tamen per iudicem secularem fuerunt retenta, quia præconium per iudicem secularem factum respiciebat arma, non verò personam clerici. Similis contentionis causa fuit decisa per adm. Illustr. Episcopum & Cancellarium Cassador. die 9. Decembris 1569. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam de Tortosa, & secularum Vicarij super restitutione cuiusdam clypei siue rodella capti à Petro Potut Francigena, qui erat furnerius Capituli dictæ ciuitatis.

31 Quæsitum fuit, an † si clericus alterius diœcesis captus existat per iudicem secularem, possit Episcopus non suus illum repetere à iudice seculari.

Respondeo, quemlibet iudicem Ecclesiasticum posse repetere clericum detentum à curia seculari, seu potestate, quotiescumque constiterit captum esse clericum. quia constito iudici seculari, captum esse clericum,
32 iudex † secularis committit sacrilegium, & sic delinquit. *c. quisquis, cap. deinceps, & cap. sequenti. 17. quæst. 4* ex quo dicunt, quòd iudex laicus incidit tunc in sententiam canonis *si quis suadente diabolo 17. q. 4.* & ratione delicti commissi per dictum iudicem secularem, ipse efficitur de iurisdictione Episcopi. *c. cùm sit generale, de foro competent.* ex quibus dicebat Innocentius *in c. vt fama, de senten. excommunic.* quòd † Ecclesiasticus ordinarius, ra- 33
tione huius sacrilegij, commissi per laicum detinentem clericum, debet contra eum agere. Belluga *in speculo Principum, rub. 11. §. item dubitatur, per totum* Secundùm quam resolutionum per adm Reuerendum Cancellarium in causa contentionis ortæ inter curiam † Ecclesiasticam & secularem die 22. 34
Ianuarij 1549. fuisse declaratum refert Michaël Fert. *3 part. obseruat. cap. 178* & hoc casu tenetur Episcopus loci, vbi clericus deliquit, & captus detinetur, repetere illum, & cum remittere † ad suum Episcopum diœcesa- 35
num. tradit Cerdan *in suo libro de visitatione carceris c. 11. § 2. n 3.* quod confirmat in glossa marginali, argumento text. *in c. postulasti, & in cap. licet, cum ibi notatis, de foro competen. c. Romana. § contrahentes, de re iudic. cap 1 de priuileg. in 6. authentica, Qua in prouincia C. vbi de crimine agi oporteat.* notant scribentes *in §. si verò quis prouinciarum, in auth. vt nulli iudicum, collat 9.*

Quæsitum fuit, an † iudex Ecclesiasticus 36
possit sententiam à se latam contra laicum propria auctoritate exequi, an verò teneatur requirere iudicem laicum, quòd suam in executione facienda præstet auctoritatem pariter, & assistentiam.

Respondeo quòd si sententia criminalis, fuerit lata per iudicem Ecclesiasticum, contra delinquentem laicum sacrilegum, poterit exequi sententia per iudicem Ecclesiasticum, quia ratione delicti, cùm ipse laicus sit subiectus ipsi Episcopo, rectè per eum lata sententia exequi poterit, maximè, si in consuetudine sit, sententias latas per curiam Ecclesiasticam exequendi. sequitur Couar. *pract. quæstio. cap.* 10. mutuus ex sententia Baldi *in c. significasti, de offic. deleg.* Ioan. Lap. *in c per vestras 2. notabili. & sed & pulcra dubitatio. n. 17.* tradit Marta *de iurisdict. 1. part. c. 50. per totum, & c. 51 n. 35* Si verò sententia † sit super cau- 37
sa ciuili, quia laicus per eius prorogationem fuerit condemnatus ad certã pecuniæ quantitatem, tunc executio sententiæ & condemnationis debet fieri per iudicem secularem, ad instar, & requisitionem iudicis Ecclesiastici, qui dictam sententiam contra laicum pronunciauit. Palatius Rubio *in cap. per vestras. notabili 7. §. 1. num. 9. & 10.* Couarr. *practic. quæst. cap 10. num. 2. vers. quòd si iudex Ecclesiasticus.* & sic tenebitur inuocare auxilium brachij secularis, quia

38 quia pro executione facienda, iudex † Ecclesiasticus indiget territorio. quod non habet in his causis, nisi quando ei à seculari potestate permittitur, quia dominus Rex, est dominus territorij, vt tradit Oliba. *ad Vsat. alium namque cap. 11. n. 10.* tradit Marta *de iurisdict. lib. 1. parte 1. c. 50.* Prædicto enim casu, auxi-
39 lium † brachij secularis impertiri tenetur iudex laicus, iuxta ea, quæ tradit Marta *de iurisdict. lib. 1. prima parte. c. 51. & 52.* vbi latè disputat de obligatione, quam tenet iudex laicus, impertiendi suum auxilium iudici Ecclesiastico, & an possit iudex requisitus cognoscere de nullitate sententię, cuius executio petitur, resoluens quòd non, dicens, quòd eo casu tenetur consulere iudicem requirentem. Prædicto autem casu, si iudex laicus recuset suum auxilium impertiri, Episco-
40 pus † eum opprimere poterit Ecclesiasticis, spiritualibus, ac temporalibus primò censuris, iuxta text. *in c. ad abolendam § penult. cap. excõmunicamus. §. moneatur, de hæreticis.* pœnis verò temporalibus, si bona habeat sub feudo Ecclesiæ, aut aliàs, iuxta tradita per Martam vbi suprà *n. 52.* quia ex debito officij, Prin-
41 cipes seculares † tenentur suum impertiri brachium, cùm sint Romanæ Ecclesiæ defensores, *c. boni Principes. 23 q 8. c. Maximinianus 23. q. 3. c. Christus 11. q. 1.* Ex quibus remanet supradictum dubium resolutum, nempe sententiam criminalem latam contra secularem, posse ab illo exequi, (dummodo non sit mortis, vel quæ morti æquiparetur;) sententiam verò in causa ciuili, cum litteris requisitoriis esse exequendam.

42 Quæro, an † iudex secularis aliquam iurisdictionẽ habeat in iudices Ecclesiasticos.

Respondeo, in hoc Cataloniæ Principatu differentiam constitui inter Ecclesiasticos iudices ordinarios, & delegatos, & respectiuè etiam circa modum contra illos procedendi. Nam si potestas secularis à iurisdictione pulsatur, tunc per firmam iuris respectiuè factam, in forma contentionis, dubium aut deciditur per arbitros respectiuè per curias nominatos, (licèt rarò hoc fiat) aut illis non declarantibus, intra quinque
43 dies illis præfixos, cognitio † causæ deuoluitur ad Cancellarium, & per eum declaratur iuxta concordiam Reginæ Leonoris, cum Cardinali Couenarum, de cuius modo, & forma procedendi late Peguera *in sua praxi c. 26.* licèt ibi magis agat de forma procenden-
44 di in causa criminali. Si verò potestas † secularis perturbetur à iudice delegato, tunc dominus Rex iurisdictionem habet, ad compellendum eos, vt doceant de sua iurisdictione, & an procedant in casu permisso, ne à iudicibus Ecclesiasticis perturbentur laici, iuxta formam traditam à Peguer. vbi suprà *cap. 24.* quando Commissarij Apostolici vocantur ad Bancum Regium, vbi vocati ostendunt de eorum commissione, & potestate. Quia † hoc casu dominus Rex habet 45 plenam potestatem compellendi prædictos iudices, iuxta tradita per Peguer. *dicto c. 24.* tradit Panor. *in c. cùm non ab homine. n. 11. cum pluribus sequent. de iudicijs.* Benedictus *in cap. Raynutius, verb. & vxorem. n. 432.* Couar. *tract. quæst. c. 35. n 4.* Comparendo autem iudex delegatus cum suo possessore, vel sine, in Regio consilio, debent audiri ambo per Regium consilium intra quindecim dies, iuxta Pragmaticam Regis Ferdinandi II. *lib. 3. Pragmat fol. 64. incipit, Præterea.*

Si verò † controuersia moueatur inter ordinarium Ecclesiasticum delegatum Apostolicum, aliter proceditur, vt infrà dicemus. 46

Ex his autem iudicibus delegatis, qui frequentiores solent esse, sunt † Conseruatores 47 Apostolici Religionum, & aliorum piorum locorum, qui à Summo Pontifice deputantur suis Bullis, vt priuilegia † religiosorum 48 concessa tueantur, & ea defendant, pœnis Ecclesiasticis contra violatores à notorio procedendo, ipsósque contradictores compescendo. Qui quidem solùm in notoriis, & manifestis iniuriis, iurisdictionem habent, vt latè de eorum potestate fuit dispositum per Romanum Pontificem *in c. 1. & fin. de officio & potestat. iudicis delegati*, & ibi communiter scribentes. Guido Papæ *decis. 18. & 247.* & vtrobique additiones Ferrarij Salcedo *in praxi canonica criminali, cap. 3. in fine, & ibi adnotationes mihi pag. 10.* vbi latè, in quibus casibus dicantur Conseruatores extra modum procedere, & quæ notoriæ † iniuriæ dicantur. 49 Vide quæ tradit Ioannes Petrus Moneta in suo libro, quem edidit, *de iudice Conseruatore, per totum.* Vide Ceuallos *commun. contra commun. 4. parte quæst. 1.* officium enim Conseruatorum consistit quasi in mero imperio, vt dicit Innocent. *in cap. statuimus extrà de officio deleg. in 2. col. vers. alij tamen dicunt.* Guido Papæ *decis. 247. num. 2.* faciunt tradita per Speculat. *de iudice delegato §. excipi. n. 24.* Cùm verò soleant aliquando † metas suæ iurisdi- 50 ctionis egredi, solent hoc casu citari in Banco Regio, vt ostendant, an suo loco procedant, necne. Prædicti autem iudices Conseruatores, cùm respectiuè per partes, cuius solet esse interesse, nominentur, ordinariè eorum potestas regulatur à tenore Bullæ, cuius virtute creant, & eliguntur. Alij † enim 51 sunt, qui solùm in notoriis, & manifestis iniuriis propulsare possunt. Alij etiam ampliorem iurisdictionem habent. cùm non solùm

sint

sint deputati ad conseruationem priuilegiorum, & iniuriarum, verùm etiam ad cognitionem causarum, in quibus Religiosi, qui Conseruatores nominant, sunt rei necessarij, vt sunt Conseruatores Religionis S. Benedicti de Obseruantia, quales sunt Monasteriorum de Monserrat, & S. Felicis de Guixols, & aliorum, quæ militant sub congregatio-
52 ne † S. Benedicti de Valladolid, vt ipse legi in Bulla dictæ Congregationis, quæ fuit concessa per Eugenium IV. & legitur in libro Bullarum, & rescriptorum dictæ Congregationis, *fol* 83. vbi dictos Conseruatores vltra id quòd eos eligit in Conseruatores dictæ Religionis, vt occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores bonorum dicti Ordinis, possint persequi censuris, & pœnis Canonicis, non obstante appellatione interposita, prædictos omnes iudices Conseruatores, electos in iudices ordi-
53 narios omnium † Monasteriorum, deputat ad omnes & quascunque causas, quas intentare cupiant omnes contra Monasteria omnia dictæ Cögregationis, ex quibus Conseruatores eorum erunt sui iudices ordinarii.
54 Quia † Summus Pontifex causas ordinarias, spectantes ad Episcopos, potest euocare ad se, & alteri cuicunque sibi benè viso, terminandas committere. *c. nostram, de appellat. c. pastoralis. § praeterea, de offic. deleg. att.* Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformatione. verb. ab his excipiuntur causæ.* Couarr. *pract. quæst. c.* 9. Salcedo *in praxi canon. c.* 3. *§ adnotatio v verius.* Est igitur regula generalis, quòd Conseruatorum
55 † iurisdictio à tenore Bullæ dependet. *c recepimus. § porrò. de priuileg.* quia cùm concessio eligendi Conseruatorem sit priuilegium, necessariò tenor illius debet inspici. *c accipimus, de fide instrumentorum* notat gloss. *in dicto cap. recepimus verb ex inspectione.*

Sed cùm ad propulsandas compulsiones prædictorum iudicum Conseruatorum, soleat, & sit assuetum, iuxta practicam relatam à Peguera vbi suprà, recurrere ad Bancum Regium, & sic procedimenta sint fienda in Regia audientia; quæsitum fuit, quomodo
56 sit procedendum † tempore feriarum Regiæ audientiæ, contra dictos iudices Conseruatores delegatos. Hoc dubium mihi euenit anno 1619. in causa contentionis ortæ inter Priorem Monasterij Beatæ Mariæ del Carme præsentis ciuitatis Barcinone, Conseruatoris Commendatorum Religionis S. Ioannis, contra Ludouicum de Corbera, & de Castellet, dominum Baroniæ de Linars. qui cùm molestaretur à dicto Conseruatore, ratione decimarum cuiusdam domus, sitæ in parochia de Vilamaior, quas prætendebant dicti Commendatores recipere; & econtra, dictus Corbera prætendebat suas esse, & solitum esse recipere, firmauit cum supplicatione per me ordinata, coram Vicario Barcinone, inter ferias mensium Iulij, & Augusti, eadem forma, ac si esset in Regia audientia; & litteræ fuerunt expeditæ, & præsentatæ dicto Conseruatori, & coram ordinario ventilata causa, quoadusque finitæ fuerunt feriæ, & congregato Regio consilio, causa fuit euocata ad Regiam audientiam, & commissa Magnifico Hieronymo Senjust, & per eum declarata in fauorem dicti Corbera. erat scriba causæ Cortes. Ex his nota stylum peregrinum. Multi enim existimabant non posse causam fieri intra ferias, sed expectandum esse dies iuridicos Regiæ audientiæ. Ego tamen solus hæc attentaui, felixque fuit exitus in mei fauorem.

Quæsitum postea fuit, an † Concilium 57
Tridentinum *sessione* 14. *de reformatione*, quatenus disponit, quòd virtute litterarum conseruatoriarum, non possint seculares trahi ad tribunal Conseruatoris, sustulerit conseruatorias Vniuersitatum, Collegiorum, Regularium, locorum, & hospitalium. Respondeo, hoc dubium resolutum fuisse à sacra Cardinalium congregatione, ex decisionibus, quas refert ad prædictum caput Augustinus Barbosa, in decisionibus per eum recollectis, & vnicuique capitulo in fine adnotatis, referens, congregationem censuisse, conseruatorias † prædictis locis concessas, 58
non esse sublatas, ex *dicto cap.* 5. nec abrogatas per *cap* 20. *sess.* 24. *de reformat.* nec per *cap.* 6. *sess.* 25. *de reformat.* quia prædictæ causæ graues sunt. & sic refertur in dicta decisione, quòd non obstat Bulla Pij V. reuocatoria facultatum, quæ Concilio repugnant. ex quibus cum approbatione Sanctissimi, Congregatio censuit, & mandauit omnibus Prioribus Regularium, notatis in schedula, quòd intra mensem nominarent in singulis ciuitatibus Italiæ, vt eligerent suos Conseruatores, coram quibus conueniri possint, & eos stabiles haberent, vt sic non possent variare, electósque Conseruatores Ordinario notificarent. quod si non fecissent, elapso mense rescribendum esset Ordinario, vt coram eo Religiosi exempti possint conueniri.

Censuit similiter Congregatio, quòd † illi, 59
qui habent priuilegium ad eligendum Conseruatorem, non teneantur eligere aliquem ex iis, qui in Synodis Prouincialibus, aut Diœcesanis designati fuerunt, ex decreto Concilij *sess.* 25. *c.* 10.

Cùm dictum fuerit Vniuersitates habere Conseruatorem, qui longiorem, & ampliorem habent iurisdictionem, quàm cæteri Conseruatores ordinarij, videamus quid de Conser

Conseruatore Vniuersitatis de Leyda.

Cui dubio respondeo, Conseruatorem
60 † Vniuersitatis de Leyda, in causis scholarium, contra seculares, non posse cognoscere, nisi in paruis quantitatibus, & in rebus planis, & claris, quæ ad dictos scholasticos directè spectant; non verò in illis, quæ directè ad eos non spectant, intricatæque sunt, & magnam discussionem requirunt. Licèt enim Michaël Ferrer. 3 *p. obseruat. Regiæ audientiæ. c.* 163. dicat, potestatem competentem Conseruatori Vniuersitatis de Leyda esse maiorem, & ampliorem eâ, quam habent ordinarij † Conseruatores, ex *c.* 1 *& fin. de off. & potest. iud. deleg. in* 6. ex eo quòd Calicius Summus Pontifex, cum sua Bulla data Romæ anno Domini 1557. VII. Kalendis Maij, prædicto Conseruatori potestatem tribuit, non solùm in manifestis, & notoriis iniuriis, quæ scholaribus inferuntur, verùm etiam cognoscendi de his, quæ iudicialem requirunt indaginem, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, prout qualitas negotiorum exegerit, vt constat ex tenore Bullæ inserto, & relato per dictum Ferrer. *dicto*
62 *c.* 163. tamen, si † negotium, quod scholasticus vult tractare contra secularem, non tangit directè ipsum scholarem, & est magnæ discussionis, & requirit altiorem iudaginem, si secularis non vult consentire, quòd negotium tracterur coram Conseruatore dictæ Vniuersitatis, sed in curia Regia, id planè obtinebit. Quo casu laicus debet comparere in Regia audientia, narrando factum, firmando ius dicto Conseruatori in forma solita, contra iudices delegatos Apostolicos. Solet in Regia audientia prouideri, quòd expediantur litteræ in forma solita, contra dictum Conseruatorem, in quibus ei præcipitur, quòd intra breue tempus casset, reuocet, & annullet procedimenta facta contra secularem, aliàs quòd veniat Bancum Regium informaturus, etiamsi laicus comparuerit per suum Procuratorem coram Conseruatore prædicto, & ipse Conseruator se iudicem competentem esse declarauerit, etiamsi dicta prouisio in rem iudicatam fuerit transacta & sic fuit prouisum per Magnificum Iosephum Ferrer. de Regio Consilio facto verbo per eum die 27. Octobris 1617. in causa firmæ iuris factæ in Regia audienria, per Nobilem Petrum de Boteller, & Oluier ciuitatis de Tortosa, qui priùs fuerat citatus in curia Conseruatoris dictæ Vniuersitatis de Leyda, ad instantiam Hieronymi Iorda domicelli ciuitatis de Tortosa, studentis in dicta Vniuersitate de Leyda, qui petebat à dicto Don Petro de Oluier, & de Boteller, tanquam hæres suis patris, redditionem computorum, & salarium administrationis tutelæ dicti Don Petri, quam Petrus Iorda administrauerat, & quòd pro residuo solueret dictus Don Petrus dicto Hieronymo Iorda sexcentum libras, vitrute donationis, & cessionis factæ per N. Iorda fratrem maiorem dicto Hieronymo eius fratri, causa alimentorum, in suis studiis peragendis in dicta Vniuersitate de Leyda. In qua causa coram dicto Conseruatore comparuerat legitimus Procurator dicti Don Petri de Boteller, & de Oluier, cum expressa facultate comparendi in quibuscumque curiis Ecclesiasticis ciuitatis de Leyda, & in ea dictus Conseruator se declarauit iudicem competentem; facta firma iuris in Regia audientia per dictum Nobilem Don Petrum de Oluier, & de Boteller, fuit prætensum, omnia procedimenta coram dicto Conseruatore nulla esse, sed causam, & partes ad Regiam audientiam, & ad dictum Magnificum Relatorem esse remittendas, & in hoc insistebat dictus Don Petr. de Oluier.

Ego † verò cùm essem Aduocatus dicti 63 Hieronymi Iorda studentis, virtute Bullæ dictæ Conseruatoriæ insistebam, causam coram eo esse tractandam, & sic non habere locum firmam factam per eum in Regia audientia. allegabam, quòd legitimus Procurator dicti Don Petri comparuerit, cum expressa facultate comparendi in quibuscumque curiis Ecclesiasticis ciuitatis de Leyda: ex qua comparitione dicebam, sibi præiudicasse dictum Nob lem de Oluier, quia dicta potestas, concessa cum dicta specialitate, idem importat, ac si tribuisset expressam facultatem prorogandi, quia cùm dictus don Petrus constituit Procuratorem suum, sub prædicta forma, post citarionem à Conseruatore prouisam, & dicto Don Petro præsentatam, habuit † se pro citato, iuxta de- 64 cisionem Bellameræ 538. & iuxta tradita per Ioannem Baptistam Marchesanum *in tract. commissionum vtriusque signaturæ cap.* 5. *num.* 142. cuius comparitionis virtute, dictus Conseruator se iudicem competentem declarauit. Et licèt prædicta fundamenta, pro patre dicti Hieronymi Iorda, & in confirmationem dicti Conseruatoris adduxissem, tamen, his non obstantibus, fuit per dictum Magnificum Relatorem declaratum, firmæ iuris in Regia audientia factæ per dictum Nobilem Petrum de Boteller, & Oluier, locum esse, & sic non posse dictam causam coram dicto Conseruatore tractari, prout ego contendebam, in fauorem dicti Hieronymi Iorda studentis.

Fundati † fuerunt præstantissimi Senato- 65 res in aula adm. Reuerendi Cancellarij, eo quòd petitio dicti Hieronymi Iorda, de dictis

sexcentis libris, dependebat ex redditione rationum dictæ tutelæ, & curæ, quæ magnam discussionem requirebat. tum, quia prædicta actio magis competebat N. Iorda fratri maiori, & hæredi. & sic fraudulenter donationem per eum factã fuisse dicto Hieronymo Iorda studenti, vt per indirectum in dicta curia Conseruatoriæ de Leyda, dictus don Petrus de Oluier, & de Boteller vexaretur. Erat scriba causæ Sebastianus Costa.

Ex his habemus clarè, qualem iurisdictionem habeat Conseruator Vniuersitatis de Leyda pro rebus tangentibus Scholasticos.

Dictum est suprà, Conseruatores suam iurisdictionem ordinariam habere in notoriis, & manifestis iniuriis. Quæritur quæ dicantur manifestæ iniuriæ.

66 Respondeo, quòd † cùm notorium sit illud, quod dicitur probatio probata, & finita, per medium, in iure facta, aut ex facto iudicialiter discusso, secundùm Capram *in tractatu de notorio membr.* 1. *num.* 12. Ant. de Butrio *in tract. de notorijs art.* 1. *n.* 15. quos refert Mascard. *de probatio. conclus.* 1107. *in principio*, iniurias varias esse, cásque secundùm qualitatem personarum variari. §. *atrox. Instit. de iniurijs.* refert Oliba. *de actio.* 1. *p. lib.* 3 § *pœnales. n.* 20.
67 Manifesta † tamen iniuria ex prædictis dicitur quodlibet factum, per quod libertas rei Ecclesiasticæ infringitur, iuxta tradita per Salcedo *dicto c.* 3. *prope finem, vers. & nota, quòd tunc dicitur.* qualis est, si aliquis clericum, seu religiosum locum expoliauerit, iuxta *can si quis de potestatibus.* 24. *quæst.* 3.
68 vel quando † aliquid fit contra priuilegia Ecclesiastica, in corpore iuris insita. quia quæ iuri insunt, notoria dicuntur, secundùm relata per Felin. *dicto cap. cùm ordinem num.* 8. vel, si contra res Ecclesiæ aliquid fecerint, veluti, si aliquis læserit aliquem agrum, seu vineam, aut pascua, vt *in cap. si læserit* 4. *de iniurijs.* vel aliquod aliud factum fecerit, per quod res Ecclesiastica lædatur, quia nomine notoriæ iniuriæ comprehendetur, & contra talem poterit Conseruator via
69 solita procedere. Et non solùm poterit † procedere contra eos, qui principaliter inferunt iniuriam Ecclesiæ, seu illius rebus, verùm etiam potest Conseruator procedere contra eos, qui in iniuria inferenda participes sunt, iuxta text. *in c. si culpa, de iniurijs.* ibi, *si culpa tua datum est damnum, vel iniuria irrogata, seu alijs irrogantibus opem fortè tulisti, aut hæc imperitia tua, siue negligentia euenerunt, iure super his sa-*
70 *tisfacere te oportet.* Si verò † causa, ex qua Conseruator procedit, est dubia, quia ius prætensum per Religiosos est dubium, non poterit Conseruator procedere, quia non potest dici notoria iniuria, quæ ex dubia causa procedit, licèt ex actis constet, si dubitationem continet, iuxta per Felinum tradita *in c. inter cæteras n.* 7. *de re iud.* Quemad-
modum non dicitur nullitas † notoria, quæ 71
aliquam dubitationem habet, & est velata. Francus *in cap. dilecti n.* 153. *prope finem, de appellat. vers. & intellige. & n.* 168. Dec. *in cap ex parte* 2. *col.* 5. *vers. quintò fallit, de offic. delegat.* Cephal. *cons.* 201. *n.* 10 *& cons.* 202. *n.* 16. *lib.* 2. Bursat. *cons.* 73. *n.* 3. Corneus *cons.* 10. *vol.* 4.

Quæsitum fuit, cùm † aliqui Conserua- 72
tores habeant facultatem virtute Bullæ suæ creationis, procedendi contra perturbatores, non obstante appellatione, (quales sunt Conseruatores Ordinis S. Benedicti Congregationis de Valladolid, qualia sunt Monasteria de Monserrat, S. Benedicti de Bages, S. Felicis de Guixols, S. Genesij de Fontaynes, & omnes prioratus, iura, & res dictis Monasteriis iuncta) vt constat in libro dictæ Congregationis, in quo sunt congesta diuersa Pontificia priuilegia dicti Ordinis. præ-
dictis enim † Conseruatoribus datur facul- 73
tas, quòd sint iudices ordinarij prædicti Ordinis, & sic coram eis sunt prædicti Monachi citandi, vt legitur *fol.* 83. *&* 84. dicti libri, vbi indulgetur quòd contra notoriè perturbantes procedant cum censuris, & aliis pœnis, appellatione postposita, an possit Conseruator procedere contra reos, interposita per eos appellatione.

Respondeo, quòd † hæc clausula, *Appel-* 74
latione remota, ordinariè apponitur in rescriptis Apostolicis, respectu eorum, & contra eos, qui spreto iure, ex abrupto, inconsideratè, & de facto procedunt, & contradicunt, vt notat Franc. *in c.* 1. *in fine principij vers. vel poterit, de concess. præbenda lib.* 6. Puteus *dec* 271. *n.* 6. *vol.* 3. & sic relatum fuisse, & decisum in Rota 16. Martij 1588. coram Plato, & 15. Iunij 1590. refert Marta *de clausulis.* 1. *p. claus.* 12.
n. 11. Indistinctè dicendum erit, quòd † po- 75
terit Conseruator procedere, si in Bulla creationis habeat clausulam, quòd possit procedere, non obstante appellatione, contra perturbantes, quales sunt Conseruatores Ordinis, in quorum creationis Bulla existunt prædicta verba, *Appellatione postposita*, vt legitur in supradicto libro *fol.* 84. quia, cùm hi de facto procedant, & sic ius eis non adminiculetur, nil obstabit appellatio per eos inter-
posita, quia † licitum est Papæ, & aliis pote- 76
statibus superioribus, appellationem prohibere. *cap pastoralis, de appellat.* Roland. à Valle *cons.* 29. *n.* 13. *l.* 1. *ff. à quibus appell. non licet.* Ioann. Baptist. Marchesa *in lib. commissionum vtriusque signaturæ* 1. *p. cap.* 10. *num.* 2. Prædicta autem, quòd appellatione remota iudex possit ad vlteriora procedere; intelliguntur,

77 quando † Conseruator procedit in suo casu, quia, si à nototio constat de nullitate iurisdictionis competentis Conseruatori, tunc appellatio habet locum, quia illa clausula, *Appellatione remota*, nil operatur, quando constat de nullitate, vel grauamine notorio. gloss. *in cap. ex conquestione, verbo post appellationem, de restitut spolia.* Abb. *in cap. inter caetera. num. 3. de re iudic.* & sic in quatuor causis diuersis, in curia Romana decisum fuisse tefert Matta *in suo libro de clausulis.* 1. p. cap. 12.

78 *à n. 7. cum seqq.* vbi attestatur quòd † etiam clausula, *Omni, & quacumque appellatione remota*, non tollit notorium grauamen, & oppressionem, seu etiam nullitatem.

79 Quaesitum fuit, an † Conseruator possit iurisdictionem suam alteri delegare.

Huic dubio respondeo, quòd si iudex Conseruator, iuxta tenorem Bullae, cuius virtute est Conseruator electus, habet iurisdictionem ordinariam, cuius occasione ipse censetur ordinarius, poterit iurisdictionem suam delegare, & alteri committere; si verò ipse solùm habeat potestatem procedendi contra infringentes à notorio libertates Ecclesiasticas, tunc, cùm non habeat iurisdictionem, sed executionem illius actus, non poterit suam delegare iurisdictionem, iuxta tradita per Speculatorem *in tit. de iudice suspecto. § excipi. num. 24* vbi constituebat differentiam inter iurisdictiones competentes Conseruatoribus, quasi diuersum sit, cognoscere vtrùm iniuria sit manifesta, an non, & procedere ad punitionem, & mulctam caeterorum. Vnde dicebat quòd Conseruator, hoc quod consistit in cognitione, an iniuria sit notoria, vel non, potest committere; aliud verò, nempe persecutionem, executionem, & coërtionem, non posse committere, quasi hoc sit nudum ministerium, confirmatque suum dictum ex *cap. fin. extrà de offic. delegat.* vbi quoties alicui certum exequendum ministerium

80 tribuitur, alteri † delegare non licet, nisi sanctae Sedis Apostolicae Legatis, quia praedicto casu, praedicti Conseruatores

81 dicuntur meri † executores, iuxta tradita per gloss. *dicto cap. fin. verbo commissam.* & sic ille, cui nudum illud ministerium est concessum, non poterit delegare, ex *dicto cap. fin. § caeterùm*, vbi latè Panormit. *n. 1.* quem textum singularem appellauit Bald. *in l. imperium oppos. 8. ff. de iurisd omnium iudic.* sequitur Felin. *dicto cap fin. § fin. num. 1.*

82 Quaesitum fuit, an † iudex incompetens possit prouidere de captura, contra debitorem suspectum de fuga.

Respondi affirmatiuè, posse siquidem iudicem incompetentem de captura prouidere contra debitorem de fuga suspectum. Nam si ipsi creditori licet debitorem suum, de fuga suspectum capere, etiamsi ipse creditor † sit persona priuata, *l. ait praetor. § si debitorem. ff. de his quae in fraudem credito.* vbi Bart. quem sequitur Angel. Aretin. & Ias. *in § 1. Instit. de actio.* multo magis poterit illum capere iudex, quamuis incompetens. *l. fin. C. de malefic.* hanc sententiam tanquam communem tenet Boss. *in tract. crimin. tit. de confessis.* Picus *in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud.* quos refert & sequitur Roland. à Valle *cons. 65 n. 5.* Ant. Hetingius *de fideiusso. cap. 5. n. 41.* 83

Debet tamen aduertere iudex, quòd † adsit causa suspicionis de fuga, de nouo post contractum celebratum, aliàs enim non est captura prouidenda, quia imputetur sibi, cùm eius personam approbauerit, iuxta Bart. *in l. si creditores. ff. de priuileg. credito.* plura refert Roland. à Valle *dicto cons. 65 num. 9.* aliàs enim iudex actione iniuriarum teneretur, iuxta tradita per Neuizan. *cons. 52. n. 26.* ex *l. penult. C. qui bonis cedere possint.* 84

Requiritur etiam quòd † constet de debito, aut per scripturam scribentis, aut per confessionem debitoris, vel per testes summariè; & licèt velint supracitati Doctores relati à Rolando à Valle *dicto consil 65* quòd non sufficiat iuramentum partis, in Catalonia tamen seruatur, quòd † praestito iuramento per creditorem, quòd debitum est certum, & liquidum, iuxta Bart. *in l. apert. simi. C. de iudicijs*, sequitur Molina *in suo lib. de inuocatione brachy secularis. cap. 3. n 32.* quòd est verum debitum, & quòd adest timor fugae ipsius debitoris, & his interuenientibus, solet prouideri captura contra debitorem, quousque cauerit de iudicio sisti, & iudicato soluendo. 85 86

Haec autem † cautio sufficit iuratoria, si fideiussores non inueniat debitor, & hoc iuret, si captura prouideatur per quemlibet ordinariũ; non verò si captura prouideatur per Consulatum Logiae Mariae, quia ibi ex priuilegio non admittitur iuratoria cautio, refert Cancer *lib. 3. var. c. 8. de contentione iurisd. n. 9.* 87

Quaesitum fuit, quis sit iudex † competens in casu, quo lis mouetur super re, quae sita est in confinio duorum terminorum, vel in casu, quo lis moueatur, ratione alicuius rixae euentae in confinio duorum terminorum. 88

Respōdi, posse hoc casu adiri duos iudices, nempe iudicem vniuscuiusq; territorij, quia cùm loci ratio haberi debeat, iuxta text. *in l. 1. § fin autem in corpore. ff. de vi & vi armata*, locúsque ibi communis sit, ad vtrúmque recurri poterit. tenet Socin. *in cap. fanè n. 3 vers. sexta declaratio.* tenet etiam post Host. Ioan. Andr. *in c. postulasti, de foro competenti. c. dilecti, eod. tit.* Menoch. *de retinen. poss. remed. 3. n. 321.*

89 Quæsitum vlteriùs fuit, an † fideiussor foraneus, fideiubens coram alio iudice non suo, possit postea coram eo conueniri.

Respondeo fideiussorem datum coram iudice non suo, non haberi pro fideiussore dato, nisi expressè renunciauerit suo foro proprio, iuxta mentem Vlpiani *in l 1 ff. si quis in ius vocatus non ierit, & in l. 7. ff. qui satisdare cogantur.* post longam commentationem hoc sequitur Ias. *in dicta l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit.* Petrus Peckius *de iure sistendi, cap.* 15. Aufred. *ad Capell. Tolosan. decis.* 180. sequitur Heringius *de fideiusso. cap.* 14. *à num.* 16. ex quibus resoluitur, posse fideiussorem foraneum conueniri si renunciauerit, aliàs coram suo iudice ordinario esse conueniendum.

90 Quæsitum à me fuit, an † si aliquod rescriptum Apostolicum fuerit præsentatum alicui iudici Synodali, veniendo dictum rescriptum dicto iudici Synodali, & iste postea desinat esse iudex Synodalis, an poterit cognoscere de causa, postquam desiit esse iudex Synodalis.

Respondeo controuersam in hoc fuisse sententiam. alij enim existimarunt, non posse cognoscere de causa, si desierit esse iudex Synodalis, vel non habuerit qualitatem, propter quam causa sibi fuit commissa, pro vt refert Ioann. Baptista Marchesa *in suo libro commissionum vtriusque signaturæ, cap.* 1. 1. *part. cap.* 6. *n.* 3 6. *in fine.* qui licèt non fundet suum dictum, existimo tamen illud confirmari posse ex traditis per Tiraquell. *in tract. Cessante causa* 1. *part. num.* 48. & 188. vbi ipse

91 dicebat † officij causa cessante, cessare etiam & officium. quod confirmabat ex *l. Lucius. ff. de fideicommiss. libertatibus.* & ex aliis fundamentis, per dictum Tiraquell. traditis, & sic, cùm præsentatio dicti rescripti fuerit facta causa dignitatis, ea deficiente dicunt, iudicem desinere esse iudicem. Ex quibus dicebant hanc opinionem tenere Panormit. *in cap. quoniam Abbas, num.* 8. & 10. *de offic. & potest. iudic. deleg.* Tiraquell. *in tract. Cessante causa, limit.* 4. *n.* 5. Abbas vbi suprà *num.* 14. quia dicunt quòd hoc, quod est iudicare, habet tractum successiuum.

Alij verò contrariam sententiam existimarunt veriorem. quia dicebant sufficere

92 † à principio habere dictam qualitatem, quia semper attenditur principium. *c.* 1. *de rescript. cap. si eo tempore, cap. ... adum. de electio.* Cephal. *cons.* 133. *num.* 23 *lib.* 1 & qualitas illa iam reperiretur tempore præsentationis, *l.* 2. *ff. de auro & argent. legat.* & cùm ratio finalis, quare causa committatur iudici constituto in

93 dignitate, ea sit, quia † constituti in dignitate præsumuntur peritiores. argum. *cap. cum in cunctis, de electio.* postea licèt cesset dignitas, remanet præsumptio scientiæ, propter qualitatem præcedentem. Gemin. *in dicto cap. statutum.* & horum veriorem existimo sententiam, qui renuerunt, posse † iudicem 94 de causa cognoscere, etiam dimissa dignitate, sequendo prædictorum opinionem, & glossæ *in cap statutum. verbo, canonico. vers. etsi tempore data, de rescript. lib.* 6. Archidiac. *ibid. num.* 3. *vers. & quid si.* Anchar. *num.* 5. tenent alij, quos refert Flamin. Parisius *de resignat. benefic. io.* 1 *part. quæst* 11 *num.* 6. qui tandem *n.* 14. *vers. concludendum*, attestatur hanc quæstionem fuisse decisam à sacra Congregatione Cardinalium Concilij Trident. die 21. Maij 1587. dicendo, posse † iudicem, cui 95 causa sub nomine dignitatis fuit commissa, eam decidere, etiamsi, tempore quo sententia fertur, non habeat dignitatem. tradit & sequitur Barbos. *tract. de officio ac potest. Episcop.* 3. *p. allegat.* 54. *à num* 155. & sic cùm decisionem habeamus à sacra Concilij Congregatione, non est cur in aliis immoremur. Resolutum igitur manet, qualitatem solùm requiri tempore præsentationis rescripti, & posse iudicem causam decidere, etiamsi tempore prolationis sententiæ eam non habuerit.

Quæro vlteriùs, an † commissarius Apo- 96 stolicus possit compellere Notarium Regium, vt det sibi originalem processum, penes se existentem.

Respondeo, hanc quæstionem fuisse decisam in Regio nostro Consilio, teste Michaële Ferrer. 3. *part. obseruat cap.* 451. in negatiuam sententiam, nempe commissarium Apostolicum non posse compellere ad sibi tradendum originalem processum. quod procedere existimo, quando agitur inter duos priuatos; secus verò, si in causa habeat interesse fiscus curiæ Ecclesiasticæ, quia hoc casu, ratione interesse, quod habet fiscus Ecclesiasticus, bene poterit compellere. quia † fiscus semper attrahit causam ad suum fo- 97 rum. *l.* 2. *C. si aduersus fiscum. l. ad fiscum. C. vbi causa fiscalis.* Affl. *decis.* 2. ex quibus vidi quòd vertere causa in Regia audientia, inter Nobilem Hieronymum villa Barcinone popularum, & ei succedentem eius morte securata ex vna, & creditores loci, & termini de Sponella, ad relationem Magistri Iosephi Dalmau de Regio Consilio. Inter quos creditores erat Procurator fiscalis S. Inquisitionis, quia dictus Procurator fiscalis habebat interesse in causa, prætextu cuiusdam censualis, quod recipiebat super dictum castrum, & terminum de Sponella, cùmque orta esset quæstio, an originalis processus in Regia audientia vertens, penes dictum Bosc rema

remanere debent, an verò tradendus esset scribæ causarum ciuilium S. Inquisitionis, de hoc dubio consuluerunt Regium supremum Aragoniæ Consilium, & S Inquisitionis, ex quibus emanauit resolutio, quòd processus in Regia audientia vertens penes dictum Hieronymum Bosc, traderetur originaliter dicto scribæ causarum ciuilium dictæ Inquisitionis, pro vt realiter fuit traditus.

98 Quæritur vlterius, an † commissio alicui facta deficiat, si ante executionem decedat ille, qui causam commisit.

Resolutiuè respondeo, adhibita quadam distinctione, quòd aut cōmittitur mera executio gratiæ, aut ipsamet gratia concedenda per eum, cui commissio facta est. qua diuisione constituta, dico quòd si committitur executio gratiæ concessæ, non expirat iurisdictio ei, cui causa fuit commissa, etiamsi moriatur concedens. *c. si gratia, de offic. deleg. in 6.* etiam re integra existente. Idem notat glos. *dicto c. si super gratia.* Gutier. *canon. quæst. lib. 2.*
99 *cap. 17. num. 3.* Si tamen † committatur concessio gratiæ, & ante illius executionem re integra decedat committens, expirat iurisdictio, & ad executionem concessionis procedere non poterit, *c. si cui. §. fecus. de praeben. lib. 6.* decis. Rotæ Rom. 12. aliàs 349. *de offic.*
100 *iud. delegat.* quia illa regula, quòd † gratia re integra non expirat morte concedentis, limitatur in executore dato ad gratiam faciendam, ex text. *in c. si cui nulla, de praebend. in 6.* & ibi glos. Ioan. Andr. *in additio. ad Specula tit de iudice delegato §. restat. vers. item mortuo.* quia magna est differentia, quando gratia est iam concessa, & solùm illius executio cōmittitur,
101 quia † cùm gratia capiat vires ab illius executione, & hæc sit facta viuente eodem concedente, non est iam curandum de validitate illius, quia à concessione capit vires, vt ex mente Archidiaconi *in proœmio lib. 6. Decretalium. n. 1.* & ibi Ioan. Andr. Domin Franc. & communiter scribentes, refert Gutier. vbi su-
102 prà *n 4.* plura referens de concessione † indulgentiarum, remissionum, licentiarum, dispensationum, & aliorum similium, & quòd secundùm prædictam diuisionem fuit decisum in supremo Regio Consilio Barcinonensi, refert Peguer. *decis. 130 per totam.*
103 Quæro, an † delegatus ad causas criminales, possit eas alteri subdelegare.

Respondeo causas meri, & mixti imperij à iudicibus ordinariis non posse delegari. quia licèt videantur eis competere, ratione officij, & sic via ordinaria; tamen eo ipso quòd competit magistratibus superioribus, ratione officij magistratus maioris, censetur electa industria personæ, iuxta notata per Iulium Clarum *in pract. crimin § fin quæst. 41.*

n. 1. cùm enim ardua negotia alicui conceduntur, censetur industriam † personæ fuisse electam, vt *in cap. vlt. de offic. delegat.* notat Felix, & Crauer. *cons. 30. col 2. vers. quaero.* alios refert Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. casu 205. in principio.* à Principe autem delegati possunt absolutè, & in hoc omnes concordant, teste Iulio Claro vbi suprà. 104

Maior autem dubitatio est, an † delegatus à Principe possit subdelegare causam. Bartol. *in l. vnic. C qui pro sua iurisdictione, num. 5.* tanquam specialem casum statuit, dicens singularem casum esse illum dictæ l. vnicæ, quòd possit delegatus à Principe causas meri imperij subdelegare; sed licèt Bart. hunc casum pro singulari reputet, salua tamen illius pace, 105

Respondeo, quòd † non potest. quia ex eo quòd commissio fuit facta à Principe huic particulari, censetur industria personæ electa. iuxta notata per Felin. & alios *in c. fin. de offic. delegat.* quos allegat Farinac *cons. crim. 83. n. 8.* & sic practicatur in Catalonia, quòd delegatus ab excellentissimo Locumtenente generali (qui *alter nos* dicitur, respectu domini Regis) ad actum aliquem particularem, veluti ad testes recipiendos, non potest alteri committere eorum receptionem, & ita fuit decisum in Regia audientia, vt attestatur Michaël Ferrer. *3 parte obseru. c. 281.* 106

Quæritur vlteriùs, an † iste delegatus, si cum litteris commissionis subsidiariis exeat extra regnum ad testes recipiendos, ibi eos teneatur recipere secundùm iura suæ patriæ, an verò secundùm ius loci vbi recipiuntur, veluti est caput curiarum Caraloniæ 13. anni 1599. quo disponitur, quòd testes debeāt sua manu subscribere eorum dicta, aut alius, pro ipso teste deponente, nesciente scribere, de eius voluntate, an hæc dispositio sit seruanda, si testes in Aragonia recipiantur, vbi tale statutum non reperitur; & videndum dicetur, esse recipiendos secundùm formam loci vbi recipiuntur, ex eo quòd, † cùm receptio testium respiciat ordinatoria iudicij, necessariò locus iudicij vbi recipiuntur attendi debet, ex notatis per Bald. *in c. de causis, col. 2. vers. quaero vtrùm iudex delegatus, de foro competenti.* faciunt tradita per Ioan. Andr. *in rubr. de consuet.* Alex. *cons. 164 vol. 6.* quod probant ex *c. cùm venissent, de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.* sequitur Roland. à Valle *cons. 48. à n. 14. vers his tamen non obstantibus. vol. 3.* Puteus *decis. 127. lib. 1.* referens, in Rota ita fuisse decisum die 24. Maij 1541. delegatum † in stylo qui respicit ordinatoria iudicij, obseruare debere formam iudicis delegantis, & hanc resolutionem tanquam tutiorem esse sequendam existimo. 107 108 109

110 Quæro, an † delegatus in causa appellationis, ab interlocutoria, cui est cōmissa causa appellationis, vnà cū toto negotio principali, possit declarare super negotio principali.

Respondeo quòd iudex delegatus, cui est cōmissa causa appellationis interlocutoriæ, vnà cum principali, poterit de causa principali cognoscere, si causa appellationis ab interlocutoria legitimè interposita declarata fuerit. ex decisione *c. vt debitus, de appellat.* qui non solùm loquitur in iudice ordinario appellationis, sed in iudice delegato, cùm amborum iudicum eadem sit ratio. secundùm gloss. *in c. ex tenore, verbo terminetis, de foro compet.* hoc idem tenent Anton. Abb & Imol. *in dicto c. vt debitus*, & ibi Dec. *n.* 23. Francus *num.* 43. & tanquam veriorem, & frequentiorem approbarunt Henricus, & Ægidius Bellamera *dicto cap. vt debitus, num* 47.

111 Si tamen causa † appellationis ab interlocutoria introducatur in curia Romana, & commissa cum negotio principali, etiam si declaretur causa appellationis iniusta, causa tamen principalis in curia retinetur. ita attestatur Bellamera *decis.* 37. *sub tit. de appellat.* dicens, quòd ratio cōsuetudinis prædictæ, quòd causa semel euocata retineatur, est, quia non est locus Ecclesiasticus in mundo, in quo ita bene declarentur, sicuti in curia Romana.

112 In † ciuitate de Tortosa euenit, quòd Reuerendus Monserratus Morales Præcentor sedis dictæ ciuitatis, vulgò ibi nominatus *Commensal*, in sua domo præstabat alimenta Ioachimo Morales eius fratri, vxori suæ, & omni familiæ dicti eius fratris, & quotidie in macello, siue carniseria dederunt per spatium duorum annorum, famulis dicti Commensalis, carnes francas, & immunes ab impositionibus dictæ ciuitatis, quæ erant quinque denariorum pro qualibet libra. postea arrendatores iurium, siue impositionum prædictæ ciuitatis, qui erant Petrus Sola, Ioannes Paulus Tagell, & Paulus Fuster coram Procuratoribus dictæ ciuitatis (qui alibi Consules sunt) fuerunt conquesti de dicto Commensali, eo quòd defraudabat iura, & impositiones ciuitatis, & quòd ipse propriis suis expensis non poterat alimenta præstare, quia dictus Commensalis restituerat bona paterna, & materna dicto Ioachimo eius fratri, & quòd ipse Commensalis solùm lucrabatur fructus dictæ commensaliæ, quorum valor non erat æqualis, quod sufficeret ad congruam alimentorum sustentationem. & sic per indirectum grauabantur dicti arrendatores, ex quorum querimoniis moti ipsi Procuratores verbaliter, non audito, nec vocato dicto Morales, arbitrarunt quantum valere poterat ius impositionis, & franchesiæ, quam consumebant dictus Ioachimus Morales, eius vxor, & familia. & iudicarunt quòd duodecim libræ, pro duobus annis, & sic pro dicta quantitate fecerunt capere per subhicarium ciuitatis, pignora à dicto Ioachimo Morales, pro quibus procedimentis Venerabilis Monserratus Morales fuit conquestus in curia Ecclesiastica de Tortosa, petens mandari prædictis, reuocarent dicta procedimenta, & pignora restituerent, firmando ius, & de iure in forma solita, à qua curia fuerunt emanatæ litteræ, quibus dictis Procuratoribus præcipiebatur sub censuris, quòd reuocarent prædicta procedimenta, & pignora per eos capta restituerent, eo quia erant facta in præiudicium dicti Commensalis Morales. Quibus monitoriis litteris dictis Procuratoribus præsentatis per dictos Procuratores fuit in curia seculari firmatum ius, & de iure in forma solita, & litteræ in forma contentionis emanatæ, & præsentatæ dictæ curiæ Ecclesiasticæ. ex quibus procedimentis contentio fuit firmata inter dictas curias, & causa deuoluta admodum Illustr. & Reuerendo Cancellario Don Petro de Puigmari, qui interuenientibus Magnificis dilectis Regiis Senatoribus Iosepho Ferrer, & Iosepho Roca, existente dictæ causæ contentionis relatore me Acacio Antonio de Ripoll, magna discussione habita fuit decisa die 10 Decembris 1621. in fauorem curiæ Ecclesiasticæ. fundamenta pro vtraque parte fuerunt sequentia Pro parte ciuitatis prætendebatur, quòd non erat locus firmæ factæ in curia Ecclesiastica, ex eo quòd in curia seculari erat conuentus Ioachimus Morales secularis, & cum eo legitimatum iudicium, & sic licèt daretur quòd interesse erat dicti Commensalis Morales, tamen quia dictus Commensalis non erat reus necessarius, cùm non fuisset citatus in curia seculari, non poterat Commensalis tanquam clericus attrahere † cognitionem causæ prædictæ ad curiam Ecclesiasticam, iuxta tradita per Abbat. 113
in c. quoniam frequenter. §. *in aliis. n.* 28 *vt lite non contest.* Bart. & alij tradunt *in l.* 2. *C. vbi in rem actio exerceri debeat.* Gamma *decis.* 332. Barbat. *consil.* 24 *n.* 1. *lib.* 4. in prædicto autem casu non poterat Commensalis dici reus necessarius, etiamsi fuisset citatus, iuxta tradita per Cancer *lib.* 2. *variar. c.* 13. *de reconuent n.* 62. *cum seq.* Ambro. *de immunit Eccles. c.* 20. *n.* 27. *& seqq.* Hondedeus *consil.* 25. *n.* 16. *vol.* 1. faciunt notata per Decian. *resp.* 118. *n.* 10. *vol* 3.

Secundò dicebant, quòd ad excludendam intentionem curiæ secularis, dictus Ioachimus Morales, vt liberaretur, debebat opponere exceptionem de iure prætenso per fratrem suum, & illum citare in curia secu-lari,

lari, ratione euictionis, tanquam auctor laudatus, quod non fecit. quo casu dicebant iurisdictionem competere iudici laico, in fauorem ciuitatis. ex traditis per Cancer 2 *tom. var. c.* 13. *à n.* 62. ex quibus apparet, quòd pro parte ciuitatis præsuponebant dictum laicum in dicto iudicio esse verum reum: & sic cùm verus iudex, ratione actionis intentatæ, per dictos arrendatores, contra dictũ Ioachimum Morales, sit secularis, meritò prædicta causa tractanda veniebat in curia seculari.

Pro parte verò curiæ Ecclesiasticæ dicebant, quòd in processu constabat, quòd spatio prædictorum duorum annorum, carnes fuerint venditæ per dictos arrendatores, famulis dicti Commẽsalis liberæ ab impositionibus, agnoscẽtes emi nomine clerici, quia aliàs nõ dedissent carnem liberam à prædicta impositione, sed affecta cũ ea. & sic si prætensa fraus interuenerat, non erat repetenda à dicto Ioachimo Morales, sed à dicto Commẽsali Morales, qui eam cõmisisset (si commissa erat) & sic verus reus erat dictus Cõmensalis, qui verè grauabatur, eo quòd cõstabat in processu, ex testium depositionibus, se alimenta fratri, & cognatæ, & famulis eorum, suis propriis ipsius Commensalis expensis præstare, & sic licèt executio fuerit facta contra bona ipsius laici, tamen quia facta erat pro contractu & gestis per clericum, necessariò dicendum vi-
114 detur, factam † esse dictam executionem contra libertatem Ecclesiasticam, probat Angel *in l.* 1. *n.* 3 *ff. in ius vocati vt eant, aut satisdent, n.* 3. faciunt tradita per Lapum *alleg* 29. *n.* 7 facit text. *in c. sciant cuncti. de elect. lib* 6. & quæ tradit Felin. *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ, n.* 99.
115 *de constit.* vbi non valet † statutum laicorum, imponens pœnam consanguineis clericorum propter inobedientiam eorum. Tuscus *verb. libertas Ecclesiastica. conclus.* 346. *n.* 136. tum quia cùm dictus clericus, & Commensalis (vt dictum est) casu quo fraus esset commissa, ipse eam commisisset, prædicti arrendatores extorquendo de facto impositionem ab eius fratre, ipsi Commensali iniuriam inferebant, iuxta tradita per Menoch. *de arbitr. casu* 361. *n.* 10. *&* 11. quo casu, etiam ad iudicem Ecclesiasticum punitio, & cognitio pertinet, ex traditis per Martam *de iurisd* 2. *parte,*
116 *c.* 27. *n* 8 quia † in alimentis clericorum non est facienda scrupulosa inquisitio, iuxta constitutiones Prouinciales Tarracon. *c.* 3. *sub tit. ne clerici, vel monach.* & sic declaratum ex hisce fundamentis fuit, prædictam causam esse tractandam in curia Ecclesiastica, declarando firmæ iuris factæ in curia Ecclesiastica per dictum Commensalem Morales locum esse.
117 Quæro, an † si aliquis Baro capiat aliquem malefactorem in suo territorio, qui neque ratione delicti, nec originis, nec habitationis est sibi subiectus, possit illum detinere, & remittere ad locum vbi deliquit, vt ibi puniatur.

Iste casus decisus reperitur à nostro supremo Regio Catalonię Senatu, vt refert Peguera *in suis decisionibus. cap* 2. *per totum.* resoluens, non posse † Baronem eum, qui sibi sub- 118 ditus non est, capere, nec eum remittere ad locum delicti, quia ad remissionem faciendam, necessaria est iurisdictio, ex aliqua causa. quam sententiam præsensit Bossius *in tit. de foro compet.* Couarr *pract. quæst. cap.* 11. *n.* 10. quem casum præsensisse videtur Vincent. de Franchis *decis.* 37. *num.* 1. & sic cum nostri Regij Senatus tanta sit auctoritas, non est cur magis hîc immoremur.

Clericum † conueniendo laicum coram 119 iudice seculari, posse coram eodem reconueniri, vbi adest cõsuetudo, tanquam receptionem sententiam tradunt Farinac. *de inquisit. tom.* 1. *q.* 8. *n.* 99. Bobadilla *in sua politica tom* 1. *lib.* 2. *c* 18. *n.* 162. *casu* 72. Greg. Lopez *l* 57 *tit* 6. *part.* 1. *gloss.* 4. *verbo, alli deue responder.* Viuius *decis.* 49. *tom.* 1. *n.* 5. Panorm. *c.* 1 per eum relatus Maranta *de ord. iudic* 4 *parte dist* 6. *tit. an sit iudicium conuentionale, vel reconuentionale, n.* 54. adeò quòd † intentato iudicio per clericum 120 coram iudice seculari contra secularem, non possit clericus renunciare introductioni causæ ad fugiendam reconuentionem, iuxta tradita per Marantam vbi suprà *n.* 55. ex mente Baldi *in auth. consequenter.* § *penult. C. de senten.* Specul. *tit. de reconuent* §. *fin.* quos allegat Maranta vbi suprà *n* 55. exceptis † quibusdam 121 casibus, in quibus clericus reconueniri non potest. nempe, si reconuentio oriatur ex causa criminali, etiamsi ciuiliter fuerit intentata, vel sit reconuentio de re spirituali, vel connexa spirituali, vel propter quã clericus possit incarcerari, vel si lis contra clericum fuerit affectatè procurata per laicum sub spe, & intentione reconueniendi clericum, vt tradunt suprà citati Doctores *in locis allegatis.*

Præsupposita dicta resolutione, quæsitum fuit, an † clericus possit reconueniri de qua- 122 libet alia re diuersa, & separata, quæ non habet connexitatem cum petitione per eum facta, contra laicum: an verò solùm possit reconueniri de rebus habentibus connexitatem aliquam cum petitione.

In hac quæstione, Viuius vbi suprà *n* 6 defendere videtur affirmatiuam partem, videlicet † posse fieri super eadem re, & super pe- 123 nitus diuersa, allegando Lapum *in alleg* 7. *n.* 2. Panorm. *in cap* 1. *de mutuis petitio.* Maranta *in praxi* 4. *parte dist* 6. *princ. à n.* 5. & sic decisum fuisse in curia Aquilana vidisse se attestatur.

Si tamen rectè perpendantur Panormitanus, & Maranta allegati vbi suprà à Viuio,

dicta decisione nullum verbum loquuntur
124 respectu clerici, vt † coram iudice seculari, de quacunque re diuersa à petitione recõueniri possit clericus, & sic, salua tanti viri pace, di-
125 cendum est, nempe, clericum † non posse reconueniri coram iudice laico de re, quæ non habet connexitatem cum petitione, seu omnino diuersa. quia cùm de iure permittatur, quòd clericus conueniens laicum coram suo iudice seculari, possit reconueniri coram eodem, est ex speciali ratione, per supradictos Doctores tradita, quæ non est extendenda ad alium casum, in quo nulla est connexitas ad rem petitam, & reconuentam. & hanc sententiam secutus fuit Gaspar Antoninus Thesaurus *lib.1. quæst. forens. quæst.* 98.
126 *in fine*, vbi dicebat, quòd † clericus potest reconueniri coram iudice laico, quando reconuentionis causa habet cõnexitatem cum re petita; si verò connexitatem non habet, & clericus petat de reconuentione processum ad partem fieri, tunc processus est diui-
127 dendus, ne † inducatur confusio causarum, per ea quæ tradit Bald. *in l.ordinarij.col.1.C.de iudicijs.* non enim causæ sunt iunctè tractandæ, nisi habeant inter se connexitatem, vt dicit Purpur. *in l.edita. num.* 101. *C. de edend.* Guido Pap *quæst.* 103. *n.*4. Crauet. *consil.*102. *num.* 5. quod dictum hoc exemplo declarat
128 Thesaurus, puta, si † clericus petat à laico centum ex causa mutui, & ille reconueniat clericum, & petat commodatum, hoc casu, cùm diuersæ sint causæ, si clericus petat separari processus, diuidendi erunt, & clericus, ratione reconuentionis erit ad iudicem Ecclesiasticum remittendus. Ex quibus, vertente causa in Regia audientia inter Syndicum admodum Illustris Capituli ciuitatis de Tortosa ex vna, & Syndicum eiusdem ciuitatis, ad relationem magistri Hieronymi Senjust de Regio Consilio, penes N. Minguella scribam mandati, & dictæ causæ, in qua pro parte dicti Capituli petebatur, quòd ciuitas de Tortosa compelleretur ad obseruandam quandam antiquam concordiam, circa solutionem decimarum, initam inter clerum, & dictam ciuitatem, quam pro parte dictæ ciuitatis nolebant obseruare, in qua causa ciuitas fecit reconuentionem, petendo clerum compelli ad solutionem quatundam impositionum ciuitatis prædictæ, pro reparatione pontium, & ad diuersos alios fines. Magnificus Franciscus Aguilo (tunc Aduocatus dicti Capituli, nunc verò de Regio Consilio) Philippus Vinges, & ego, vti Aduocati etiam dicti Capituli consulimus, non esse dandum locum recõuentioni prædictæ, tanquam de re separata à petitione, & nullam cõnexitatem cum ea habente, & sic firmandam esse contentionem inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, per Syndicum dicti Capituli de Tortosa; prout fuit firmata cum seculari curia Regiæ audientiæ. cuius contentionis causa fuit deuoluta ad admodum Reuerend. Cancellarium, per quem die ... mensis .... anni ... fuit declaratum, prædictæ firmæ iuris factæ in curia Ecclesiastica, per Syndicum dicti Capituli de Tortosa, locum fore.

Clerici, an † à potestate seculari capi possint, & detineri, vide quæ tradunt Bobadilla 129
*in sua politica tom.1.lib.2.c.*18. *à n.*50. vbi cum sequentibus latissimè de hac materia tractat, resoluens iudicem secularem posse capere clericum delinquentem, vel proximum, & ad delictum committendum præparatum, & illum iudici Ecclesiastico intra viginti quatuor horas repræsentare, & restituere. resoluunt hanc materiam Roman. *sing.*419. Don Ludou. à Peg. *in sua pract. crimin. cap.*12. *de processu via ordinaria à num.*7. *cum seq.* Michaël Ferr. 3. *part. obseru c.*220. & de clericis coniugatis vide Couarr. *pract. quæst. c.*31. vide titulum *de clericis coniugatis in* 6. & text. *in c.clerici, de iudicijs.* plura tradit Anton. Oliba. *de iure fisci, c.*14 *à n.* 43. *&* 65. cum aliis, *&* *num.* 129. vsque ad finem dicti capituli. *&* *cap.*15. *n.*41. Videndus est Belluga *in speculo Princip. rubr.*11. §. *dubitatur. & in* §. *item dubitatur. & in* §. *videamus.* Farinac. *tom.*1. *quæst.*8. qui omnes in præcitatis locis latè disputant de clericorum captura per ministros seculares, de eorum restitutione, & detentione, & de expensis factis in captione eorum, & remissione facienda, ad quos est recurrendum, quoties dubium aliquod circa prædicta occurret.

Matrimonij † causa, per quem iudicem 130
cognosci debeat, valde dubia est quæstio, iuxta tradita & relata per Vincenr. de Franchis *decis.*36. distinctionis fœdere hanc resoluens quæstionem, ex traditis à Bart. *in l.Titia. ff. soluto matrim.* videlicet, quòd quando est quæstio facti, nempe an matrimonium fuerit contractum, vel non, tunc dubium decidi possit per secularem iudicem; si verò quæstio fit circa ius, nempe hoc matrimonium an legitimè fuerit contractum, vel non, per Ecclesiasticam curiam decidi debeat. & hanc sententiam communiter receptam esse, attestatur Alex. & Ias. *in l.quoties.C.de iudicijs.* Couar. *de sponsc.*8. §. 12. *n.*3. & hoc non solùm si principaliter quæstio fuerit mota super validitate matrimonij, sed etiã vbi causa hæc matrimonij superuenerit. Nam si forsan in Regia audientia, vel alia curia seculari, lis & causa vertatur circa successionẽ alicuius hæreditatis, & in ea per alterã partẽ opponatur exceptio illegitimitatis personæ matrimonij † causa, 131
tunc

tunc matrimonialis causa, & sic legitimatio personarum deciditur in curia Ecclesiastica; causa verò successionis in curia seculari, ita vt vna curia per aliam non impediatur, & ita fuit declaratum per admod. Illustr. Don Guillermum Cassador. Episcopum Barcen. tertium nominatum per suam Excellentiam in causa contentionis ortæ inter curiam secularem Regiæ audientiæ, & Ecclesiasticam Episcopi Vicen. ratione litis vertentis in Regia audientia, inter Nobilem Geraldum de Queralt dominum villæ de Santa Coloma, & Philippum Ioannem de Olcinelles, in ciuitate de Leyda domiciliatum, super Baronia del Callar, in qua causa per dictum de Queralt fuerat oppositum dicto de Olcinelles, se non esse de legitimo matrimonio procreatum. & sic firmata contentione, vbi dicta causa legitimationis esset tractanda, fuit per dictum Reuerendissimum Episcopum declaratum vt suprà. nempe, causam matrimonialem in curia Ecclesiastica esse declarandam; causam verò Baroniæ del Callar in Regia audientia, & quòd vna causa, per aliam non impediretur. quæ declaratio, per dictum Reuerendissimum Episcopum fuit lata die 14. Martij 1567. Et similis contentio fuit declarata per admod. Reuerend. Cancellarium Agullana die 28. Septembris anni 1610. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, & secularem Regiæ audientiæ super validitate matrimonij Hieronymi de Marimon, & Angelæ eius prætensæ vxoris. qui articulus superuenit in causa, quæ de hæreditate dicti Hieronymi de Marimon vertebatur in Regia audientia, ad relationem Magnifici Iosephi Ferrer.

132 Quæritur vlteriùs, an † mandans fieri delictum, sit puniendus in loco mandati, an verò in loco vbi fuit delictum consummatum, & adimpletum.

Respondeo resolutiuè, quòd mandans est puniendus in loco commissi delicti, teste Panor. *in cap fin. n.27. de foro competent.* quem refert Hieron. Laurent. *decis. Rotæ Auen.* 114. *n.5. vers. veruntamen.* Maria. *in cap. postulasti, n.5. eod. tit. & in c.1. n.15. de raptor.* quia man-

133 dans † non tenetur de mandato, nisi illius subsecuto effectu. Bart. *in l. non solùm. § si mandato n.9. ff. de iniurijs.* vbi attestatur mandan-

134 tem & mandatarium † eadem pœna esse puniendos, & hanc sententiam tenendam esse attestatur Curt. iunior *cons.* 237. *num.* 4. Ias. *in l.2. n.22. C de seruis fugitiu. & in l. si quis mihi bona. §. sed & quid si mandam. n.16. ff. de adquir hared.* Cater. *in practic. crimin. fol.* 310. *n.*75. Iul. Clar. *§. fin. q.* 89. *n.*1.

135 Per † præuentionem inter iudices, æqualem iurisdictionem, vel mixtam habentes, adquiri præuenienti priuatiuè ad alium iurisdictionem, communis attestatur schola. sequitur Marta *de iurisdict. 2. parte cap.2. in principio*, (vbi latè de præuentione.) qua resolutione præsupposita quæritur, si † duo iu- 136
dices habentes æqualem iurisdictionem, vnus præueniat inquirendo, alius verò capiendo, quis eorum præferatur.

Respondeo, præferri eum, qui præuenit capiendo, Bart. & Alex. *in l si pluribus. ff. de legat.* 1. & in aliis locis, quos allegat Camil. Borrel. *in addit. ad Bellugam in speculo Principum, rubrica* 11. *§. ex quo prædiximus. verbo demissiones. vers. decimooctauò.* Angel. de Marsil. *verbo, iudex commisit, in fine.* Hyppolytus *in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. num.* 205. Grammat. *consil.* 29. & ita fuit iudicatum per admodum Reuerendum Matthæum Sorribes Regium Cancellarium, 28. Iulij 1549. in causa contentionis inter curiam secularem Gubernatoris Cataloniæ, & Episcopũ Gerund. ex alia.

Quæsitum fuit, an † iudex secularis 137
possit punire clericum falsò coram eo deponentem, vel illum teneatur remittere iudici Ecclesiastico.

Respondeo absolutè, negando, posse iudicem laicum, neque pecuniariè, neque alio modo clericum falsò coram se deponentem punire. iuxta tradita per Hostien. Innocent. Butr. & Ioan. Andr. *in cap. verum, de foro compet. & in cap. & si clerici*, & ibi Felin. *col.8. in fin. verb fortifico, de iudic.* Farinac. *de inquisit. quæst.* 8. *n.*16. & hanc opinionem communem esse attestatur Felin. *in dicto cap. verùm, de foro compet.* Afflict. *decis.* 230. *n.*1. & 4. Boss. *in tit. de falsis, num.* 110. licèt aliqui existimauerint, licere laico iudici ex officio clericum falsò exponentem pecuniariter punire. quod censuit Guiller. Benedict. *in cap. Rainutius. in princ. n.*142. & Feder. *consil.* 93. & alij existimauerint absolutè, clericum † falsò depo- 138
nentem coram indice seculari ab eo posse puniri. & hoc censuerunt Cynus, & Bald. *in l. nullum. C. de testibus.* & Marsil. *in l. fin. num.* 152. *ff. de iurisd. omn. indic.* sed resolutio superior ingenuè tenenda est, nullo † modo 139
iudicem secularem posse punire clericum falsò coram se deponentem. posse tamen eum capere, & iudici Ecclesiastico ad puniendum remittere. sequitur Peguera *decis. Catal.* 79. *num.*5. quia iudex secularis est incapax iurisdictionis in clericos. Si enim iudex sit capax iurisdictionis, licèt non sit suus superior, poterit talem clericum extraordinariè punire. quia ratione delicti falsitatis commissæ, sibi subditus efficitur. sic admodum Reuerend. Cancellarius in Catalonia, cùm sit iudex Ecclesiasticus, & Ecclesiastica

140 auctoritare creatus, poterit † clericum falsò
coram eo deponentem punire, extraordina-
ria pœna, & postea poterit condigna puniri
pœna à suo iudice ordinario, vt attestatur
Peguera *decis.79 n 6.* & antea dixerat *in decis.
60.n.2* dicens, testem falsò deponentem co-
ram iudice non suo, ab eo puniri posse, non
obstante priuilegio quocunque exemptio-
nis, non tamen, si iudex incapax sit, vt dixi-
mus.

141 Quæsitum fuit, an † Capitulum canoni-
corum alicuius Ecclesiæ possit habere ma-
cellum ad scindendum carnes.

Respondi ius macelli, seu actum illum
scindendi carnes, dupliciter posse considera-
ri: vno modo, quatenus continet iurisdictio-
nem, cùm hoc quod est habere macellum
142 erectum publicè, sit † de domino, qui habet
mixtum imperium, vt fuit decisum in Re-
gia audientia per Magistros N. Pasqual, &
N. Nagrell die 3. Augusti 1574. in causa
præpopositi maioris S. Cucufatis del Val-
les, contra Vniuersitatem dictæ villæ, & sic,
143 hoc modo, ius † macelli solùm competit ei,
qui habet mixtum imperium, concessum à
domino Rege, vel vsu, consuetudine, aut
præscriptione, vt notant DD. *in cap signifi-
cante, de appellat.* Albert. Brun. *cons.127 vers.
Item succedit in emolumentis macelli, & cons.131.
vers. quòd si dicatur lib.2.* hoc enim ius consue-
uerunt Reges concedere ciuitatibus, villis, &
aliis locis huius principatus, cùm ad eorum
administratores spectet cura prouisionis car-
nium, & aliorum victualium, prout declara-
tum fuit die 16. Maij 1528. per Magnificos
N.Dalmau, & N.Pastor. de Regio Consilio,
144 & supradicto modo neque † clerici, nec
laici possunt habere macellum in aliqua ci-
uitate, vel loco, nisi ad id expressum ha-
beant priuilegium à Rege, vel alio superiore
habente mixtum imperium: vt notant Do-
ctores *in cap significante, de appellat.* vbi Inno-
145 cent. Imol. & Panorm. *num.2.* vel etiam † ex
longa consuetudine, vel præscriptione illud
ius adquisierint, prout modo prædicto ad-
quiri potest, ex text. *in cap. super quibusdam,
de verbor signif.* notat Albert.Brun. *consil.* 127.
v. item succedit, vbi attestatur, clericis & lai-
cis adquiri posse ius macelli, etiam sine
Principis concessione, ex longa nempe con-
suetudine.

146 Secundo verò modo consideratur † ius
scindendi carnes, & habendi macellum, non
quatenus pertinet ad ius particulare, ortum
ex prædictis causis, veluti quando competit
ex consuetudine, priuilegio, vel præscriptio-
ne; sed consideratur quatenus pertinet ad
147 ius facultatis, seu libertatis, qua † liberi ho-
mines gaudent ad suum libitum quidquid
faciendum, nisi vi, aut iure prohibeatur. iux-
ta tradita per Iustinianum *Instit. de iure per-
son. l. libertas. 4. ff. de statu hom.* est enim magna
differentia inter ius libertatis, seu facultatis,
& ius strictum. notat Castrens. *in l. si rem.
§. omnis. num. 5 ff. de pign. action* Corn. *cons.176.
num. 4. vol. 3.* Dicitur enim † facultas, facili- 148
tas rerum agendarum, id est, vis quædam,
quæ efficit, vt actus aliquis faciliùs expedia-
tur. Iure verò ciuili, facultas nil aliud est,
quàm libertas quædam, & absoluta potestas,
liberè agendi, quodcunque vnicuique placi-
tum. iuxta text. *in princ. Instit. de iure personarũ.
l. 4. ff. de statu hom.* Appellatur autem † ius 149
proprium, vt sit quod commerciis, & nego-
tiationibus, vel aliis peculiaribus causis, cui-
quam priuatim quæritur, aut tribuitur, ad
eorum proprium commodum, & vtilitatem;
& respectiuè in interesse particulare vniuf-
cuiusque personæ fundatur, vt colligitur ex
Baldo *in l. licet quæst. 3. C. de iure deliber. l. in li-
bello. §. si quis seruus. ff. de capt. & postlim. reuer.
l. vlt. ff. de vsufr.* & hoc pacto dicitur, quòd
potest quodlibet † Capitulum habere ma- 150
cellum ad propriam commoditatem, & di-
uisionem, & sustentationem eorum, non ve-
rò ad publicè vendendum. quod confirmari
potest ex *cap. significante, de appellat.* tradit Pa-
nor. *in dicto c. significante. num. 2.* & licèt aliqui
prætendant, prædictam facultatem ex *dicto
cap. significante,* esse intelligendam, si priuile-
gio, vel consuetudine Ecclesia tale ius ad-
quisierit, tamen hoc non esse dicendum, ex
supradictis apparet. maximè, quia † vbi lex 151
non distinguit, nec nos distinguere debe-
mus. iuxta text. *in l. de pretio ff. de publ. in rem
actione.* faciunt tradita per Bobadillam *in sua
politica lib. 3. cap. 4. de los abastos y mantenimien-
tos, n. 14.* vbi postquam numero præcedenti
dixerat, quòd possunt prohibere Vniuersita-
tes, ne habitatores venderent victualia, ait,
quòd † non dicetur contrauenire Magna- 152
tes, nec Religiosos huic prohibitioni, eo
quòd intra suos limites habeant locum de-
putatum; vbi carnes scindantur, ad eorum
congruam sustentationem, & diuisionem fa-
ciendam. nam, vt suprà est dictum, licitum
est eis absolutè, cùm expressè à iure non sit
eis prohibitum.

Quæsitum à me fuit, an † in consequen- 153
tiam licitum esset clericis, depascere sua
bestiaria in pascuis communibus ciuitatis,
nam aliàs videretur vana facultas scindendi
carnes ad propriam clericorum sustentatio-
nem, si ipsi clerici non haberent, vbi eorum
bestiaria depasci possent.

Respondi, clericos, † & Ecclesiasticas per- 154
sonas posse vti frui pascuis communibus,
quia ipsi clerici sunt Vniuersitatis, *l. in tan-
tum.*

tum, §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. l. 1. C. de
155 *pascuis commun. lib.* 11. quia † pascua destina-
ta dicuntur ad vsum pascendarum pecu-
dum. iuxta text. *in l. in sylua. ff. de verb. signif.*
156 Clerici † enim degentes in ciuitate, pro ciui-
bus reputantur, & appellatione ciuium ve-
niuntur. Bart. *in l.* 1. *n.* 11. *ff. ad municip. & de*
incolis. Surdus *cons.* 301. *vol.* 3. & confirmatur
ex fundamentis assumptis per nostrum Re-
gium Consilium, in sententiis incolatus. in
& cum quibus fuit declaratum, licere diuer-
sis Capitulis habere locum publicum, in quo
carnes scinderentur ad congruam sustenta-
tionem, & diuisionem. Ex his clarè apparet,
tanquam in cõsequentiam necessariam, cle-
ricos ius habere ad depascenda pecora ne-
cessaria, ad dictam sustentationem eorum, vt
de Monachis Carthusien. scribit Berttand.
cons. 92. *vol.* 3. relatus à Surdo *cons* 65. nam
licèt pascua sint Vniuersitatis, iuxta tradita
per Couarr. *practic. quaest. cap.* 37. Vincent. de
Franch. *decis.* 197. *n.* 12. Ripam *respons.* 93. Surd.
cons. 65. *num.* 17. Caualcan. *decis.* 1. *num.* 5. *&* 45.
157 Nihilominus † quoad commodum, & ius
vtendi, sunt omnium ciuium. iuxta tradita
per Oldrad. & Alberic. *in dicto §. vniuersitatis.*
in l. item veniunt. §. fin. ff. de petit. hered. Ber-
trand. *cons.* 293. Surdum *cons.* 65. *n.* 7. *& cons.*
num. 9. *&* 13.

Cùm de clericis multa dicantur, quae-
158 ro, quomodo † probetur aliquem esse cle-
ricum.

Respondeo clericatum probari per habi-
tum, & tonsuram, vt latè de omnibus requi-
sitis ad hanc probationem plura tradit Ma-
scard. *de probat. conclus.* 302. 303. *&* 304. Et
cùm hoc dubium euenisset de anno 1543.
occasione firmae iuris factae in curia Eccle-
siastica Barcinone, ratione firmae iuris in ea
factae per Antonium Pellicer regni de Mal-
lorca, capti per curiam secularem, praeten-
dendo se esse clericum, & sic per iudicem
secularem non posse puniri, in curia Eccle-
siastica fuerunt testes recepti, citato priùs
Procuratore fiscali Regiae curiae, ad viden-
dum iurare testes, qui deposuerunt se vidisse
dictum Pellicer in regno de Mallorca, cum
tonsura, & habitu clericali, & cum superpel-
liceo intrare Ecclesiam maiorem dictae ciui-
tatis, & quòd ibi ab omnibus beneficiatus
reputabatur; & licèt contrarium suadere vi-
debatur doctrina Philippi Franci *in c. si iudex*
laicus, de sentent. excommunic. in 6. vbi habetur,
quòd per delationem habitus, & tonsurae,
non probatur clericatus, sed per titulum,
159 cùm † habitus non faciat monachum; ta-
men per admodum Reuerend. Cancella-
rium die 4. Augusti 1543. fuit declaratum
in fauorem curiae Ecclesiasticae, & clerica-
tum remanere probatum. quia † publica 160
contractatio probat aliquid sic esse, ex text.
in c. illud, de praesumpt. vbi matrimonium pro-
pter diuturnam possessionem cohabitatio-
nis, iudicatur verum. faciunt tradita per Gui-
donem Papę *decis.* 474. nam † possessio, & iu- 161
sta credulitas, inducunt tituli existentiam. ex
doctrina Bart. *in l. Celsus. ff. de vsucap.* Nicolaus
Boër. *decis.* 171. *num.* 23 24. *&* 25.

Quaesitum fuit, an † si processus regaliae 162
virtute alicuius Vsatici fiat contra aliquem,
& postea appareat non fuisse locum proces-
sui regaliae, an possit eidem accumulatio de
aliis delictis fieri, & puniri.

Respondeo, iuxta tradita per Bald. *in l. de-*
curiones. C. ex quibus causis infamia irrogetur.
Angel. *de malefic. verbo, nec non ad denunciatio-*
nem. vers. vltimo, & ibi Augus. Bero. *in addit.*
quòd non, quia † cùm deficiat qualitas rega- 163
liae, quae tribuit iurisdictionem, deficere de-
bet eius effectus. text. *in cap. significantibus. &*
ibi Doctores, *de offic. delegat.* & *ibi* Barbat. *n.* 3.
maximè quando † qualitas est de substantia 164
iurisdictionis, iuxta tradita per Bart. *in l. sena-*
tus. ff. de accusat. & sic fuit decisum in Regia
audientia die 17. Iulij 1535. in facto Bernar-
di de Videlip, qui ratione cuiusdam regaliae
contra eum factae, fuerat captus, eo quòd di-
cebatur ipsum oppressisse suos vasallos, qui
cum eo litem habebãt super luitione termi-
ni del Torrent, & de Fitor. cuius occasione
vasalli stant sub salua guardia Regia. & quia
fuit declaratum, non esse locum regaliae,
minus etiam locum esse cumularioni alio-
rum delictorum.

Quaesitum à me fuit, decimarum † causa 165
coram quo iudice debeat terminari.

Respondeo, quòd si causa ducatur contra
secularem in petitorio, quòd debet reus se-
cularis coram suo iudice conueniri, cùm
certissimum iuris principium sit, quòd actor
debet sequi forum rei. quod probatione non
egetsi verò agat in possessorio, possunt con-
ueniri in curia Ecclesiastica, licèt sint secu-
lares rei conuenti, quia † negando possessio- 166
nem, (si in possessione soluendi sunt) com-
mittunt spolium, qua occasione laici effi-
ciuntur de foro Ecclesiastico. Michaël Ferr.
3. *parte obseruationum cap.* 232. *v. insuper.* Ex
quibus fit, quòd si reus secularis conuenia-
tur pro possessorio in curia Ecclesiastica, &
probata fuerit possessio, (quae qualitas est ne-
cessariò probanda, cùm qualitas sit facti, &
non praesumatur,) rectè à iudice Ecclesiasti-
co condemnari poterit, & si reus secularis,
ad effugiendum iudicium Ecclesiasticum,
comparuerit in curia seculari, & in ea ius
firmauerit, & emanatae fuerint litterae in for-
ma contentionis, pro curia † Ecclesiastica 167
iudican

iudicandum erit; prout iam decisum fuit per admodum Reuerendum Cancellarium Carmona die 20. Aprilis 1619. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam, & Abbatem de Pobblet, & Rectorem loci de Bursenit ex vna, & curiam secularem, &
168 singulares dicti loci de Bursenit Et † similiter decisum fuit in alia contentionis causa inter curiam Ecclesiasticam, & Capitulum Gerundæ ex vna, & secularem, & Raimundum de Xammar domicellum in ciuitate Gerundę domiciliatum, ratione quarundam decimarum, quas dictum Capitulum Gerunden. prætendebat recuperare à dicto Xammar, & sic apparet in causa possessorij,
169 probata † possessione percipiendi à clerico posse laicum conueniri, & condemnari in curia Ecclesiastica, & cùm decisiones supradictas & alias habeamus, non est cur aliis probationibus, & fundamentis hoc probare nitamur, & tradit Ferrer. *dicto cap. 232. obseruat.* & infrà dicemus in aliis contentionum causis.

170 Quæsitum fuit, an † secularis delinquens in Ecclesia possit à iudice Ecclesiastico puniri.

Respondeo, quòd si iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionem, & territorium in rebus secularium, poterit cognoscere de delictis commissis intra Ecclesiam per seculares: si autem talem iurisdictionem non habet, non poterit. quia ad dominum habentem omnem iurisdictionem, & imperium in oppido, pertinet cognitio & punitio delinquentis intra Ecclesiam, & pluribus fundamentis tradit Oliba. *de iure fisci. cap. 11. à n. 7.* referens *n. 11.* declarationem factam in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Tarraconen. & secularem in supradicto casu.

171 Quæritur vlteriùs, an † si reus intentat iudicium coram vno ex duobus iudicibus suis, (casu quo reus duos iudices habeat) an actor possit intentare iudicium de eadem re coram alio iudice.

Respondi, iuxta doctrinam Couar. *var. resolutio. lib. 1. cap. 18.* vbi latè de materia legis *diffamari. C. de ingen & manu.* & iuxta tradita per Bart. & Socin. *consil. 94. lib. 3.* quòd non obstante præuentione facta per reum coram vno ex suis iudicibus, poterit actor mouere contra eum litem coram alio iudice. quia
172 † quoties reus prouocat actorem in iudicio, adire debet eum iudicem, quem habiturus esset actor, si ille primò iudicium intentasset. actoris enim est electio, & sic iudex competens, & verus erit ille, quem actor, non obstante rei præuentione, elegit, & sic hac controuersia orta secundùm hanc resolutionem, fuit decisum in Regia audientia Cataloniæ die 7. Martij 1609. penes N. Boute Notarium, referente egregio Hieronymo Senjust de Regio Consilio, in causa ad eius relationem, vertente inter Gregorium Garreta ciuitatis de Leyda ex vna, & Monsertatum Pueguert Notarium ex altera parte. & sic clarè apparet, quòd † secundus iudex, coram quo actor intentauit litem, erit verus iudex, & legitimus, non obstante rei præuentione, & coram eo causa erit tractanda, & fini debito ducenda. 173

Quæsitum fuit, an † Baro existens intra ciuitatem Barcinone, quæ communis patria dicitur, (eo quòd sit caput totius Cataloniæ principatus, ex Vsatico *omnes quippe naues, titulo de commercis & securi de camins,* refert Michaël Ferr. *1 parte obseruat. cap. 57. num. 2.* & ibi additio Despuyol *littera A verb. principatus*) possit absolutè ius dicere inter suos vasallos, existentes de præsenti tempore iudicij in ciuitate. 174

Respondi † quòd non, eo quòd quando quis vult exercere iurisdictionem inter suos subditos in alieno territorio, debet habere licentiam domini illius territorij, maximè in actibus contentiosis, Michaël Ferr. *3 part. obseruat. cap 475.* Peguer. *decis. 12.* in voluntariis, si iurisdictionem habet à Rege, poterit exercere. Roland. *cons. 91. num. 12. vol. 3.* aliàs processus non valet. ita Innocent. *in cap. & si clerici, de iudic.* faciunt tradita per Card. *in clement. 1. de foro competent. §. volumus. quæst. 2.* tradit Maranta *de ordin. iudicio. 6. parte, titulo de citatione. num. 41. cum sequent.* In præsenti verò casu in hac ciuitate obseruatur, quòd † offertur supplicatio quædam per Baronem, sub nomine excellentissimi Locumtenentis generalis, narrando factum, & supplicando territorium sibi concedi, ad effectum particularem, vel generalem omnium causarum, & tunc in calce dictæ supplicationis per admodum Reuerendum Cancellarium, seu Magnificum Regentem Regiam Cancellariam, solet concedi territorium. quo concesso, potest Baro tunc inter suos vasallos ius dicere intra ciuitatem Barcinon. & secundùm hanc obseruationem me gessi in pluribus causis Baronum, cùm eorum essem Aduocatus, & signanter Monasterij de Valdonsella, & illius Abbatissæ, quæ iurisdictionem habet in certo districtu villæ de Sant Boy de Lobregat. Capitulum verò sedis Barcinon. habere generale territorium, mihi dixerunt, cùm essem illius Aduocatus, & Assessor Baroniarum, quas habet. 175 176

Hospitalium, † & rerum eorum, institutorum à laicis, & per eos dotatorum, & administra 177

ministratorum iurisdictionē ad laicos ex fundatione pertinērem spectare ad iudicem Ecclesiasticū plures Doctores tenēt. quos refert latè & sequitur Marta *de iurisd. tom. 1. p. 2. c. 18.*
178 *per totum*, vbi resolutiuè tradit † materiā iurisdictionis Episcoporum circa huiusmodi hospitalia, tam circa eorum visitationem, quàm ordinationem, & defert declarationes factas per sacram Congregationem Cardinalium, ad quem recurri poterit, aliàs enim non esset resolutiones tradere, sed transcribere, si omnia hîc essent referenda.

Sed quia resolutioni studemus, & sunt plures casus, in quibus clerici subiacent curiæ seculari, & alij, in quibus seculares subsunt curiæ Ecclesiasticæ, qui in contradictorio iudicio decisi sunt in diuersis causarum contentionibus; ideo aliquos, quos congessi, hîc referā, cùm decisio eorum pro mera veritate habeatur, & sic ad clericorum casus accedo.

179 Clericus † ratione solutionis census, qui domino Regi est soluendus, cōuenitur in curia seculari, & non obstante, quòd firmauerit ius in curia Ecclesiastica, solet declarari non esse locū firmæ iuris in dicta curia Ecclesiastica factæ, & ita fuit declaratum per Cancellarium Mancgat die 26. April. 1583. in causa contentionis ortæ inter curiā secularē Regij patrimonij feudorum de Perpinya, & curiam Ecclesiasticā de Elna, ratione firmæ iuris factæ in dicta curia Ecclesiastica per Abbatem dela Real, negantem, se debere Regio patrimonio quosdam census, quos constabat soluisse prędecessores suos. deberet enim constare priùs, quòd solitus est dominus Rex perci-
180 pere census, quia † hæc est qualitas tribuens iurisdictionem, de qua necessariò debet constare, vt suprà dictum est. quæ declaratio ita facta fuit, ex doctrina, quā tradit Olib. *ad Vsat. alium namq. de iure fisci. c. 14. à n. 10. ferè cum sequentibus omnib.* maximè *n. 123* quia vbi agitur de rebus, in quibus dominus Rex habet interesse, ratione sui patrimonij, attrahit ad suum tribunal personas Ecclesiasticas, prout in simili causa interesse domini Regis, fuit
181 declaratum † per adm. Illustrem Episcopum & Cancellarium Don Ioann. Dimam Loris die 14. Augusti 1578. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, & secularem Baiuliæ generalis, ratione procedimentorū, quæ fiebant in curia dictæ Baiuliæ generalis, cōtra aliquos homines, qui rigabāt terras, ex aqua, quæ decurrit per fiblam, quæ dicitur de S. Eularia Merida, quæ est Canonicorum S. Annæ, & quia Canonici prætendebant habere interesse in causa, fuerunt citati, & firmarunt ius in curia Ecclesiastica, & fuit declaratum, non esse locum dictæ firmæ iuris factæ in curia Ecclesiastica, sed causæ cognitionem ad curiam secularem Baiuliæ generalis spectare.

Et non solùm dominus Rex attrahit ad suum forum personas Ecclesiasticas, quæ sibi soluunt annuas præstationes, & debita; verùm etiam, & † arrendatores iurium Regio- 182
rum habent eandem prærogatiuam, trahēdi personas Ecclesiasticas ad iudicium seculare. & ita fuit declaratum per adm. Illustrē Cancellarium Manegat die 1. Octobris 1586. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam de Elna, & Rectorem Ecclesiæ parochialis loci de Mollo, præstantem census Regio patrimonio, & curiam secularem patrimonij Regij de Perpinya, instante Ioanne Finot, Procuratore arrendatorum iurium Regiorum. Similis contentio fuit declarata per eundem Cancellariū Manegat die 18. Ianuarij 1588. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam de Elna, & Procuratorem Regij patrimonij Comitatuū de Rosello, & arrendatores iurium regalium, prætendentium quandam partem decimæ spectantem ad dominum Regem in termino loci de Vernet.

Clericus † etiam subiicitur iurisdictioni 183
dominorum deputatorum generalis Cataloniæ ratione arrendamentorum, & aliorum iurium dependentium ex Bolla. & sic, si clericus per eos capiatur, solet per eosdem detineri, & si firmauerit ius in curia Ecclesiastica, & ipsos deputatos, solet declarari, non esse locum firmæ iuris in curia Ecclesiastica factæ per clericum, & ita fuit declaratum per adm. Reuer. Cancellarium Sorribes die 7. Martij 1554. in causa contentionis ortæ inter curiā secularem, ratione personę Petri Comabella clerici, qui per deputatos fuerat captus, & detinebatur, qui in curia Ecclesiastica firmauerat ius, & litteræ fuerunt emanatæ, & præsentatæ spectabili Gubernatori, tunc Vicegerenti Locumtenentis, qui firmauit, an contentio esset firmanda, & dicta die fuit per dictum Cancellarium declaratum, curiam dicti spectabilis Gubernatoris non teneri ad respondēdum litteris à dicta curia emanatis.

Clericus, † si in causa, quæ ducitur inter se- 184
culares, citetur tanquā dominus laudatus, & constet in processu de suo interesse, solet per eum firmari ius in curia Ecclesiastica, & declarari firmæ iuris per eum factæ in curiā Ecclesiastica locū esse, veluti si lis circa ius percipiēdi aliquas decimas moueatur inter duos laicos, & alter ex his dicat, se solitum esse soluere decimas alicui clerico, & ad instantiā laici clericus citetur. Si clericus cōpareat in curia Ecclesiastica, & firmet ius, peratq; causam decimarum ad suā curiā Ecclesiasticam remitti, & in dicta curia constet, clericum solitum esse decimas, vel census percipe-

re, solet declarari, causam esse remittendam ad curiam Ecclesiasticam. & sic fuit declaratum per admod. Illustrem Cancellarium Manegat die 31. Augusti 1583. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam de Girona, & curiam secularem eiusdem, ratione firmæ iuris factæ per Magnificum Petrum Aylla V. I. D. iudicem capi breuiationis nominatum per egregium Vicecomitem de Illa in curia seculari, contra procedimenta facta in curia Ecclesiastica, instante Venerabili Michaële Pou presbytero,& Rectore parochialis Ecclesiæ de Gitnonibus.

185 Similis † contentio fuit declarata per Episcopum & Cancellarium Cassador. die 30. Iunij 1568. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam de Girona,ratione firmę iuris factæ in dicta curia respectiuè,per Anticum Guinart presbyterum, & N. Predtenya. Ratio prædictorum est,quia cùm agatur de possessione iuris percipiendi decimas, &

186 sic simus in possessorio, cognitio † causæ ad iudicem Ecclesiasticum pertinet, si constet quòd clericus est in possessione.quia hoc casu laicus contrauertendo possessionem clerici, ipsum spoliat, & sic dicitur delinquere. iuxta tradita per Michaëlem Ferret. *3. p. obseruat. c. 178. n. 6.* iuxta quam doctrinam declarauit admod. Illustrissimus Cancellarius Antonius Carmona die 29. mensis Iunij anni 1619. in causa contentionis inter Rectorem loci de Bursenit ex vna,& quosdam parochianos suos,& Abbatem de Pobblet.

187 Quæsitum fuit, an † facto præconio per iudicem laicum, quo statuatur omnes habitatores alicuius loci ad aliqua onera teneri, comprehendat clericos, & quid facere teneantur.

Respondi, præconia facta per secularem iudicem non comprehendere clericos, & sic ipsos nil teneri agere, nec debent de talibus præconiis curare.quia nisi in præconiis de eis fiat mentio, sunt ac si non fuissent facta, & sic nec tenentur comparere in curia Ecclesiastica, & firmare ius. quia si tale quid faciant, & firmetur contentio inter curias secularem, & Ecclesiasticam, solet declarari, non esse locum firmæ iuris factæ in curia Ecclesiastica, cùm in præconiis nulla de clericis mentio fuerit facta,& sic fuit declaratum per Cancellarium Manegat die 20. Martij 1586. in causa contentionis inter Nobilem Dalmatium de Rocaberti, & iuratos villæ de Lotet ex vna,& Venerabilem Ioannem Feliu Rectorem dictæ villæ, & curiam Ecclesiasticam de Girona.in qua de iure firmauerat dictus Rector, quibusdam præconiis factis in dicta villa de Lotet, prætendendo, se in illis grauari. quia tamen nulla de Ecclesiasticis personis mentio fiebat, fuit declaratum, cognitionem dictæ causæ ad curiam secularem spectare.

Si † tamen præconia concernant politiam ciuitatis, veluti circa vicos, plateas, & alia similia: tunc talia præconia comprehendent clericos,per eósque officiales seculares, ad quos similis ciuitatis cura pertinebit,condemnari poterunt, dummodo executio fiat cum assistentia officialis curiæ Ecclesiasticæ in rebus clericorum, & si clerici firmauerint ius in curia Ecclesiastica, & firmata fuerit inter eam,& seculare contentio, solet declarari, non esse locum firmæ iuris per clericos factæ in curia Ecclesiastica, sed causam esse tractandam in curia seculari, executionem verò fiendam cum assistentia officialis Ecclesiastici, & sic fuit declaratum per Cancellarium Manegat, in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam de Vic, & secularem vicarij, & Baiuli dictæ ciuitatis, ratione firmæ iuris per ædilem, & Syndicum dictæ ciuitatis, in dicta curia seculari,instante in curia Ecclesiastica, Venerabili Raphaële Codina presbytero,lata dicta sententia 26. 188

Nouemb. 1583. Similis † contentio per eundem fuit declarata die 29. Ianuarij 1588. in causa contentionis inter curiam secularem Regiæ audientiæ, & ædilem ciuitatis de Girona, & Ecclesiasticam dictæ ciuitatis, instante in ea Canonico Pijoan de Cartella, contra Michaëlem Costa. 189

Clericus, si † lite pendente adquisierit possessionem alicuius rei litigiosæ, & postea sit exequenda sententia contra rem per clericum possessam, poterit per curiam secularem sententia exequi,cum assistentia iudicis Ecclesiastici, & ita fuit declaratum per adm. Reuer. Cancellarium Manegat die 6. Aprilis 1585. in causa contentionis ortæ inter Regiam audientiam, & curiam Ecclesiasticã de Girona, in qua firmauerat ius Hieronymus Garbi,Prior,seu perpetuus commendatarius prioratus Beatæ Mariæ de Ledo,executioni, quæ fiebat per Regiam audientiam, ad instantiam Petri Lopez, ciuis Barcinone aduersùs quandam domum, quam lite pendente emerat d. Prior Garbi, & fuit declaratum, executionem in dicta domo fiendam esse per curiam secularem, cum assistentia officialis Ecclesiastici. 190

Terminatæ † parochias ad curiã Ecclesiasticam spectat. Vnde lata sentẽtia in ea curia terminationis, executio per eandem curiam fieri debet, & si forsan laici impedire velint, faciẽdo procedimẽta in curia seculari, debet firmari contẽtio,& ea firmata,sentẽtia fertur in fauorẽ curiæ Ecclesiasticæ, & ita fuit declaratum per Cancellariũ Sortibes in causa conten 191

contentionis inter curiam fecularē Regentis vicariam Barcinone,& Ecclefiafticam eiufdē ciuitatis,in executione fententiæ per curiam Ecclefiafticam Barcinone fuper diftrictu, & termino parochiarum Beatæ Mariæ de Cornella, & S. Ioannis Defpi inter ipfos Rectores. quam fententiam,& executionem in ponendis terminis pro diuifione earum, volebant impedire parochiani, & fuit declaratum,non effe locum firmæ iuris factæ per parochianos in dicta curia feculari, fed executionem per curiam Ecclefiafticam ad vlteriora procedi. lata fententia in caufa contentionis die 1.Octobris 1586.

192 Quæritur, an † fi clericus fuccedens laico, (qui bona fua, & fignanter quandam domum fpecialiter hypothecauerat alicui obligationi) poffidens rem fpecialiter hypothecatam, ratione hypothecæ poffit conueniri coram iudice feculari.Hanc quæftionem tetigit Ant.Oliba.*de act.tom. 2.p 2.c.19.n.79.* remittens eam ad Doctores illam tractantes, inter quos non defuerunt qui exiftimarent, clericum poffefforem rei hypothecatæ per fecularem, poffe conueniri in curia Ecclefiaftica, exiftimantes, rem hypothecatam tranfire cum obligatione illa reali ad clericum,moti ex traditis per Socin.*in c.propofuifti n. 54. de foro compet.* Auendaño *de exequend. mandat.Princip.lib. 1.c. 1.n.33.*Portoles ad Molin.§.*clericus.n. 54.in fin.* Ceuall.*pract.quæft.lib. 1. q. 36. n.* 18. ex traditis à Canceer *lib. 3. var. c.15.n.248.*ex Oliba.*ad Vfat.alium námque c.7. num.31.* Et licèt aliquando fuerit fecundùm hanc fententiam declaratum, re maturiùs confiderata contrarium fuit decifum, nempe clericum, etiam ratione poffeffionis rei hypothecatæ per fecularem, non poffe conueniri in curia feculari,fed debere conueniri in Ecclefiaftica, & ita fuit declaratum per Cancellariū Rouirola die 3.Decembr.1602. in caufa contentionis ortæ inter curiā Ecclefiafticam & fecularem ratione firmæ iuris in curia Ecclefiaftica factæ per Reuerend. Ant. Ioan. Mallol, filiū & hæredem Ioan.Mallol.

193 Similis † declaratio facta fuit per Cancellarium Agullana, in caufa contentionis ortæ inter curiam Ecclefiafticam, & fecularem ciuitatis de Girona, inter Syndicum communitatis presbyterorum villæ de Caftello de Empuries,& Michaëlem Moner.

194 Similis† in caufa firmæ iuris,inter curiam fecularem Regiæ audientiæ, & curiam Ecclefiafticam Barcinone, ratione firmæ iuris in curia Ecclefiaftica factæ per Francifcum de Villafranca, & de Montredon, occafione executionis inftatæ in Regia audientia, ad relationem Magnifici Francifci Xammar,ad inftantiā Bartholomæi de Puigmido,in quibufdam domibus quæ excutiebantur,poffeffæ tempore executionis per dictum de Villafranca clericum fimpliciter tonfuratum.

Fuit † etiam fimilis caufa decifa per Cancellarium Ant. Carmona die 15. Iulij 1619. in caufa contentionis ortæ inter curiam Ecclefiafticam,& fecularem,ratione caufæ vertentis in curia feculari Barcinone, inter Reuerendum Bartholomæum Martin.clericum villæ de Maturo, & fecularem curiæ Regentis vicariam Barcinone, moti ex ea ratione, quia tempore, quo executio eft fienda, res dicitur proprium patrimonium clerici, & non defuncti, folùm enim bona dicuntur defuncti, interim dum hæreditas eft iacens, iuxta text. *in l.hæreditas. ff. de acquir. rerum dominio. princip. Inftit.de ftipulat. feru.* vnde cùm tempore executionis bona fint effecta patrimonialia ipfius clerici,non poterunt diuerfo iure cenferi fua perfona, & fic tanquam bona propria ipfius † clerici,per curiā Ecclefiafticam erunt exequenda,vt notatur *in c.fin.& ibi* Abb.*de vita & honeft. cler.* Archid.& alij *in c.1.de immun.Eccl.lib.6.*Plura tradit ad propofitum Marta *in tract. de iurifd. 2. p.c.6.n.25.& in 4 p.cafu 11.n.15. & cafu 66. n.6.& cafu 49. n.5.* & exprefsè, de iure non poffe clericum in actione reali coram iudice feculari conueniri, infinitis cōprobat auctoritatibus Marta *de iurifd 4.p.cafu 125. n.2.cum fequentib.* & fic refert Romæ decifum fuiffe. refert & aliam decifionem traditam à Viuio *lib.1. decif. 49. lib.1.*Viuius *decif.49.n.2.lib. 1.* 195 196

197 Quæro,fi † per Baronem fiant proclamata in tempore neceffitatis, ne grana à fuo territorio extrahantur,fub pœna perditionis,vel altera,& merces vendantur per clericum,& ipfæ merces reperiātur penes feculares, illas extrahentes, vel afportantes, & eo cafu per miniftros curiæ fecularis apprehendantur,& ipfi apprehenfioni fe opponat clericus iure proprietaris, prætendendo merces effe fuas, & fic non potuiffe apprehendi per curiam fecularem, & fic comparear in curia Ecclefiaftica,& firmet ius,& de iure curiæ feculari,& prætendat caufam effe tractandam in curia Ecclefiaftica;laicus verò è contra prætendat, nempe caufæ declarationem ad curiam fecularem fpectare,& fic fuerit contentio inter dictas curias firmata, ad quam curiam cognitio prædictæ caufæ pertineat.

Refpondeo quòd folitum eft declarari,cognitionem prædictæ caufæ pertinere ad curiam fecularem, & ita fuit declaratum per Cancellarium Manegat die 30. Iunij 1584. in caufa contentionis inter curiam Ecclefiafticam ciuitatis de Elna, & fecularem Regiæ audientiæ criminalis, ratione firmæ iuris factæ in curia Ecclefiaftica, per Reuerendum

rendum Pettum del Paz Canonicum Sedis de Elna, ratione quorundam procedimentorum factorum contra aliquos seculares,
198 qui fuerunt reperti † extrahentes grana à Comitatibus de Rosello, contra edicta facta; quia prædicta grana fuerunt reperta in possessione secularium personarum in loco de Cambrils, & sic fiscus prætendebat esse sua, quia præconium erat factum, quòd grana extrahi non possent, sub pœna amissionis; dictus verò Canonicus del Paz recepit informationem in curia Ecclesiastica de Elna, qua probauit, grana esse sua ex fructibus sui canonicatus, nihilominus, non obstante dicta informatione, ad instantiam dicti del Paz recepta in curia Ecclesiastica, fuit in dicta contentionis sententia declaratum, cognitionem prædictæ causæ ad iudicem secularem spectare.

199 Clericus, † si se opponat voluntariè alicui causæ, quæ vertitur in curia seculari, & doceat de iure suo, an possit postea causam illam ad forum Ecclesiasticum trahere.

Respondeo, clericum opponentem se alicui causæ verenti in curia seculari, non mutare naturam prædictæ causæ, nec eam attrahere ad suum forum Ecclesiasticum, quia tali casu vicem actoris fungitur, iuxta tradita à Viuio *lib.2.decis.*387.*n.*1.*&* a. Sed ea oppositione non obstante, causa erit tractanda in curia seculari, & sic vertente hoc dubio inter curiam secularem spectabilis Gubernatoris de Rosello, & Ecclesiasticam Sedis de Elna, ratione firmæ iuris factæ in curia Ecclesiastica, per Federicum Vilana clericum, contra Pettum del Perar, sabtum sertarium, & Pettum Scapa apothecarium, fuit per Cancellarium Sorribes declaratum, die 11. Aprilis 1553. cognitionem causæ esse fiendam in curia seculari, non obstante dicta oppositione, facta per clericum. Et licèt hoc apparet dicendum, casu quo clericus voluntariè se opponat, & sic decisio prædictæ causæ locum videatur habere in oppositione voluntaria, non verò in necessaria, nempe quando
200 † clericus de voluntate sua se opponit. tamen idem dicendum erit, si clericus tanquam coactus se opposuerit; sic fuit declaratum in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, & secularem Regiæ audientiæ, in causa in ea vertente, ad relationem Magnifici Francisci Xammar inter Hieronymum Desualls ex vna, & Nobilem Michaëlem de Semmenat, in qua fuit citatus Gaspar Sagarriga clericus, si sua putauerit interesse, qui firmauit ius in curia Ecclesiastica, & per Cancellarium Sorribes fuit declaratum, non esse locum firmæ iuris in dicta curia Ecclesiastica, facta per dictum Sagarriga, lata sententia dictæ contentionis die 23. Augusti 1553. Similis † sententia 201
fuit lata per eundem Cancellarium, die 19. Decembris 1553. inter curiam secularem spectabilis Gubernatoris Cataloniæ, & Ecclesiasticam Barcinone, in causa terro clàm expositi, ad relationem Magnifici Stephani Riusec, instante Iacobo Auinyo, contra Anticum Ferrer. curatorem assignatum bonis iacentibus indefensis Ioannis Ginestar hortulani. in qua causa fuit citatus Benedictus Buada clericus, si sua putauerit interesse, qui firmauit in curia Ecclesiastica, & fuit declaratum, non esse locum firmæ iuris in curia Ecclesiastica factæ. Similis † alia fuit 202
facta sententia, ratione firmæ iuris in eadem curia Ecclesiastica facta, per Venerabilem Ioannem Saluaneta, Rectorem parochialis Ecclesiæ de Meya, qui tanquam dominus laudatus fuerat citatus, ad instantiam aliquorum particularium eiusdem parochiæ, ad instantiam Michaëlis Balle.

Monasterium † Beatæ Mariæ de Monserrat iure institutionis, siue legati sibi facti 203
per Nobilem N. N. successit in Baronia de Artesa, in qua olim Nobilis Olomas de Cardona, & postea per eius obitum Nobilis Agnes de Biura & de Cardona vxor Nobilis Raphaëlis de Biura ius aliquod prætendebat, & sic citauit Reuerendum Abbatem de Monsertat in Regia audientia. Reuerendus Abbas lite iam cœpta in Regia audientia firmauit ius, & de iure in curia Ecclesiastica Barcinone prætendendo se esse personam Ecclesiasticam, & sic esse reum, contra quam dictus Nobilis de Biura litem inchoauerat. fuit firmata contentio inter curiam secularem Regiæ audientiæ, & Ecclesiasticam Barcinone. Prætendebat dictus Nobilis de Biura dictam causam in Regia audientia esse tractandam, in eámque dictum Reuerendum Abbatem posse conueniri, quia ipse succedebat laico Baroni, & domino dictæ Baroniæ, & non in re spirituali, sed merè seculari, & prophana, cùm ipse Abbas, & alij Abbates, & clerici Barones, ratione Baroniarum præstent sacramenta & homagia domino Regi, & tanquam Barones curias generales Cataloniæ ingrediantur, & in eis votum habeant, & sic † tanquam succedens in bonis 204
laici, coram iudice laico erat conueniendus, ex traditis per Afin. *in sua prax.* § a.c.12. Guiller. Benedict. *in c. Rainutius. verbo & vxorem nomine Adelasiam,* 1.*p.n.* 122.*decis.*a. Oliba. *de actio.*2.*p lib.*1.*c.*29.*n.*79 *mihi fol.*378.*tom.*2. & *ibi* addit. Magnifici Hippolyti Montaner eius generis de Regio Consilio, & in eo fisci Aduocati. Cou. *pract. quæstionũ c.*8 *per totũ.* Varia

funda

fundamenta pro prætensione dicti Nobilis
de Biura adducebantur, in eius opinionem,
quòd Reuerendus Abbas prædictus, tanquam hæres laici, poterat in seculari curia
Regiæ audientiæ conueniri, allegando etiam
prædictam Baroniam esse sub feudo domini
Regis, & sic tanquam feudalem in Regio
senatu esse tractandam. Deducebat etiam
205 Monasterium de Monserrar † esse exemptum à iurisdictione Ecclesiastica ordinaria,
& sic subesse domino Regi, & eius Regio
Consilio, virtute supremæ regaliæ, ex qua
dominus Rex est iudex exemptorum, ex doctrina Iacobi Mieres *collat.2.* in curia Barcin.
Oliba. *in Vsat. alium námque. cap. 14. num. 2. & 3.* Michaël Ferrer. *3. p. obser. cap. 63. & 71.*
206 Tandem deducebat, quòd † lis erat iam in
puncto ferendæ sententiæ in Regia audientia, & sic non esse locum firmæ iuris factæ in
curia Ecclesiastica. quod etiã iuuabat, quòd
dicta Baronia de Artesa erat hypothecata à
domino seculari illius, qui eo tempore, quo
dominus erat, eam hypothecauerat, pro securitate pacti de retrouendendo. & sic ratione hypothecæ posse reum Ecclesiasticum illius possessorem conueniri in curia
seculari.
207 In † hac contentionis causa, cùm vtriusque partis essem Aduocatus, me ab eius defensione abstinui, & non obstante quòd pro
Nobili Don Raphaële de Biura fuit adhibita, quanta diligentia adhiberi poterat, vt
causa contentionis in fauorem curiæ Ecclesiasticæ declararetur, adeò quòd obtinuit domini nostri Regis litteras, directas admod.
Reuerendo Cancellario Agullana, eum excitando, vt plusquam recommẽdatam haberet iurisdictionem curiæ secularis. fuit per
eum lata sententia die 19. Nouembris 1616.
in & cum qua fuit declaratum in fauorem
208 curiæ Ecclesiasticæ. videlicet, † causam prædictam dictæ Baroniæ, contra Abbatem &
Monasterium de Monserrat, esse tractandam
in curia Ecclesiastica, non obstante quòd
causa fuisset ventilata in Regia audientia, ad
relationem Magnifici Ioannis Gallego, & ferè esset in puncto ferendæ sententiæ. In cuius decisione, propter grauitatem casus & diligentias factas per dictum Nobilem de Biura, noluit dictus Cancellarius procedere, nisi
interuenientibus tribus aulis, & sic interfuerunt in ea declaratione admod Reuerendus Cancellarius Agullana, & ferè omnes
Doctores Regiæ audientiæ. Moti fuerunt ex
209 sequentibus fundamentis. quia † licèt verum sit, quod plures Doctores tenent, *in l. hæres absens ff. de iud.* quòd hæres conueniendus
est coram iudice testatoris; contrarium verius est, secundùm ea, quæ tradit Spino *in speculo testam. gloss. 33. à num. 72. cum seqq.* glossa
communiter recepta *in c. is, qui in ius succedit alterius, de reg. iur. in 6.* Archidiac. Domin. &
Præpos. *in cap. clericum nullus 11 q. 1.* Rota Romana *decis. 552. in antiq & decis. 1. de foro comp. in antiquiorib.* Ceuallos *lib. 1. pract. quæst. q. 36.*
resoluentes, hæredem clericum alicuius laici in foro Ecclesiastico esse conueniendum,
& è contra, laicum hæredem clerici etiam
in curia seculari esse conueniendum.

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

Tum, quia non constabat, quòd dicta Baronia de Artesa esset feudalis, quod † debe- 210
bar probare dictus de Biura, cùm feudalẽ dictam Baroniã diceret, ex allegatis per Alex.
cons. 137. n. 2. & cons. 129. num. 1. vol. 1. Bursat.
cons. 46. n. 9. plures allegans. Tuscus *concl. 170. feudi concessio.* & daro quòd feudalis esset, non
deberet tractari in curia seculari domini Regis. quia hoc casu non disputabatur de feudo, sed de quodam pacto de retrouendendo.
nam quando agitur, an res sit † feudalis, néc- 211
ne, certum est, causam esse agitandam coram
iudice seculari, domino feudi, iuxta tradita
per Innoc. & omnes canonistas *in c. verùm, de foro comp.* Ripam *in c. decernimus, de iud.* Olib.
in Vsat. alium námque. cap. 9 de iure fisci. Quando verò agitur de re feudali, non ratione feudi, sed actione personali, vel pignoraritia,
tunc causa non dicitur feudalis, sed reus erit
conueniendus coram suo iudice ordinario.
Panorm. Anton. de Butrio, Immo. & Dec. *in cap. cæterùm, de iud.* Alex. *cons. 79. n. 1. lib. 1.*
Tum, quia † licèt Barones subsint domi- 212
no Regi, ratione vasallorum, & ei præstent
iuramentum fidelitatis, & homagium: non
tamen ei subsunt ratione iurisdictionis in
rebus temporalibus patrimonialibus ordinariè.
Nec obstaret quòd † dominus Rex esset 213
iudex exemptorum, iuxta suprà allegata, &
tradita per Oliba. *in dicto Vsat. alium námque. cap. 14. num. 2. cum seq.* Michaël. Ferrer. *3. p. obseruat. cap. 63. & 71.* quia hoc obseruabatur
antiquitus, quando aderant aliqui exempti
Religiosi, qui non habebant ordinarium. Cęterùm in Concilio Tridentino Religiosis
exemptis, qui non habent iudicem in prouincia, datus est iudex Ecclesiasticus † de- 214
legatus à Sede Apostolica, videlicet in vnaquaque diœcesi Episcopus illius. *can. si quem clericorum sess. 22. & can. in exemptorum causis sess. 7.* Rota diuers. 702. Seraph. *decis 960.* Vnde cùm cessauerit causa, propter quam dominus Rex, virtute suæ regaliæ, cognoscebat
de causis exemptorum, debet cessare & regaliæ vsus. Ex quibus ait Anton. Oliba. *dicto cap. 14. num. 9.* quòd hæc regalia non est in
praxi. Imò certè nec practicari potest, extante Bulla in cœna Domini, qua sub grauissimis

censutis prohibetur prædictæ regaliæ vsus.

215 Nec obstat, quòd † œconomus dicti Monasterij de Monserrat prosecutus fuisset litem vsque ad ferendam sententiam, & sic Monasterium prædictum videatur approbasse iudicium, non opponendo exceptionem declaratoriam fori, vt sumus in terminis, de quibus loquitur Michaël Ferrer. *c.* 63. *&* 71. *obseruantiarum*, maximè cùm in Catalonia exceptiones dilatoriæ debeant opponi

216 † intra octo dies post libellum, & vltrà admitti non debeant, ex *constit.* 1 *tit de exceptio.* quia respondebatur, quòd obseruationes relatæ à dicto Ferrer. non erant hoc casu in consideratione, cùm postea Regia audientia, maturiùs considerata causa, aliud obseruauerit, tutioremque viam elegerit, ob domini Regis, & ipsorum iudicantium animarum

217 salutem, videlicet, quòd † Religiosi exempti non conueniantur coram seculari iudice, nec contra illos procedatur, etiamsi non declinauerint forum, vt refert ipse Oliba. *dicto cap.* 14. *num.* 9. *in fine.* Et quamuis obseruantia dicti Ferrer. stare posset adhuc in nostro casu, locus ei non foret, etenim, etsi procedi posset in curia seculari cōtra exemptos non opponentes fori declinatoriam exceptionem; ea tamen exceptio non est circumscripta termino à constitutionibus statuto, ad opponendas exceptiones dilatorias.

218 potest † namque dicta exceptio declinatoria fori, clericis competens, opponi in qualibet parte iudicij, etiam post sententiam, vt in hisce terminis, etiam in fauorem Religiosorum exemptorum, decisum fuit per admod. Reuer. Cancellarium in causa, quam ducebat Capitulum Ecclesiæ de Leyda, contra Priorem & Conuentum Monasterij de Cartoxa, ad relationem Magnifici Ioannis Gallego, in qua post sententiæ promulgationem, qua fuerunt condemnati dicti exem-

219 pti, firmando † quæ in curia Ecclesiastica obtinuerunt, in exceptione fori declinatoria, fuitque in fauorem curiæ Ecclesiasticæ decisa contentio, & in aliis causis, etiam post sententiam, ita decisum fuisse per admod. Reuerendum Cancellarium, refert idem Ferrer. *obseru. cap.* 210. & anno 1615. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Reuerendi Episcopi Barcinon. & curiam secularem Regiæ audientiæ, cùm

220 † in Regia audientia verteretur lis inter N. del Paz de Perpinya, & communitatem presbyterorum Ecclesiæ S. Ioannis eiusdem villæ, in qua declarari petebat dictus del Paz communitatem ab eo exigere quamdam pensionem censualis, eo quòd quidam Mansus dicto censuali obligatus, vt eius virtute solueret, fuit ab eo euictus negotio in Regia audientia per plures annos discusso, denunciatóque processu, & assignatione ad sententiam, œconomus dictæ communitatis firmauit de iure in dicta curia Ecclesiastica, prætendendo dictæ causæ cognitionem ad eandem curiam pertinere, firmatáque inde contentione, fuit per dictum Cancellarium Aguillana declaratum, firmæ iuris factæ in dicta curia Ecclesiastica per œconomum dictæ communitatis, locum fuisse & esse; & meritò quidem, cùm clerici non possint dictæ exceptioni renunciare, cùm ipsis non competat, ratione personarum,

sed † ratione status, ex text. *in cap si diligenti,* 221 *de foro compet.* cum vulgatis. quod & in personis militaribus seruatur, quòd cùm eis ratione status sit indultum priuilegium, ex constitutione 9. sub titulo *de oblig.* ne pro debito ciuili post annum 1585. personaliter capi possint, tali priuilegio nullus militaris particularis renunciare potest, nec renunciatio per eum facta, etiam iurata, proderit creditori, vt † capi possit militaris persona, 222 iuxta tradita per Gutier. *de iuramen. confirm.* 1. *p. cap.* 17. *num.* 34. *&* 35. Apparet igitur clarè, clericum non posse vti possessorem bonorum quæ fuerunt secularis, in prima instantia in curia seculari conueniri.

Si tamen † lis fuerit cœpta contra lai- 223 cum, & lite cœpta decesserit, eique successerit clericus, debebit litem coram iudice seculari, coram quo vertitur, prosequi, nec poterit exceptionem fori declinatoriam proponere. Licèt enim plura pro vtraque parte referat Marta *in tract. de iurisdict. parte* 4. *centur.* 1. *casu* 33. *ferè per totum.* tamen in hac nostra patria habemus iam casum decisum, nempe, clericum succedentem in bonis laici (lite cœpta coram iudice laico contra laicum) debere comparere in curia seculari. & ita per Cancellarium Manegat fuit declaratum die 27. Octobris 1586. in causa † con- 224 tentionis ortæ inter curiam secularem Regiæ audientiæ, in qua Michaël Orpi, vti donatarius Catherinæ Vilansuela, litem agebat contra eum, cui postea successit Reuerendus Ioannes Carbonell, contra quem dictus Orpi litem prosequebatur, fuit per dictum Ioannē Carbonell firmatum ius, & de iure in curia Ecclesiastica, & firmata contentione, fuit in supradicta sententia declaratum, cognitionem prædictæ causæ in curia seculari esse prosequendam.

Quærò, an † si quis fuerit citatus à iudice 225 non competente, & ipse citatus constituerit Procuratorem suum post notificatam citationem, & Procurator comparuerit, an censeatur ex tali comparitione simpliciter facta præiudicasse domino suo.

Quæsi

Quæsito à me hoc dubio, respondi, quòd talis Procurator factus, & creatus post citationem, & comparens simpliciter, præiudicat suo principali. quia ex quo suus principalis eum constituit Procuratorem post citatio-
226 nem, censetur † animum habuisse prorogandi iurisdictionem. quia videtur se habere pro citato, ita sensit Ioan. Baptist. Marchesa *in suo libro commissio. vtriusque signaturæ 1. parte cap. 5. num. 142*. Bellarm. *decis.* 138. nisi compareret cum protestatione, dicendo non esse illum suum iudicem, & sic petat se ad suum iudicem remitti, non dicetur prorogasse. *l. si quis ex aliena iurisdictione. ff de iudiciis. l. 2. §. sed si dubitatur. ff. eod.* Cenedo *collect.* 151. *num. 1. 2. parte.* Rauden. *conf.* 51. *lib. 1. num.* 115.
227 Si † tamen ille, qui Procuratorem constituit, sit inferior persona, veluti officialis quidam Regius, & pulsatus in curia Ecclesiastica, ratione alicuius excessus, per eum commissi officiando, etiamsi comparuerit in curia Ecclesiastica, & post litem contestatam in dicta curia Ecclesiastica, compareat de nouo in curia seculari, firmando ius in ea, petendo causam in curia seculari declarari, locum habebit firma iuris per eum in curia seculari facta. & sic causa erit in curia seculari tractanda, quia talis inferior non
228 † potuit præiudicare domino Regi, & ita fuit declaratum in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam ex vna, & secularem ex altera, inter Capitulum Sedis de Vrgell, & ciuitatem & Episcopum vtri Barones, seu pro dicto Episcopo, inter Cæsarem de Villalonga, eius Vicarium, qui insequendo sonum emissum Regium, prætendente dicto Capitulo, locum habere contra dictum Vicarium, & Consules ciuitatis, & eius socios constitutiones Tarraconenses de inuasoribus. Ad quarum declarationem dicti Canonici accesserant ad curiam Tarraconensem, & post comparitionem dicti Cæsaris de Villalonga, & Consules, & alios, seu per eorum Procuratores in dicta curia Tarraconensi, postea dictus Vicarius, & Consules comparuerunt in Regia audientia, in eaque ius, & de iure firmarunt dictæ curiæ Tarraconensis. Pro parte dictorum Canonicorum fuit prætensum, quòd non habebat locum firma iuris facta in curia seculari per dictum de
229 Villalonga. quia † eius Procurator, & Consulum comparuerat in curia Ecclesiastica Tarraconensi. Tamen, quia ipsi Vicarius, & Consules, non poterant prorogare iurisdictionem domini Regis sui superioris, cui competitur in Catalonia punire officiales suos delinquentes officiando, iuxta concordiam inter Reginam Eleonoram, & Cardinalem Couenarum, ex doctrina etiam Cardinalis Tusci *conclus.* 922. *num.* 33. & Capycij *decis.* 9. & sic fuit declaratum, locum esse firmæ iuris factæ in curia seculari per dictum Vicarium, & Consules, per admodum Reuerendum Cancellarium Antonium Carmona die 8. Iunij 1619. existente me Aduocato dictæ ciuitatis de Vrgell, pro cuius prætensione, & Vicarij prædicti interueni. quia ex diuersis exemplaribus, quæ dispersim vidi, remanent quamplures casus decisi circa materiam iurisdictionis iudicis Ecclesiastici in seculares personas, resolutiuè eos decreui hic recensere.

Primò dico, resolutum † esse, iudices Ecclesiasticos esse iudices competentes, ad condemnandum laicos ad soluendum funerales expensas, & sic fuit declarata sententia per Cancellarium Sorribes die 14. Decembris 1553. in causa contentionis inter curiam secularem ciuitatis de Barcelona, & Ecclesiasticam eiusdem ciuitatis. In qua curia compellebatur Anrica Busquets vidua Antici Busquets agricolæ de Valldoreix, ad soluendum parocho funeris expensas mariti sui, quæ in curia Magnifici Regentis vicariam Barcinone ius firmauit, & cùm dicta sententia admodum Reuerendi Cancellarij fuit declaratum, non esse locum firmæ iuris in curia seculari dicti Regentis vicariam Barcenone factæ. Similis † contentio fuit 231 declarata per Cancellarium Manegat die 11. Iulij 1586. in causa contentionis inter easdemmet curias, ratione procedimentorum factorum in curia Ecclesiastica, per Procuratores communitatis beneficiatorum Ecclesiæ parochialis del Pi, contra Hieronymum Cerda, & de Malla, succedenti Petro Gibert. qui certam pecuniæ quantitatem debebat dictæ communitati, pro expensis factis in quadam sepultura. 230

Licèt autem laici † ratione expensarum 232 funeralium, ex supradictis possint conueniri in curia seculari, hoc ita intelligendum venit, si laici ante omnia citentur in curia Ecclesiastica, quia si antequam laici citentur in curia Ecclesiastica, ipsi compareant in curia seculari Regentis vicariam Barcinone, & ibi præueniant iudicium, allegando eos non teneri ad solutionem dictarum expensarum, solet declarari, ratione cuiusdam concordiæ inter dictas curias factæ, cognitionem prædictæ causæ spectare ad curiam secularem Regentis vicariam Barcinone, & † sic fuit 233 declaratum per Cancellarium Manegat die 1. Decembris 1587. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam tabulæ testamentorum ex vna, & curiam secularem Regentis vicariam Barcinone, & manumissores testamenti, & causæ piæ institutæ per

secularis citatus confiteatur, se solitum esse soluere, verùm se non teneri ex alia causa, & firmet ius in curia seculari,& petat in ea causam tractari, debet declarari in causa contentionis, locum esse firmæ iuris factæ per
243 † laicum in curia seculari, & ita fuit declaratum per Cancellarium Manegat die 8. Augusti 1586. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcinone,& Regentis vicariam, ratione firmæ iuris factæ per Hieronymum Michaël V.I.D.instante Petro Comdor, Syndico Reuerendi Capituli, pro quibusdam censibus, quos præstabat dictus Michaël, sed allegabat se non teneri ad eorum solutionem,sed conueniendum esse coram suo ordinario. hoc enim fit propter negationem possessionis, quia (vt dictum est,)
244 negando possessionem dicitur † spolium committi, quo casu in curia Ecclesiastica conueniendus est. adeóque hæc vera sunt, quòd si laicus præueniat litem, firmando ius in curia seculari super proprietate, & clericus moueat litem in curia Ecclesiastica,& inter dictas curias firmetur contentio,solet declarari, non obstante præuentione facta per laicum in curia seculari pro proprietate,posse ipsum conueniri in curia Ecclesiastica
245 pro † possessorio. & ita fuit declaratum per Episcopum & Cancellarium Loris die 12. Decembris 1581. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam de Elna,& secularem Baiuli de Perpenya, in cuius curia lis erat cœpta, & præuenta per Iacobum del Paz,prætendentem, se non teneri ad solutionem cuiusdam censualis, & ratione possessionis vexabatur in curia Ecclesiastica, & quia ipse negabat possessionem, & constitit de ea,fuit per dictum Cancellarium declaratum, quoad possessionem, causam esse tractandam in curia Ecclesiastica, hoc prouiso, quòd nullum inde fieret præiudicium curiæ
246 seculari. Laicus † adeò in possessione solutionum fructuum Ecclesiasticorum conueniri potest in curia Ecclesiastica, quòd etiam si officialis Regius sit, non possit se eximere, quin pro possessorio in curia Ecclesiastica conueniatur. Et licèt ipse firmet ius in curia seculari, & prætendat in ea, vt officialem Regium esse conueniendum, est certum non esse locum eius prætensioni, sed eum conueniri posse pro possessorio in dicta cu-
247 ria Ecclesiastica †,& ita fuit declaratum per Cancellarium Manegat, die 27. Octobris 1586. in causa contentionis ortæ inter curiam secularem Baiuliæ generalis Cataloniæ, & Ecclesiasticam Barcinone. Magnificus Paulus Regas tunc illius Assessor,firmauerat ius . . ea, quibusdam procedimentis factis in curia Ecclesiastica, contra eum, instante Reuerendo Ioanne Vila Presbytero, obtinente beneficium sub inuocatione Beatæ Mariæ, in Ecclesia parochiali S. Perri de las Puellas,cui solitus erat soluere dictus Regas quosdam annuos census, ratione cuiusdam vineæ.

Similis † contentio fiat declarata per 248 Episcopum,& Cancellarium Loris die 22. Martij 1578. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcinone,& secularem Alcaldorum de la Seca, ratione firmæ iuris in ea factæ per Ioannem Vinyals Maiorem dictum parochiæ Sancti Vincentij de Sarria, procedimentis, quæ in curia Ecclesiastica fiebant per Venerabilem Paulum Mauri, obtinentem beneficium sub inuocatione Sanctorum Laurentij, & Antonij in Ecclesia parochiali de Granollers, ratione pensionis annuæ, censualis duarum librarum,& decem solidorum,quas dicto beneficiato singulis annis præstabat dictus Vinyals, & quia dictus clericus possessorio agebat, & constabat de possessione, fuit declaratum, non esse locum firmæ iuris factæ in curia seculari dictorum Alcaldorum; sed causam possessorij in curia Ecclesiastica esse tractandam.

Laici † etiam possunt conueniri in curia 249 Ecclesiastica, si sunt testamentarij manumissores ad dandum computum de legatis piis, in testamento à laico relictis, & si cœpto iudicio in curia Ecclesiastica, per præceptum quod dictis manumissoribus laicis fuerit præsentatum,de reddendis rationibus dictorum legatorum,ipsi laici compareant in curia seculari,& firment ius dictæ curiæ Ecclesiasticæ, declarandum erit, non esse locum firmæ iuris, per tales manumissores factæ in curia seculari; sed conueniri potuisse in curia Ecclesiastica, & in ea debere comparere. & ita fuit declaratum per Cancellarium Manegat die 21.Maij 1583.in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam ciuitatis de Girona, & Regiam audientiam, ratione firmæ iuris in ea factæ per manumissores testamenti Geraldi Bodet, contra quos in Regia audientia ducebant causam iurati de Banyoles.

Similis † contentio fuit declarata per 250 Cancellarium Manegat die 10. Decembris 1583. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam tabulæ testamentorum Barcinone,& curiam Regentis vicariam Barcinone,ratione firmæ iuris in ea factæ per Anticum Gilabert, manumissorem testamenti Philippi Saluia. Et alia contentio fuit per eundem declarata 23. Maij 1588. inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, & secularem Regentis vicariam Barcinone, & Franciscum

ciscum Terrassa, ratione redditionis computorum decanatus villæ de Villafranca de Panades.

251 Pia causa, licèt † quoad multa priuilegia æquiparetur Ecclesiæ, iuxta quamplura, quæ congessit Tiraquel. *in tract. de priuilegiis causæ piæ.* tamen non habet priuilegium, vt possit
252 trahere seculares ad curiam † Ecclesiasticam, etiam si agatur contra reddituarios censualistas ipsius causæ piæ in possessorio. ita fuit declaratum per Cancellarium Manegat die 13. Maij 1588. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam de Sanauia, tunc Episcopatus de Vrgell, & administratores causæ piæ Francisci Castellar de Sanauia, & curiam secularem Vicarij de Manresa, ratione firmæ iuris in ea factæ per Michaëlem Aymerich, Desbosc & Cellint, procedimentis ad instar dictorum manumissorum contra eum factis in dicta curia Ecclesiastica, pro recuperandis quibusdam pensionibus censualis, quas dictus Aymerich præstabat singulis annis dictæ piæ causæ.

253 Laici etiam † possunt conueniri in curia Ecclesiastica pro solutione primitiæ, & ita fuit declaratum per Cancellarium Manegat die 16. Iulij 1586. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam de Girona, & secularem Regiæ audientiæ, occasione procedimentorum factorum in curia Ecclesiastica de Girona, ad instantiam Rectoris loci de
254 Orriols, contra eius parochos, & † in alia die 3. Octobris 1587. in causa contentionis inter curiam secularem Barcinone, & curiam Ecclesiasticam eiusdem ciuitatis, procedimentis in ea factis, instante Vicario, siue Rectore loci de Sant Boy, contra Nobilem Alexandrum de Lentorn, & Nobilem Angelam eius vxorem ratione primitiæ petitæ per dictum Rectorem de fructibus Turris, vulgò dictæ *Desacort.*

255 Et † in alia per eundem Cancellarium Manegat, die 9. Aprilis 1588. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam, & Rectorem sancti Adriani de Besos, & secularem Regentis vicariam Barcinone, & Anton. Vilatorta agricultorem, super primitia, quam recusabat soluere dictus de Vilatorta.

256 Laici † possunt conueniri in curia Ecclesiastica, pro rebus quæ ad Ecclesiæ seruitium pertinent, veluti si iudices Ecclesiastici præcipiant laicis, vt præstent aliquod Missale pro Ecclesia, & laici recusent obedire dicto præcepto, & firment ius in curia seculari, solet declarari non esse locum firmæ iuris factæ in curia seculari. & sic fuit declaratum in causa inter curiam secularem Baiuli villæ de Montblanc, & curiam Ecclesiasticam de Tarragona, per Cancellarium Sorribes die 8. Augusti 1553. in prædicto casu, in quo erat mandatum per Visitatorem villæ de Montblanc iuratis dictæ villæ, quòd emerent vnum Missale, & vnum ordinarium, pro parochiali Ecclesia, quod facere recusarunt, & sic firmarunt ius in curia seculari, contra quam fuit declaratum.

Similiter † conueniuntur laici in curia 257
Ecclesiastica, si disputant inter se de rebus Ecclesiæ, & ita fuit declaratum per Episcopum & Cancellarium Loris die 10. Septembris 1579. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcin. & secularem Regentis vicariam de Villafranca de Panades, ratione iuris firmæ factæ per Ioannem Amigo agricolam parochiæ Sancti Saluatoris de Cabrera, procedimentis quæ contra eum fiebant in dicta curia seculari, instante Matthæo Fexes eiusdem parochiæ, quia dictus Amigo acceperat catinum, siue *lo bassi*, quod est in capella Sanctæ Ecclesiæ, in fundo dicti Fexes, quo solent eleemosynæ peti in dicta capella, & fuit declaratum, ad Ecclesiasticam curiam cognitionem dictæ causæ pertinere.

Similiter † cognoscet iudex Ecclesiasti- 258
cus de causa inter seculares, si orta sit inter eos occasione rei Ecclesiasticæ, veluti si contentio sit inter laicos de modo sedendi & præcedentia intra Ecclesiam, vt fuit decisum per Cancellarium. vt refert Cancer *lib. 3. var. cap. 10. de conten. iuris num. 116. cum seqq.*

Conueniuntur etiam † laici in curia Ec- 259
clesiastica, pro exactione impositionum pro fabrica Ecclesiæ, & ita fuit declaratum per Episcopum & Cancellarium Loris die 30. Martij 1579. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam Tarraconæ, & secularem Regiæ audientiæ, pro parte aliquorum singularium villæ de Reus. & aliorum, terras tenentium in termino de Vilaseca super ædificatione nouæ Ecclesiæ villæ de Vilaseca, & fuit declaratum cognitionem prædictæ causæ pertinere ad curiam Ecclesiasticam.

Similis † contentio fuit declarata per Epi- 260
scopum & Cãcellarium Loris die 29. Octobris 1588. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, & secularem regentis Regiam Cancellariam, per firmam iuris in ea factam per Petrum Pedragosa, & Antonium Puig, loci *del Espitalet*, ratione exactionis cuiusdam impositionis, vulgò dictæ *Quarante*, quod sibi imposuerant pro ædificatione Ecclesiæ dicti loci. Tres similes sententiæ latæ fuerunt die 29. Octobris 1580. ratione firmæ iuris in curia seculari factæ per Bernardum Pages, Ioannem Mattheu, & alios agricolas parochiæ sanctæ Magdalenæ de Splugues.

Similis

261 Similis † sententia in alia causa occasione firmæ iuris per Franciscum Fernades, & Ioannem Duran, loci *del Espitalet*, dictis die & anno. Similis sententia in alia causa, dictis die, & anno, inter easdem curias, ratione firmæ iuris in eadem curia seculari factæ per Paulum Oliuet, & Raphaëlem Monpeo, dicti loci *del Espitalet*, ratione exactionis dicti *Quarante*.

Et licèt solùm in hoc capite intendam resolutiones circa materiam iurisdictionis tradere, cùm materiam fabricæ Ecclesiarum vltimo loco tetigerim, non omnino alienum erit resolutionem tradere circa personas obligatas ad Ecclesiarum constructionem, seu reparationem, & sic dico, quòd parochia-

262 ni † licèt sint alieni territorij, quoad iurisdictionem, si tamen sint de parochia, & ex illa illis ministrentur Sacramenta, tenentur contribuere in constructione Ecclesiæ, & ita fuit decisum in Regia audientia, cum sententia lata facto verbo per Magnificum Hieronymum Astor, Relatorem, scribâ causæ Ioanne Prats in causa vertente inter Syndicum villæ de Aulesa de Monserrat agentem contra homines termini Quadræ de villa de Caualls; de parochia tamen de Aulesa, qui fuerunt condemnati ad soluendum quarentenum impositũ de omnibus fructibus percipiendis per parochianos, in Consilio generali dictæ villæ (ad quod vocati fuerunt homines dicti termini) iuxta deliberationes dicti Consilij, à die litis motæ vsque fuerit perfectum opus Ecclesiæ, lata dicta sententia die 31. Ianuarij 1618. me existente Aduocato dictæ villæ de Aulesa.

263 Laici † inuadentes res Ecclesiæ, veluti extrahentes captos à carceribus Episcopalibus, seu à carceribus sitis intra domos, siue palatia Ecclesiæ, puniantur tanquam inuasores, censuris Ecclesiasticis, & si firmauerint ius in curia seculari, & fit firmata contentio inter curiam Ecclesiasticam, & secularem, solet declarari per admodum Reuerendum Cancellarium, locum non esse firmæ iuris factæ in curia seculari; sed causam esse tractandam in curia Ecclesiastica, & sic fuit declaratum per admodum Reuerendum Cancellarium Sorribes die 20. Septembris 1549. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam de Girona, & secularem subuicarij, ratione firmæ iuris in curia seculari factæ per Nobilem Guillermum de Sinisterra, procedimentis quæ in curia Ecclesiastica fiebant, in vim sacrorum canonum, & constitutionum prouincialium de Tarragona, tanquam inuasorem. quia extraxerat quandam mulierem vocatam *la Biana*, à domo, quam habent præpositi eleemosynæ sedis de Girona, in loco dicto de Fonolleres, in qua domo existebat capta.

Similis † contentio fuit declarata per admodum Illustrem & Reuerendum Petrum Magarola, olim Episcopum de Elna, nunc de Vic; tunc verò Thesaurarium in sede de Barcelona, tertium per suam excellentiam nominatum per mortem admodum Reuerendum Cancellarij Antonij Carmona, in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam de Girona, & Regiam audientiam, ad relationem Magnifici Hieronymi Astor, ratione firmæ iuris in ea factæ per Nobilem Ioannem de Margarit, & Almar, & Nobilem Philippum de Margarit, procedimentis, quæ in curia Ecclesiastica de Girona fiebant, contra eos, eò quia abstraxerant à carceribus existentibus intra palatium Episcopale, in villa de la Bisbal, Baptistam Massoni, qui captus existebat intra dictos carceres, existẽtes intra palatiũ Episcopale. & fuit declaratum, non esse locum firmæ iuris factæ in curia seculari Regiæ audientiæ, per dictos Nobiles Margarits, sed dictæ causæ cognitionem ad curiam Ecclesiasticam de Girona pertinere. lata dicta sententia die 4. Decembris 1619. me Acacio Antonio de Ripoll, huius causæ contentionis existente Relatore. 264

Religiosus † comparens in curia seculari, & in ea firmans ius cum fideiussoribus, non remanet obligatus, nec ipsi, nec eius fideiussores, sed debet postea comparere in curia Ecclesiastica, & in ea firmare ius dictæ curiæ seculari, & firmabitur contentio inter dictas curias, & firmata contentione declarabitur, non esse locum firmæ iuris factæ in curia seculari, prout fuit declaratum per Cancellarium Manegat, die 15. Iulij 1586. in causa contentionis inter curiam secularem Regiæ audientiæ, & Ecclesiasticam Barcinone, ratione firmæ iuris in ea factæ per Receptorem, siue Thesaurarium commandæ S. Ioannis, ratione procedimentorum factorum contra eum in Regia audientia, instante Poncio Cormella mercatore, in qua causa dictus Receptor dederat fideiussores de iudicio sisti, & iudicato soluendo, & postea firmauit ius in curia Ecclesiastica, in forma solita, & assueta, & firmata contentione in ea causa fuit declaratum, non esse locum firmæ iuris factæ per dictum Receptorem in curia seculari. 265

Laicus † ratione iuramenti per eum interpositi in aliqua scriptura, seu contractu, potest conueniri in curia Ecclesiastica, ad obseruantiam contractus, ratione iuramenti, & sic contra eum poterit in curia Ecclesiastica agi censuris & aliis pœnis, & sic talis laicus non poterit firmare ius in curia seculari, 266

lari, & si firmet, declarabitur non esse locum firmæ iuris factæ per dictum laicum in dicta curia seculari. ita fuit declaratum per Cancellarium Sottibes die 2. Iulij 1553. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, & secularem Regentis vicariam Barcinone, ratione firmæ iuris in ea factæ per Thomam Guardia Notarium Iaco-
267 bo Blanxart mercatori. Et † iterum cum alia sententia 12. Maij 1554. per eundem Cancellarium in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, & secularem Regentis vicariam Barcinone, ratione firmæ iuris in ea factæ per Michaëlem Piera hostalerium, in qua fuit declaratum, non esse locum firmæ iuris. quia in curia Episcopi agebatur contra eum, ad obseruantiam iuramenti per eum præstiti.

268 Similis † contentio fuit declarata per Cancellarium Manegat die 20. Decembris 1583. in causa contentionis inter curiam secularem Alcaldorum de la Seca, ratione procedimentorum in curia Ecclesiastica factorum ad instantiam Francisci Casademunt, contra Bernardum Cortes mercato-
269 rem. Cuius † iuramenti occasione, potest laicus conueniri in curia Ecclesiastica, pro dotis restitutione. nec poterit ei prodesse firma iuris in curia seculari, quia si citatus in curia Ecclesiastica, compareat in curia seculari, & in ea firmet ius, declarabitur non esse locum firmæ iuris per laicum factæ in curia seculari, & ita fuit decisum per Cancellarium Manegar die 4. Decembris 1586. in causa contentionis ortæ inter curiam secularem Regiæ audientiæ, & Ecclesiasticam de Tarragona, in qua fuit conuentus Maginus Ioannes Paulus Monserrat, per Violantem Gili, viduam Damiani Gili, pro restitutione octingentatum librarum suæ dotis, ad quarum restitutionem medio iuramento se obliga-
270 uerat dictus de Montferrat, & in alia † causa per eundem Cancellarium Manegat inter dictas curias, inter Ferdinandum de Oliuer, & Nobilem Hieronymum de Pinos, die 22. Septembris 1584.

271 Quod autem dictum est, laicum † ratione iuramenti posse conueniri in curia Ecclesiastica in prima instantia, ita accipiendum est, si causa cœpta fuerit per laicum, vel clericum agentem in dicta curia. nam si laicus timens se vexari in curia Ecclesiastica, præuenerit iudicium in curia seculari, tunc præuentione facta in seculari curia, non poterit conueniri in curia Ecclesiastica & si conueniatur laicus, tunc potest in curia seculari comparere, & firmare ius dictæ curiæ Ecclesiasticæ, & declarabitur, locum esse firmæ iuris factæ in curia seculari, & ita fuit declaratum per Episcopum & Cancellarium Loris, die 22. Martij 1578. in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, & secularem Alcaldorum de la Seca, in qua præuenerant causam per firmam iuris, Franciscus Almenara, Monserratus Montalt, & Melchior Bertrola, timentes molestari in curia Ecclesiastica, ad obseruantiam cuiusdam contractus per eos iurati.

Euenit, quòd quidam vasallus iudicialiter coram suo Barone fuit periurus, quæsitum fuit, † an posset per eum puniri. 272

Respondi hoc de plano procedere, quia crimen periurij est mixti fori, ex text. *in cap. licet, de iureiurand. auth. de mand. Principum. §. si verò.* Ioannes Andr. *in cap. licet, de iureiurand. lib. 6.* notant DD. *in l. nulli. C. de testib.* & *ibi* Bald. *in l. 2. C. de fide instrument.* quia † cùm 273 crimen periurij non sit merè Ecclesiasticum, de quo solus iudex Ecclesiasticus possit cognoscere, iuxta text. *in cap. inquisitionis. §. prohibemus, de hæreticis in 6.* saltem poterit dici esse crimen mixtum, de quo poterit cognoscere tam iudex Ecclesiasticus, quàm secularis. Panormit. *in cap. cùm sit generale, in princ. de foro competenti.* iuxta quam resolutionem de hoc crimine ambas curias cognoscere, attestatur Guido Pap. *decis. 178.* & *ibi* additiones.

Baro † quidam, amicus meus, ratione 274 cuiusdam intentionis ordinauit habitatoribus sui loci, vt forum venale mutarent in alium locum, ad suam voluntatem. consultus à suis vasallis, quorum eram Aduocatus, an ad dominum spectaret liberè mutare forum, consului ipsis quòd non, quia ex constitutione 4. quæ incipit, *statuimus, sub titulo de offici de Consellers*, apparet, locum esse destinandum à Consulibus, vbi comestibilia vendantur, quia ex quo Baro † concesserat Vni- 275 uersitati, vt Consules haberet, & consilium censetur prædictis concessisse iura omnia quæ ad eos ratione dicti officij spectant, iuxta tradita per Bart. *in l. nulli num. 7. ff. quod cuiusque.* Felin. *in cap. cùm omnes num. 11. de const.* Ioan. Gutier. *de iurament. confir. 1 parte cap. 38. num. 4.* Hieron. Portoles ad Molin. *§. firma. num. 134* ex quibus fundamentis, cùm locutus fuissem cum dicto Barone, ipse adquieuit, nec contra eos aliud facere intentauit.

Si † in aliqua villa sint duo domini, quo- 276 rum vnus habet iurisdictionem in casu mortis, alius verò dominus habet omnem aliam iurisdictionem, in omnibus aliis iurisdictionis speciebus, quæritur, an dominus meri imperij possit facere quòd eius Baiulus deferat semper baculum, an verò Baro mixti imperij possit eum impedire, ne deferat, nisi

eue

euenie nte casu, in quo debeat iurisdictionem exercere.

Respondeo, quòd Baro, qui habet iurisdictionem vsque ad merum imperium, potest impedire ne officialis Baronis habentis iurisdictionem in casu meri imperij, deferat baculum, nisi casu quo iurisdictionem exercere debeat, quod de iure, ex text. *in auth. de collato. §. ad hoc prohibemus.* attestatur Calic. *dec. 27. n. 34.* & faciunt tradita per ordinarios scribentes *in c. 1. de offic. ord. in 6.* de hac quæstione mentionem facit Socar. *in consuetudinibus Cataloniæ. cap. si vasallus. n. 23.* qui fuit in sua sententia posse talem dominum semper

177 † furcas habere; quoad obseruantias verò contrarium est dicendum, quia in Catalonia habemus decisionem factam in Regia audientia, ex sententia in ea lata die 30. Octob. 1595. in causa Prioris de Riudaura in Comitatibus de Bas, cōtra Vicecomitem de Basso, Notario causæ N. Balle, in qua sententia hæc

178 verba leguntur †: *Attento quòd ex generali consuetudine Cataloniæ, Regijs sententijs approbata, in processu exhibitis, & aliàs stante in aliquo termino Baiulo pro domino iurisdictionis ciuilis, deferat baculum, & faciat, quæ ad exercitium iurisdictionis ciuilis pertinent, non potest dominus iurisdictionis criminalis, & meri imperij, ibidem tenere baculum, insigniáque deferentem, nec alium officialem, pro dicta iurisdictione criminali exercenda, nisi eueniente casu ad dictam iurisdictionem ciuilem pertinente, & pro executione illius, & non vt continuò ibidem fit, pro futuris forsan casibus ad iurisdictionem criminalem spectantibus;* quibus verbis satis remanet comprobata resolutio suprà tradita, non posse dominium criminalis iurisdictionis deferre baculum per suum Baiulum, nisi adueniente casu sui exercitij. hanc & aliam sententiam refert Peguera *in decisionibus Cataloniæ. c. 81.*

179 Sed, † quia valde controuersum vidi inter Aduocatos, dum pro diuersis negotiis congregabamur, circa species iurisdictionis, tam respectu meri imperij, quàm iurisdictionis mixti, quam appellant ordinariè *lo ciuil ple*, cùm viderim declaratos casus, qui comprehenduntur in dicta iurisdictione ciuilis pleni, cum sententia Regia lata referente Magnifico Narciso Paulo Regas de Regio Consilio die 30. Octobris 1595. scriba causæ N. Balle; ideo vt quæ in ea specificata sunt faciliùs inueniantur, decreui hic transcribe-

180 re casus prædictos habere, † & tenere curiam in loco iurisdictionis, & Notarium, seu scriptorem dare, habere & tenere Baiulos, iudices, & sagiones, præcones, & curritores, & alios officiales in, & super actibus, causis, & factis ciuilibus, ad iurisdictionem ci-

181 uilem pertinentibus, & spectantibus, † co-

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

gnoscere etiam de omnibus causis ciuilibus, & pecuniariis, quæ sint & ducantur inter partes, in dicto loco & termino, quarumcumque summarum & quantitatum.

Item † audire, & dare clama, & retroclama, & executiones facere pro factis, & causis pecuniariis quibuscumque. 182

Item † clauare ianuas, & pignorare pro causis pecuniariis prædictis. 183

Item † firmam, & firmas iuris recipere. 184

Item † sententias super prædictis causis, & factis dare, & proferre, & executioni debitæ decernere. 185

Item † dare tutores, & curatores pupillis, & minoribus, & adultis, & furiosis, & mente captis, ac bonis vacantibus muto, & surdo, & bonis absentium, & hæreditatibus iacentibus, dum tamen facultates pupillorum adultorum furiosorum, mente captorum, & hæreditatum vacantium, & absentium, quantitatem quingentorum aureorum valentium sex mille solidorum Barcinonensium non excedant. 186

Item † emancipare, & emancipationes facere, in posse suo de maioribus septē annorū. 187

Item † insinuationes donationum, & aliorum contractuum, in quibus necessariæ sunt audire, & in his decretum interponere, & suam auctoritatem præstare. 188

Item † interponere decreta in prædictis tutelis, & curis, & in venditione bonorum vacantium, & hæreditatum iacentium, & pupillorum, & adultorum, dum tamen, vt prædictum est, dicta bona minorum, & aliorum prædictorum, valorem dictorum quingentorum aureorum non excedant. 189

Item † interponere decreta, & auctoritatem præstare in alienatione, venditione, & aliis actibus, in quibus decreta, & auctoritates iudicis sunt pręstandæ, ex dispositione iuris, videlicet in venditionibus, quæ fiunt per curiam, pro executione iustitiæ, ad instantiā creditorum, per tutores, & curatores, & in translatis, & reparationibus instrumentorū, testamentorum, & aliarum scripturarum. 190

Item † cognoscere de omnibus causis pecuniariis, in quibus aliquis priuatus petit ab aliquo priuato aliquod prædium, vel aliquam domum, mansum, vel vineam, vel alia bona, & iura, ex causa mutui, commandæ, depositi, commodati, emptionis, venditionis, vel aliorum quorumlibet contractuum, vel quauis alia actione, reali, seu personali, vel etiam mixta. 191

Item † si quis agat ex quasi contractu negotiorum gestorum, communi diuidundo, familiæ herciscundę, finium regūdorum, pro socio, indebiti, vel quacunque alia conditione, vel aliquid pecuniarium petatur. 192

D Item

293 Item † si aliquis priuatus agat ciuiliter, iure actionis, non officio iudicis, ex causa delicti, vel quasi delicti.

294 Item † cognoscere de causis restitutionis in integrum, siue petatur à minoribus, siue ab Ecclesia, vel ab Vniuersitate, vel officio, vel à maioribus, propter absentiam causæ Reipublicæ, vel aliàs.

295 Item † cognoscere de causis liberalibus, videlicet an aliquis sit liber, vel non.

296 Item † iubere cauere, & in possessionem mittere.

297 Item † dare licentiam congregandi Vniuersitatem, ad effectum imponendi aliqua onera, siue censualia, & ad effectum firmandi confœderationem, seu vnionem, cum aliis Vniuersitatibus, pro expulsione, & persecutione hominum facinorosorum, & obligandi homines dictæ Vniuersitatis, & singulatum eiusdem, damnificatos in dicto termino.

298 Demum † cognitionem omnium causarum ciuilium, in modo pecuniario consistentium; cognoscere etiam de leuibus criminibus, audire, & inquirere, & punire, & castigare, videlicet de percussione ensium, & cultellorum in rixa facta, dummodo inde ex percussione mors non sequatur, aut mutilatio membri.

299 Item † de bannis hortorũ, & vinearũ vsque ad quinque solidos de die, & decẽ de nocte.

300 Item † inquirere contra cantilenas, & libellos infamatorios facientes, cantantes, vel affigentes.

301 Item † concedere licentiam saltandi, tibicines conducendi, & si visũ fuerit, prohibere.

302 Item † cognitionem, & examinationem super falsis ponderibus, mensuris, canis.

303 Item † cognitionem falsorum pannorum, & minuatorum.

304 Item † de furtis, quæ fiunt vsque ad valorem ducentorum solidorum inclusiuè, dum tamen non fiant de die, vel de nocte, in Ecclesia, vel domo, vel itinere publico per violentiam, vel nisi fiant per latronem famosum, & furta sint talia, pro quibus mors, vel incisio membri sit infligenda.

305 Item † fustigare, & ponere in costellum, citra sanguinis effusionem, pro qualitate, & modo criminum prædictorum, in dicto loco, & termino.

306 Item † cognoscere, & punire percussiones, ex quibus sanguis non exeat, seu os, vel ossa non frangantur, aut debilitentur, quæ secundùm iudicium Medicorum non sint periculosæ de morte, vel affollamento.

307 Iem † cognoscere de percussionibus, factis cum baculo, siue cum *Cauac*, loquendo Catalanè, *o, ab aristo de lansa, e, ab llansa de batallons*, vel cum lapide, vel aliàs, siue ferro, etiam quòd remaneat signum de blauura, vel etiam si inde sanguis emanauerit, dum tamẽ sit tale vulnus, quòd inde nõ sequatur mors, vel mẽbri mutilatio, aut notabilis deformitas, arbitrio Medicorum, vel chirurgorum.

Itẽ † cognoscere de iniuriis verbalibus, & realibus, sicuti de empenta, alapa, & percussionibus cum manibus, & similibus. 308

Item † cognoscere de fitis & terminis amotis. 309

Item † punire non dantes iusta pondera, & iustas canas, & mensuras non tenentes, & cum eis falsò mensurantes, vel falsò ementes, vel falsò vendentes, quoad banna pecuniaria inde imposita, declarãdo, & exequendo. Verumtamen quòd tenentes pondera, mensuras, & canas falsas, & falsa, non possint puniri ratione falsitatis mensurarum, ponderum, & canarum, nisi dumtaxat pro bannis de non dando iusta pondera, & iustas mensuras, in ponderibus, mensuris, & canis. 310

Item † compellere ad firmandum treugas, quæ firmandæ veniunt pro casibus ad iurisdictionem spectantibus. 311

Item † capere, & captos in carcere, & compedibus, & aliis detrusionibus, & carceribus, & custodibus tenere delinquentes, in casibus prædictis ad iurisdictionem ciuilem spectantibus, intra suam iurisdictionem. 312

Item † capere quoscunque delinquentes, in casibus meri imperij, & illos incarcerare, ad effectum tantùm liberãdi, vel tradendi, & remittendi eos ad dominum meri imperij. 313

Iuxta † quam sententiam, quoad casus saltandi, & capiendi nummos ludentium ludis prohibitis, & capiendi pugiones, siue bagas, à transeuntibus, eo quia sunt nimiæ longitudinis, & furtorum nõ excedentium ducentum solidos, ad ciuilem iurisdictionem pertinere, non verò ad mixtum, nec merum imperium, fuit declaratum in Regia audientia die 17. Septemb. 1524. referente Magnifico Francisco Aguilo de Regio Consilio in causa vertente inter œconomũ Monasterij S. Bened. de Bages, & Bernardum Oliueres, subuicariũ de Mantesa, eo quòd fuit factum mandatum iudici appellationum, quòd faceret verbum de dicta causa, quę coram eo vertebatur, tanquam iudice appellationum, à sententiis latis per iudices tabulæ, scriba causæ Notarius publicus Barcinonæ Ant. Stalella, & scriba causarum appellationis dicti iudicis appellationum. 314

Vltra prædictos casus, in & cum dicta sententia, cum alia lata die vltima Iun. 1536. per Magnificos Francisc. de Vallsea, & Francisc. Castello de Regio Consilio, in possessione Ioannis Iust Notarij iurati, Francisci Geraldi Fogassor, reperi alios casus spectantes ad iurisdictio

risdictionem ciuilem plenã, qui non fuerunt expressi cum prædicta sententia, & sunt,

315 Flagellare, † & ponere in costellum, citra sanguinis effusionem.

316 Item † præconia facere, bannire delinquentes, & illos restituere, vel absoluere, componere, seu remittere.

317 Item † cognoscere de quibuslibet causis similibus.

318 Item † cognoscere de causis venationum, & piscationum.

319 Item † prohibere delationem armorum.

320 Item † amparas facere, & punire infringentes eas.

Casus etiam ad merum imperium spectantes reperi declaratos in Regia audientia, cum sententia in ea lata die 7. Octobris anni 1553. in causa in ea vertente inter œconomum Monasterij Beatæ Mariæ de Mõserrat, & Syndicum, & Vniuersitatem villæ de Sparaguera, ex alia. In qua causa fuit declaratum ad merum, & mixtum imperium spectare sequentes casus.

321 Primò † quilibet casus spectat ad merum, & mixtum imperium, pro quo potest dari pro pœna mors naturalis, aut membrorum mutilatio, vel narium, vel labiorum, aut aurium abscisio.

322 Secundò † cognitio vulnerum, quæ fuerint facta cum baculo, ense, punyali, aut telo, etiamsi ex iis non sequatur mors, aut membri mutilatio.

323 Tertiò † furta excedentia valorem ducentorum solidorum, cum vi, aut violentia facta, per quæ mereatur mors naturalis, vel ciuilis, aut mutilatio membrorum.

324 Quartò † ius dandi tutores, quando hæreditas excedit valorem sex mille solidorum.

325 Quintò † eueniente casu puniendi ad mortem, vel ad costellum erigere furcas, & costellum.

326 Quæsitum vlteriùs à me fuit, an † quidam amicus meus, qui vendiderat alicui clerico quandam domum, quæ euicta erat à clerico emptore, posset conueniri in curia Ecclesiastica ad instantiam clerici, contra quem lis vertebatur.

Respondi quòd poterat laicus conueniri, & debebat comparere, nec poterat dictus laicus subterfugere curiam Ecclesiasticam, firmando ius in curia seculari, quia in simili casu fuit declaratum, in causa contentionis inter curiam Ecclesiasticam Barcinone, & Venerabilem Michaëlem Barata, & secularem Regenris vicatiam Barcinone, & Arnaldum Aymar Ortelanum, qui cùm fuisset citatus in curia Ecclesiastica, ad instantiam dicti Venerabilis Michaëlis Barata, cui dictus Ortelanus quandam domum vendiderat, de qua lis ducebatur in dicta curia Ecclesiastica, contra dictum clericum fuit declaratum per Reuerendum Cancellarium Agullana die 18. Maij anni 1606. non esse locum firmæ iuris factæ in curia seculari per dictum Arnaldum Aymar Ortelanum, sed causam esse tractandam in curia Ecclesiastica, & sic apparet reum laicum ratione euictionis promissæ clerico posse conueniri in curia seculari, quod procedere credo vertente causa ratione connexitatis, quia tunc venit secularis tanquam necessarius in iudicio, iuxta tradita per Marantam *de ordine iudicio. dist. 6. num.* 30. Cæterùm si causa fuerit finita contra clericum per sententiam, & clericus velit agere iudicio nouo contra laicum, debebit litem inchoare in iudicio seculati, cùm adsit regula, quòd actor teneatur sequi forum rei. quia tunc nulla connexitas inter causam finitam cum clerico, & nouam inchoandam contra secularem, possit considerari. quia † connexitas causarum 327
tunc dicitur, cùm vna sine alia stare non possit. Crauet. *cons.* 232. *num.* 20. quem secutus est Couarr. *pract. quæst. c.* 34. plures citat Menoch. *de arbitr. casu* 95.

Quartò, an † iudex delegatus in causa appellationis ab interlocutoria, cui commissa est causa appellationis, cum toto negotio principali, habeat iurisdictionem ad cognoscendum de causa solius appellationis, an verò de toto principali. 328

Respondeo † quòd iudex delegatus, cui 329
commissa est causa appellationis interlocutoriæ, & principalis negotij, poterit de causa principali cognoscere, si declaretur priùs causam appellationis fuisse legitime interpositam, ex text. *in cap. vt debitus, de appellat.* quod de iudice ordinario appellationis debet intelligi, & de iudice delegato, quia cùm amborum iudicum eadem sit ratio, secundùm gloss. *in cap. ex tenore, verbo terminetis, de foro competent.* vt tenent Abb. Anton. Imol. *in dicto cap. vt debitus, & ibi* Dec. *n.* 23. Francus *num.* 43. quam sententiam tanquam veriorem, & frequentiorem approbarunt Henric. & Ægid. Bellamera *in dicto cap. vt debitus. num.* 47. Si tamen † causa appellatio- 330
nis ab interlocutoria introducatur in curia Romana, & committatur vnà cum negotio principali, etiamsi declaretur causa appellationis iniusta, principalis tamen causa in curia retinebitur, & ita in curia Romana obseruari attestatur Bellamera *decis.* 37. *sub tit. de appellat.* dicens quòd † ratio con- 331
suetudinis prædictæ, quòd causa semel euocata in curia ibi retineatur, est, quia non est locus Ecclesiasticus in mundo, in quo ita bene declarentur causæ, sicuti in curia Ro-

mana, & ita secus respectu aliorum iudicum.

332 Quæsitum fuit, an † regalia iura possint in aliquem transferri.

Respondi, iura regalia per se sumpta, absolutè non posse in alium transferri, quia regaliæ sunt affixæ ossibus domini Regis, ita quòd ab eo separari non possint. quia tunc non esset Rex, & sibimet contradiceret, esse Regem, & iura regalia non habere. Exerci-
333 tium † autem regaliarum bene potest dominus Rex aliquibus concedere. hoc tamen necesse est vt fiat specificè exprimendo in concessione iura regaliæ, quia in concessione generali non cēsentur concessa, sed mentio debet specificè fieri. *cap. quo ad translationem, de offic. legat.* vbi communiter scribentes Alberic. *in l. quoties. C. de precibus Imper. offer.* Ancharan. *consil.* 331. *visis. circa medium.* Boer. *decis.* 50. alios refert Peregrin. *de iure fisci. lib. 1. tit. de his qui habent iura fiscalia. num* 75. quod intelligi debet, quando Rex transfert regaliam aliquam in tertium, tunc
334 † non censetur translata regalia ex verbis generalibus, sed requiritur specialis declaratio iuris regalis; si verò Rex non agit de transferēdo regaliam, sed immunitatem alicuius regaliæ, tunc non est necessaria expres-
335 sio indiuidua regaliæ, quia † diuersa sunt cōcedere regaliam, vel immunitatem ab ea. quo casu dicitur regalia adquisita exemptiuè, vel adquisitiuè, docet Amad. de Ponto *in tit. qui feudum dare possunt. n.* 40. 41. *&* 42.

336 Transfertur † etiam regaliæ ius per verba generalia, si ille, cui fit concessio, esset à tempore antiquo in vsu, & exercitio regaliarum. quia ille vsus declarat, concessiōnem generalem comprehendere exercitium, & exceptionem regaliarum, vt tradit Rosenthal *de feud. cap. 5. conclus.* 14. *num.* 7. & de exigendis gabellis tradit Decian. *responso* 124. *num.* 42. *&* 43. argumentantúrque à simili,
337 quia † sicut decimæ à laicis non possunt possideri, *cap. causa, de praescript.* libertatem tamen non soluendi decimas est certum præscribi posse. gloss. *in cap. in aliquibus, de decimis. verbo, loci consuetudine*, quam sequuntur DD. *ibidem.* sequitur Felin. *in c. causam, de praescript.* Bald. *de praescript. 5. part. principali. quaest.* 7. & probatur *in cap. de quarta, de praescript.* Couarr. *lib. 1. var. cap.* 17. *num.* 10. Ioann. Gutier. *canon. quaest. cap.* 21. *num.* 64.

338 Quæsitum fuit, an † Abbas Monasterij Beatæ Mariæ de Monserrat, habens iura Episcopalia in loco de Monistrol', sit inferior in dicto loco Episcopo de Vic, in cuius territorio sita est dicta villa de Monistrol, tam ratione potestatis, quàm iurisdictionis, & an possit cognoscere de causis matrimonialibus, inter personas vasallos dictæ villæ, sicut cognoscit Episcopus inter personas suæ diœcesis.

Respondi † respectu Episcopi duplicem 339
considerari potestatem, aliam ordinis, aliam verò iurisdictionis; respectu verò Abbatis solùm considerari potestatem respectu iurisdictionis, † secundùm quam dixi Abbatem de 340
Monserrat in dicta villa habere iura quasi Episcopalia, iuxta text. *in cap. in singulis, de statu monach. cap. Abbates prope finem, de priuil. in 6.* gloss. *in clement. 1 verbo proprijs, de rebus Ecclesiae non alien.* tradit Ant. de Butrio *in cap. cum & plantare. § in Ecclesiis, de priuileg.* Aretin. *consil.* 63. *n.* 4. Dec. *in cap cum te. 1. not. versic. & concludo, de rescript.* ex quibus fit, quòd
† Ecclesiæ, quæ ei sic subsunt, dicuntur esse 341
extra iurisdictionem Episcoporum, territoriúmque faciunt separatum. Gemin. *in c. cum Episcopus. n.* 4 *lib. 6. & in cap 2. n.* 19. *de constit. lib. 6.* ex quibus † cùm cognitio causarum 342
matrimonialium non dependeat ab Ordinis potestare, sed iurisdictionis, & hanc exerceat Abbas de Monserrat, vti habens iurisdictionem Episcopalem, sic poterit de omnibus spiritualibus causis cognoscere inter prædictos subditos, de quibus solitus est cognoscere Episcopus, ratione iurisdictionis, & post hanc resolutionem scriptum inueni sic per Romanam Rotam decisum fuisse attestari Farinacium *in suis decis. lib.* 7. *decis.* 100.

Certo casu eueniente intra nostrum principatum Cataloniæ (quem causa noxæ taceo) euenit † quòd Episcopus alicuius ciui- 343
uitatis fuit excommunicatus, pendente excommunicatione eius Vicarius generalis quandam protulit definitiuam sententiam. Dubitationis extitit, & à me quæsitum, an talis sententia esset nulla. inter consulentes aderant aliqui Theologi, qui existimarunt, non esse nullam, fundantes se in doctrina Soto *in 4. distinct. 22. quaest. 2. art. 1. pag* 955. *colum. 1. ad finem*, qui attestatur quòd † Episcopus pu- 344
blicè excommunicatus non potest iudicem, seu officialem nominare, quia constituere iudicem, seu officialem est actus iurisdictionis, quam eo tunc Episcopus exercere non potest, si tamen antequam Episcopus excommunicaretur, iudicem, seu officialem cōstituisset, & postea excommunicatus esset Episcopus, posset talis officialis sententiare.

Contrarium dixi, † nempe sententiam la- 345
tam ab officiali Episcopi excommunicati publicè, nullam esse, motus ex doctrina gloss. *in cap 1. verbo ipsius, de offic. vicar lib. 6.* vbi docetur, quòd si Episcopus est excommunicatus, nec ipse, nec eius officialis poterunt ius dicere, & sententiare. quia † tri- 346
bunal officialis, & Episcopi est vnum, &
idem

idem tribunal, vt *in cap. non putamus, de consuetud. in 6.* & ideo suspensa iurisdictione Episcopi, propter ipsius excommunicationem, suspensa siquidem erit ipsius officialis
347 iurisdictio, cùm † officialis non suam propriam, sed ipsius Episcopi iurisdictionem exerceat, argumento text. *in dicto cap. 1. de offic. vicar. lib. 6.* tenet Roman. *singul. 226. per totum dicto cap. 1.* sicuti suspecto Episcopo, suspectus dicitur eius Vicarius generalis, seu officialis. Roland. à Valle *consil. 16. num. 8. lib. 2.* Maranta *de ordin. iudic. 6. parte in actu 2. tit. de appell. num. 28.* Felin. Imol. & Abbas *in cap. insinuante, de offic. deleg.* Idem tenet Gutier. *canon quaest. lib. 1. c. 1. n. 185.* & sic omnes consulentes fuerunt postea in voto conformes, asserentes prædictam sententiam, latam ab officiali Episcopi publicè excommunicati, nullam esse.

348 Quæsitum fuit, an † quando iudex de per se, de aliqua causa cognoscere non potest, possit cumulatiuè ad aliam de hac terminare.

Et licèt aliqui absolutè dicant, causam incidentem in aliqua alia causa posse decidi per iudicem, qui aliàs de causa incidenti non
349 cognosceret, veluti † iudex criminalis causarum, potest cognoscere incidenter de causa ciuili, cùm aliàs de per se non posset, vt ex Bartolo tradunt Alexand. *in l. diuus, in vltimo notabili. de re iudicat.* Ruinus *consil. 4. num. 2. & consil. 8. num 2. lib. 4. & consil. 35. num. 1. lib. 5.* Vantius *de nullit processus ex defectu iuris, n. 7.* tamen cum distinctione respondi, videlicet,
350 quòd † si causa incidens sit connexa ad causam principalem, ita vt principalis causa decidi non possit sine cognitione causæ incidentis, tunc poterit iudex de ea cognoscere, licèt non potuisset, iuxta decisionem *l. quoties. C. de iudic.* quia iudex, apud quem erat
351 disputatio hæreditatis, † cognoscit de causa status illius, cui hæreditas adiudicanda erat, quæ necessariò erat decidenda ex *l. 1. C. de ordin. cognit.* iuxta declarationem Goueani *lib. 1. variar. cap. 33.* & in hac sententia residet Farinac. *tom. 1. quaest 1. de inquisit. num 57.*
352 Si verò † causa incidens eius naturæ sit, quòd de ea iudex principalis erat incapax, vt in causa matrimoniali, seu alia spirituali, quia si hæc inciderit in causa principali, etiamsi sit connexa, & quomodocunque necessaria ad decisionem causæ principalis, non poterit per eius iudicem declarari,
353 sed † remittenda erit ad suum competentem iudicem, vt super eam declaret, & erit eius declaratio expectanda, vt de causa illegitimitatis filiorum respectu matrimonij patentum, dixi suprà *à num. 130.* & sic est inspiciendum, primò, an iudex sit capax ad cognoscendum de causa incidenti. Secundò dato quòd iudex capax sit de eius cognitione, an tunc causa incidens sit necessaria ad cognitionem, & decisionem causæ principalis. Ita † quòd principalis causa decidi 354
non possit, quin hæc incidens decidatur, quia tunc de ea cognoscet. Si verò non sit necessaria ad declarationem principalis, tunc causa incidens erit omittenda per primum iudicem, vt ex traditis per supradictos autores apparet.

Cùm † essem Aduocatus admod. Illustris 355
Capituli de Barcelona, euenit, quòd Petrus Sola Vespilo, vulgò dictus *Fosser*, inquietabatur in consulatu Logiæ Maris, eò quòd ipse se fecerat receptorem pecuniarum sortis extractionis deputatorum, & aliorum officialium, extrahendorum ad sortem, vulgò dictus *listayre*, qua occasione ipse firmauit ius in curia Ecclesiastica de Barcelona, eo prætextu, quòd deseruiebat Ecclesiæ maiori in actu necessario, & per consequens, quòd erat conueniendus in curia Ecclesiastica, qua occasione iniunxit mihi admod. Illustre Capitulum, quòd eius defensionem susciperem, vti illius Aduocatus, in cuius defensione multa sparsa, respectu exemptionis seruienrium Ecclesiæ & famulorum Ecclesiasticarum personarum, congessi quæ hîc referam. Primò decidendo prædictum casum, ne postea quamplurimis rebus traditis, ad hanc tanquam à longæuo, postliminio reuertere videretur.

Defendebam, † dictum Petrum Sola esse 356
exemptum, ex eo quòd deseruiebat Ecclesiæ, quo casu ipsi seruientes sunt exempti à iurisdictione, & potestate sæculari, ex *cap. Ecclesiarum seruos 12 quaest. 2. l. 2. C. de Episcop. & cler. cap. 1. de priuileg. in 6.* vbi attestatur quòd exemptionis priuilegium concessum Ecclesiæ, etiam comprehendit seruientes ipsi Ecclesiæ, notat gloss. & Innoc. *in cap. 1. de locat.* Bart. *de repressal. 7. parte quaest. 6. num 8.* Bald. *in proœm. ff. §. hac autem tria, num. 7. v. item nota.* Bald. *in authent. habita. C. ne filius pro patre. colum. 4. versic. sequitur.* vt † de priuilegio concesso hospitalibus, censeatur con- 357
cessum & illis seruientibus, probant *l. 1. C. de vxor. milit.* faciunt tradita per Oldrad. *consil. 11. num. 1.* Ioann. Andr. Philip Franc. *in cap. per exemptionem, num. 1. de priuileg. in 6.* gloss. *in cap. nullus iudicum, de foro competent. verb. minores.* Hippol. de Marsil. *in tract. de bannitis, verbo Ecclesiæ, num. 128.* nouissimè Marta *de iurisdict. 4. part. casu 191. in princip.* Osasc. *decis. 68.* & Surdus *decis. 35. num. 7.* maximè si deseruiunt perpetuò Ecclesiæ. Stephanus Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ 233. num. 2.*

Pro parte curiæ secularis Logiæ Maris, vbi iudicium fuerat cœptum contra dictum Petrum Sola, petendo capi illum, & carceribus mancipari, donec iudicium assecurasset, deducebatur, quòd dictus Sola etiam deser-
358 uiendo Ecclesiæ, † non poterat prætendere à iudicio seculari maiorem exemptionem, quàm si esset clericus; constat autem clericum ratione negotiationis, posse conueniri coram iudice seculari, ex traditis per Michaëlem Ferrer. 3. *parte obseruantia. cap.* 220. Contradicebam dicendo, quòd non sufficiebat id, quod allegabatur, quia supposito, quòd dictus Petrus Sola deseruiebat Ecclesiæ, tanquam necessarius, debebat gaudere priuilegio fori Ecclesiastici, & dato quòd ratione negotiationis posset conueniri in iu-
359 dicio seculari, † qualitas illa negotiationis, quæ debebat tribuere iurisdictionem tribunali Logiæ Maris, debebat specificè probari, vt tradunt Canonistæ *in cap Romana.§ contrahêtes, de foro compet. in* 6. Bald *in l. præscriptioni. C. si contra ius, vel vtilitat. public.* Innocent. *in*
360 *cap. super litteris, de rescript.* adeò † quòd non debet stare iuramento partis. Cranetta *consil.* 196. *num.* 5. maximè quando proceditur executiuè, ad capturam personæ, prout fit in Logia Maris, quia identariuè debet probari qualitas, tribuens iurisdictionem. *l. quadam puella*, vbi Paul. & Cagnolus §. *quoties. num.* 1. *de iurisdict. omn. iudic.* Bart. *in l.* 2. *ff. si quis in ius vocatus non ierit.* Caualc. *decis.* 3. *num.* 17. 1. *part.* Vant. *de nullit. process. ex defectu iuris. num.* 53.

361 Quibus non obstantibus, † fuit declaratum in fauorem curiæ secularis, & sic causa negotiationis, quia voluntariè clericus se ingerit rebus non suæ professionis, permittitur à canone, quòd possit conueniri in curia seculari quoad cognitionem bonorum; quo verò ad detentionem personæ, debere fieri in curia Ecclesiastica, ex doctrina Aufredi *in tractatu de potestate seculari super Ecclesi. person. in reg.* 2. *fallent* 35. Paul. de Castr. *in l. fin. num.* 47. *C. de iurisdict. omn. iudic.* cum sententia lata per admod. Reuerend. Cancellarium Antonium Carmona die 30. Octobris 1618.

362 Seruientes † autem necessariò Ecclesiæ in aliis rebus de licentia & consensu Episcopi, gaudent quoad eius personam priuilegio fori Ecclesiastici; quo verò ad bona, non. & ita fuit declaratum in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & secularem Regiæ audientiæ, per admod. Illustrem Ioannem Dimam Loris Barcinonen. Episcopum & Cancellarium die 2. Decembris 1579. ratione retroclami expositi contra Ludouicum Marti, qui cum consensu Episcopi deseruiebat Ecclesiæ maiori in officio Baiuli, vulgò dicti *de les Pujarelles*, in qua sententia fuit declaratum, † firmæ iuris 363
factæ per dictum Marti in curia Ecclesiastica, quoad eius bona, locum non fuisse, nec esse, sed cognitionem illius ad Regiam audientiam pertinere, & spectare, & ibi terminandam esse; quo verò ad detentionem personæ dicti Ludouici Marti ad dictam curiam Ecclesiasticam pertinere, & ea captum debere custodiri dictum Marti, ad dispositionem curiæ secularis. Similiter † per 364
eundem Episcopum, & Cancellarium fuit declaratum, cum sententia lata die 20. Octobris 1580. in causa contentionis inter curiam secularem ciuitatis de Tortosa, & Ecclesiasticam eiusdem ciuitatis, super repetitione Ioannis Montagut, qui (licèt coniugatus) erat deputatus ad officium Sacristæ, & poliendi altaria, & declaratum fuit repetitionem, & detentionem illius personæ captæ ad curiam Ecclesiasticam pertinere. quod intelligendum venit, si in habitu clericali incedat, & † sic fuisse declaratum vidi 365
per admodum Illustrem Guillermum Cassador Episcopum, & Cancellarium die 24. Aprilis 1566. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam de Barcelona, & secularem Regiæ audientiæ, occasione firmæ iuris factæ in curia Ecclesiastica per Lazarum Desbosc de Vilagaia clericum simpliciter tonsuratum, deseruientem de licentia Reuerendissimi Episcopi de Barcelona officium Bassinarij animarum purgatorij, in Ecclesia parochiali sancti Laurentij de Morulls, Nobili Don Diomedes de Lordat, qui in Regia audientia instaurauerat executionem cuiusdam debiti quantitatis mille librarum, per dictum Desbosc firmati, & sic fuit declaratum, dictum Desbosc † in curia 366
Ecclesiastica esse conueniendum, secus verò si non incedat in habitu clericali, & ita declaratum per admod. Illustr. & Reuerend. Episcopum & Cancellarium Loris die 23. Iulij 1577. in causa contentionis ortæ inter curiam secularem Regiæ audientiæ, & Ecclesiasticam de Barcelona, super repetitione personæ Vincentij Insa, qui à Capitulo de Tortosa erat conductus pro administratione horologij dictæ Ecclesiæ ad quadriennium, & quia non constitit de tonsura, & clericali habitu, fuit remissus ad curiam secularem Regiæ audientiæ, quod † quidem 367
existimo procedere in personis, quæ deseruiendo officiis ad opus Ecclesiæ commodè, & secundùm suum exercitium possunt incedere in habitu clericali; secus verò esse respectu personarum, quæ commodè cum dicto habitu incedere non possunt in habitu clericali,

clericali, quales sunt vespillones, fumerij, & similes. nam hi quocunque habitu incedant, in rebus concernentibus suas personas, à iudice Ecclesiastico eorum causæ decidendæ erunt, vt ex supradictis patet. Secus est in
368 aliis, † qui commodè deseruire possunt in habitu clericali, quales sunt Bassinerij, Sacristæ, & similes. si tamen hi seruiendo deliquerint in exercitio sui officij, veluti pistores, seu flaquerij pistando, pro seruitio clericorum, si vendant panes publicè, seu occultè, in fraudem, contra edicta, seu præconia ciuitatis, possunt conueniri in curia seculari; & si firment ius in curia Ecclesiastica, solet declarari, non esse locum firmæ iuris factæ per pistorem in curia Ecclesiastica, sed cau-
369 sam in curia seculari esse tractandam, & † ita fuit declaratum per Cancellarium Manegat die 19. Ianuarij 1587. in causa contentionis ortæ inter curiam secularem Regiæ audientiæ, & curiam Ecclesiasticam ciuitatis de Girona, occasione firmæ iuris in ea factæ, per Michaëlem Antist pistorem, à procedimentis factis contra eum in curia seculari, ad instantiam Petri Pasqual, Syndici ciuitatis de Girone. Et quia ex meritis processus constabat, dictum Michaëlem Antist excessus committere pistando, & vendendo panem album, & nigrum, & fuit deductum per ciuitatem, se non conqueri nisi de excessu, fuit cum dicta contentionis causa declaratum, quoad excessum, pertinere ad curiam secularem.

370 Similis † contentio fuit declarata die 23 Nouembris 1577. per admod. Illustrem & Reuerend. Episcopum, & Cancellarium Don Ioannem Dimam Loris, in causa contentionis inter curiam secularem dictæ ciuitatis, & Baudilium Vilar carnicerium dicti Capituli; quoad excessus per eum commissos sine præiudicio libertatis Ecclesiasticæ scindendi carnes pro se.

371 Similis † contentio per eundem Episcopum, & Cancellarium die 28. Ianuarij 1578. in alia causa inter Episcopum, & curiam Ecclesiasticam, & Capitulum ciuitatis de Leyda, contra curiam secularem, & Vicarium eiusdem ciuitatis, de persona Ioannis Roan carnicerij dicti Capituli.

372 Famuli † Ecclesiasticarum personarum, & ipsis Ecclesiasticis personis seruientes, an gaudeant priuilegio fori, quæsitum fuit.

Pro cuius dubij resolutione dico, differentiam esse inter seruientes Ecclesiæ, seu
373 Ecclesiasticis personis, namque † quidam seruiunt ratione famulatus, & iusto interposito salario, iuxta doctrinam Bartoli *in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de legat. 3.* Pici *in l.Titia. §. Titia, num.63. ff. de legat. 2.* non enim sufficit in eadem domo, & sub eadem claui commorare, nisi sit, vt dicitur, sub eadem mensa, ad hoc vt cohabitare dicatur, iuxta doctrinam Angeli *in l. si quis sit fugitiuus. ff. de aedilit. edict.* refert Surdus *de aliment. tit. 4. quæst. 15. num. 6. decis. 35. num. 3.* Alij verò † ser- 374
uiunt Ecclesiasticis personis, ratione seruitutis, qui propriè serui sunt, & vulgò appellantur *sclaui*, qui proprium patrimonium clericorum sunt. Qua diuisione proposita ad dubium quæsitum respondeo, valde controuersam fuisse hanc quæstionem, vt constat ex traditis per Anton. Thesaur. *decis. Pedemont. 22.* vbi, in istis seruis, † qui proprij fa- 375
muli vocantur, nunc esse locum quòd gaudeant priuilegio fori Ecclesiastici, quia liberè eunt, & redeunt. & sic sæpiùs attestatur Thesaurus fuisse iudicatum; sed in curia seculari esse conueniendos, *dicta decisione n. 5.* & hanc sententiam defendunt plures relati à Thesauro *dicta decis. 22. num. 1.* Idem attestatur Cancer *3. tom. variar. cap. 10. de content. iurisdict. num. 127.* Seruos † autem, qui in pa- 376
trimonio clericorum, seu Ecclesiæ existunt, ad curiam Ecclesiasticam pertinere quoad forum, iuxta quem sensum intelligenda esse iura *in cap. Ecclesiarum seruos. 12. quæst. 2. & in l. 1. & 2. C. de Episcop. & cleric.* refert Surdus vbi suprà *n. 5.* & iuxta hanc doctrinam † fuit 377
declaratum per admod. Illustr. & Reuerend. Episcopum & Cancellarium Guillermum Cassador, die 29. Martij 1529. in causa contentionis inter curiam secularem Regiæ audientiæ, & Ecclesiasticam de Barcelona, super repetitione personæ Ioannis Philip serui Onofrij de Monsuar Commendatoris Sancti Ioannis, qui captus in carceribus Regiis detinebatur, & petebatur per curiam Ecclesiasticam, & fuit declaratum, † locum esse 378
repetitioni instatæ per dictam curiam, quia Commendatores Sancti Ioannis sunt verè Religiosi, & nihil proprium nisi quo ad vsumfructum habere dicuntur, non verò quo ad proprietatem, eo quòd tria vota solemnia, & substantialia emittant, Azpilcueta *cons. 3. lib. 3. de conuers. coniug. tom. 1.* de aliis verò Commendatoribus magnam esse controuersiam refert Cancer *lib. 3. variar. cap. 14. de manuten.* vbi *num. 68.* ait, quòd cæteri Commendatores, quoad eorum bona, subsunt Domino Regi, allegando sententiam adm. Reu. Cancellarij de anno 1603. in causa egregij Comitis de Queralt Commend. S. Iacobi.

Similis † contentio fuit declarata in causa 379
contentionis inter curiam Ecclesiasticam, & secularem ciuitatis de Barcelona, per adm. Illustr. Don Petr. Maguetola, postea Episc. de Elna, nunc Vicensem Episc. tūc Thesaur. Eccles. maioris de Barcelona, Tertiū nominarū

per mortem Cancellarij Antonij Carmona, ratione cuiusdam serui egregij Comitis de Osona, inculpati de homicidio. qui post declarationem prædictæ causæ contentionis fuit laqueo suspensus die 17. Septembris 1640. manè, ne daretur locus firmæ alterius contentionis. ex quibus resolutum est propositum dubium.

380 Officiales † Regij in Catalonia tenentur reddere rationem de omnibus pecuniis, quas receperunt durante eius officio, & de quantitatibus, quas celant, & non reddunt rationem, condemnantur ad restitutionem vndecupli quantitatis simulatæ per Magnificos Assessores Baiuliæ generalis Cataloniæ, qui ex Regia pragmatica sunt iudices in dicto officio magistri Rationalis, in prima instantia dictarum causarum, & iuris quinti, quod ex impositione Vniuersitatum à domino Rege exigitur.

Euenit quòd Iulianus Mautan, villæ de Prada de Conflent fuit Baiulus dictæ villæ, & in reddendis rationibus aliquas celauit quantitates, de quibus fuit ad fisci Procuratoris instātiam querelatus, & processus contra eum fulminatus. ipse in suis defensionibus deduxit, Antonium Texidor Notarium dictæ villæ deberi citari ad causam, & condemnari ad id, quod dictus Mauran posset condemnari, dicens, se non esse in dolo, imò potiùs dictū Antonium Texidor Notarium, qui erat dicto Mautan inimicus, & sic dolosè extraxerat computa, vt dictum Mauran in pœnam vndecupli faceret cadere. fuit in causa citatus dictus Texidor Notarius, & opposuit se non posse condemnari, quia ipse non erat officialis Regius, & quòd Magnifici Assessores habebant ex Regia pragmatica limitatam iurisdictionem ad certas causas, & personas, de quibus nominatis in Regia pragmatica non erat dictus Texidor, & quòd tales iudices ad alias causas, seu personas, prætetquam expressas in Regia pragmatica, dicere non poterant, & sic non poterat iurisdictio dictorum Assessorum ad di-
381 ctum Texidor extendi, quia † quod de vno dicitur, de altero negatur. *l. cùm prætor, cum similibus. ff. de iudicijs.* arg. text. *in l. fin. C. de iurisdict. omn. iudic. cap. per hoc. de hæret. lib.6. Clement. 1. eod. tit.* & quòd nil intererat, quòd dictus Texidor simpliciter comparuisset, & sic videbatur approbasse iurisdictionem di-
382 ctorum Assessorum, eo † quòd sua comparitio, nullam dabat iurisdictionem, quia cùm sint iudices, vt dictum est, certarum rerum, & personarum, comparitio illius, qui non est de contentis in dicta pragmatica, nil facit, vt in causis appellationum est videre,
383 vbi cùm † iudices causarum appellationum non sint iudices, nisi de causis deductis in prima instantia, non poterit talis iudex cognoscere de nouis capitibus, etiam de consensu partium, vt ex multis resoluit Osascus *decis. 7. num. 7.* vbi non tenet talis sententia, propter consensum, & porrogationem. tradit Michaël Ferret. *3. part. obseruantia. cap. 144. in fine.* † quia consensus partis, quoad in- 384
capacitatem iudicis, nil operatur. Nauarr. *consil. 82. num. 7.* & Anchar. *consil. 345. circa finem.* Neque prætextu connexitatis causæ, quia † connexitas causæ tunc dicitur ha- 385
bere locum, quando vnum non potest esse sine alio. iuxta tradita per Crauettam *consil. 232. num. 20.* Couarr. *in pract. cap. 34.* multos ad institutum citat Menoch. *de recuperand. possess. remed. 1. num. 377.* Ioann. de Imol. *consil. 139. & 140.* Menoch. *de arbitrar. casu 95.* Ex quibus, cùm non constitit in extractione dictorum computorum, dictum Antonium Texidor deliquisse, ex prædictis fuit condemnatus dictus Mautan, cum sententia lata die 13. mensis Septembris 1625. interuenientibus Magnificis Hippolyto Montaner de Regio Consilio, & fisci Aduocato, Magnificis Assessoribus Baiuliæ generalis, & me relatore dictæ causæ, † ad soluendum 386
quantitates, per dictum Mautan celatas, in redditione computorum, vnà cum vndecuplo, & reseruatum ius dicto Mauran, si quod ei competebat, contra dictum Antonium Texidor in alio iudicio. Nam si in processu constasset, dictum Antonium Texidor dolo se gessisse in extractione, & verificatione dictorum computorum, tanquam connexa causa, ratione delicti, fuisset prorsus in & cum dicta sententia condemnatus.

Reuerendus † frater Michaël Merola Ab- 387
bas monasterij beatæ Mariæ de Pobblet, cœpit visitare Monasterium Monialium beatæ Mariæ de Valldoncella præsentis ciuitatis. Moniales prædictæ existimantes, illum habere legitimam potestatem, illum admisetunt in visitatorem, & sic prosecutus fuit suam visitationem, illámque publicauit. qua publicata, exorbitantia capitula continente, habita consideratione ad statum illius Monasterij, me consulto, familiariter dixi, quòd de nullitate dicerent, & quòd appellarent ad Sanctissimum, seu eum, vel eos, ad quem, vel quós, de iure esset appellandum. & sic fundamenta, quæ habebant, erant, quia in ipso Abbate nulla poterat considerari iurisdictio ordinaria, quia hæc nunquam præsumitur, sed † debet probari, cùm facti sit. iuxta 388
text. *in l. in bello. §. facta. ff. de capt. & postliminio reuers.* adeò quòd † nec præsumi debent. Me- 389
noch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 14. per totam.*
quanto

quanto magis,quòd ipsę moniales habebant decretũ à Generalissimo Ordinis de Astells, seu eius Vicario generali, quo decisum erat, moniales & dictum Monasterium de Valdoncella, esse immediatè subiectum sibi, & suis legitimis successoribus in generalatu,& Abbatem de Pobblet nullam in dicto Monasterio habere iurisdictionem, prout est in archiuo dicti Monasterij dictum decretum,quod in manibus millies habui,cùm essem dicti Monasterij Aduocatus, quod hîc transcribere decreui,& est tenoris sequentis.

Frater Claudius Massonus Abbas Moribundi, Vicarius generalis totius Ordinis Cisterciensis, præsentem Venerabilis Abbatissa Valles Domicellarum, iuxta Barcinonem supplicationem, in absentia Reuerendissimi Domini nostri Cisterciensis, benignè suscipientes dictam Abbatissam, moniales, totùmque Conuentum, sicut ab antiquo, sub immediatè dicti protectione esse declaramus, clausurámque Apostolica auctoritate ibi institutam,pro posse nostro approbamus. pro cuius inuiolata obseruantia, si quid defuerit ad melius reformatum Monasterium,vtpote de Casues,vel saltem ad generale proximum Capitulum remittimus, annullantes contrarium, vel quodcunque aliud fecerit Reuerendus Dominus Abbas de Pobbleto,in visitatione, quam sine eiusdem Reuerendissimâ licentia attentauit. permittentes eidem Abbatissa, vt si quid negotij, vel difficultatis in suo occurrerit Monasterio, ad Reuerendum Dominum Abbatem de Sanctis Crucibus, auxilium, & consilium requirat, ad eúmque pro aliquo viro probo constituendo, si indiguerit,recursum habeat. Datum Lingonis die 29. Maij. Fr. Claudius Massonus Abbas Moribundi. Locus sigilli. Ex mandato Domini mei Fr. Martinus, Secretarius.

Ex quo decreto & eo præsupposito nouum rescriptum,cuius virtute dictus Abbas Merola intendebat dictam facere visitationem, nullius erat momenti. quia in eo Generalissimus dabat dicto Abbati Merola iurisdictionem eandem, quam habebant Abbates de Pobblet sui prædecessores; similiter & rescriptum obtentum à Reuerendissimo Nuncio nullius erat momenti, confirmans rescriptum Generalissimi de Cistells, dictum dicto Abbati Merola.quia illius dispositio respiciebat, & se referebat ad eandem iurisdictionem,quam dicti Abbates de Pob-
390 blet soliti erant habere. quæ † verba solent declarare mentem concedentis, & per eam cognoscitur, quæ iurisdictio censeatur concessa.vt tradit Menoch. pluribus fundamentis *de præsumpt.lib.2. præsumpt.16. num.4.* Manifestè igitur ex tenore dictorum rescriptorum apparet, dictas commissiones esse relatiuas, & sic cùm relatiuæ essent, non debebant operari, nec poterant, nisi quatenus de relato constaret. cùm certum sit, quòd
† si non constet de re,ad quam se refert dis- 391
positio, non potest dici dispositum : vt tradit Alex. *cons. 66. in principio lib.1.* & Cephal. *cons.156.num.41.lib.2.* Carolus de Grassis *de except exceptio.23.* cum aliis, & sic omnia procedimenta per eum facta,tanquam à non habente iurisdictionem,esse nulla.

Erant quamplures moniales, quæ dictam visitationem capiebant admittere (nescio quo zelo ,) & sic prætendebant,ex approbatione illarum, dictam visitationem validam debere iudicari.

Respondi quòd non, quia ipsa visitatio de se erat nulla.& cùm esset nulla, non poterat aliquo modo validari,cùm de iure tritum sit
principium quòd † actus nullus non potest 392
ratificari. prout docet Speculator *in titulo de iudice delegato §.except.num.15.* vbi ait, quòd
† si commissio alicuius negotij fiat ab eo, 393
qui non habebat iurisdictionem committẽdi,tempore quo commissionem fecit, non valebit commissio, etiamsi postea assecutus fuerit potestatem committendi. quod confirmat ex *l.fin. ff rem ratam haberi. l.obseruare. §.fin ff. de officio. Proconsul.* adeò quòd subdelegatio superueniens non validat actus nullos antea factos. Guido Papæ *decis.286 num 2.* ex glos.singulari *in l.instar.C de iure fisci.lib.10.* & sic earum acceptatio nullam visitationem
approbare posset,quia † defectus iurisdictio- 394
nis est insanabilis, faciunt tradita per Van. *de nullit. processus,titulo, ex defectu iurisdict. deleg. num.31.* vbi ait, quòd processus nulliter factus à iudice delegato non potest reualidari,ex pluribus iuribus,& fundamentis per eum adductis.

Cùm enim principalis clausula , ex qua dabatur iurisdictio visitationis, sit relata, & regulata ad illam , quam habebant Abbates de Pobblet,& illa sit nulla , vt constat ex su-
pradicto rescripto,† cæteræ omnes clausu- 395
læ dictæ commissionis nullæ sunt. vt ex *l si patronum.verbo Fabiana,in fine ff.si quid in fraudem patroni* , ex Gabriele *in tractatu de clausul. concl.10.*Puteo *decis.1.num.2.lib.1* & ex communi attestatur Marta *in tractat. de clausul. 4 parte claus.21.num 1.in princ.*

Nec † prætensa prorogatio earum, quæ 396
visitationem acceptabant, licèt maioris partis, quidquam facit. quia prorogatio vt fiat, requiritur quòd omnes prorogarent.nam li-
cèt regula sit, quòd † ea quæ fiunt à maiori 397
parte, præualent, intelligendum est, in actibus necessariis, non verò in voluntariis, secundùm glossam *in cap. cùm omnes, de constit.* & *ibi* Innocent. Anton de Butrio, Imola, & alij in dicto loco , & hanc sententiam communem dicunt Dec. *in dicto cap.lectura 1.part. col.*

col. 4. n. 6. vers. ista conclusio, qualis est admittere in visitatorem Abbatem prædictum. Ius enim visitationis tangit omnes vt singulos,
398 quo casu, † maior pars minori præiudicare non potest, ex vulgato iure *l. per fundum. ff. de seruit. rust. præd.* cum similibus. Ex quibus fundamentis, pro parte Abbatissæ, Priorissæ & duarum, aut trium Monialium, & sic à noto-
399 rio pro parte minoris partis earum, † fuit appellationis causa euocata à Sanctissimo in curia Romana, & causa appellationis commissa Reuerendissimo Domino Ioanni Baptistæ Cochino Auditori Sacri Palatij & Decano, qui litteras citatorias, & inhibitorias expediri mandauit, prout Romæ expeditæ fuerunt, datæ Romæ in domo sanctæ Mariæ maioris, die 27. Iunij 1625. quibus cum diuersis clausulis, & ad pœnam mille ducatorum auri de Camera, in casu contrafactionis, applicandorum ærariis Cameræ Apostolicæ, & sub censuris, iniungebatur, & mandabatur dicto Abbati Merola, ne à cętero de dicta visitatione se intromitteret, quas Apostolicas litteras in manibus habui, & legi, quæ ad instantiam dictarum Abbatissæ, Priorissæ, & duarum appellantium, præsentatæ fuerunt dicto Abbati Merola die. ... mensis Iulij 1625. penes Franciscum Pons Notarium publicum de Barcelona, & Monasterij de Valdonsella.

Franciscus Mare ciuitatis de Gerona,
400 † vendidit Iacobo Bru ciui honorato Barcinone, quasdam domos, quas dictus Mare habebat, & possidebat in præsenti ciuitate de Barcelona, in vico, vulgariter dicto *de Moncada*. quæ venditio inter dictos fuit firmata in præsenti ciuitate, ad instantiam Nobilis Ioannis de Semmenat. fuit contra dictum Bru mota lis, & sententia in Regia audienria lata contra dictum Bru, obtinuit dictus de Semmenat. In qua lite Aduocatus dicti Bru non curauit citare dictum Mare in dicta causa, vt ratione euictionis simul, eadémque sententia condemnaretur ad resarciendum damnum, & soluendum pretium dicto Iaco-
401 bo Bru. vnde dictus Iacobus Bru litem † de nouo debuit contra dictum Franciscum Mare inchoare, prout inchoauit, offerendo de nouo supplicationem in Regia audientia, petendo dictum Mare condemnari, ratione euictionis dicti contractus, ad soluendum, & restituendum pretium, & ad reficiendum damnum, & totum id, quod in consequentiam veniebat. Pro parte dicti Francisci Mare prætendebatur, dictam causam in prima instantia non potuisse euocari in Regia audientia, sed coram Vicario dictæ ciuitatis de
402 Girona, vbi dictus Franciscus Mare † domicilium habebat, tanquam coram suo ordinario, maximè, quia nulla qualitas aderat ex illis, quarum respectu causæ solēt euocari ad Regiam audientiam, tum ex eo, quòd, dato, quòd ratione contractus posset conueniri in loco, vbi erat cōtractus celebratus, cæterùm hoc erat intelligendum, quando postea, tempore quo lis erat contestanda, † obligatus re- 403
periebatur in loco vbi celebratus fuerat contractus. iuxta doctrinam text. *in cap. Romana. §. contrahentes. de foro competent.* vt tradit Thesaur. *decis. Pedem. 220. num. 6.* Franciscus Molins *de inuocat. brachij secula. lib. 2. cap. 28 num. 5.* & cùm dictus Mare esset absens à ciuitate de Barcelona, & habitaret in ciuitate de Girona, non poterat contra eum in Regia audientia causa moueri. E contrario tamen ego, cùm essem & gener, & Aduocatus dicti Bru, contendi è conrrario, causam in prima instantia posse euocari in Regia audientia. motus ex eo, † quòd aderant iura meam 404
opinionem confirmantia. in primis *l. omnem obligationem. 20. ff. de iudic.* iuncta gloss. *verbo obligetur*, & clariùs *in authent. vt omnes obediant. §. hac considerantes*, & *ibi* glossa *verbo pecuniarum*. vbi ratione contractus statuit Imperator, posse quem in loco contractus conueniri; tum ex eo quòd in dictæ venditionis instrumento, inter clausulas obligationum, reperiebatur clausula, qua dictus Franciscus Mare renunciauerat suo proprio foro. ex qua renunciatione certum est, posse conueniri vbicumque, iuxta doctrinam Bart. *in l. hæres absens num. 1. colum. 1. de iudiciis.* &
† hanc sententiam dicunt esse communem, 405
Maria. Soc. & Couarr. *pract. quæst. cap. 10. n. 5.* maximè, vbi dicta renunciatio vallata erat iuramento, ex pluribus fundamentis traditis per Ioan. Gutierr. *de iurament. confir. 3. part. cap. 16. num. 5.* nam iuramentum adstringit iurantem ad factum præcisum, ex Gutierr. *dicto cap. num. 6. vers. mihi tamen placet declaratio Couar.* ex quibus fundamentis, cùm † causa 406
à nototio maior esset trecentarum, & plusquam trium mille librarum, facto verbo in Regio Consilio per Magnific. Hieronymum Astor Relatorem, die 28. Nouembris 1605. (licèt dictus Mare esset absens) fuit conclusum quòd dicta causa contra dictum Mare euocaretur ad Regiam audientiam, & in ea tractaretur, pro vt fuit euocara, & retenta, & in ea postea fuit per dictum Relatorem sententia lata.

Cùm essem Assessor Baroniarum Excellentissimi Comitis de Benauent, qui habet Baroniam de Molin de Rey, in qua continetur villa dicti nominis, & terminus Sanctæ Crucis del Orde, & Baroniam de Castellui de Rosanes, quæ continet villam de Martorell, Sancti Andreæ de la Barca Sancti Petri
de

407 de Brera, extitit dubitatum, an † vasallus vnius Baroniæ posset duci ad aliam Baroniam captus, vt ibi detineretur sub custodia.

408 Respondi † quòd vasallis volentibus, & consentientibus, poterant duci de vna Baronia ad aliam, iuxta tradita per Bald. *in l. testamentum. C. de testament.* Ipsis verò contradicentibus non posse. quia ius stat pro vasallis, iuxta dispositionem glossæ *in Vsat. nostro incipiente, omnes homines. verb. in suo.* tradit Guiller. de Valles. *in Vsat placita re.* & hanc eandem resolutionem adducit Bobadilla *in sua polit. lib. 2. cap. 16. de la iurisdict. de vasal n.* 187. faciunt tradita per Oldrad. *cons.* 88. Vincent. de Franchis *decis.* 166. *num.* 6. *& decis.* 526. *num.* 8. Auend. *de exequend. mandat. Princ. 1. parte c.* 5. *num.* 5. Bellugam *in speculo Princip. rubr.* 26. *vers. Iesu Christi num.* 17. Hoc autem

409 ita intelligendum venit, † quòd si Baro vnius Baroniæ habeat diuersa loca ratione illius Baroniæ, & respectu alterius Baroniæ alia loca, poterit homines habitantes in vno loco, ad alium locum deferre, dummodo sit eiusdem Baroniæ. Non verò poterit vasallum portare de vno loco vnius Baroniæ, ad alium locum alterius Baroniæ, etiam si sint eiusdem domini dictæ Baroniæ. & hoc est quod insinuat Bobadilla *dicto num.* 187. dum relata Bartoli sententia, existimantis, Baronem, seu Comitem non posse extrahere habitantes in vna villa Baroniæ, seu Comitatus, vt ius ei reddatur in alia villa eiusdem Comitatus, ait contrariam Bartoli sententiam

410 esse veriorem, nempe † Baronem posse vasallos Baroniæ, existentes in vno loco, conuocare in alium locum eiusdem Baroniæ, quod ex eodem Bartolo & aliis confirmat Bobadilla *dicto num.* 187. *littera D.* & sic practicauimus in dictis Baroniis, vbi homines Sancti Petri de Breta, & Sancti Stephani de Rosanes trahebantur ad villam de Martorell, & homines de Sancta Creu del Orde ad villam de Molin de Rey

411 alterius Baroniæ. ex quibus clarum est † posse Baronem homines existentes in diuersis locis eiusdem Baroniæ, trahere de vno loco in alium, non verò diuersæ Baroniæ.

412 In † villa de Esparaguera, Monasterium Beatæ Mariæ de Monserrat solùm habet iurisdictionem mixti imperij, merum verò imperium ad Regentem vicariam de Villafranca pertinet. Euenit quòd baiulus, quem tenebat Abbas dicti Monasterij, deliquerat in casibus spectantibus ad merum imperium.

Quæsitum fuit, an dictus baiulus esset puniendus per suum Abbatem, & dominum, an verò per dictam vicariam.

413 Respondi, † Abbatem de Monserrat non posse punire suum baiulum delinquentem, in casibus in quibus iurisdictio non competit dicto Abbati, sed quòd punitio dicti baiuli pertinet ad Regentem dictam vicariam de Villafranca, quia ad eum pertinet iurisdictio meri imperij. & hoc idem esset si in aliquo loco essent duo Barones, quorum vnus haberet merum imperium, alius verò mixtum. quia officialis Baronis meri imperij puniret officialem alterius Baronis, habentis mixtum imperium, si delinquat in casibus meri imperij. Motus fui ex traditis per Vincent. de Franch. *decis.* 174. *num.* 5. *tom.* 1. qui refert, decisum esse in eo senatu, † quòd 414
capitaneus iurisdictionis criminalis puniret capitaneum iurisdictionis ciuilis, delinquentem in casibus iurisdictionis criminalis. Nec posse obstare argumentum, quod plures sumebant de *l. ille à quo.* §. *tempestiuum ff. ad Trebell.* ex quo desumitur regula, † quòd par in parem non habet impe- 415
rium. quia hæc regula non habet locum in hoc casu, solùm enim procedit, quando datur paritas inter eos. hic autem adest disparitas inter iurisdictiones, quia † iurisdictio 416
meri imperij nobilior est mixti. faciunt tradita per Capyc. *decis.* 27. *n.* 9. & sic absolutè dicendum est, quemlibet officialem meri imperij punire officiales mixti imperij delinquentes in casibus meri imperij.

In † ciuitate de Vic mota fuit lis inter duos 417
commorantes in ea, coram Magnifico Regente vicariam illius, de quadam hæreditate, ad quam plures prætensi creditores se opposuerunt, alter ex creditoribus cupiebat causam extrahere à cognitione Vicarij, eo quòd timebat illius Assessorem, quem iuridicè recusare non poterat. consuluit me, an posset prædicta causa extrahi à dicta vicaria, & ad dictam Regiam audientiam euocari.

Respondi, causas graduationis diuersorum creditorum posse ad Regiam audientiam euocari in prima instantia, dummodo causa maior sit, & habeat aliquam qualitatem ex illis, quæ requiruntur, vt euocari possint. iuxta titulum *de euocat. caus. in nostris constitutionibus.* debet tamen causa, etiam si euocetur, instrui quo ad compositionem processus in curia ordinaria, vsque ad prouisionem, seu sententiam fiendam in causa graduationis, vt est *constitutio* 15 *titulo de iurisd. omn. iud.* quæ incipit, *Attenent de continuo*, iuxta quam, existente dubio simili in Regia audientia, facto verbo in ea per Magnificum Monserratum de Guardiola, die 23. Nouembris 1591. fuit iuxta dispositionem dictæ constitutionis *Attenent*, declaratum, in causa cuiusdam graduationis curiæ Regentis vicariam de Barcelona,

celona, in qua cùm peteretur eam ad Re-
giam audientiam euocari, vt maiorem, fuit
418 facta prouisio sequens, † *recepta die 23. No-*
uembris 1591. facto verbo, quia ex instrumen-
to censualis loco informationis exhibito, & ex
narratis in supplicatione in curia Regentis vica-
riam de Barcelona oblata, & aliàs constat de va-
lore causa, prouidet supradicta inseri, seu consui, &
litteras, siue cartella citatoria, & inhibitoria stil-
lata expediri, seruatis constitutionibus, & maxi-
mè Regis Ferdinandi II. in secunda curia de Bar-
celona incipiente, Attenent de continuo, *&*
iuxta formam illius mandetur Regenti vicariam
de Barcelona, huius causa graduationis processum
faciat, & colligat, vsque ad sententiam exclusiuè,
& cùm processus fuerit instructus, illum ad Re-
419 *giam audientiam remittat, & intimetur.* † Ex
quibus apparet, causam graduationis maio-
rem trecentarum librarum, à curia ordina-
ria, cum qualitate, posse ad Regiam audien-
tiam euocari, ad sententiam in ea ferendam,
in causa graduationis. qua euocata, processus
remanet in dicta Regia audientia, iuxta di-
ctam constitutionem, *Attenent*.

420 Quarto, an † iudex ordinarius alicuius
Baronis teneatur in processu suam potesta-
tem probare, ad hoc vt gesta per eum va-
leant.

Respondeo, Assessorem ordinarium, qui publicè ordinariè ius reddit, non teneri suam iurisdictionem probare, vt ex mente Bartoli *in l. 1. C. qui, & aduersùs quos*, Guido Papæ *decis. 259. num. 1.* & ante eum præsensetar Bald. *in dicta l. 1. vers. tertiò oppono* publicitas enim illa illum releuat à tali probatione facienda. quia ipsa facit, quod aliàs iudex incapax proferens sententiam vt iudex ordinarius, valeat. ex vulgata *l. Barbarius Philippus. ff. de officio prat.* quis autem iudex ordinarius dicatur, tradunt Oliba. *de iure fisci cap. 4. num. 4.* Maranta *de ord. iudicio. 4. parte dist. 5. per totam.*

421 Quæsitum vlteriùs fuit, † quæ personæ
possint delegare.

Respondi quòd sequentes, nempe, dele-
gatus à Papa, delegatus ab Imperatore, ordi-
narius quilibet, cui iurisdictio ordinaria
competit, delegatus etiam ad Vniuersitatem
causarum, quia loco ordinarij habetur. de
422 delegato † à Papa est text. *in cap. pastoralis,*
& in cap. super quastionum, de offic. deleg. de de-
legato Imperatoris est text. *in l. à iudice. C. de*
iud. de iudice ordinario, *in l. à diuo Pio, in princ.*
423 cum ibi notatis, *ff. de re iudic.* & † de delegato
ad Vniuersitatem causarum, quia vices ordi-
narij iudicis exequitur, est text. *in l. fin ff. qui*
& à quibus appellare non licet. l. legatus. ff. de
offic. Procons. l. Prator. ff. de iurisdict. omn. iudic.
Bart. & ordinarij scribentes *in l. à iudice. C de*
iudic. faciunt relata per Ioan. Gutierr. *canon.*
quæst. lib. 2. cap. 2. num. 26.

Rescriptum Apostolicum fuit obtentum
à Sanctissimo, & † commissum duobus Ca- 424
nonicis Ecclesiæ maioris præsentis ciuitatis,
quorum alter erat absens, tempore quo re-
scriptum peruenit, & sic illud tantùm vni ex
duobus iudicibus fuit præsentatum.

Quæsitum fuit, an iste solus iudex possit ad vlteriora in causa procedere, an verò esset expectandus aduentus iudicis absentis, & quòd ei rescriptum præsentaretur.

Respondi, † quòd licèt in rescripto non 425
esset clausula, quòd duo simul in causa pro-
cederent, non poterat alter solus in ea pro-
cedere, quia causa commissa duobus simpli-
citer, iurisdictio cumulatiuè data censetur,
& non in solidum. ex quo fit, quòd illi duo,
quibus causa commissa est, debent in † cau- 426
sæ expeditione concurrere. iuxta text. *in cap.*
prudentiam, in princ. de offic. delegat. & ibi Dec.
tradit, & sequitur Beroius *cons. 22. num. 26. &*
42. lib. 1. nam † prædicta verba commissionis, 427
factæ simpliciter duobus, connexitatem, &
coniunctionem inducunt. quo casu non po-
test vnus sine alio procedere, iuxta text. *in*
cap. causam, de offic. delegat. l. duo ex tribus ff. de re
iudic. secus tamen fuisset, si dicta commissio
haberet clausulam, *alteri vestrûm*. hoc enim
casu † iurisdictio censetur data cumulatiuè 428
in solidum, ex Beroio *dicto cons. 22. num. 26.*
& 46. lib. 1. Vant. *de nullitate processus, titulo ex*
defectu iurisdictio. ordin. num. 179. & 180. vbi
ait, quòd hoc casu † poterit vnus sine alio 429
procedere, & præuentione facta per alterum
ex duobus, non poterit alius se intromittere
de causa. *cap. cùm plures, de offic. deleg. in 6.* tra-
dunt omnes *in cap. prudentiam, in princ.* & *ibi*
Abb. *col. 3.* refert Menoch. *de præsumpt. lib. 2.*
præsumpt. 18. num. 36. ex quibus apparet, quòd
prædicto casu non poterat alter ex duobus
procedere, sed debebat expectare accepta-
tionem alterius, & simul ad executionem
rescripti procedere.

Incidenter fuit dubitatum, an † idem es- 430
set in ordinariis iudicibus, vt causa pluribus
commissa, per alteros ex eis possit decidi.

Respondi, quòd vnus ex pluribus iudici-
bus, quibus causa commissa erat, poterat ad
expeditionem causæ sine aliis procedere,
finire, & terminare. *l. 1. ff. de offic. consul.* iuxta
declarationem Baldi, qui vnà cum commu-
ni Doctorum intelligunt, illum textum pro-
cedere, non solùm in iurisdictione ordina-
ria voluntaria, verùm etiam & in conten-
tiosa, argumento *l. tutores. l. decreto. ff. de*
administr. tutor. & l. fin C. de auctor. præstan.
vbi † datis pluribus tutoribus simpliciter, 431
cuilibet censetur data potestas, & quilibet
potest

potest administrare. facit decisio text. *in l. 1. §. si plures*, & *ibi* Bart. *ff. de exercito. action.* vbi, *si exercitoria actio alicuius vniuersitatis, pluribus concedatur, censetur vnicuique etiam commissa.* ita Bart. post glossam *in l. Pomponius.* aliàs, *si vni. ff. de iudic.* Si tamen hi duo iudices, quibus à principio vnicuique, & simul causa commissa esset, cœpissent simul de causa cognoscere, deberent omnes simul eam decidere, & terminare, iuxta glossam singularem secundùm Alexandrum, & Imol. *in l. si vni. ff. de re iud.* glossa *in cap. cùm plures. verbo vno eorum, de offic. deleg. in 6.* Si tamen forsan vnus sine alio sententiaret, existimauit Vantius vbi suprà, *num.* 178. quòd sententia esset valida, quia in solidum erat iurisdictio ei concessa.

432 Sed † re perpensa, & maturiùs considerata, salua illius pace, non valebit sententia ita absolutè, pro vt ipse dicebat, & hoc ita attestatur decisio Rotæ antiquæ, nunc tertia, aliàs 851. sub titulo *de arbitris. num.* 1. confirmans ex *l. Pomponius. ff. de re iudic.* & ex aliis iuribus. quam decisionem allegabat Vantius pro se, quæ ei contrariatur, cùm doceatur, vnum ex tribus posse sine aliis iudicare, cùm omnes inceperint cognoscere, quando adest impedimentum aliorum, non verò absolutè, sed iusta interueniente causa.

433 Romanus Pontifex † delegauerat quandam causam Abbati de Ripoll, qui in ea subdelegauit, & antequam subdelegatus executionem decerneret dictæ delegationis, decessit dictus Abbas de Ripoll, qui dictam causam delegauerat. Dubitationis oritur, an dictus subdelegatus posset ad vlteriora in executionem dictæ delegationis procedere, an verò deberet se abstinere.

434 Respondi, † hoc esse decidendum ex diuisione quadam, quia aut subdelegatio erat integra, id est, quòd subdelegatus ad aliquem iudicialem actum non processerat, aut ad aliquos actus processerat. quia si subdelegatus aliquos actus fecerat, viuente Abbate delegante, tunc mortuo delegante, subdelegatus ad vlteriora in causa procedere, & illam terminare poterit, & executioni mandare ex textu expresso *in c. si delegatus 7. de offic. & potest. iudicis delegat. in 6.* vbi Romanus Pontifex

435 statuit, quòd † si delegatus subdelegauit, quo vis abesset, vel donec reuocaret, & mortuus sit, re non integra, quòd subdelegatus poterit ad vlteriora procedere, & sic si subdelegatus dicti Abbatis, ipso Abbate viuente, suam delegationem inceperit exercere, poterit non obstante morte Abbatis delegantis, ad vlteriora in causa procedere, & eam exequi.

436 Sed quæro, † quando res dicetur integra, *Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.*

vt subdelegatus mortuo delegante, possit ad vlteriora procedere.

Respondeo quòd non dicetur res integra, quando iudex iusserit expediri citationem, nam citatione prouisa, dicitur iurisdictio subdelegati perpetuata. Guido Pap. *dec.* 286. *n.* 4. *& decis.* 488. *n.* 6. refert & sequitur Zerola *in praxi Episcopali.* 1. *p. e. de delegato, in principio*, dicens, † quòd sufficit, quòd citatio sit expedita, licet non fuerit præsentata, referens sic decisum fuisse per Rotam *dec.* 9. *de dolo, & cõtumacia, in antiquis. & decis. Caputaq.* 125 *p.* 2. 437

Quæsitum fuit, † an rescriptum confessum ad executionem alicuius gratiæ à Sanctissimo, mortuo eo ante executionem, possit delegatus, vel subdelegatus, mortuo delegante, exequi tale rescriptum. 438

Respondi † quòd in materia executionis rescripti gratiosi poterit delegatus mortuo Papa, vel subdelegatus mortuo delegante, executionem rescripti decernere, siue res existat integra, siue non. *cap. si gratiose, de rescript. in 6.* cùm enim fauorem, & meram gratiam contineat, largissimam interpretationem admittit, ex vulgata reg. *Odia restringi*, &c. cum aliis vulgaris iuribus. 439

Quæsitum vlteriùs fuit, † an iudex delegatus, lata per eum sententia, possit illam corrigere. 440

Respondi iudicem delegatum ad vnam causam, lata sententia non posse eam corrigere, nec ei aliquid addere, vel ab ea detrahere. quia statim atque suam protulit sententiam, censetur iam illius iurisdictionem expirasse, cùm eo casu functus sit suo officio, *l. si vt proponis l.* 1. *ff. quemodo & quando iud.* iuncta gloss. fin. vbi Bart. & alij. Idem probat Innoc. *in c. in litteris, de offic. deleg.* vbi ferè omnes antiqui, & moderni. nam *in dicta l. sic vt proponis*, † iudex delegatus protulit suam sententiam nullam, quia lata fuerat die feriata, & altera parte absente, & non citata, & dicit textus, non immeritò Præsidem denuò negotium alterius iudicis notioni terminandum commisisse. sequitur Alex. *in l. postea quam. ff. de re iudic. n.* 12. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 67. *n.* 2. adeò quòd non possit iudex delegatus, ex noua delegatione de eadem re cognoscere, iuxta doctrinam glossæ & Bald. *in l.* 1. *C. de sent. ex breuiculo recitãdis.* Felin. *in c. ad hæc, col.* 1. *in fin. de appellat.* ex quibus similiter dicebat Matienzo *lib.* 5. *noua recopil. tit.* 4. *de testament. l.* 9. *gloss.* 4. *num.* 1. † quòd ille, cui facta est commissio ad testandum, non potest declarare testamentum ab eo factum, etiam si sibi reseruauerit facultatem declarandi. quia facto testamento, functus est suo officio. hanc autem doctrinam, in delegatione facta ab inferiori à Principe, 441 442

esse intelligendam, attestatur Gutierrez *canon quaest.lib.2.cap.2. num.17.* dicens, delegatum à Principe, etiam sententia per eum nulliter lata, posse ex noua delegatione causam iterum cognoscere, ex doctrina glossae *in l.eos. C.de appell.* quod etiam tradit Ripa *in l.quod iussit.num.63.ff.de re iudic.*

443 Delegatus † etiam ad vniuersitatem causarum, lata per eum sententia, poterit eam corrigere, & emendare. quia delegatus ad vniuersitatem causarum aequiparatur ordinario, secundùm glossam *in cap.causam, verbo delegatus, in fine, de appell.* faciunt tradita per Bart. & caeteros *in dicta l. quod iussit*, & tanquam communem attestatur Vantius *de nullitat. process. tit. coram quo nullitas sit proponenda.num.17.*

444 Delegatus † etiam poterit, lata per eum sententia, corrigere suam sententiam, si contra formam sui mandati iudicauerit, eo quòd dicunt scribentes, quòd hoc casu non expirauit sua iurisdictio. *cap.cùm dilecta.de rescript.* Felin. *in cap.qualiter & quando. n.41.* Menoch. *de arbitr.lib.1.quaest.67.num 27.*

445 Quidam † Episcopus Cataloniae voluit se intromittere de quadam causa Apostolica, quae eius Vicario generali fuerat commissa, sub nomine Vicarij generalis, nullo alio nomine expresso. quaesitum fuit, an Episcopus haberet iurisdictionem ad praedicta.

Respondebant aliqui ex consulentibus,
446 † quòd sic, ex eo quòd Vicarius Episcopi, & Episcopus, vna eademque persona censentur, & ambo faciunt vnum, & idem tribunal. *cap.2.* vbi Archidiac. *de consuetud.in 6.cap. Romana, de appellat.in 6.* gloss. *in clement.2. de rescript.* Sbroeia *de offic. & potestat. vicarij lib.1. quaest.23. num.6. & lib.2. quaest.57. num.2.* vbi
447 dicit, † Episcopum, & eius Vicarium generalem, adeò inter se esse reciprocas personas, vt vnus dicatur persona alterius, & ambo appellentur vnus iudex, vnum officium, idem iudicium, & idem effectus auctoritate Episcopi, & Vicarij ministerio, *cap.non putamus, de constit. in 6.* gloss. *in cap.Romana, de appellat.in 6.clement.1.* vbi DD. *de rescript.* plures Doctores refert dictus Sbroeia *dicto c.57. num. 3.* Ex quibus dicebam rectè posse Episcopum se intromittere de causis commissis suo Vicario generali, sub nomine Vicarij generalis.

Praedictis tamen non obstantibus, respon-
448 diego, dicens, † non posse Episcopum cognoscere, nec se intromittere de causa delegata suo Vicario generali, etiam sub nomine Vicarij generalis. quia eo ipso quòd Vicario generali fuit commissa, fuit illius industria electa, & cognitio causae affixa ipsi Vicario generali, iuxta tradita per Abbatem *in c.sanè 2.num.2.de offic. delegat.* faciunt tradita per glossam magnam *in cap. super quaestionum. §. porrò, de officio delegat. cap. quamuis, eod.tit. lib.6.* Alberic. *in l.iudicium soluitur.num.3.ff.de iudic.* Greg.Lopez *in l.2 1 tit 4 partit. 3.gloss.1. in princip.* sequitur Bobadilla *in sua politica. lib.2.c.20. num.44.* & antea praesenserat *lib.1. cap.12.num.46.*

Fundatur etiam haec resolutio, ex traditis per Bobadillam *dicto cap.20.n.40* † quòd aliquoties sit delegatio alicui, solo nomine dignitatis expresso, absque expressione nominis proprij, aequiparando hunc casum cum eo, quando delegatio fit exprimendo nomen proprium, dicens dictus Bobadilla, quòd hi duo casus aequiparantur, quo ad hoc, quòd siue fiat commissio cum sola expressione nominis officij, siue fiat cum expressione nominis proprij, † censetur vtroque casu electa industria persona, iuxta text. *in l.inter artifices.ff.de solut.* & sic debet ipse solus terminare causam, absque eo quòd Episcopus de illa possit se intromittere, iuxta tradita per Bartolum *in l.terminato.C.de fructib. & lit.expens.* Ioann. de Platea *in l.ex eo. num.3. C. de argentar.in rebus.lib.12. per l.vnic.C.de caduc.tollend.* ibi †, *quia si contrarium volebat, nulla erat difficultas, coniunctim ea disponere.* Bald. & alios allegat Bobadilla *dicto loco.num.40.* gloss. *in littera I.* ex quibus clarè liquet, quòd cùm commissio dicatur specialiter facta, etiam sub nomine dignitatis tantùm, & sic commissio specialiter facta Vicario generali, non habet iurisdictionem Episcopus cognoscendi de causa commissa Vicario generali suo, etiam sub nomine tantùm Vicarij generalis; licèt enim supradictum sit, quòd † Episcopus, & Vicarius generalis suus, censeantur vna, eademque persona, hoc intelligendum est, quando agunt de rebus, quae dependent ab Episcopo; causa autem delegata eius Vicario generali non regulatur à capacitate, & iurisdictione Episcopi, sed ab eo, qui eum delegauit, iuxta tradita per Bart. *in l. 1. in fine. C.qui pro sua iurisdictione l.à iudice.C.de iudicijs. cap. pastoralis. 1. responso, de officio ordin.* Ias. *in dicta l.à iudice.* & sic nil mirum, cùm hoc casu diuersitas personarum sit inter Episcopum, & eius Vicarium generalem, quòd Episcopus nullo modo possit se intromittere de causa Vicario generali nomine officij commissa.

Delegatus † in causa sibi delegata maior est quolibet ordinatio, iuxta text. *in cap. sanè lo 2. de offic.& potest.iud.deleg. cap pastoralis. § praeterea, de offic. ordin. §. iudicare. in authent. de defenso. ciuit.* maximè si sit delegatus à Papa. quia ipse est absolutus dominus, ita † vt nec territorio indigeat, cùm gerendo vices

vices Papæ habeat generale territorium. *cap. cuncta per mundum. 9. quæst. 3.* Zerola *in praxi Episcop. 1. part. verbo pragmatica. versic. ad*
455 *tertium.* Ex quibus extitit dubium, † an ordinarius (si delegatus excedat in sua commissione) possit se intromittere de causa.

Respondi quòd sic. quia (vt ait Cynus *in authent. quia in prouincia,*) delegatus excedens, vel delinquens in commissione, subiacet iurisdictioni iudicis ordinarij. Ordina-
456 rius † enim non solùm ei præest in delictis, verùm etiam & in illius negligentia, quia illam supplet ordinarius, iuxta notata per Doctores *in cap. 1. de offic. ordin. in Clement. cap. significauit, de offic. ordin.* tradit Franciscus Molins *de innocatione brachij secular.*
457 *lib. 1. cap. 6. num. 15.* & † idem esse, quando delegatus contra formam commissionis procedit. Ioann. Andreas *in cap. fin. de rescript.* Archidiac. *cap. si eo tempore, de rescript. lib. 6.* refert Belluga *in speculo Princip. rubric. 11 § & quæ dicta, num. 4.* faciunt tradita per Felin. *consil. 35. num. 3.* in aliis verò casibus non po-
458 terit à iudice ordinario molestari. Imò † ordinarius iudex tenetur ei assistentiam facere, adeò quòd si iudex secularis sit, tenebatur suum auxilium præstare iudici delegato, secundùm Hostiensem *in cap 1 de offic. deleg. at.* Innocent. Ioann. Andr. & Iuol. *in dicto cap. significasti,* vbi Panormit. & Felin. Franciscus Marius *decis. 72. vol. 1.* infinitos allegat autores Franciscus Molins *de innoc. brachij secular. lib. 1. cap. 6. num. 4.* tradens hoc, tanquam tritissimum iuris fundamen-
459 tum, dummodo † de sua potestate, ante omnia ostensionem faciat, exhibendo rescriptum suæ commissionis, & delegationis. quia cùm sua iurisdictio sit quid facti, non est præsumenda, & sic ante omnia probanda venit, quia, vt iudex secularis suum au-
460 xilium præstet, † debet qualem, qualem notitiam de potestate iudicis delegati habere, quia ex abrupto non debet suum auxilium præstare secularis iudex, sed maturè, & consultè, vt latè dictus Molins *in dicto suo libro de innocat. brachij secular. lib. 1. cap. 7. per totum.*

461 Otiginis ratione, † Barones in suos vasallos iurisdictionem habere clarum est: sed obtulit se dubium, an iudex originarius possit cognoscere de delicto per suum vasallum extra suum territorium commissum. Hane quæstionem dubiam esse, & pro vtraque opinione Doctores existere, refert Salcedo *in sua praxi canonic. cap. 8.* referens plures Doctores tenentes, non posse iudicem originis punire delinquentem extra suum territorium; & alios contrariam sententiam sequentes, nempe posse iudicem originarium punire delinquentem extra suum territorium. & postquam hanc tradidit contrarietatem sententiarum, attestatur † tutiorem esse senten- 462
tiam, existimantium, iudicem originarium posse delinquentem alibi extra suam iurisdictionem punire, eámque attestatur sequi Couarr. *pract. quæst. cap. 11. num. 6.* asserens, hanc opinionem esse securiorem, quia in punitione delictorum attenditur publicus fauor, ne delicta remaneant impunita. quæ ratio maximè est attendenda. Autores autem, qui prætendebant, iudici ordinario non competere iurisdictionem, ex eo asseuerabant, quia dicebant, inquisitionem pertinere ad publicam vindictam, & quòd in delicto extra territorium commisso, nulla iudici originario inferebatur iniuria. quæ ratio leuis est, cùm particularis causa consideretur; in punitione verò publicum ius inspiciatur, quod est magis attendendum. Ex quibus resolue, quòd si iudex originis (si sumus in delictis ordinariis) præuenerit cognitionem causæ) † poterit talem delinquentem puni- 463
re *cap. fin. de foro competent.* Ancharan. *in cap. postulasti, de foro competent.* Si autem † delicta 464
sunt grauia, tunc iudex loci, vbi delictum commissum est, debet eum punire, & in hoc omnes conueniunt Geminian. *in cap. Romana. §. contrahentes, de foro compet. in 6.* Ancharan. *eodem cap. postulasti, num. 24.* Ita Ranchin. ad Guido. Pap. *decis. 202.*

Quæsitum fuit, † an si disputandum sit 465
de successione alicuius hæreditatis, quæ consistit in diuersis bonis, sitis in diuersis territoriis, & iurisdictionibus, vbi iudicium sit tractandum.

Respondi, quòd in loco, vbi maior pars bonorum existit. ex *l. si fideicommissum, in princ.* & *ibi* communiter scribentes. *ff. de iudicijs. l. qui ita. §. fin. ff. ad Trebell. l. 1. in princ. C. vbi de hæreditate agi oporteat.* Tiraquell. *in tractatu de retract lignagier. §. 36 gloss. 3. num. 6.* Ioan. de Anan. *consil. 4. n. 3.* hoc autem intelligendum est † in hæreditate ordinaria, quæ alicui or- 466
dinario homini competit. Nam si hæreditas quæ consistit in corporibus hæreditariis, sita est, & separata in diuersis locis, & vnita sit, quo ad aliquod corpus, veluti, si diuersa loca, seu villæ, militent sub aliquo titulo, veluti Comitatu, seu Vicecomitatu, Marchionatu, seu Ducatu, licèt maior numerus locorum sit in vno loco, seu regno, † causa erit tra- 467
ctanda in illo regno, vbi caput Ducatus, seu Marchionatus existit. *l. 3 in princ. ff. de adquir. possess.* refert Tiraquell. *dicto § 36. gloss. 3. n. 4. & 5.* & hisce retro elapsis annis experientia comprobatum fuit. Nam licèt Baroniæ de Martorell, Molin de Rey, & locorum adiacentium, sint sitæ intra præsentem

Cataloniæ principatum, tamen quia caput maioratus erat in regno Castellæ, ibi fuit lis contestata, & decisa.

468 Quæsitum fuit, † an confraternitates laicorum, & eorum administratores subsint iudicibus secularibus, an verò Ecclesiasticis.

Respondeo, quòd si hospitalia sint fundata per personas seculares, & de eorum bonis dotata, & administratores laici sint constituti, & nominati, hoc casu iudicem secularem esse iudicem competentem, ad cognoscendum de illis. latè tradit Vbaldus *in tract. de canonic. portione quæst.* 14. *princ n.* 7. Bald. *in authent. ingressi. vers. tertiò quæro. C. de sacrosanct. Eccles.* Capella Tolosa. *decis.* 8. Marta *de iurisd. 2. parte cap* 18. *per totum.* Verumtamen attestatur Marta, quòd licèt iudex secularis habeat iurisdictionem ad prædicta, nilominus

469 † Episcopi possunt se intromittere de rebus, & fructibus ad hospitalia spectantibus, petendo rationem administrationis fructuum, iuxta disposita per SS. Concilium Trident. *sess.* 22. *de reform. cap.* 8. & *ibi* declarationes sacræ Rotæ Cardinalium.

Orta fuit quædam controuersia inter Episcopum ciuitatis de Vic, & clericos benefi-

470 ciatos eiusdem sedis, quæsitum fuit, † qui de dicta causa esset iudex competens.

Respondi, cum distinctione hunc casum esse decidendum. nam, aut Episcopus erat actor, aut reus, quia si Episcopus erat reus, & beneficiati actores, quòd hoc casu adeundus erat Archiepiscopus de Tarragona, tanquam iudex competens, ex text. *in cap. si clericus.* 11. *quæst.* 1. & *ibi* glossa *verbo audiatur.* & ratio

471 est, † quia cùm beneficiati sint actores, tenentur sequi forum rei. *cap. quamuis, de foro compet.* Si verò Episcopus erat actor, & clerici rei, tunc arbitri erant eligendi, ad cau-

472 sam decidendam. Ad † arbitrum autem eligendum, possunt clerici per eorum Episcopum compelli, iuxta gloss. 2. *in dicto cap. si clericus, verbo arbiter.* Abb. *in cap. cùm Apostolus. n.* 4. *de censibus* Maranta 6. *parte tit. de appellat. num.* 376. & sic, cùm Episcopus de Vic esset

473 actor, consului, quòd † ipsi beneficiati nominarent arbitros, prout de iure tenebantur, per quos si sententia proferebatur, quæ clericos grauaret, consului quòd ipsi ad SS. appellarent, iuxta glossam *in cap. arbitris, de offic. & potest. iudicis delegat. verbo appellandum.* quia isti arbitri dicuntur arbitri iuris, cùm ex iuris dispositione eligantur, & ab arbitris iuris solùm appellatur ad superiorem, faciunt tradita per Zerolam *in sua praxi Episcopali.* 1. *parte, verbo appellatio. vers. ad decimumsextum.*

474 Quidam † laicus habebat quandam peciam terræ, quam prætendebat quidam Rector cuiusdam parochialis Ecclesiæ, fuisse de sua Ecclesia, & rectoria, & ad dictum secularem possessorem peruenisse ex taciturnitate cuiusdam sui auunculi, qui fuerat Rector dictæ parochiæ. Rector prædictus secularem hunc possessorem citauit in curia Ecclesiastica; ipse verò laicus comparuit in sua curia seculari, firmans in ea ius, & de iure, prætendens, se non potuisse citari in dicta curia Ecclesiastica, sed in sua seculari, ex vulgata regula, quòd actor tenetur sequi forum rei. Consuluit me dictus Rector, & alios Aduocatos, sed in contraria fuimus sententia.

Alij enim existimarunt, † dictum Rectorem 475 posse prosequi litem contra dictum laicum in dicta curia seculari, ex eo quòd dicebant, ipsum Rectorem agere † actione reali rei 476 vindicationis, quæ præsupponit dominium ex parte actoris. *l. in rem. l. officium. ff. de rei vindicat.* & sic ratione rei, laicum sortiri forum Ecclesiasticum, allegantes † sic fuisse decla- 477 ratum per Episcopum, & Cancellarium Don Ioannem Dimam Loris die 27. Februarij 1580. iu causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam ciuitatis de Elna, & secularem Baiuli de Perpinya. In qua curia seculari comparuerat Margarita Roig vidua, firmando ius in ea, procedimentis, quæ contra eam fiebant in curia Ecclesiastica de Elna, ad instantiam œconomi Monasterij S. Augustini, eo quòd agebat rei vindicatione, contra quendam fundum, quem possidebat dicta vidua Roig, qui fundus priùs fuerat Monasterij prædicti S. Augustini, & per dictum Monasterium alienatum.

In contraria tamen fui sententia, & dicebam, † quòd laicus debebat coram suo iu- 478 dice seculari, & in eius curia conueniri, ex regula vulgata supradicta, nec obstare dixi, quòd ipse reus conuentus possideret dictum fundum, qui fuerat dicti Monasterij, nam ex eo non poterat dici, quòd laicus poterat conueniri in curia Ecclesiastica, quia res illa non erat sacra, sed fuerat de patrimonio Ecclesiæ, quæ qualitas non erat sufficiens ad tribuendam iurisdictionem iudici Ecclesiastico in laicum, quia † obligatio realis affixa 479 ipsimet rei, non mutat forum respectu illius, contra quem lis est inchoanda, vt latè ratione hypothecæ rei secularis, per secularem possessæ tempore obligationis, & postea peruentæ ad clericum, & penes eum repertæ, non mutat forum respectu clerici, vt latè dixi suprà *num.* 192. (quæ recensere hic impertinens esset.) & sic hac re considerata attentè, in hac eram sententia: & postea fortè inueni secundùm hanc meam opinionem † fuisse declaratum per eundem 480 Episcopum, & Cancellarium Don Ioannem Dimam Loris die 9. Decembris 1581.

in

in causa contentionis ortæ inter curiam secularem de Tarragona, & Ecclesiasticam eiusdem ciuitatis, in qua citatus erat Laurentius Lesmani chirurgus, à Iacobo Rocaspana, obtinente beneficium sub inuocatione sanctæ Susannæ, qui petebat à dicto Lesmani, quòd sibi testificaret quandam vineam, quæ fuerat dicti beneficij, & à suis prædecessotibus, sine solemnitatibus requisitis alienata, & fuit declaratum in dicta contentionis causa, firmæ iuris factæ in curia seculati per dictum Lesmani locum esse, & ibi causam esse tractandam.

481 Extractis † nouem visitatoribus, iuxta formam capituli 1. curiarum anni 1599. loquentis de extractione visitatorum deputatorum, cæterorúmque officialium Generalis Cataloniæ, omnibus tribus visitatoribus pto stamento regali absentibus, & vno ex Ecclesiastico brachio, qui in numero erant quatuor absentes, & quinque alij superstites, nempe, duo ex Ecclesiasticis, & tres militares. in vnum isti quinque se congregarunt, &

482 manupodio facto, † cœperunt nominare officiales pro visitatione facienda absque interuentu alicuius ex brachio regali. diuersis contradictionibus inter se ortis, cùm in vnū congregari nollent, per quinque fuit oblata supplicatio deputatis, vt declararent, quid iuris esset. quatuor prædictis contradicentibus, postea dicti quatuor prædicti, cum quinque contradicentibus in vnum se conformarunt, vt deputati dubium deciderent, & similem supplicationem deputatis obtulerunt. Et cùm Assessores ordinarij, & fisci Aduocatus essent suspecti, eo quòd subiacebant visitatotibus prædictis, & ne in fauorem quinque tanquam maioris partis vouerent, ad captandum eorum beneplacitum, & gratiam, & postea, vt iudices in eorum querelis propitios eos haberent, fuerunt in locum Assessorum ordinariorum per deputatos nominati Magnif. Raphaël Rubi & Coll, qui fuerat de Regio Consilio, & Philippus Vinyes, & in locum Aduocati fisci fui nominatus, ego Acacius Antonius de Rippoll, & pro parte fisci obtuli supplicationem deputatis, die 30. August. 1614. firmando dubium, quomodo essent intelligenda verba illa, quæ leguntur in dicto primo c. pag. 6. linea 17. *Per effecte de laqual sien elegits ames veus perdicts nou, o, nous visitados sla maior part*, &c. vide-

483 licet, an † sufficeret maior numerus vocantium, absque hoc quòd in dicta maiori parte interuenirent de omnibus tribus brachiis, & firmato dicto dubio, iuxta dispositionem cap. 39. earundem curiarum an. 1599. quod legitur *fol. 65.* sequenti die, quæ erat 31. dicti mensis Augusti, & sic inter viginti qua-

tuor horas fuit per deputatos & nos vnanimes omnes decisum, † quòd verba illa *ames* 484
veus, intelligantur sic, quòd in maiori numero votorum interueniant de omnibus brachiis. Quæ declaratio iuxta dispositionem dicti cap. 39. curiarum anni 1599. inseruiit de capitulo curiarum. & sic si forsan dubium simile aliàs se offerat, recurre ad domum deputationis, vbi inuenies decisum in manuali triennij 1614. sub die 30. Augusti eum sequent. Et † licèt ego non ha- 485
buerim votum, quia Aduocatus fisci domus deputationis non habet votum; tamen insudaui ad informandum pro fisci interesse, & iudicaui iuridicam esse declarationem præcedentem, nempe, non habere iurisdictionem maiorem partem visitatorum, nisi in ea adsint personæ de omnibus brachiis, & eam fundaui ex sequentibus.

Primò dixi, † attendenda esse verba præ- 486
cedentia eiusdem capituli, & præcipuè, quæ leguntur pag. 6. linea 7. *Entes empero que trobant se la maior part dels extrets presents com ni haje de tots estaments encara que noy sien tots.* ex quibus verbis clarè percipitur, mentem curiarum esse, quòd semper interueniant de omnibus brachiis, & sic est certum, quòd licèt in prouisione officiorum non disposuerit dictum caput, quòd consensus interueniat de omnibus brachiis, tamen ex eadem capituli contextura clarè percipitur, mentem curiæ hanc fuisse. quia † dubium 487
resultans ex quolibet Capitulo, debet interpretari ex verbis eiusdem, vel ab aliis similibus capitulis, iuxta tradita per Decium *cons. 11. colum. 2. in medio vers. primò, quia statuto Mediolani, & cons. 65. num. 4. & cons. 110. n. 2.* notat Ancharan. *cons. 393. & consil. 423. vers. secundò, in fine, & versic. ad hoc duo faciunt notata*, per Bald. *in l. ita nobis. C. ad leg. Iuliam de adult.* Paul. de Castro *consil. 119.* Roderic. Suarez *in proœm. legum fori. num. 20. cum septem sequent.* Ex verbis autem eiusdem capituli constat, mentem curiæ esse, quòd in omnibus interueniant de omnibus brachiis.

Secundò probatur ex alio fundamento eleganti, quod refert Panotm. *cons. 55. num. 2. vers. vlterius.* inquit enim, † quòd vbicum- 488
que statutum, seu lex disponit aliquid, non expressa causa, debemus considerare rationem naturalem, quæ potuit mouere legislatorem, etsi illa est vnica, & indubitata, quia † si alia ratio non potuit naturaliter conie- 489
cturari, debemus ad limites illius rationis coniecturatæ legem extendere, restringere, & interpretari, vt ait Cynus post alios *in l. non dubium. C. de legibus. l. maximum vitium. C. de liber. prater.* facit text. *in l. fere oportet. vers. sufficit.*

ficit. ff. de excusat. tut. gloss. quam notabilem appellat Panorm. *in l. tale pactum. ff. de pact.*

490 Certum est autem, † rationem naturalem, quæ curiam mouit, vt ex omnibus brachiis interuenirent, est, quia tribunal visitatorum est generalitatis, & sic generalissimum corpus, conflatum ex tribus separatis
491 aliis corporibus, nempe † ex Ecclesiastico, militari, & regali, perindéque voluit curia, vt in omnibus actibus, quòd prædicti status interuenirent, dempto in voto sententiatum, quod per scrutinium & secretè fieri voluit, vt vnusquisque meliùs suam conscientiam exoneraret, vt in dicto capite fuit statutum. Neque ex dictis argumentari in contrarium potuit, prout pro parte quinque visitatorum argumentabantur, quia cùm clarè locuta fuerit curia, in modo ferendi sententiam non est, cur in reliquis id contra mentem curiæ retorqueatur, & contra dispositionem dicti capituli; particularis enim illa dispositio, secreta in modo sententiandi, generalis totius capituli dispositionis est ex-
492 ceptio, † quæ in contrarium regulam generalem firmat. refert Couarr. *lib. 2. var. cap. 5. n. 6.* confirmans, ex vulgata lege, *nam quod liquidè. ff. de penu lega. l. quæsitum. §. denique. ff. de fundo instructo.* Si igitur tam à notorio constat, rationem naturalem, quæ dictam curiam mouit, vt in dicta visitatione ex omnibus tribus brachiis interuenirent, tanquam ex tribus separatis, & seiunctis corporibus, quæ ita curiam generalem constituunt, à quibus constitutiones, & capitula curiarum emanant; quis audebit dicere, quòd valebunt gesta per maiorem partem visitatorum, absque interuentione de omnibus brachiis.

Tertiò, faciunt notata per Abbatem *cons. 57. prima parte, num. 3.* & per Bald. *in l. appellatione. § si adscribatum. C. de appell.* Felin. *in cap. cùm omnes. de appellat. n. 18.* Abbas *in cap. pastoralis, in fine, de rescr.* March. *decis. Delph. 1166. & seq. 1. p.* Caualcan. *decis. 3. n. 39.* vbi dicunt,
493 quòd † quando plura corpora simul coniunguntur, non vt facientia vnum corpus, sed vt diuersa, ad hoc, vt actus dicatur ab omnibus factus, seu à maiori parte, oportet, quòd interueniat consensus cuiuslibet corporis.

494 Vnde, † cùm tria brachia interueniant, vt repræsentantia singula corpora seiuncta, & separata, necessariò vt ea quæ fiunt à visitatoribus, dicantur facta à maiori parte, requiritur, quòd in illa maiori parte reperiantur de omnibus tribus brachiis, vt doctissimè fuit resolutum.

Reuerendissimus dominus Don Ludouicus Sans, Episcopus Barcinonensis, voluit,
495 † quòd redderetur ratio ab administratoribus hospitalis Barcinonæ adimplementi legatorum piorum, quæ fuerant relicta in testamentis defunctorum, in quibus hospitale fuerat institutus hæres; consultus fui ab admod. Illustri Capitulo, cuius eram Aduocatus.

Cui dubio respondi, † licere domino Epi- 496
scopo petere ab administratoribus hospitalis, quòd reddant rationem de adimplemento legatorum piorum relictorum in testamentis, in quibus hospitale erat hæres institutus. Motus fui ex sequentibus. Primò, quia ex decisione SS. Concilij Trident. *sess. 22. c. 8.*
† Episcopis tanquam sanctæ Sedis Apostolicæ delegatis iniunctum onus est, nempe, 497
vt sint executores omnium piarum causarum, & dispositionum, etiamsi ad laicos pertineant, etiamsi pia loca, in quibus causæ piæ institutæ sunt, exemptionis priuilegio sint munita, & quòd Episcopi ex officio de prædictis cognoscant, ac ea exequantur, vt *in dicto cap. 8.* continetur. Neque obstare dixi præscriptionem immemorialem exemptionis, allegatam per dictum Capitulum, ex eo quòd † publicatio SS. Concilij fuit facta an- 498
no 1563. vt in eodem Concilio legitur; ab eo autem anno, vsque ad præsentem, neque immemorialis locum habere poterit, neque centenaria, (licèt demus maiorem quamlibet ex his) cùm eo die, quo SS. Concilium fuit publicatum, ab eo die illius obseruatio liget, & sic non est, cur dici possit, ab eo die lapsam fuisse præscriptionem, neque immemorialem, neque centenariam. quare ea non obstante, † poterit Reuerendissimus Episco- 499
pus dictam redditionem à dictis administratoribus petere, & ita fuisse declaratum in Congregatione Cardinalium, refert Farinac. *in decis. ad Concil. Trident. 4 part. sess. 22. cap. 8. per totum.*

Maior autem difficultas fuit postea orta,
† an cum virtute concordiæ initæ inter Epi- 500
scopum, & Capitulum auctoritate Apostolica corroboratæ, qua non licet Episcopo se intromittere de rebus Capituli, quarum administratio ad Capitulum pertinet, nisi certa præfixa forma, comprehendatur administratio hospitalis, in verbis, quæ in dicta concordia leguntur. *In causis autem ciuilibus super administratione rerum, & bonorum dicti Capituli, illiusque mensæ, iurisdictio tam actiuè, quàm passiuè, siue actores essent Canonici, siue rei,* &c. & sic, quòd solus dominus Episcopus non possit se intromittere de adimplemento dictorum piorum legatorum, nisi cum assistentia Canonicorum, iuxta alias res Capituli.

Respondi prædicto dubio, † quòd in for- 501
ma dandi, seu recipiendi rationem, de adimplemento legatorum piorum prædictorum, debet seruari dicta concordia, vel illius forma.

forma. quia ius illud adimplendi legata pia,
pertinet ad hæredem institutum, idest, hospi-
502 tale, aut eius administratores, † qui loco hæ-
redum sunt. iuxta Bartolum *in l. alia, num. 5 ff.*
de aliment. & cib. legat. Matienzo *lib. 5 nouæ re-*
copulat. l. 14. tit. 4. gloss. 1 num. 7 Cassan. *cons. 29.*
à num. 3. & sic ius illud inest dictis admini-
stratotibus, & illud ius in bonis Capituli esse
503 dicitur, † cùm rei appellatione comprehen-
dantur iura, & actiones, quæ nobis compe-
tunt. vt notant DD. *in l. rei appellatio. ff de verb.*
signif. & sic, cùm actio competat domino
Episcopo, virture dispositionis SS. Concilij
Tridentini contra dictos administratores, se-
504 quenda erit dicta forma. quia, † cùm admi-
nistratio hospitalis pertineat ad Capitulum,
& seculares administratores æqualiter, & pro
indiuiso, neque vnius administratio possit
diuidi, idem iudicium erit dicendum, & co-
ram eodem iudice, & eadem forma conue-
niri debent, & ab eis dicta ratio peti, vt infi-
nitis fundamentis & DD. refert Marta *de*
iurisdict. 4. part. casu 118. *in princ. & num.* 14.
505 † quia ratione coniunctionis, vnus gaudet
priuilegio alterius, gloss. *in l. fin. C. de mun. &*
hon. lib. 10. & sic executores testamentorum,
vt notat Zabarella *in cap. cùm Ioannes*, per il-
506 lum text. *de testament.* quia † actio æqualis
est, & indiuidua, iuxta notata per Capyc.
decis. 193. faciunt tradita per Ant. Gomez ad
l. 38. *Tauri num. 6. vers sextò confirmatur.* vbi lo-
quens de pluribus executoribus testamento
507 relictis, ait, † quòd omnes simul debent exe-
qui defuncti voluntatem, propter indiuisibi-
le illud ius. Vnde, cùm indiuisibile sit, omnes
508 æqualiter debent tractari, † magis dignum
attrahendo ad se minus dignum, iuxta Bart.
in l. præcipimus §. eodem obseruãdo. C. de appell. &
ibi Alex. Bart. *in l iuris peritos. § cùm oriundus.*
ff. de excusat. tutor. & *ibi* Bal. Marta *in dicto li-*
bro de iurisd. tom. 1. 2. parte cap. 1. num. 11. & sic
509 cùm † de bonis, quæ existunt sub admini-
stratione Capituli, non possit Episcopus so-
lus cognoscere, sed iuxta dispositionem di-
ctæ concordiæ, similiter & de adimplemen-
to dictorum legatorum piorum erit dicen-
dum, cùm redditio dictorum computorum,
circa prestationem dictorum legatorum pio-
rum sit facienda per administratores, tam ca-
pitulares, quàm seculares coniunctim, qui
diuidi non possunt, & sic in danda ratione
de adimplemento dictorum legatorum pio-
rum, solus Episcopus non habebit iurisdi-
ctionem, nisi seruata forma dictæ concor-
diæ, circa res Capituli.
510 Quidam † Baro existebat in possessione,
seu quasi, iurisdictionis, in sua Baronia. time-
bat se molestari ab alio, qui prætendebat se
habere ius ad iurisdictionem in ea. quæsitum
à me fuit, quid teneretur facere talis Baro
possidens.

Respondi, † quòd introduceret causam in 511
Regia audientia, petens se conseruari in sua
possessione, seu quasi, & aduersario manda-
re, ne possidentem perturbet, & hoc sub pœ-
nis. Bald. *in l. 1. C. de prohib. sequest.* Innocent. *in*
cap. in præsentia, de probatio. Decian. *respons.* 37.
num. 72. vers. non obstat quartum. vol. 3. Mus-
catel. *in pract. lib. 2. 1. parte gloss. 1. num.* 96. al-
legat DD. *in l. vlt ff. vbi pupillus educari debeat.*
l. æquissimum. C. de vsufruct. Capyc. *dec. 96. n. 11.*
& 12. canonis in cap. dilectus, de sequest. possess. &
fructuum. videndus est Papien. *in praxi, in tit.*
forma sequest. gloss. sapiens vir, num. 3. & nullo
modo † sequestranda est iurisdictio. nam aliàs 512
esset dare locum maleuolis, vt excogitata
malitia, lis, & turbatio fierent. quod non est
permittendum. *l. in fundo ff. de rei vind.* adeò
† quòd si timor adsit scandali, antequam ad 513
sequestrum perueniat, debet iudex se infor-
mare, quis possideat, & cum pœnis prædictis
in possessione conseruare. vt notat Caualcan.
decis. 36. num. 144. & sequent. parte 2.

Quæsitum fuit, † an si aliquis officialis 514
Regius executionem fecerit contra bona
clerici, cum assistentia officialis Ecclesiastici,
& ibi aliquos excessus fecerit, coram quo iu-
dice talis officialis secularis sit cõueniendus.

Respondeo rem esse claram, nempe, in cu-
ria seculari esse conueniendum, vt fuit iam
declaratum in causa contentionis ortæ inter
curiam Ecclesiasticam Elnen, & Reueren-
dum Angelum Rogerexuna, & curiam se-
cularem villæ Perpiniani, & Arman Puig ex
altera, cum sententia, lata in dicta causa con-
tentionis die 18. Martij 1618.

Si † laicus fideiusserit pro clerico simul in 515
eodem instrumento, an possit laicus fideius-
sor conueniri in curia seculari, vel in curia
Ecclesiastica, eo motiuo, ne connexitas cau-
sæ diuidatur.

Respondeo, laicum fideiussorem in con-
tractu clerici, posse conueniri in curia secu-
lari, absque hoc, quòd ex motiuo, ne conti-
nentiæ causa diuidatur, possit prætendere, in
curia Ecclesiastica esse conueniendum, &
sic, cùm in curia Ecclesiastica Barcinonæ,
in causa vertente inter Abbatissam Mona-
sterij Sancti Petri præsentis ciuitatis, & cu-
riam Ecclesiasticam ex vna, contra Hierony-
mum Balaguer Presbyterum, & contra suos
fideiussores seculares, in Regia audientia,
agente dicta Abbatissa, dicti fideiussores
comparuerunt in curia Ecclesiastica, & fir-
marunt de iure dictæ Abbatissæ, & curiæ se-
culari Regiæ audientiæ, prætendendo in cu-
ria Ecclesiastica, dictos fideiussores esse con-
ueniendos, eo quòd erat vna causæ connexi-

tas, cum dicta causa, quæ ducebatur contra dictum Hieronymum Balaguer, & sic orta contentione inter dictas duas curias, secularem, & Ecclesiasticam Barcin. fuit lata sententia in causa contentionis prædictæ, die 4. Iunij 1567. per Episcopum & Cancellarium Guillermum Cassador. in qua fuit declara-
516 tum, † firmæ iuris factæ per dictos fideiussores, in dicta curia Ecclesiastica, locum non fuisse, nec esse, sed ad iudicium seculare in Regia audientia causæ cognitionem spectare, & similem contentionem declararã fuisse die 11. Iulij 1563. reperi notatum in libris grauissimi Senatoris, absque partium expressione.

517 Si † per iudicem laicum fuerit captus laicus, virtute alicuius retroclami, non causa negotiationis, sed alterius, nempe ratione pensionum alicuius violarij, seu censualis, & ipse captus sit tonsuratus, & semel cum virgine vxoratus, petat se relaxari à carceribus Regiis, vbi detinetur captus, & quòd captus detineatur in carceribus curiæ Ecclesiasticæ possit obtinere.

Respondi, quòd sic, ex exemplaribus decisis in diuersis contentionum causis, quæ refert Michaël Ferrer. *3. parte obseruat. cap.* 190.

518 Quæsitum fuit, † an iudex delegatus absolutè possit suam iurisdictionem exercere.

519 Respondeo, quòd † ante omnia debet acceptare commissionem, & quo ad vsque illam acceptauerit, debet se abstinere, neque eius præceptis obtemperandum erit, *cap. super eo lo 2. de appell. l. meminisse. ff. de offic. proconf.* Bertrand. *consil.* 60. *num.* 15. & *consil.* 178. *num.* 6. *lib.* 1. Rota Auenion. *decis.* 69. *num.* 4. *in fine.*

520 Circa materiam † Alcaldorum Siccæ, siue de la Seca, euenit quòd vnus officialis dictæ Siccæ proiecit aliqua exteriora in riuum comitalem. Baiulus aquarum, qui est officialis Baiuliæ generalis, superintendens molendinis, & aquis, pignorauit dictum officialem dictæ Siccæ. illo recurrit ad tribunal Alcaldorum. fuit orta quæstio inter dicta duo tribunalia, nempe Alcaldorum Siccæ, & Baiuliæ generalis, & sic orta hac controuersia iu-
521 risdictionis, ne † expensis partes grauarentur, de bono & æquo congregati fuimus, alter ex Assessoribus vtriusque curiæ, ego pro Baiulia, & pro Alcaldis Magnificus Ioannes Ximeniz, & inspecto libro tabulis & corio cooperto, in quo existunt continuata priuilegia per Serenissimos Reges concessa dictæ curiæ Alcaldorum, in quo legi quoddam priuilegium Imperatoris Caroli, datum in ciuitate Barcinonæ de mense Decembris anni 1542. confirmans alia priuilegia in eo inserta, & inter alia quoddam priuilegium Regis Ildefonsi cõcessum die 11. Nouembris 1445. in quo est inserta cõstitutio quinta, sub titulo De offici *de Alcaits, y monedes de la Seca*, declarando † dictam constitutionem 522
non contrariari dictis priuilegiis, neque per cam in aliquo fuisse contradictum dictis priuilegiis, imò Alcaldis magnam tribuẽdo iurisdictionẽ in omnes officiales Siccæ, tam in ciuilibus, quàm criminalibus, priuatiuè ad alios. Ita † vt neque in vim regaliarum, nec 523
aliàs, causæ cõtra eos ciuiliter, nec criminaliter, alibi, quàm coram dictis Alcaldis tractari vllo modo possint. Iuxta quæ priuilegia, inueni in dicto libro, † quòd existente capto in 524
carceribus Christophoro Celidoni, officiali dictæ Siccæ, fuit in Regia audientia facta quædam prouisio, facto verbo per Magnificum N. Sauila Relatorem, die 11. Octobris 1546. in & cum qua fuit prouisum, quòd persona dicti Christophori Celidoni restitueretur dictis Alcaldis, vt de eo cognoscerent ipsi Alcaldi. ex qua prouisione euidenter constat † priuilegia prædicta esse in viridi 525
obseruantia, quòd de officialibus Siccæ cognoscant Alcaldi priuatiuè ad alios. Ex quibus sine tela iudicij, sed in vim amicabilis conuentionis, fuit factum quòd pignora capta per Baiulum aquarum restituerent ei, cui pignora erant capta.

Cùm multoties inuocetur † brachium 526
seculare, ad instar iudicis Ecclesiastici, si coram iudice seculari opponuntur aliquæ exceptiones, quæritur, an tales exceptiones possint tractari coram iudice seculari.

Respondeo † quòd non, sed remittendæ 527
sunt ad iudicem Ecclesiasticum, quia iudex secularis functus est officio suo, præbendo suum auxilium. & ita fuit decisum, referente Magnifico Iacobo Pineda, die 29. Aprilis 1598. in causa vertente ad eius relationem, inter Petrum Iacobum Vilaseca, & alios: contra Antonium Ioannem Compta, scriba causæ Puigferrer.

Quæritur, an † Baro possit intra suum 528
territorium guidare quoscunque homines.

Respondeo, Baronem habentem omnimodam iurisdictionem, posse guidare quoscunque malefactores, & hoc guidaticum erit obseruandum per suos officiales. Si verò Baro guidauerit aliquos inculpatos, in causis regaliarum, † tunc tale guidaticum 529
non eximet eum à captura officialium regalium, imò si ab eis capiantur, tales guidatici poterunt tanquam legitimè capti detineri. Michaël Ferrer. *3. parte obseruat. cap.* 378. *aliàs* 379.

A curia

530 A curia † cuiusdam Baronis emanatæ fuerunt litteræ citatoriæ, requisitoriæ alterius curiæ Regiæ, quæ Baiulo Regio fuerunt præsentatæ, vt illas præsentare, & notificare mandaret citato; ipse verò Baiulus renire-
531 batur. quæsitum fuit, † an officialis Baronis possit marcam declarare contra officialem Regium.

Respondi quòd Mieres in curia Iacobi II. Barcinonæ *cap 9. num. 5.* ait, quòd porest, & quòd ita practicatur, saltem in Episcopatu Gerunden. licèt durum appareat, cùm officiales Regij sint subiecti ad tabulam purgandam, & sic, salua pace tanti viri, existimo superfluam esse marcæ declarationem, cùm officialis Baronis non sit potens ad exe-
532 quendum eam. Quidam † Religiosus è Societate exiuit ab ea, & in aliam se recepit, erat dubium, an talis religio, in quam transmigrauerat, esset arctior. quæsitum fuit quis de hoc cognosceret.

Respondi, immediatum superiorem Monasterij ingressi, ex traditis per Iacobum Laurentium *in tract. de iudice suspecto, cap. 14. num. 23. circa medium.* ex mente Panormit. *in cap. licet, col. 2. de regul.* Felin. *in cap. super litteris, num. 29. de rescript.*

533 † Magnific. Narcisus Paulus Regas, Vydicius honoratus Barcin. habens quandam turrim in territorio Barcinonę, timens ne pecora deuastarent terras, & possessiones illius, obtinuit à Baiulia generali Cataloniæ quoddam bannum, in forma solita, & illud publicare fecit per loca solita, & assueta ciuitatis Barcinonæ. Euenit, quòd pecora arrendatorum carnium ciuitatis Barcinonæ, seu pastores eorum, immiserant arietes in terras dicti Regas, per quem fuerunt capti duo arietes, & traditi custodi pignorum pro pœnis incursis in banno appositis.

534 Arrendatores † ciuitatis accesserunt ad Consules ciuitatis, & narrato facto prædicto, consultis Aduocatis ciuitatis, ab illis fuit conclusum, quòd Magnificus Regens vicariam Barcinonæ se conferret ad domum dicti Regas, & ab eo extorqueret pignora, pro consimili quantitate, pro qua dicti arrendatores fuerant pignorati per dictum Regas, prout de facto dictus Regens vicariam, dictum Regas pignorauit, & pignora custodi pignorum tradidit.

535 Dictus Regas † conquestus fuit admod. Illustr. Baiulo generali, (& eius consistorio,) per quem fuit processum ad informationem. qua recepta, connocatis Magnificis Regiis Senatoribus, Consultoribus dicti officij, qui auditis partibus consulerent, quid fiendum esset?

536 Pro parte † ciuitatis prætendebatur, (vt ad aures nostras peruenit) quòd Baiulus generalis nullam habebat iurisdictionem ad dicta banna concedenda, & sic ciuitatem potuisse instare dictam executionem, & Regentem vicariam potuisse illam exequi, quia cùm Baiulus generalis concessisset bannum, quod non poterat concedere, (secundùm sententiam eorum,) & sic tanquam à priuato prædictum bannum censeri factum, & per consequens posse dictam ciuitatem resistere, pignorando dictum Regas instantem, & pignorantem pecora dictorũ arrendatorum.
Econtrariò, † pro parte fisci Aduocati Baiu- 537
liæ generalis prætendebatur, quòd Baiulo generali competebat dicta iurisdictio, fundans se in antiqua possessione, per qua recognita fuerunt plura regestra dictæ Baiuliæ generalis, in quibus † plura banna fuerunt 538
adinuenta & publicata, & inter alia, in indice processuum, reconditorum in archiuo Baiuliæ generalis Cataloniæ *fol. 199. pag. 2.* inuenimus notam sequentem. *Originale banni accusati per Antonium Rubinat Mercerium, ciuem Barcinona, contra los Pastors dels bestiars, de les Ramades, dels arrendados de les carns de tall, de la present ciutat de Barcelona.* & quotidie experimur pignora capi, virtute bannorum, de mandato admod Illustris Baiuli generalis prouisorum, & eadem Baiulia generali, in regestro communi de tempore Iacobi Ianuarij, *fol 9. pag. 2. pluteo 19.* mandatum quoddam factum per Baiulum generalem terram tenentibus in villa, & termino de Torroella de Mongri, cum quo eis præcipiebat, quòd deuastarent sepes, quas fecerant in terris, impediendo pascua pecorum, quæ ibi depascebant, & sic quòd non erat necessarium inuestigare aliud, cùm possessione iurisdictio † quæratur. iuxta tradita per 539
Mascardum *de probationibus conclus. 947* vbi refert plures modos, ex quibus iurisdictio dicitur adquisita. Cùmque in hac controuersia dubitatio exstaret, Magnificus Hieronymus Tamboni (antiquior Assessor in dicta Baiulia,) inuenit prædictum dubium resolutum à Marquilles, in Vsatico cit. *fol. 210. col. 1. vers. quæro septimò.* vbi in hæc verba prorupit: Quæro octauò, † quis cognoscat de 540
huiusmodi quæstionibus ademprctiorum? Videtur quòd Baiulus generalis Cataloniæ, qui est iudex patrimonij Regij, quia ista vident esse de potestate, vt hic, & hoc de facto nititur vsurpare hodie in vicaria Gerundæ, & sic videtur facere contra vsum antiquum ipsius vicariæ, quia curia Gerundæ consueuit de his cognoscere, Thomas Mieres *supra.* qui, vt dixi, † intendit hoc dicere, latè in 541
curia Barcinonæ dominæ Reginæ Mariæ *col. 10.* quia certissimum est, Principem, vel eius

eius Baiulum generalem, fignanter in cafu
541 huius Vfatici, iure fuo vtuntur, † & nemini facit iniuriam qui fuo iure vtitur.quod idem Marquilles tradiderat fupra *eod.Vfat.fol.207. pag.2.col.4.in princip* Ex quibus dato pro conftanti, quòd Baiulus generalis poteft ac folet cócedere bāna priuatiua ad pafcua,pro parte arrēdatorum carniū, fuit euocata caufa ciuilis,in vim contentionis inter Vicariū,& Baiuliam generalem, vt effugerēt procedimenta, quæ in officio Baiuliç generalis cominabātur contra dictum Regentē vicariam Barcinonæ contra Aduocatos ciuitatis,.& contra duos Aduocatos affociatos in dicto voto. pēdēbat caufa indecifa in Regia audientia dum hæc fcribo,ad eius caufæ decifionē vitandā,fuit
543 factū,quòd† difcretus Stephanus Gilebertus Bruniquer, Syndicus ciuitatis, comparuit in Baiulia generali Cataloniæ die 16.Septembr. 1627. ex parte Magnificorum Confiliariorum, petens piguora capta per Baiuliam, à dicto Broffa, tanquam arrendatore ciuitatis, fibi reftituerent, & quòd ciuitas reftituebat pignora capta à dicto Regas, per dictum Regentem vicariam, prout de facto in vim concordiæ fuerunt adinuicem reftituta, oftendendo dictus Syndicus priuilegium quoddam ciuitati conceffum, per Sereniffimum Regem Iacobum, datum Barcinonæ die 16. Kalend. Aprilis anno 1266. in, & cum quo
544 conceditur ciuitati,† quòd pecora illius poffint depafci in territorio Barcinonæ liberè, & quòd folùm teneantur foluere damna, fi quæ depafcendo dederint, prout ego legi in dicto priuilegio,eius copia per dictum Syndicum authenticata,fuit in dicto confiftorio liberata, ex quibus pro nunc folùm teftat, quòd Baiulus generalis Cataloniæ concedit banna pœnalia pro pafcuis, & ad ipfum co-
545 gnitio eorum peculiariter fpectar, & † quòd animalia ciuitatis depafcendo non incidunt in banna, fed in talas, vel damna, iudicanda per proceres. Cùm autem iurifdictio admodum Illuftris Baiuli generalis, fit ex particularibus Regis priuilegiis, & pragmaticis ipfi conceffa,vt facilius ea, quæ intrinfeca funt,& indiget,vt aliis pateflat,ne ignorātia ipforum ipfis fit nociua, decreui inueftigare ea, quæ ad iurifdictionem attinent,& hic inferere.
546 Primò † cognofcit de omnibus caufis,quæ funt de patrimonio domini Regis, iuxta tradita per Anton.Oliba.*de iure fifci,c 5.num.25.* & licèt idem Oliba.*cap.7.num.5.* dicat coanguftatam fuiffe poteftatem ipfius Baiuli generalis; remanet tamen adhuc hodie ampliffima, vt ex infrà dicendis apparebit. nam licèt antiquitus caufæ patrimoniales, & quæ in officio Baiuliæ generalis tractantur, euocari folerent ad Regiam audientiam,quo ius agebatur de iuribus & obferuātia Regiorum priuilegiorum, tamen fuit poftea difpofitum, quòd nec cum prædicta qualitate priuilegiorum, nec qualibet alia, † caufæ, quæ 547
funt de cognitione Baiuliæ generalis, euocentur ad Regiam audientiam, cum Regia pragmatica Regis Philippi Hifpaniarum III. & II.noftri,data en el Pardo die 5 Nouembr. 1617 in regeftro Baiuliæ generalis priuilegiorum officij Baiuli generalis cap.4 à fol.74.vfque ad 76.ex cuius pragmaticæ tenore cōftat Baiulum generalē habere plenariam cognitionem omnium caufarum patrimonialium in prima inftantia,ita vt prætextu nullius regaliæ euocentur ad Regiam audientiam.

Poteft etiam † creare aliquos Baiulos in 548
Catalonia,exiftente Locumtenente generali,nempe eos, quorum nominatio fpecialiter ad Baiulum generalem fpectat, vt atteftatur Michaël Ferrer 3.*parte obferuat.c.52.* vel gubernatore procedente vice Regia. Ipfo autem Gubernatore procedente via ordinaria, folet Baiulus generalis omnes Baiulos indiftinctè prouidere. Nominat etiā ædilem,fiue Moftafaff in ciuitate Barcinona,vt euenit de tempore admod. Illuftr. Don Ludouici de Monfuar,Baiuli generalis,in intermedio Locumtenentiæ Ducis de Alcala,& Reuerend. Don Ioannis Sentis Epifcopi Barcinon qui fuerat prouifus in Locumtenentem generalem Cataloniæ, quo tempore exiuit dilatio temporis, in qua dictus Reuerendiff.Epifcopus non fuit ingreffus fuum gubernium, & interim, Gubernatore adminiftrante via ordinaria, non verò vice Regia, prout dicto tempore nominauit dictus Baiulus generalis in ædilem, fiue Moftafaff, Iacobum Bertrola militem. † dictus Nobilis Baiulus ge- 549
neralis nominauit Baiulos Regios, qui vacarunt eo tempore. Baiulus † etiam generalis 550
cognofcit de omnibus caufis feudalibus, de emphyteuticatiis Regis, † de omnibus red- 551
ditibus, & iuribus, quæ funt de patrimonio domini Regis,de menfura tritici, & aliorum granorum,qui venduntur & menfurantur in ciuitate Barcinona. Similiter † & de rebus 552
omnibus, quæ venduntur intra ciuitatem Barcinonam, quæ excedunt pondus vnius artobæ. pro quo effectu eft deftinatus locus publicus, coram Portali Maris, vulgo dicti *lo pes del Rey.* Cognofcit † etiam de molen- 553
dinis,& molinetiis, de aquis publicis, de caminis regalibus, de mineralibus, & de concedendis licentiis,ad ipfa perquirenda.Concedit † licentias extrahendi res prohibitas 554
extra regnum.Cognofcit†etiam de omnibus 555
folis platearum,& carreriorum,ciuitatum,& villarum Cataloniæ. ea autem, quæ fpectant ad ædificia,& ad formam, feu difformitatem ciuita

556 ciuitatum, vel villarum, pertinet † ad Con-
siliarios, seu ad operarios ciuitatum, vel
villarum, de omnibus bonis vacantibus
557 etiam cognoscunt. Baiulus † etiam generalis
solus potest in emphyteusim concedere res,
quæ sunt de patrimonio domini Regis. Solet
autem Baiulus generalis, quando concedere
vult aliquas res de patrimonio domini Re-
558 gis in emphyteusim, conuocare † egregios
Regios Senatores, eos nempe, qui sunt Ordi-
narij consultores nominati, ad dictum tribu-
nal Baiuliæ generalis Cataloniæ, ex quibus
559 solent esse ordinariè, † quos nominat admo-
dum Illustris Baiulus generalis Cataloniæ,
interueniente tamen necessariò Magnifico
Aduocato fiscali patrimoniali, cuius absen-
tia non suppletur per Aduocatum fiscalem
Baiuliæ, qui quando agitur de prædictis ne-
gotiis, non fisci Aduocati vices gerit, sed As-
sessoris ordinarij dictæ Baiuliæ, prout ceteri
duo Assessores interueniunt.

560 Potest † etiam Baiulus generalis inqui-
rere, & procedere omnibus remediis ordi-
dinariis, contra quascumque personas, tam
Ecclesiasticas, quàm seculares, regalias, bo-
na, & res patrimoniales, occupantes, & præ-
iudicantes. Et licèt antiquitus in creatione
officij Baiuli generalis, non se extenderet ad
561 totam Cataloniam, † fuit postea per Sere-
nissimum Regem Petrum III. extensa iuris-
dictio prædicta ad Comitatum de Osona,
vicecomitatum de Cabrera, ciuitatem de
Vic, & ad alias ciuitates & loca. Habet etiam
562 Baiulus † generalis, tempore curiarum, & in
conuocatione earum, iurisdictionem ad ha-
bilitandum personas trium brachiorum,
quæ curias ingrediuntur, cùm sit ipso iure
iudex habilitationis.

563 Potest † etiam Baiulus generalis priuati-
uè ad omnes alios Regios officiales recipere
quæcumque banna, pœnas, tertia & quælibet
alia iura, de rebus prohibitis prouenientia,
casu quo res extrahuntur sine licentia, vel
non datur ratio de rebus, quæ cum licentia
fuerunt extractæ, & non fuerunt redditæ lit-
teræ responsiuæ.

564 Potest † etiam Baiulus generalis compel-
lere (prout practicatur) omnes, & quos-
cunque Notarios, seu scribas, etiam publicos
ciuitatis Barcinonæ, & totius Cataloniæ, so-
luto iure scribendi, vt dent copiam authen-
ticam omnium instrumentorum, quæ pos-
sunt prodesse Regio patrimonio.

565 Baiulus † generalis cognoscit de omnibus
officialibus Baiuliæ generalis in prima in-
stantia; in criminalibus verò solet quando-
que punire, quandoque processum fulminare,
& eo fulminato illum Regio Cōsilio tradere.

566 Baiulus † verò generalis etiam cogno-
scit, de omnibus officialibus Baiuliæ genera-
lis, & familiæ eorum, non existente Locum-
tenente generali in Catalonia, Gubernatore
vice Regia procedente, quidquid dicat Mi-
chaël Ferr. 3. *parte obseru. cap.* 55. quia Guber-
natori abdicata est iurisdictio, ex Regiis
pragmaticis diuersis, ex quibus fuit lata sen-
tentia Regia in declarationem dictarum
pragmaticarum, quæ est in registro dictæ Ba-
iuliæ generalis, dē tēpore Petri Becat *fol.* 101.
in, & cum qua, declaratū fuit, quòd Guber-
nator, etiam vice Regia prouidens, nec in ci-
uilibus, nec in criminalibus, vllo modo se
intromittat de officialibus Baiuliæ genera-
lis, ex quibus pragmaticis, & sententia mo-
tus Carolus Imperator; cum suis litteris di-
rectis Priori Castellæ Locumtenenti gene-
rali Cataloniæ, eum monet, vt priuilegia,
pragmaticas, & alias prouisiones in fauorem
Baiuliæ generalis factas, obseruet. vt sunt di-
ctæ litteræ in Regia *num.* 6 *fol. vltimo*. ex qui-
bus fuerunt emanatæ litteræ à Consistorio
Baiuliæ generalis directæ Gubernatori Ca-
taloniæ, vt reuocaret procedimenta per eum
facta, contra quendam officialem Baiuliæ
generalis, vt leguntur in communi Petri Be-
cat secundo *fol.* 48. cuius prouisionis extat
executio continuata in registris Baiuliæ ge-
neralis, in communi 9. *fol.* 65. *plut.* 19. & *fol.*
179. & aliæ requisitoriæ dicto Gubernatori,
registratæ in communi præceptorum Gerun-
dæ *fol.* 5. *plut.* 20.

Potest † etiam Baiulus generalis compel- 567
lere omnes Castellanos, milites, ac feudata-
rios, vt pro feudis quæ tenent, Baiulo gene-
rali sacramentum, & homagium præstent,
ipsis confitentibus inuestituras dare, & in
venditionibus, quæ fiunt de rebus, quæ sub
dominio domini Regis sunt, firmam inter-
ponere.

Baiulus † etiam generalis, est iudex cau- 568
sarum, quæ suscitantur super lesdis, quæ
soluuntur in Catalonia, & omnium concer-
nentium exactionem lesdarum, etiam &
guidandi portantes merces, quæ obnoxiæ
sunt solutioni lesdæ, abdicatáque est prædi-
cta facultas omnibus Regiis officialibus.

Baiulus † generalis potest, præstita cau- 569
tione per fisci Procuratorem, exequi omnes
sententias latas in suo Consistorio, in quibus
fiscus habet interesse, non obstante appella-
tione interposita, ad Regium Consilium, &
inhibitione inde emanata, & Consistorio
præsentata.

Potest † etiam, ac solet de biennio in 570
biennium, pignora reperta penes custodem
pignorum apprehendere, & facto præconio
publico, quòd prætendentes aliquod ius ad
dicta bona, se opponant intra triginta dies,
quibus

quibus elapsis bona illa pignorata, tanquam bona vacantia, fisco applicantur, & illa in publica subhastatione venduntur, vt fraudibus non sit locus. quæ omnia extraxi ex diuersis pragmaticis Regiis, & registris reconditis in archiuo Baiuliæ generalis, vbi sum Assessor dum hæc scribo, & sic pleuaria veritas hic scribitur.

571 Potest † etiam Baiulus generalis quando luitur aliqua iurisdictio feudalis, illius statim apprehendere possessionem. ita *Ferrer. 3 parte obseruat cap. 52. num. 3.*

572 Potest † etiam Baiulus generalis mandare Procuratori Regio ciuitatis de Tarragona, ea quæ dependent à Baiulia generali, & Regio patrimonio, vt in litterarum communium anni 1389. vsque ad 1592. *fol.* 125.

573 Potest † etiam, ac solet Baiulus generalis apprehendere omnia bona, quæ vi naufragij in littore maris inueniuntur, tanquam bona vacantia. In quorum apprehensione hoc modo proceditur, nempe, quòd facta priùs apprehensione per officiales Baiuliæ generalis, & de rebus continuatis in inuentario, fiunt publica præconia, † denunciando

574 ea ad instantiam fisci Procuratoris dictæ Baiuliæ, vt si aliqui sint, qui prætendant in eis ius aliquod habere, intra triginta dies, compareant in Baiulia generali, & ibi probent ius, quod in rebus illis habent. quo probato, solutis priùs expensis in apprehensione dictarum rerum factis, restituitur vnicuique quod suum est. si verò intra triginta dies non apparuerit dominus dictarum rerum, omnes venduntur in publica subhastatione plus offerenti, & danti, & pecuniæ procedentes recipiuntur per receptorem dictæ Baiuliæ, & multoties hoc practicatum vidi.

575 Quidam † officialis de la Seca fuerat conuentus in curia Ecclesiastica Barcinonæ, ratione cuiusdam chirographi, manu sua subscripti cum iuramento. Ipse opposuit exceptionem fori declinatoriam, dicendo ipsum virtute priuilegiorum concessorum Alcaldis de la Seca, habere exemptionem, cum prohibitione, quòd non possit renunciare tali priuilegio, quod officialibus de la Seca fuit concessum per Serenissimum Regem Ildefonsum die 12. Decembris 1445. confirmatum per Serenissimum Regem Philippum 23. Decembris 1558. quo priuilegio non obstante, dixi, quòd prædictus officialis de la Seca poruit conueniri in curia Ecclesiastica,

576 virtute dicti iuramenti †. motus fui ex declaratione facta per Cancellarium Manegat, die 20. Decembris 1583. in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & secularem Alcaldorum de la Seca, ratione firmæ iuris in curia seculari factæ per Bernardum Cortes mercatorem, à procedimentis factis in curia Ecclesiastica, ad instantiam Francisci Casademunt, in qua fuit declaratum, ratione iuramenti præstiti per dictum Bernardum Cortes, causam esse tractandam in curia Ecclesiastica, non obstantibus priuilegiis prædictis.

Quæri etiam potest, † an indistinctè gaudeant suis priuilegiis, & quid si priuilegiis suis renunrient. 577

Respondeo quòd officiales de la Seca non gaudent priuilegiis prædictis, nisi in quantum deseruiunt prædictis officiis; prædictis autem priuilegiis non possunt renunciare, iuxta tradita per Michael. Ferr. *parte* 1. *obseru. Regia audientia cap.* 14. & 15. idem Ferrerius 3. *parte cap.* 10. & *cap.* 160. *circa medium vers. animaduertendum tamen est.* faciunt quæ tradit Mier. *in constit. Reginæ Mariæ curia Barcinon. col* 10. *cap.* 21. *num.* 27. *pag. mihi* 432. vbi ait, † quòd monetarij in omnibus sunt de iurisdictione Alcaldorum de la Seca, nisi forsan ipsi Alcaldi, vel officiales de la Seca, aliquid faciant contra verum pondus, & mensuram. quia hoc casu Alcaldi, & officiales omnes, subsunt Mostasaffio, iuxta tradita per dictum Mieres. & notat ibi Mieres *num* 28. † quòd si officiales de la Seca efficiantur milites, quòd adhuc subsunt Alcaldis, & nō Vicario Regio. 578 579

In constitutione 1. sub titulo *de Alcaldes y moneders de la Seca*, disponitur, † quòd officiales de la Seca debeant esse examinati in arte, vt gaudeant de priuilegio officialium de la Seca. quæsitum fuit, quid si non constaret de examine alicuius? hoc dubium reperi notatum in constitutionibus Cataloniæ cuiusdam grauissimi Regij Senatoris, euenisse de mense Septembris anni 1579. in Regia audientia procedente Gubernatore vice Regia. & fuit declaratum, non gaudere, si non constabat de examine officialis. 580

Quæritur, † Capitaneus generalis quam iurisdictionem habeat. 581

Respondeo, quòd de iure communi, est titulus *ff. de re milit.* hoc autem officium in Catalonia ortum habuit, propter vicinitatem huius principatus cum regno Franciæ, vt notat Ant. Oliba. *ad Vsat. alium namque, cap.* 4. *num.* 62. & sic attestatur, hoc officium comparari de iure communi Magistro militum, de quo est expressus titulus *C. de officio Magistri militum.* & † istud officium, quando est separatum, solet cognoscere de causis omnium militum, & stipendiariorum, in prima instantia, vt attestatur Oliba. *dicto cap. n.* 63. in causis autem appellationum ad Locumtenentem generalem habent recursum; cùm autem à multis retro annis hoc officium annexum sit cum officio Locumtenentis generalis 582

neralis, eodem modo proceditur, quo antea, nihilo immutato quoad iurisdictionem, quinimò nō quia Capitaneus generalis fit, & Locumtenens simul, maiorem potest exercere iurisdictionem, quàm, si esset Capitaneus generalis solus, de per se exerceret. prout euenit de anno 1626. de tempore Excellentissimi Don fratris Ludouici Diaz de Aux, Episcopi de Vrgell, Locumtenentis genera-
583 lis, † qui cùm mandasset Baiuliæ generali Cataloniæ, quòd restituerent quosdam captiuos Turcos captos per homines loci del Vendrell, (qui tanquam bona vacantia eos tradiderant Baiuliæ generali Cataloniæ) & edicta fuerant prouisa per dictum Excellentissimum Episcopum, tanquam Capitaneum generalem, & non tanquam Locumtenentem generalem, non fuerunt dictæ litteræ à Capitaneo generali emanatæ admissæ per Assessores Baiuliæ generalis, inter quos eram ego. sicque certioratus dictus Excellentissimus de prædictis mandauit, procedimenta facta per Capitaneum generalem pro non factis haberi, & quòd delerentur à registris dictæ Capitaniæ, prout deleta fuerunt, sicut nobis retulit Aduocatus fisci dictæ Baiuliæ generalis, referens se vidisse registra deleta, & inuenientur in libris dictæ Baiuliæ in dicto tempore apochæ firmatæ per homines del Vendrell Receptori Baiuliæ generalis de pecuniis receptis pro præmio & pro expensis factis pro dictis Turcis.

584 Plura de † Capitanei generalis iurisdictione referuntur à Michaele Ferrer. 3. *part. obseru. c.* 115. qui longa commentatione hæc omnia tractat de iure communi. Vide Farinac. *in consilijs criminal. cons.* 4 *per totum.*

CAPVT II.

De recusatione omnium iudicum, & suspicionibus.

SVMMARIA.

1 *Vicarius generalis Canonicus an recusari possit si coram eo agitur de causa Capituli, cum seqq.*
2 *Recusatione proposita iudicis, an ad vlteriora possit ipse procedere.*
3 *Notorium an indigeat probatione.*
4 *Canonicus Vicarius generalis an recusari possit in rebus, in quibus Capitulum habet interesse.*
5 *Procedere an possit ad vlteriora iudex recusatus.*
6 *Recusatus iudex an possit ad vlteriora causa procedere.*
7 *Abstinere se an possit iudex ordinarius.*
8 *Iudex ordinarius dicitur iudex necessarius.*
9 *Iudex ordinarius an possit se voluntariè abstinere.*
10 *Iudex qui euitat votum in causa, quas pœnas incurrat.*
11 *Iudex voluntariè non debet se à causa abstinere.*
12 *Suspicio allegata, à iudice confessata, quid operetur.*
13 *Collusio inter partes quid operetur.*
14 *Suspicionum causæ inter ordinarios quomodo iudicentur.*
15 *Abbates & prouinciales an possint recusari ab inferioribus.*
16 *Recusari non possunt superiores procedentes ad regulæ obseruantiam.*
17 *Recusari an possint Prælati à suis subditis, & quando.*
18 *Appellare possunt inferiores à procedimentis superiorum.*
19 *Prælati procedēdo iudicialiter grauant quandoque inferiores.*
20 *Vicarij generalis Canonici an possint interuenire in Capitulo, dum agitur de interesse Episcopi, cum seq.*
21 *Concilium Tridentinum quid disponat circa officiales & Vicarios generales in interuentione Capituli dum agitur de interesse Episcopi.*
22 *Concordia inter Episcopum Barcinonen. & Capitulum refertur.*
23 *Tractari an possint res Episcopi in Capitulo, interueniente eius Vicario generali.*
24 *Vicarij generales quomodo interueniant in Capitulo.*
25 *Principaliter aliquid fieri quot modis dicatur.*
26 *Finis principalis quis dicatur.*
27 *Fieri aliquid principaliter ad duos fines an possit.*
28 *Interesse principale qualiter consideretur.*
29 *Interesse minimum quandoque est in consideratione.*
30 *Vicarij generales an interueniant in Capitulo si sint Canonici quando agitur de interesse Episcopi.*
31 *Verba intelliguntur secundùm mentem contrahentium.*
32 *Verba intelliguntur secundùm naturam contractus.*
33 *Verba quantumuis generalia restringuntur ad ea quæ sunt rationis.*
34 *Dispositio quantumuis generalis restringitur ad verosimilia.*
35 *Verisimilitudo præfertur omnibus alijs coniecturis.*
36 *Sequendum est quod est verosimilius.*

37 *Concordia inter Episcopum, & Capitulum Barcinonen. & quomodo intelligatur.*

38 *Verba dubia interpretationem recipiunt à contractu.*

39 *Conuentio censetur facta circa rem de qua agitur.*

40 *Episcopus Barcinonen. & Capitulum de quibus transegerant.*

41 *Extensio non fit de vna re ad aliā diuersam.*

42 *Visitatores omnes deputatorum an recusari possint, cum seq.*

43 *Visitatores omnes ex quibus rationibus possint recusari.*

44 *Iudices omnes vnius tribunalis non possunt recusari.*

45 *Consilium integrum an possit recusari.*

46 *Collegium totū an recusari possit, infrà n. 248.*

47 *Recusari quomodo possit totum collegium.*

48 *Recusari an possit in Catalonia totum integrum consilium.*

49 *Recusari an possint Doctores omnes vnius aula.*

50 *Recusari an possint omnes nouem visitatores generalis Cataloniæ.*

51 *Casus dubius declaratur per alium casum similem.*

52 *Recusari in Catalonia an possit totum integrum consilium.*

53 *Recusari an possint omnes iudices tabula.*

54 *Recusari an possint omnes iudices Syndicatores.*

55 *Recusatio visitatorum habetur ad instar iudicum tabula.*

56 *Recusatio animi dilatandi iudicium an admittatur.*

57 *Recusari an possit totum collegium vbi caput est suspectum.*

58 *Suspecto Gubernatore an sint suspecti qui ei subsunt.*

59 *Suspecto Gubernatore an eius familia sit suspecta.*

60 *Episcopus est caput Capituli.*

61 *Suspectum caput quando suspectos reddat subditos.*

62 *Collegium quando suspectum iudicetur propter suspicionem capitis.*

63 *Recusari an possit tota ciuitas.*

64 *Recusari Baro quando possit si nominet iudicem partibus suspectum.*

65 *Recusari possunt faciliùs iudices voluntarij.*

66 *Recusari ex quibus causis possint iudices voluntarij.*

67 *Recusari an possint Assessores.*

68 *Recusari possunt iudices voluntarij ex solo partis iuramento.*

69 *Recusari an possit merus executor.*

70 *Merus executor an possit recusari.*

71 *Recusari potest iudex approbatus tacitè si noua causa superueniat.*

72 *Recusari potest executor excedens modum exequendo.*

73 *Recusationis nouam causam existere probatur partis iuramento.*

74 *Recusationis causa an sit exprimenda in prouisione qua iudex recusatur.*

75 *Testium repulsa ex qua causa fiat debet opponi in prouisione.*

76 *Recusari an possit dominus feudi.*

77 *Ordinarius iudex an recusari possit.*

78 *Dominus feudi si recusetur quid debeat facere.*

79 *Suspectus in iudicando an sit suspectus delegando.*

80 *Recusari iudex an possit, quia acriter locutus fuit contra reum, & quomodo.*

81 *Iudex debet habere superioritatem in reum.*

82 *Recusari iudex quando possit si se rigorosè cum Deo habeat.*

83 *Iudex procedendo non iudicialiter habetur pro priuato.*

84 *Recusatio iudicis quando sit proponenda.*

85 *Approbare iudicem quando pars dicatur.*

86 *Approbare iudicem videtur quis ex sola comparitione.*

87 *Recusari non potest iudex semel approbatus.*

88 *Exceptio recusationis, vel incompetentia qualis ex his sit priùs proponenda.*

89 *Concurrere quando possint simul exceptiones diuersa.*

90 *Cumulatio actionum quando detur.*

91 *Exceptio incompetentia priùs est declaranda.*

92 *Prius, vel posterius non attenditur, vbi simul res fiunt.*

93 *Exceptio incompetentia est priùs iudicanda.*

94 *Recusari iudex an possit si priùs opposita exceptione incompetentia se iudicem declarauerit.*

95 *Exceptio incompetentiæ qua causa proponatur.*

96 *Exceptio suspicionis est voluntaria.*

97 *Consensus non inducitur ex actu necessario.*

98 *Recusari iudex potest, etiam si competens fuerit declaratus.*

99 *Recusari an possit iudex si coram eo fuerit comparitum cum firma iuris.*

100 *Firma iuris facta coram iudice non impedit, quia suspectus possit allegari.*

101 *Iudex quando censeatur approbatus à parte.*

102 *Approbatus à partibus quando iudex dicatur.*

103 *Approbatus iudex an dicatur si coram eo prastatur cautio.*

104 *Recusari an possit iudex si pars comparuerit coram eo, & petierit copiam petitionis aduersarij.*

105 *Recusationi suspicionis causa an censeatur renunciatum ex simplici comparitione.*

106 *Comparitio necessaria an obliget.*

107 *Animus liber non consideratur in comparitione necessaria.*

108 *Volun*

235 *Ini*

235 *Inimicitia capitalis oritur ex lite super toto patrimonio.*
236 *Testis non recusatur ex tam facili causa quàm iudex.*
237 *Arbitri an poßint compelli ad acceptandum arbitrium.*
238 *Arbitrium legale quid sit.*
239 *Regius Senator quãdo ipso iure sit suspectus.*
240 *Filius, gener, Aduocatus alicuius causæ, in ea reddunt suspectum patrem & socrum.*
241 *Recusari an poßit totum Regium Consilium in hoc principatu, cum seq.*
242 *Consilium Regium penes quot resideat.*
243 *Consilium totum quare recusari non poßit.*
244 *Consilium integrum Regium de quibus intelligatur.*
245 *Consilium Catalenia quibus aulis constet.*
246 *Consilium non residet in vna aula.*
247 *Recusari an poßint omnes Regij Senatores vnius aulæ.*
248 *Recusari an poßint omnes iudices vnius gremij, suprà num.46.*
249 *Recusatio generalis & specifica in quibus differant.*
250 *Recusari an poßit Regium consilium vbi Locumtenens est consanguineus alterius ex litigantibus.*
251 *Consanguinitas Locumtenẽtis generalis cum altero ex collitigantibus an retardet causæ decisionem.*
252 *Recusato Excellẽtißimo Locũtenente generali proceditur in causa sine interuentu illius.*
253 *Recusationes Regiorum Senatorum sunt offerendæ cum supplicatione firmata per partem, vel eius loco per aliam cognitam personam pro ea, & non requiritur per Aduocatum.*
254 *Recusatio iudicum Regiæ audientiæ non potest firmari etiam per Procuratorem.*
255 *Supplicatio suspicionum Regiorum Senatorum firmatur per Aduocatos aliquoties.*
256 *Inimicitia quousque se extendat in causis recusationum.*
257 *Graduum computatio respectu inimicitiæ quo iure fiat.*
258 *Graduum computatio de iure Canonico solùm fit in causis matrimonialibus.*
259 *Proceres in actu visura an recusari poßint, cum seq.*
260 *Recusari an poßint experti nominati in actu visura.*
261 *Recusari an poßit iudex in vna causa, si in alia fuit assessor.*
262 *Affines qui dicantur.*
263 *Duo maritati cum duabus sororibus an sint affines.*
264 *Recusari de iure communi an poßit pater iudex si filius est Aduocatus.*

265 *Recusari iudex an poßit per quemlibet Procuratorem, vel an requiratur speciale mandatum.*
266 *Recusari an poßit iudex causa familiaritatis.*

N † ciuitate Gerunda, coram 1
Vicario generali, fuit mota quædam lis contra Michaëlem Ribot clericum atione quarundam præstationum, quas prætendebatur dictum Ribot facere præposituris dictæ Ecclesiæ, quarum fructus pertinent ad Canonicos. Per dictum Michaëlem Ribot fuit opposita exceptio recusationis contra dictum Vicarium generalem, deducendo ipsum esse Canonicum, & percipere vtilitatem dictarum præpositarum, & fructuum earum, & per consequens esse iudicem suspectum, & sic quòd debebat se abstinere à dictæ causæ coguitione.

Fuit dubitatum, † an opposita causa suspi- 2
cionis, possit dictus Vicarius generalis, non spectata declaratione suspicionum, ad vlteriora in causa procedere.

Respondi, † quòd cùm à notorio consta- 3
ret, Vicarium generalem supradictum esse Canonicum, & in processu agatur de interesse præpositurę mensis Iunij, ex qua vnà cum aliis præposituris, ipsi Canonici se alunt, tanquam notorium non indigebat de hoc probatio. *Asin. in sua praxi.* §. 7. *cap.* 5 *limit.* 47. *n.* 5. *& in* §. 19. *cap.* 9. *n.* 2. *cap. ad nostram* 3. *de iureiuran.* & sic † cùm Vicarius generalis esset 4
Canonicus, sufficiebat, vt recusari posset, *cap. cùm R. de offic. deleg.* Speculat. *de iudice deleg.* §. *superest, verbo, item si est canonicus.* Philipp. *in c. postremo. col.* 7. *vers.* 11. vbi ex eo solùm legitimè iudex recusatur, quòd iudex & actor simul sint Canonici, vnde, † cùm legitima 5
causa suspicionis extaret, opposita ea per dictum Ribot, non poterat dictus Vicarius generalis ad vlteriora in causa procedere, quia suspicionum causæ priùs fuissent declaratæ.
† quia recusatione iudicis solùm proposita, 6
causa suspenditur. Lapus *in suis allegationibus allegat.* 1. *n.* 1. Alex. *cons.* 89. *vol.* 2. Veral *decis.* 7. *per totum.* Ioann. Bapt. Marchesa *in libro commissionum vtriusque signaturæ* 2. *p. cap.* 5. *n.* 38.

Quæsitum fuit, † an iudex ordinarius li- 7
berè possit se abstinere à iudicando.

Respondeo, † quòd non, quia ex quo est 8
ordinarius, censetur iudex necessarius, vnde
voluntariè † abstinere se à causæ cognitione 9
non potest. ita scribentes omnes *in c. quoniam contra, de probat.* Burs. *cons.* 199. *n.* 8. *lib.* 2. Bart. *in l. munerum.* §. *iudicandi. ff. de muner. & honor.* Panor. *in c. accepta, de appell.* quod probatur ex *l. legatus. ff. de off. præsid.* melior text. *in l. nec infames. C. de decurio.* Innoc. *in c. suscitata, de rescr.*

Decius *conſ.* 113.*num.*23 *&* 24. qui aſſerit, &
10 probat, † quòd iudex, qui affectatè euitat
votum præbere in aliqua cauſa, infamiam incurrit, ac pœna triginta librarum auri debet
condemnari, poſt text. *in l.*2. *C.de legibus.* Dec.
*in c.intimaſti.n.*5. *de appell.* Felin. *in c.paſtoralis.*
*n.*5. poſt gloſſ. *verbo exonerare, ff. de offic.deleg.*
11 prædicta autem intelligenda ſunt† in iudice,
qui voluntariè ſe ipſum à iudicandi officio
vult abſtrahere proprio metu, & neminè
12 inſtante. nam † ſi ſuſpicio à parte allegatur, &
ea allegata, iudex illam confiteatur, valebit
talis confeſſio, quia iudici reſpondere licet.
gloſſ. fin. *in cap. nouit. de appellat. cap. cum ſpe-*
13 *ciali, num.* 2. *eod. tit.* niſi † inter iudicem, &
partem opponentem ſuſpicionem, vigeat
aliqua colluſio, quæ coniecturis, vel probationibus vigeat, quos refert Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſ.*26. *per totam.* & maximè *n.*4.
14 Quomodo † autem contra iudicem ordinarium recuſarum procedi debeat, eſt conſtitutio 10. hoc titulo, qua diſponitur, quòd
ſeruetur idem ordo, qui in delegatis, vt nominentur arbitri, iuxta diſpoſitionem conſtitutionis primæ loquentis de delegatis,
hoc titulo.

15 Quæſitum fuit, † an Abbates, Prouinciales, & quilibet alij Prælati, poſſint recuſari
tanquam ſuſpecti, à ſuis inferioribus.

16 Reſpondeo, † quòd aut Prælati procedunt
per viam correctionis morum, purè attendentes ad obſeruantiam religionis. hoc
caſu non poſſunt recuſari, iuxta text. *in cap.*
reprehenſibilis, vbi Francus, *num* 8. *& in cap. de*
*priore, num.*2. *de appellat.* Innocent. *in cap. cum*
ſpeciali §. *porrò, in fine, de appellat.* Secus verò
17 eſſet, † ſi contra ſubditos iudicialiter procedant, videlicet fulminando proceſſum per
viam inquiſitionis, vel accuſationis, quia,
quocunque modo iudicialiter ſuperiores
quilibet procedant contra ſuos inferiores,
poſſunt per inferiores recuſari. Francus *vbi*
18 *ſuprà.* Adhuc † & appellare. & tenetur talis
ſuperior appellationi adhærere, quia hoc ca-
19 ſu, † cùm tanquam iudex procedat, iudiciales actus exercendo, certum eſt, etiam ea
omnia debere interuenire, quæ in iudiciis
exerceri ſolent, qualis eſt recuſatio iudicis,
quæ iudicialis actus iudicatur.

Ex *ſeſſ.*25. *cap.*6. *de reformatione*, diſpoſitum
20 eſt, † quòd quando tractatur in Capitulo de
rebus, in quibus Epiſcopus habet intereſſe,
quòd in earum tractatu non poſſit interuenire Epiſcopus, ſeu eius officialis, & Vicarius
generalis, ſub his verbis:

21 *Quid † ſi aliquid Canonicis ad deliberandum*
proponant, nec de re ad ſe ſuorúmque commodum
agatur, Epiſcopi ipſi Capitulum conuocent, vota
exquirant, & iuxta ea concludant; abſente verò Epiſcopo omnino hoc abreis de Capitulo, ad quos
hoc de iure, vel conſuetudine ſpectat, perficiatur,
nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur.

In † concordia autem inita inter admod. 22
Illuſtrem Epiſcopum, & admod. Reuerendum Capitulum Sedis Barcinonæ, auctoritate Apoſtolica confirmata, legitur hæc clauſula. *Quòd vbi, & quoties foret in Capitulo tractandum de aliquo intereſſe, ſeu priuato commodo*
Epiſcopi, vel eius Vicarij, præfatorum, & ſuorum,
Capitulum teneri, & haberi poſſit, ſine interuentu Epiſcopi, ſeu Vicarij præfati, certiorato.

Quibus præſuppoſitis, quæritur, † an poſ- 23
ſit tractari in Capitulo de aſſiſtentia danda
admod. Illuſtri domino Epiſcopo, electo
in Locumtenentem generalem, pro iuramento præſtando, interuenientibus eius Vicariis generalibus; an verò dicti Vicarij generales debeant ſe abſentare.

Reſpondeo, † quòd licèt ex verbis ſupra- 24
dictis contentis in dicta concordia, videatur
dicendum, Vicarios generales non poſſe interuenire in prædicto tractatu, quaſi agatur
de intereſſe domini Epiſcopi, conſtituendo
differentiam poſitam à Bartolo *in l. ambitioſa,*
*num.*19. *ff de decret. ab ord facien.* docente principaliter † aliquid fieri duobus modis, vide- 25
licet primò ordine naturæ, vt in exemplo à
Bartolo poſito ibi, circa filij verberationem
reſpectu patris: ſecundo modo, ordine intellectus, quo ordine, finis dicitur principium,
& illud dicitur principaliter finis, † ad quod 26
principaliter intellectus tendit. vnde dicit
Bartol. quòd ſi aliquid ſit, reſpectu duorum
finium diuerſorum, in intellectu principaliter dicitur, id fieri æqualiter † ad duos fines. 27
vt ſi duo obligentur, vnus hodie, alius cras,
licèt vnus ſit prior altero, omnes principaliter
dicuntur obligati. Ex quibus dicunt, † quòd 28
principale intereſſe conſideratur reſpectu
domini Regis, in dicti iuramenti præſtatione. Conſideratur etiam æquè principale
intereſſe domini Epiſcopi, cùm † eius ſit au- 29
ctoritas, & vtilitas, & ſic, ſaltim quo ad
quale, quale, eſt intereſſe domini Epiſcopi,
quod etiamſi minimum ſit, eſt conſiderabile, iuxta tradita per Bart. Iaſ. & alios *in l. ſi*
duo patroni, ff. de iureiur. Anton. Abb. & Felin.
in cap. penult. de re iud. quos refert Cancer *lib.*
var 3. *p. cap.* 13. *de tertio oppo. num* 53.

Supradictis tamen non obſtantibus, contrarium tenendum eſt, nempe, † prædicto 30
caſu, & in alio huic ſimili, poſſe in tractatu
interuenire Vicarios generales domini Epiſcopi. nam, licèt hoc caſu conſideretur intereſſe domini Epiſcopi, inde tamen dici non
poteſt, officiales, & Vicarios generales, non
poſſe interuenire prædicto tractatui. loquendo † enim principaliter de concordia prædi- 31
cta,

ctã, verba in ea apposita, cùm emanarint à
contrahentium voluntatibus, debent re-
gulariter intelligi secundùm mentem, & in-
tentionem eorum. & sic, cùm dicta concor-
dia fuerit facta inter Reuerendum Episco-
pum, & Capitulum, occasione diuersarum
rerum, ad quas vtraque pars prætendebat
habere interesse, euidens est, quòd partes so-
lùm habuerunt rationem dicti interesse re-
spectiuè de rebus, quarum interesse præten-
32 debant. Ex quibus fit, † quòd verba debent
intelligi secundùm naturam contractus, &
voluntatem contrahentium. *l. si stipulatus. ff. de*
vsur. l. 1. §. si sub conditione. ff. vt leg. nom. cauea-
33 *tur.* & † quantumuis generalia restringuntur
ad ea, quæ sunt rationis. notat Aretin. *cons. 39.*
in fine gloss. & DD. *in l. fin. §. in computatione. C.*
de iure deliber. Ias. *in l. si seruum Stichum. §. se-*
quitur. in princ. ff. de verb. oblig. Tiraquel. *in l. si*
vnquam. C. de reuoc. donat. in præfatio. num. 78.
Bald. *in l. sed & si quis. § quæsitum. ff. si quis cau-*
34 *tio.* vbi dicit, † dispositionem quantumuis
generalem, debere restringi ad verosimilia.
Verosimilius tamen est, dictas partes non
attendisse ad excludendum Vicarios gene-
rales à dictis rebus, super quibus non consi-
deratur controuersia inter Episcopum, &
35 Capitulum. Hoc † autem maximè est in
consideratione, quia verisimilitudo cæteris
omnibus coniecturis, & rationibus antepo-
nitur. gloss. *in l. veteribus. ff. de pact.* & *ibi* Bart.
36 *num. 5.* Bald. Angel. & alij. Vnde fit, † quòd se-
quimur quod verosimilius est, *l. cùm ex pluri-*
bus. ff. de solut. l. si is cui nummos. in fine, eodem tit.
plura tradit Mantica *vbi suprà. lib. 3. tit. 1.*
37 *tom. 1. num. 12.* Ex quibus apparet, † non esse
dicendum, nec cogitandum, intentionem
admodum Reuerendi Capituli fuisse, exclu-
dere præsentiam officialium, seu Vicariorum
generalium à Capitulo, in rebus quæ specta-
38 rent ad dominum Episcopum, † in quibus
non haberet interesse Capitulum, vt Capi-
tulum, verba enim illa, *quod Vicarius*, &c. cùm
ambigua sint, accipiunt interpretationem à
natura contractus. *l. si ita stipulatus. ff. de vsur.*
l. damni. vers. quod & in stipulatione. ff. de damn.
infect. plura tradit Mantica *de tacit. & ambig.*
39 *conuent. lib. 1. tit. 13. num. 29.* quia † conuentio
semper censetur facta super materia, de qua
contrahitur. Bald. *in cap. 1. §. conuenticula. n. 8.*
vers. est enim talis. de pact. iur. firman. Apparet
40 autem clarè † dictum Episcopum, & Capi-
tulum, solùm transegisse de rebus, ad quas
vtraque pars prætendebat habere interesse.
Ergo clarè dicendum est, à tractatu solùm
earum rerum voluisse excludi Vicarios ge-
nerales. non enim ad rem, super qua inter
Episcopum, & Capitulũ non erat controuer-
sia, nec interesse respectiuum, debet extendi
prohibitio interessendi Vicarios generales.
quia † de vna re ad rem diuersam non de- 41
bet fieri extensio. *l. si vnus. §. ante omnia ff. de*
pact. Bald. *in cap. venerabilem num. 15. in fine,*
de electio. Cephal. *cons. 121. num. 13. & sequent.*
Mantica *de tacit. & ambig. conuentio. tom. 1.*
lib. 3. tit. 11. num. 14. Neque prædictæ resolu-
tioni contrariari videtur dispositio supradicti
Concilij Tridentini, iuxta illius contextu-
ram, & mentem, & sic intrepidè supradictam
resolutionem tenendam respondi.

Ex † nouem visitatoribus domus Depu- 42
tationis generalis Cataloniæ, per aliquos in-
teresse habentes, in causis, quę coram eis ver-
tebantur, fuerunt sex visitatores ex dictis
nouem, tanquam suspecti recusati. remanse-
runt tres tantùm habiles, qui postea fuerunt
similiter recusati, forsan eo animo, (quod
certius erat) ne causæ deciderentur. & sic ius
earum remaneret in suspenso.

Per dictos visitatores fuimus consulti,
Magnificus Gabriel Berart, ciuis honoratus
Barcinonæ, & Assessor generalis triremium
huius principatus, qui hunc casum refert in
suo libro speculo visitationis, *cap. 6. num. 56.*
& ego Acacius Antonius de Ripoll, vt vo-
tum nostrum eis daremus.

Pro † parte eorum, qui suspiciones pro- 43
posuerant, allegabatur, rem de plano proce-
dere, quia solùm dubitari poterat, an locum
haberet recusatio dictorum trium, ex eo
quòd erant iam recusati sex, perindéque tres
superstites recusari non posse, quia per indi-
rectum fieret, quod per directum fieri non
poterat, nempe recusari totum tribunal,
quod fieri non posse apparebat, iuxta consti-
tutionem 6. titulo de recusatio de tots Iut-
ges. vbi expressè statuitur, † Regium Consi- 44
lium totum non posse recusari. quinimo di-
cebant prædicti, hanc rationem non obstare.
quia loquitur tantùm in Regio Consilio,
non verò in alijs tribunalibus. & sic, cùm re-
spectu visitatorum sit casus commissus, stan-
dum est dispositioni ordinariæ iuris. iuxta
quam certissimum est, Consilium † generale 45
reseruari posse, ex text. *in cap. licet suscepto. de*
foro competenti. vbi Consules iustitiæ Versel-
larum recusari potuerunt. allegabant pro eo-
rum parte tradita per Roland. à Valle *cons. 19.*
num. 10. vol. 3. qui allegabat hoc esse verissi-
mum, ex notatis per Francum *in cap. cum spe-*
ciali 10. quæstione, de appellat. vbi expressè dici-
tur, † posse totum collegium, ciuitatem, vel 46
vniuersitatem recusari, ex *d. c. licet. c. postremo.*
8. quæst. in fine, eodem titulo. Paris. *cons. 31. n. 99.*
Caldas *cons. 6. in tit. de appellat.* tradit Felin.
idem sentiens *in cap. 1. gloss. verbo interrogatus,*
& Decius *in lectura 1. num. 15. de iudic.* idem
attestatur Nicolaus Boër. *decis. 269.* ferè per

 totum

totum, Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 5. caſu* 458 *à princ* Bobadilla *in ſua politica. lib. 3.*
47 *cap. 8. à num. 121.* † dummodo recuſatio fiat ſingulorum uominatim, iuxta ttadita per Alberic. *in l. apertiſſimè, in fine, colum. fin. C. de iudic.*

Licèt in Catalonia contrarium ſtatutum ſit, ex conſtitutione 6. ſub titulo *de recuſat.*
48 *omn. iudic.* vbi expreſsè ſtatutum eſt, † totum integrum Conſilium non poſſe recuſari. &
49 ſic ſuit viſum in Regio Conſilio, quòd † omnes Doctores vnius aulæ poſſunt recuſari, non verò omnes aulæ. & ſic ſuit per tres aulas deciſum die 21. Decembris 1606. in cauſa quæ vertebatur inter Nobiles Domnas Hippolyram, & Elizabetham de Semmenats, & Abbatem de Camprodon, & Nobiles pupillos Doms. in qua cauſa ſuit tanquam ſuſpecta declarata tota aula admodum Reuerendi Cancellarij.

Suprà propoſita pro parte exiſtimantium,
50 & prætendentium, † omnes viſitatores poſſe, vt ſuſpectos recuſari, valde à principio nos premebant. ſed maturè re conſiderata, & elaborata, & valde rebus inſpectis contrarium conſuluimus, nempe, non poſſe vltimos tres viſitatores recuſari. motique ſuimus ad hanc reſolutionem tradendam, ex ſequentibus fundamenris.

Primò ex doctrina tradita ab Euerardo *in topicis legalibus, loco à ratione legis, num.* 77. qui
51 arteſtatur, quòd † quando euenit aliquis caſus dubius, à lege non deciſus, debet declarari per alium ſimilem caſum legalem; ſi verò caſus qui occurrit, eſt de materia conſuetudinis, recurrendum erit ad ſimilem caſum conſuetudinis. quo facto fundamento habemus dictam conſtitutionem 6. ſub titulo *de recuſatio de tots iuges, y cauſes de ſuſpeta,* qua
52 cautum eſt, † totum integrum Regium Conſilium non poſſe recuſari. Habemus etiam pragmaticam Regis Petri, quæ ſita eſt in libro pragmat. *cap. 1.* ſub titulo, *de recuſatio. omnium iudic.* quæ dando formam iudicibus tabulæ, qui verè Syndicatores ſunt, ſta-
53 tuit, † quòd ſi ex tribus iudicibus tabulæ, vnus vt ſuſpectus fuerit recuſatus, duo qui ſuperſint de ſuſpicionibus cognoſcant; ſi verò duo ſuerint ſuſpecti, & vt tales recuſati, tunc tertius qui ſupereſt, aſſociando ſibi alios duos, cum eis ſibi aſſociatis de ſuſpicionibus cognoſcat. Proſequitur dominus Rex (& facir pro nobis,) quærens, quid ſi omnes tres recuſati fuerint, quid faciendum erit. & air, quòd talis recuſatio non admittatur. & iuxta hanc pragmaticam ſe iudicaſſe atteſtatur Mier. ad conſtit. Reg. Iacobi *col. 4. titulo de iudicibus tabulæ, à num. 124. cum ſequentibus,*
54 *in nouis. mihi pag. 568. cum ſequen.* & ſic, † cùm ex hac pragmatica in iudicibus ſyndicantibus, habeamus expreſſam diſpoſitionem, nempe, quòd omnes tres iudices Syndicatores tecuſari non poſſint, habeamúſque ſupradictam conſtitutionem ſextam, circa omnes iudices Regiæ audientiæ, & non habeamus caſum expreſſum, & in terminis de-
ciſum, † in materia viſitarotum iudicauimus eſſe recurrendum ad ſimilitudines ſu- 55
pradictas, & maximè ad caſum dictæ pragmaticæ, in qua agitur de iudicibus Syndicatus, cuius etiam qualitatis ſunt viſitatores. Er ſic conſulimus, quòd recuſatis ſex viſitatoribus ex nouem, recuſariones propoſitas cōtra tres ſuperſtites non eſſe admittendas, ſed potiùs reiiciendas. & ſic conſuluimus, quòd reiectis vltimis ſuſpicionibus, & habitis tanquam pro non oppoſitis, procederent tres viſitatores ad vlteriora in cauſa. & ſic factum fuit 30. Aprilis 1624. vt eſt videre in proceſſu dictæ viſitationis.

Mouit nos inter alia, ea quæ tradit Nobilis Ludouicus à Peguera *in ſua praxi. in tit. de proceſſu, quando immunitas Eccleſiæ allegatur, n. 5. verſ. vbi ex Innocentio, in c. poſt electionem,*
de conceſſione præbendæ. vbi ait, † quòd ſi iudex 56
vehementer præſumit exceptionem apponi animo dilatandi iudicium, poteſt, & debet eam non admittere. ponderando verbum *debet*, idem tradit Abbas *in cap. ex parte lo 2. de offic. delegat.* DD. *in cap. paſtoralis. §. quia verò. eodem titulo.* Bald. *in l. 1. col. penult. C. de his qui accuſ. non poſſunt.* Prædictæ autem allegatæ ſuſpiciones oppoſitæ erant, eo animo, quòd omnes viſitatores ſuſpecti eſſent, & cauſa inſeculationum decidi non poſſet.

Quæritur, † an totum Collegium poſſit, 57
tanquam ſuſpectum, recuſari, quando caput Collegij eſt ſuſpectum.

Reſpondeo quòd ſic, ex Felino *in cap. cauſam, quæ in principio, & in cap inſinuante, de offic. delegat.* Roland. *conſ. 19. lib. 3. num. 12.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin. 108. num. 5.* qui aſſerit,
† quòd Gubernatore Prouinciæ ſuſpecto al- 58
legato, omnes etiam Audirores, quamuis à ſuperiore, & non ab ipſo Gubernatore ſint creati, ſuſpectos cenſeri ex eo, quòd ſubſunt dicto Gubernatori, & ampliùs atteſta-
tur Roland. à Valle *conſ. 9 n. 14. lib. 2.* † quòd 59
non ſolùm Gubernator, ſed & tota ſamilia ſuſpecta iudicatur, eo exiſtente ſuſpecto. Lancellot. *de attenta. 2. parte cap. 6. de attenta. poſt recuſat. iudic. num. 37. & 38.* Hoc tamen caſu, quo totum Collegium poteſt vt ſuſpe-
ctum recuſari, ita intelligendum eſt, † quan- 60
do verè propter præeminentiam ſuam caput exiſtit. veluti Epiſcopus, caput eſt Capituli, & ſine eo nil eſt Capitulum. *cap. nouit, de his quæ ſiunt à Prælat.* ſecus verò, quando caput

Collegij

Collegij non posset subditos ad se trahere,
61 quia † tunc parum importaret, quòd caput esset suspectum. quia ex eo non induceretur suspicio, respectu totius Collegij, quia non exiſtit timor superioritatis. vt declarat Beroius *consil. 16. lib. 3. num. 22.* idem *in cap. 1. num. 123. de iudic.* vbi Ripa *num. 41.* Menoch. *consil. 94 num. 31.* alios referens, dicentes om-
62 nes † quòd quoties Consilium, vel Collegium ita à capite pendet, vt eius voto omnia fiant, hoc procedat; secus verò, vbi vota inferiorum non dependent ab eo, quia etiam suspecto capite, non iudicabitur suspectum Collegium.

63 An † autem tota vna ciuitas, vel villa recusari possit, vide Francum *in cap. cum speciali, num. 31. de appellat.* tenentem quòd sic, *& in cap licet ex suscepto, de foro competent.* Capyc. *decis. 138. num. 6. & 7.* Beroium *in c. 1. de iudicijs, num. 122.* vbi latè quando ciuitas integra possit recusari. Ioann. Baptist. Marchesa. *in tractatu commissionis vtriusque signaturæ. 2. part. cap. 5. in princip.*

64 Quidam † Baro nominauit in Assessorem cuiusdam causæ inter duos vasallos, suspectum alteri ex litigantibus. proposita causa suspicionis, Baro nolebat declarari super illa, sed ad alteriora in causa procedi. quæsitum fuit, an talis Baro etiam recusari vt suspectus possit.

65 Respondi † quòd sic, ex notatis per Ripam *in cap. 1. num. 43. de iudic.* quia ex quo ipse Baro iudicem suspectum non remouet,
66 seipsum reddit suspectum, quia † ad hos iudices voluntarios recusandum, quælibet causa est sufficiens, iuxta gloss. *in cap. cum R. Canonicus, de offic. delegat.* Rota *decis. 2. num. 13. in nouissimis 2. part.* plura de his Menoch. *de*
67 *arbit. cent. vlt. casu 458. num. 24.* quia † de iure Assessores recusari possunt, *cap. statutum, §. assessor cùm, de rescript. in 6. cap. cum speciali,* & ibi Franc. *n. 37. & 38. de appell.* Capyc. *decis. 138. in fine.*

68 Quæri etiam potest, † quo pacto Assessor iste per partem recusari possit, & an causæ suspicionum sint allegandæ.

Respondeo, quòd talis Assessor ex solo partis iuramento recusatur. vt notat Alex. *consil. 104 lib. 5.* faciunt plura tradita per Menoch. *de arbit. lib. 2. casu 456. num. 20.* faciunt tradita per DD. *in cap. insinuante,* & *ibi* gloss. & scribentes, *de offic. deleg.* scribentes *in cap. statutum. § assessorem, de rescript.* Antonius Gabriel *commun. opin. tit. de iudicijs conclus. 5. n. 9.* qui hanc opinionem communem esse attestatur.

69 Quæritur vlteriùs, † an merus executor possit recusari.

Respondeo quòd non, nisi in executione modum excedat. nam si merus executor extra ordinem exequatur, poterit recusari tanquam suspectus iuxta tradita per Franc. Marcum *decis. 599. num 1. parte 2.* Balb. *in decis. 345.* fundantes se in doctrina glossæ *in l. apertissimi, verbo executore, C de iudic.* † etiam 70
si merus executor esset nominatus de consensu partium, vt affirmat Aufrer. *in tract. de recus. iudic. num. 34.* Balb. *decis. 236.* licèt † enim 71
in iudicem consenserim, eum nominando, ex noua tamen causa superuenienti, nempe exequendo extra modum, vel alia simili, possum † talem iudicem recusare, secundùm 72
Iaſ. *in l. apertissimi. C. de iudic.* ita esse tenendum certum est. Causam † autem recusatio- 73
nis de nouo ad partis notitiam peruenisse, solo partis iuramento creditur, vt communiter ab omnibus approbatum refert Anton. Gabriel *communium opinion. tit. de iudic. conclus. 5. num. 9.* Scala *in tract. de iudic. recus. lib. 3. cap. 2.*

Quæro, † an iudex recusatus in prouisione debeat declarare & exprimere causam, 74
propter quam reiicitur recusatio.

Respondeo causam recusationis esse exprimendam. ita Specul *in tit. de possess. & petit. §. 2. in princ.* Lapus *alleg. num. 5.* ait iudicem quotiescunque exceptionem, prima facie concludentem, à iure approbatam repellit, causam exprimere debere. Aufrer. *in additio. ad Capell. Tolos. 479. n. 5.* quemadmodum † in 75
repulsa testium causa exprimi debet, iuxta Bart. doctrinam *in l. Lucius, in fine. ff. de his qui notant. infam.* Decius *consil. 448. num. 29. & consil. 463. col. fin.*

Quæsitum fuit, † an dominus feudi, vti iu- 76
dex recusari possit. Est quæstio valde controuersa, quia fuerunt, qui dixerunt, ipsum recusari non posse, sed stante causa suspicionis, ei esse dandum adiunctum, ex *l. apertissimi,* & ex *authent. ad hæc,* vbi Iaſ. *C. de iudic.* Alij verò asseruerunt, posse ex causa recusari, † quia 77
ordinarius iudex, stante causa potest de iure Canonico recusari *cap. cum speciali, de appellat.* & cùm ius Canonicum deficientibus constitutionibus, priùs sit seruandum in Catalonia, vt sæpiùs dictum est, † poterit dominus 78
ex iusta causa recusari. & hanc sequitur Menoch. *vbi suprà.* Toriotus *in tract. de feud.* Ex quibus dicunt, quòd meliùs facit talis dominus, si in casu allegatæ suspicionis aliquem delegat. quia † licèt suspectus sit in iudican- 79
do, non erit suspectus in delegando, vt tradit Decius alios allegans *in l. prætor. ff. de iurisdict. omn iud.*

Quæritur, † an iudex possit vt suspectus 80
recusari, ex eo quòd dura verba, ac grauissima protulerit contra reum captum.

Respondeo, quòd si iudex interrogando iuridicè

iuridicè reum, ipsóque negante, ad eum terrendum, talia verba protulerit, quòd ex eo non poterit vt suspectus recusari. Parisius *in tract. de syndicat. verbo compositio.c.6.num.2.* faciunt tradita per Felin. *in dicto cap. accedens. num.4.in fine.*
81 † quia in iudice iudicante debet reperiri aliqua superioritas, quæ inducat iustum timorem, & respectum in persona subditi. faciunt tradita per Oldrad. *cons.* 502.
82 † secùs verò, si extraiudicialiter, & vt priuata persona cum verbis acrioribus vexaret, quia tunc, eùm non vt iudex prosequatur, poterit tanquam suspectus remoueri. iuxta tradita per Crauerram *cons.* 23.*num* 6. Capyc. *dec.* 124.iudex † enim non procedendo iudi-
83 cialiter, & iuridicè, tanquam priuatus iudicatur, & non iudicis personam, sed particularis repræsentat.

84 Quæritur, † in qua parte iudicij debeat proponi iudicis suspicio,& recusatio.

Respondeo, quòd statim atque citatus fuit, in prima comparitione, & sic ante omnes exceptiones dilatorias. ita Speculat. *in tit. de suspicio.§. sit autem. num* 3. Paris. *cons.* 31.*n.*94. *lib.*1.Bec.*cons.* 22. *num.* 4. post plures relatos
85 autores. nam aliàs, † si coram iudice quamliber aliam exceptionem proponat, iudicem approbar, & postea eum recusare non pote-
86 rit.*l.ideo.ff.de condict.furtiua* vbi † ex sola exceptionis propositione, iudicem approbare visus est, & ita obseruari asserit Mynsing. *centur.* 4. *obseruat.* 59. adeò quòd, nec alia hte
87 coram eodem iudice introducta, † non posset iudicem prædictum semel approbatum recusare, inter easdem partes. ita Guillermus *in l.eum qui. ff.de constit. pecun.* Roman.*singul.* 145. per text & *ibi* Bart. *in l. hos accusare.§.hoc etiam beneficio.ff.de accusat.*

88 Quæritur vlteriùs, † si vnus habeat duas exceptiones, vnam suspicionis, aliam verò incompetentiæ iudicis, qualem ex his duabus priùs proponere teneatur.

Respondeo, tutius esse, priùs proponere exceptionem incompetentiæ iudicij. iuxta tradita per Bald. *in l.fin.C.de iudic. n.* 5. Felin. *in c. inter monasterium,de re iudic.num.* 5. *in fin.*
89 † concurrere autem simul posse has exceptiones, certum est, cùm ad cōtraria non tendant, sed ad eundemmet finem. iuxta text.*in l contra maiores.C.de inoffic.testam.*& quæ notat Dyn. *in c. nullus, de reg. iur. in* 6. cumulatio
90 † enim actionum admittitur in iure, quoties ad eundem finem tendunt, quia tunc priùs est ius dicendum super incompetentia, quia licèt simul fuerint propositæ, suo tamen ordine censentur decidendæ, iuxta tradita per Bald.*in l.fin.C.de indic.* Tutius tamē erit, quòd
91 † proponens has exceptiones simul, primò de incompetentia declarari instet. iuxta tradita per Bart.*in d.l.fin.C.de iudic.* licèt aliqui velint quòd iunctis simul oppositis præcedere debeat declaratio super incompetentia. moti ex eo, quod dicunt, † quòd in iis quæ simul 92 fiunt, non attenditur ordo prioritatis, vel posterioritatis. ex text. *in l.quidam.ff.de inutilib. stipulat.* & notatur *in* §.*ante haredis Inst.de leg.* Seraphin.*in tract.de priuileg.priuil.* 10. faciunt tradita per Crauet.qui plura cumulat *in cons.* 52.*n.*2. & in terminis † exceptionem contra 93
incompetentiam iudicis oppositam censeri, tradunt Nicolaus Euerard. & Menoch *de præs.lib.*6.*præs.*7.Hic tamen sequere tutiorem partem, & oppone incompetentiæ exceptionem primò.

Sed quæri poterit, † an si reus opposuerit 94
solam exceptionem incompetentiæ, & fuerit declaratus iudex competens, possit opponere exceptionem suspicionis, vel censeatur huic renunciasse.

Respondeo, quòd non, quia † cùm exce- 95
ptio incompetentiæ ex necessitate proponatur, non cēsetur ex illius propositione renunciatum exceptioni suspicionis, † quæ volun- 96
taria est, & sic diuersæ naturæ. iuxta text. *in l.non videtur.ff.de iudic.*vbi attestatur, † quòd 97
actus necessarius, non inducit consensum in iudicem. Innocent *in cap.cum specials.num.*3. *in fine, de appellat* sequitur Speculat. *in titulo de recusat.* §. *sic autem, in fine.* Felin. *in c.inter monasterium. num.* 4. *de re iudic.* & sic † facta 98
declaratione, super incompetentia iudicis, poterit tunc suspicionis exceptionem contra iudicem proponere.

Quæritur vlteriùs, † an si quis compare- 99
rit in iudicio, firmando ius & de iure, in nostro principatu (quod idem est, quod de iudicio sisti, & iudicato soluendo) possit post firmam iuris iudicem suspectum recusare.

Respondeo quòd sic, ex text. *in auth. offeratur.C de litis contest.* & gloss *in c. inter monasterium, verbo subeundo. versic. sed contra, de senten. & re iudic.* & licèt aliqui dicant contrarium, ex text. *in auth. de exhibend. reis.* §. *illud.* tamen, si rectè textus ille perpendatur, contrarium disponit. & sic, † non obstante 100
prædicta iuris firma, poterit iudex vt suspectus recusari. Paris *in tract.de syndic.* similiter constat verbo *suspicio.n.*11. *vers.vnum tamen. cautione de stando syndicatui coram Syndicatorib. ab officiali præstita, non obstante, nequiquam suspicionum viam, si quā contra officiales Syndicatores haberet, ei præclusam remanere.* plures autores hoc asseuerātes refert ex Bald.*in l.Gallus.*§.1. *ff.de liber.& posth.* Innoc. *in dict. c. inter monasterium.de re iudic.* vbi attestatur quòd † licèt 101
quis promiserit iudici sportulas soluere, non ex eo in iudicem consentiret. neque † si cum 102
colliti

collitigante pactus fuerit de reficiendis ſibi expenſis. iuxta text. ſibi cauere petentem *in auth. generaliter. C. de Epiſc. & cler.* Deciſ. Capellæ Toloſan. 181. licèt Immola *in l. quidam conſulebat. ff. de reb. dubijs*, ſic eſſe intelligendum ait, dummodo præſtans cautionem, ſciret, ſe ibi litigare non teneri. quia ſi ignoraret, quoad ius ſibi prædicaſſet, cùm iuris ignorantia quem non excuſet, ex quibus cla-
103 re remanet reſolutũ, † quòd ex comparitione prima, per firmam iuris facta, non cenſetur comparens excluſus ab exceptione ſuſpicionis contra iudicem.

104 Quæritur vlteriùs, † an ſi reus coram iudice comparuerit ſimpliciter, & copiam libelli per actorem oblati petierit, an ex eo cenſeatur renunciaſſe exceptioni recuſationis.

Reſpondeo, quòd non, ex text. *in dicta l. non videtur ff. de iudic.* ſequitur Felin. *in dicto cap. inter monaſterium num.* 7. Maranta *de ordine iudic. diſtinct.* 12. *num.* 5. *in fine, & num.* 7.
105 allegans Socin. & alios, tenentes † ex ſimplici comparitione non cenſeri renunciaſſe quem exceptioni recuſationis iudicis, propter ſuſpicionem. notant ſcribentes *in dicta auth. offeratur. C. de litis conteſtat.* Bart. *in l. vir bonus. ff. iudic. ſolui.* Deciſ. Rotæ in nouiſſimis 779. *fol.* 270. quia Felin. *in dicto cap. inter mo-*
106 *naſterium n.* 9. ait † quòd in dicta comparitio-
107 ne, cùm fiat ex neceſſitate, † nõ conſideratur actus voluntarius ex parte comparentis. & clariùs *in num.* 30. faciunt tradita per Vant. *de nullit. in titulo quibus modis ſententia nulla defendi poſſit, num.* 8.

108 Sed quæri poteſt, † quando dicatur actus voluntarius comparitionis, vel neceſſarius, vt per eius præſtationem intelligatur, an renunciauerit, vel non, exceptioni ſuſpicionis.

109 Reſpondeo † actum neceſſarium dici illum, quem reus fugere non poteſt, veluti petitio copiæ libelli actoris, & ſimiles, vt percipi poſſit intentio illius, vel omnes actus, qui in conſequentiam huius fiunt. veluti, quando conſtituit Procuratorem, cum clauſula de ratihabendo, quidquid per illum geſtum fuerit. iuxta notata etiam de cautione præſtanda per reum, *in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cogantur. & in authentica offeratur. C. de litis conteſtat.* Bart. *in rubr. ff. iudic. ſolui. l. qui proprio. § qui aliena. ff. de procurat. & in l. exigendi.*
110 *C. eod. tit.* Voluntariè † autem reum facere actum dicitur, veluti ſi ipſe, ſiue voluntariè, ſiue iubente iudice, cautionem præſtet, vt ſequeſtrum ſibi liberetur, iudéxque præſtita
111 cautione illud liberet, † tunc actum voluntarium geſſiſſe dicitur, ſibíque præiudicaſſe in dicta exceptione. Afflict. *deciſ.* 171. *num. fin.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucen.* 51. *num.* 3. *cum ſequent. vſque ad num* 17. faciunt tradita per Viuium *in tractat. communium opinio. lib.* 11. *c.* 266. Hieronymus Gabriel, † qui prædicta 112
declarat in terminis huius voluntariæ cautionis, ad neceſſariæ cautionis differentiam, *conſ.* 2. 53. *lib.* 1. ex quibus facilè percipere quis poterit, qualis actus propriè dicatur voluntarius, & quis neceſſarius, vt ex præſtatione illius poſſit decidi, quando voluntariè quis iudicialem actum fecerit, & per conſequens renunciauerit exceptioni ſuſpicionis, contra iudicem proponendæ.

Quæritur vlteriùs, † ſi introducta cauſa 113
per reum, fuerit oppoſita exceptio aliqua dilatoria, & actor contradixerit huic exceptioni, & ſic in declaratione huius exceptionis fuerit iudex proſecutus, non oppoſita per reum exceptione recuſationis, an ex eo cenſeatur renunciaſſe tacitæ prædictæ recuſationi.

Reſpondeo, † quòd non. ita Abb. *in dicto* 114
cap. inter monaſterium, de ſentent. & re iudic. in 6. *oppoſit.* & *ibidem* Felin. *num.* 7. & 13. licèt Felin. *num.* 8. dicat, & bene, quòd tutius eſt quòd per reum proteſtetur de cauſæ proſecutione, † quòd in iudicem non intendit 115
conſentire. iuxta deciſ. Rotæ nouiſſ. 779. in nouiſſimis 1. *parte fol.* 270. Proteſtatio autem hæc † ſaluat illæſum ius ipſius proteſtantis. 116
iuxta tradita per Bart. & communiter ſcribentes *in l. non ſolùm.* §. *morte. ff de noui oper. nunc.* Hæc autem proteſtatio debet fieri in comparitione, dicens, † quòd comparens in 117
iudicem non conſentit, niſi quatenus de iure ſit, non aliàs, vel quatenus rationis ordo poſtulat. vt tradit Bald. *in l fin. C. de iudic. & in l. non videtur. ff eod. & in l. pacta nouiſſima. col.* 3. *C. de pact.* Abb. *in cap. Cumana num.* 9. *de electio.* aliàs enim, † ſi non apponantur illa verba, *ſi* 118
& quatenus de iure, inutilis erit proteſtatio. Ita Innocent. *in cap. Cumana num.* 8. *in fine.* Iaſ. *in dicta l. non ſolùm.* §. *morte, num.* 46. latiùs idem Felin. *in cap cùm M. num.* 66. *de conſtit.* aſſerens, † iudicem poſſe ad vlteriora procedere con- 119
tra aliter proteſtantem, *in dicto c. Cumana*, & *ibi* Innocent.

Sed quæro, † quid ſi lite conteſtata, & in 120
quacunque iudicij parte, poſſit opponi exceptio recuſationis, quo vis ipſa de nouo peruenit ad partis notitiam.

Reſpondeo, † quòd ſic, quia quæ de nouo 121
emergunt, nouo indigent auxilio, probant ex *l. non diſtinguemus*, §. *cùm quidam ff. de arbitris, & in l. prætor. ff. de iuriſdict omn. iud.* tenet hoc Bart. *in l. falſus procurator, in fine C. de fur.* gloſſ. *in l.* 2. *C. de conſort. eiuſdem litis* ſcribentes *in cap. inſinuante, de offic. deleg & in cap* 1. *de iudiciis, & in l. quia poterat. ff. ad Trebell.* Ca-
ſtrenſ.

strens. & Alex. in l.si cùm Cornelius, ff. de solut.
122 quod † & in iudice ordinario procedere, si
cœpta lite noua proueniat causa, docet Ma-
ranta de ord.iudicio.6.parte,dist.9.n.9. Ex iura-
123 mento partis iurantis,† de nouo suspicionis
causam superuenisse creditur. Innocent. &
Alexand. in l.2. in princip.ff.solut.matrim. An-
gel. in l. nemo carcerem. C. de exactio. tribut.
lib.10. Anton. Gabr. lib.2.comm.opin.tit.de iu-
dic. conclus. vltima, num.9. Asin. in sua praxi
§.13. cap.2.limit.4.num.5.
124 Quæritur,† an quod dictum est, quòd ex-
ceptio suspicionis potest proponi, etiam lite
iam contestata, si ipsi de nouo euenerit, ha-
beat locum, solùm quando causa suspicionis
oritur lite iam cœpta, vel etiam si orta fuerit,
& ad notitiam rei non peruenerit.
125 Respondeo, † quòd dicta exceptio regu-
latur à die notitiæ ipsius rei, & sic licèt orta
sit ante litem, si ad notitiam rei citati non
peruenerit, nisi cœpta lite, poterit ex tunc
opponi. ita gloss. in l.error. verbo facti. C. de iuris
& facti ignorant. cum qua communiter idem
sentiunt scribentes. Ias. ibidem num.6. Bart. &
alij. Decius in cap. pastoralis num.18. & Felin.
eodem cap.num.20. de except. & hanc esse com-
munem & receptam sententiam Balb. decis.
40. cent 1. Tiraquell. de pœn. temperan. in præ-
fat.num.25. Couar. pract. quæst.cap.26.num.2.
Asin. in praxi §. 13. cap 2. lim.4.num.4. & in
sublimita.3.num.2. Couar. tamen inquit, com-
munem opinionem hanc esse tutiorem, &
sequendam, quam Felinus præsensit in dicto
cap. insinuante, num 8.9.10. Denunciato pro-
126 cessu, & in causa concluso, quæritur, † an
possit exceptio hæc suspicionis opponi. con-
trouersa fuit quæstio. nam aliqui existima-
runt, non esse admittendam talem exceptio-
127 nem, quia † denunciato processu, exclusa est
omnis probatio, & cùm suspicionis causæ
sint probandæ, meritò dicendum videbatur,
talem exceptionem non esse admittendam.
128 Sed contrarium est tenendum, quòd † quo-
ties suspicionis causa est orta, etiam denun-
ciato processu, etiam si probationes requirat,
erit admittenda, & opponi poterit. quia pro-
bationes, quæ merita præcipua causæ con-
cernunt, sunt exclusæ, non verò aliæ, quæ
respiciunt factum de nouo emergens. quia,
129 vt suprà dictum est, † in his quæ nouiter oc-
currunt, nouo etiam debent fulciri remedio.
& sic, hanc opinionem esse tenendam, atte-
statur Couar. pract. quæstio. cap.26. quam præ-
sensit, & veriorem fuisse attestatur Decius
in cap pastoralis. de exceptio. etiamsi ante con-
130 clusum in causa fuerit orta, dummodo † de
nouo, post causæ conclusionem, fuerit ad
notitiam partis peruenra. ita ex obseruantia
attestatur Mynsing. sing. obseru. Cameræ Impe-
rial. centur 4. obseru.59. Idem attestantur Mar-
silius, & Lap. in cap. iudex, de off. deleg. in 6.
asserentes, † simpliciter, & absque dubio, iu- 131
dicem in causa, etiam in puncto ferendæ sen-
tentiæ, recusari posse, si ad notitiam partis
eo tempore exceptio peruenerit. ex cap. insi-
nuante, vbi scribentes, de off. deleg. in 6.
Quæri potest,† si exceptio hæc suspicio- 132
nis opponatur, an per eundem iudicem sit
declarandum.
Respondeo, quòd de iure communi eli-
guntur arbitri, nominati respectiuè, alter per
iudicem recusatum, alter per partem recu-
santem, & coram his factis probationibus,
ipsi iudicant,† an locus sit exceptioni prædi- 133
ctæ l. apertissimi. C. de indic. cap. cum speciali. de
off. deleg. cap. secundò requiris, de appellat. gloss.
notabilis in l.2. verbo sciatur, in fine. ff. si quis in
ius vocat. non ierit, quam ibidem asserit Ias.
communiter ab omnibus esse approbatam
num.22. Felin in cap. super litteris, num.22. de
rescript. vers. fallit secundò. Couarr. pract. quæst.
cap.26 num.5.
Sed † licèt hoc non sit practicabile, quæri 134
tamen potest, quare iudex recusatus non co-
gnoscit de recusatione, & si fuerit opposita
exceptio incompetentiæ, eam declarat.
Responderi potest, quòd quando agitur
de exceptione recusationis, tunc iudici pro-
hibetur de ea cognoscere, quia † talis exce- 135
ptio directè respicit personam ipsius iudicis.
Felin. in cap. super litteris, de rescript cap. sollicitu-
dinem, num.5. v in eadem gloss in fine, de appel-
lat. & ibi Ioan. Andreas, Innocent. in cap. pru-
dentiam, de off delegat Bart. in dicta l quidam
consulebant ff. de hæredib. instit. Felin. in dicto
cap. inter monasterium, num 4. v. & hanc ratio-
nem, vbi ait, † quòd si iudici de suspicione 136
ipsa liqueret cognoscere, æqualis periculi
gladium, sicuti de principali negotio cogno-
sceret, in manu haberet, nec est diuersa ratio,
(licèt diuersis verbis tradatur,) quam assi-
gnat Panorm. in dicto cap. prudentiam, dicens
† quòd per recusationem iudex prouocatur 137
ad indignationem, ex l. litigatores. ff. de arbit.
est in eadem sententia Decius in cap. super
litteris, post princ. Gail. pract. obseruat. lib.1. ob-
seruat.34. à num.6. cum seq.
Sed quid si iudices hi contrarias fecerint
prouisiones, quid sit agendum quæritur.
Respondetur, quòd tunc debent hi duo
arbitri cogi, vt tertium nominent, & stabitur
sententiæ, cui ipse tertius adhærebit. Ferrar.
in praxi, forma declinan. iurisdict. verbo rationi-
bus & causis, num.3.
Quæritur, † quid dicendum sit de exce- 138
ptionibus, quæ respiciunt solam iudicis per-
sonam, veluti quia contra eum opponatur,
quòd est demens, vel fatuus.

Respon

139 Respondeo, † de his non posse cognosce-
re eundem iudicem, iuxta text. *in l.cùm præ-
tor.ff.de iud.* tenent communiter scribentes *in
cap.super litteris, de rescript.* Felin. *ibidem.n.22.
vers. fallit secundò.* Si verò exceptio opposita
non respiceret iudicis qualitatem, sed solius
140 opponentis, † poterit tunc iudex de ea co-
gnoscere. *l.si quis ex aliena. ff. de iudicijs.* quo-
modocumque enim causæ suspicionum iu-
dicis personam respiciant, tunc iudex solus
non poterit de ea cognoscere, vt tradit Alex.
cons.1.vol.5. post gl. *in l.de iure,verb.prouincia.ff.
ad municip.* Bald. *decis.256.vers.posset in hoc.* Fe-
lin. *in dicto cap.super litteris.* Ias. *in dicta l.2.ff.si
quis in ius vocat.n.10. vsque ad 19.* ex text. *in
l.si præscriptione C.si contra ius,vel vtilit.publicã.*
Quæritur, erat quidam, qui circa suam per-
sonam, aliquam exceptionis causam habe-
bat, illum Papa, vel Princeps delegauit,
141 † an postea possit contra illum opponi
talis exceptio, per quam recusatus rema-
neret.

Respondeo, quòd aut superior sciebat, aut
ignotabat, talem causam habere delegatum.
142 Si † superior id sciebat, & eo sciente ipsi cau-
sam commisit, censetur cum eo dispensasse
illam inhabilitatem. scribentes *in dicta l.qui-
dam consulebant.ff.de hær.inst.* Bart. *ibi n.2.& 12.*
Roman. *consil.217.* Vant. *de nullit. in titulo ex
defectu iurisdict. delegat.n.52.* Aufrer. *in tract.
de recusat.n 41. vsque ad 44.* Blancus *in tract.de
compromiss.quæst.2.n.22.cum pluribus sequent.&
num 66.& 67.* Menoch. *in tract.de præs.lib.2.
143 præs.20 n.7.* ex quibus apparet, † eo casu non
posse recusationem quis contra eum ex dicta
causa opponere, cùm censeatur dispensatus;
quòd si Papa, vel Princeps non scierint ta-
lem defectum, poterit ei opponi. quia
144 † non censebitur dispensatus, & in dubio
cùm factum sit, & non præsumantur, ea quæ
sunt facti, iuxta text. *in l.capti § cum in bello ff.
de captiu.& postlim. reuersis,* non præsumetur,
145 † Principem talem scientiam habere, cùm
cognitio plenè requiratur, vt notat Ias. & alij
in l.Barbarius Philippus.ff.de off.procons. & Alex.
in l.quidam consulebant.ff.de hæred.instit.

146 Quæritur, † an protestatio, quæ fit à reo, ne
iudex ad vlteriora in causa procedat, debeat
fieri in vnoquoque actu, vel an sufficiat
generalis protestatio.

Respondeo, quòd sufficit, quòd fiat gene-
raliter in principio, dicendo, quòd non con-
sentit in iudicem, neque ad aliquem actum,
per eum gerẽdum. quia ipsum sibi habet su-
147 spectum, & quòd † hæc protestatio non so-
lùm habeatur pro facta in hoc loco, verùm
etiam & in quolibet actu particulari, quia
facta hac forma protestatione, censebitur
postea in vnoquoque actu repetita. Indéque
dicunt, ex ea semper fauendam esse à reo.
arg.text. *in l.si fideiussor § si necessaria ff.qui sa-
tisdar. cogantur.* faciunt tradita per Speculat.
in titulo de recusat. § fin autem, n.3. facit gloss.
*in dicto cap.inter monasterium, verbo subeundo, de
sententen.& re iud.* † nisi iam ipse reus, post pro- 148
testationem, aliquid petierit contrarium ipsi
protestationi, quia tunc ab ea recessisse ap-
paret, iuxta text. *in cap. cùm teneamur,* vbi
Francus *2.not.de appellat. e. sollicitudinem n.3.
eod.tit.* Lancell. *de attentat.2.p.c.12.de attentat.
appell.pendente.limitat.4.*

Quæritur vlteriùs, † an contumaci, post- 149
quam ei contumacia est accusata, liceat per-
suspicionum causas proponere contra iudi-
cem, aut ei denegandum esse suspicionis
propositionem, tradit Carauit. *in ritu magnæ
curiæ 219.& 220.n.7.ante finem,* & in contu-
mace minore locum habere, tradit Bart. *in l.si
finita. § si forte. ff. de dam infect.* Hippolyt. de
Marsil. *in l.de vnoquoque. n.235. ff.de re iud.&
n.238.* Ias. *in l.sancimus. C. de iud.* Menoch. *de
arbitr. lib.1.q.36.n.1.* Imò rei conuenti, cun-
ctationem, fugam, moram, dilationem, con-
tumaciam, & frustrationem, litis contestatio-
nis vices fungi, & eosdem effectus produce-
re, inferunt scribentes, ex *l.si eum. § si quis in-
iuriarum ff.si quis caut.* Asin. *in sua prax.§.17.c.6.
n.3.6.7.& in eod §.17.cap 1.n.12.*

Sed quæri potest, † an si causa fuerit de- 150
legata pluribus iudicibus, cũ clausula, quòd
si nõ omnes possint eam decidere, maior pars
eorum eam determinet, si causa suspicionis
contra aliquem proponatur, veniant ad eam
decidendam nominandi arbitri.

Respondeo quòd non, sed tunc cæteri, qui
supersunt, causam suspicionis decident.text.
est elegans *in cap si contra vnum, de offic. de-
legat. in 6.*

Sed quid si pluribus fuerit commissa, cum
clausula, *& cuilibet eorum,* si suspicionis cau-
sa deducatur, † an cæteri possint suspicionis 151
causã terminare. Et licèt aliqui extiterint in
opinione, quòd sic, ex supradicto fundamen-
to, & controuersa fuerit sententia, tamen ve-
riorem sententiam credit esse Couarr. *dicto
cap.26 pract.quæst.* ad electionem arbitrorum
esse deueniendum, vt causam terminent, ex
pluribus fundamentis traditis à dicto Couar.
dicto cap.26.num.5. per totum, quibus libenter
adhæreo.

Illustrissimus Don Ioannes de Moncada
Episcopus Barcinonensis, quandam eo tem-
pore tulit sententiam, à qua per partem gra-
uatam fuit appellatum ad Archiepiscopum
Tarraconen. in quo Archiepiscopatu suc-
cessit dictus don Ioannes de Moncada. quæ-
situm fuit, † an tunc possit dictus Reueren- 152
diss. Archiepiscopus, vt suspectus recusari.

. Respondeo quòd sic. ita Specula. *in tit. de iudice delegat. § superest. n. 14. vers. item si prius, & in §. nunc tractemus, in fine, de appellat.* Butrius *in cap. querelam, super prima gloss. de appellat.* ita Ioann. Baptista Marchesanus *in suo libro commissio. vtriusque signaturæ 2. part. cap. 5. num. 13.*

153 Episcopus,† siue quilibet Prælatus in suæ Ecclesiæ causis, vel suæ familiæ, cognoscere poterunt, nisi recusentur; recusati autem tenentur se abstinere, ita latè Marchesa. *vbi suprà num. 15.*

154 In † causa quadam curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, erat quidam officialis recusatus, & non obstante recusatione, ipse ad vlteriora in causa procedebat; Aduocatus verò ipsius rei recusantis ipsum iudicem, (erat nouus,) in vnaquaque schedula deducebat se insistere in dicta recusationis causa, & ipsum interpellabat, vt nominaret arbitros, ad dirimendam dictam exceptionem; ipse verò super quadam interlocutoria declarauit. fuit quæ-
155 situm à me,† an talis prouisio interlocutoria esset valida, necne.

Respondi hanc quæstionem fuisse decisam *in cap. index, de offic. deleg. in 6.* quo præsupposito attento, recusatio erat in scriptis proposita iudicialiter, iuxta Ruin. *cons. 6. n. 10. vol. 4. & in l fin. C. de iud.* & ipsa legitima erat,
156 † quòd dicta prouisio, & omnia facta à die recusationis erant nulla, iuxta tradita per Roman. *cons 120. n. 7.* quia certum erat, quòd appellando à dicta prouisione, iudex neces-
157 sariò debebat inspicere, † an causæ suspicionum subsisterent, & si non subsistebant, remanebant omnia valida: si subsistebant, nulla erant declaranda. Corneus *cons. 247. num 38. vol. 1.* Ant. Gabriel *lib. 2. commun. opinio. tit. de iud. concl. 5.* Alex. *cons 89. n. 9. vol. 1. lib. 1. in principip* faciunt tradita per Lap. *alleg 1. n. 1.* & per Alex. *cons 89. n 2.* Speculator *in tit. de recusat. §. effectus recusatio.* Ex quibus postea, cùm in curia Metropolitan. causæ recusationum fuerint probatæ, & iuridicè iudicatæ, inde fuit declaratum omnia facta à die dictæ recusationis nulliter facta fuisse.

158 Circa † constitutionem primam hoc titulo, quatenus disponit, quòd iudice delegato, si causæ suspicionum proponantur, illæ debeant coram dicto delegato allegari, & coram arbitris probari, est aduertendum, quòd hæc constitutio in hoc est conformis iuri Canonico, iuxta text. *in c. suspicionis. c. cùm specialis, de offic. deleg.* & contraria iuri ciuili,
159 iuxta quod † causæ suspicionum coram iudice recusato non erant proponendæ, sed coram arbitris *l. apertissimi. C. de iudicijs.* ita Ferr. *in sua praxi in forma declinan. iurisd. verbo rationibus & causis,* nisi sint exceptiones notoriæ, quia in notoriis non tenentur adiri arbitri, sed declarari per abstentionem iudicis, iuxta tradita per Michaëlem Ferrer. *3 p obseru c. 92. n. 4.* Ex quibus clarè constat,† iudicem dele- 160
gatum, tanquam suspectum recusari posse, vt latè tradunt DD. *in c. legitima, de appell. & in cap. suspicionis causa, de offic. deleg. c. apertissimi, de iud.* Specul. *in tit. de iudice deleg § restat fol. 7. & §. excipi fol 9. & in tit. de recusatione fol. 61.* & quod hîc statuitur de iudicibus delegatis, quid in ordinariis sit seruandum, infrà dicemus iuxta *cons. 2. 3. & 10.*

Causæ† recusationum plures referuntur à 161
gl. *in c. 2. verbo subesse, vt lite non contestata.* vbi etiam, † quòd ex leuiori causa recusetur iu- 162
dex, quàm testis. refert plures causas Perusin. *in cap. postremo. n. 8. de appell.* Rebuff. ad Regias constitutiones *tom 3 tract. recus. art. 14.* Beret. *cons. 138. num. 8.* vide text. *in cap. causamque lo 2. de offic. delegat.* Felin. *in cap. postremo. de appell.* Roman. *singulari 247.* DD. *in c. suspiciones, de offic. & potest. iud. deleg. l. apertissimi. C. de iud.* & DD. suprà relatos.

Iudex † consanguineus inimici alterius 163
partis, potest recusari vt suspectus. Perusin. *in cap. postremo col. 4. de appell.* Rebuff. *ad Reg. const. tom. 3. tr. de recusat. art. 14 n. 17. & 20.* Beret. *cons. 138. num. 9* quia † inimicus consanguinei 164
mei dicitur inimicus meus, secundùm Bart. *in l. tutor. § si tutor.* & ibi Alex *in addit ff. de suspect. tutor.* Alex. *cons 99. n. 4. lib. 1. & in l. si ita stipulatus §. Chrysogonus n 21. ff. de verb. oblig.*

Sed quæri potest,† an quis suspectum pos- 165
sit allegare iudicem, qui in vna causa contra eum sententiam protulit.

Respondeo quòd si sententia lata est in causa criminali, & pœna sit pecuniaria, & parua, tunc non poterit talis iudex in alia causa recusari. quia tunc non potest considerari, contractam fuisse inimicitiam, iuxta tradita à Farinac. *tom. 1. de indicijs & tortura, q 49. num. 62. cum sequent.* maximè *num. 69.* Si verò quantitas, ad cuius solutionem fuit condemnatus, magna sit, tunc, † cùm hæc 166
sit in consideratione, orietur quidem inimicitia inter iudicem, & condemnatum, ex tali condemnatione, & sic poterit recusari, quia magna patrimonij pars est in consideratione, respectu condemnati, & inde oritur inimicitia inter eos, multo magis, † si sententia sit 167
continens pœnam corporalem, prout declarat Farin. *vbi suprà. n. 70.* Si verò causa sit ciuilis, & parui præiudicij, tunc cùm non præsumatur oriri inimicitiam, inter iudicem, & condemnatum, † cùm parua quantitas 168
non sit in consideratione, iuxta tradita per Farinac. *vbi suprà,* & licèt ex se asserat *n. 7.* quòd non sibi videtur posse contrahi inimicitiam capitalem inter condemnatum,

seu eius consanguineos, & iudicem, cùm ipsi considerare possint, iudicem personam publicam, superiorem, & necessariam esse, & sic condemnando secundùm merita processus, videatur procedere. tamen non ita sunt homines rationi conformes, quòd quælibet sententia, licèt iustissimè prolata sit, animos condemnati, & suorum, quietos, & pacificos relinquat.

169 Ex prædictis igitur apparet, † iudicem inimicum recusari posse. Sed quoniam inimicitia alia est capitalis, alia ordinaria, quæ inimicitia requiratur, ex quibus causis oriatur,
170 † intra quem gradum extendatur, de effectibus inimicitiæ, quando durare præsumatur, & de plurimis aliis requisitis ad perfectã cognitionem huius materiæ, vide Farinac. *tom. 1. de iudicijs & tortura, q. 49. per totam.* Et
171 quòd † nõ requiratur capitalis inimicitia, sed sufficiat alia, vel quòd reputetur iudex inimicus, est gloss. notabilis *in cap. 2.* & *ibi* Geminian. *de procurat. in 6.* Innocent. *in cap. cùm in ea. de re iudicat.* refert Viuius *decisione 363. num. 3.*

172 Si † iudex est affinis vtriusque partis litigantium, in eodem gradu, an per alteram partem possit, vt suspectus recusari.

Respondent quòd non, ex traditis per Afflict. *in tractatu de iure protimiseos. in rubr. n. 20.* sed ego, non indistinctè hoc accipiendum arbitror; sed cum hoc temperamento, nempe, si aliæ causæ ex supradictis, ad recusandum, non interueniant. nam licèt æquali gradu affinitatis, vel consanguinitatis existant, & sic ratione sanguinis recusari per
173 alterutram partem non possit, tamen, † si aliqua causa intrinsecè familiaritatis, vel alia ex communibus, ex quibus recusari quilibet iudex potest, inter alterum ex consanguineis, & iudicem militet, poterit recusari, cùm tunc desit æqualis ratio consanguinitatis, & vltra eam militet hæc alia.

174 Quæritur, † an recusari possit iudex, si ipse, & aduersarius sunt compatriotæ, & agatur in regione extera. & respondet affirmatiuè, quòd sic Berter. *consil. 138. num. 11.*
175 similiter, † si iudex sit inimicus recèns reconciliatus, potest etiam recusari, vt tradit Perusin. *cap. postremo, de appellat. column. 8. num. 35.* & Berter. *dicto consil. 138. num. 14.*
176 Imò † in reconciliatione de recenti facta, præsumitur animus vlciscendi. arg. text. *in c. 2. 3. q. 5.* quia factum de recenti, non præsumitur factum. gloss. *in clem. ne agro. §. sanè. vers.*
177 *nouitijs, de statu monach.* secus verò † si pax non est firmata de recenti, sed est antiqua, quia tunc non præsumitur inimicitia, sed ex antiquitate pacis omnia censentur quieta esse, & iam contentiones quæ extiterunt, perinde sunt, ac si non extitissent, prout voluit Farinac. *dicto tom. 1. de iudicijs & tortura, q. 49. à num. 109.* vbi cum sequentibus de reconciliatione inter inimicos de nouo facta, vel de antiquo.

Quæritur, † an si iudex sit affinis alterius 178
ex litigantibus, an ex eo suspectus sit alteri parti, & ex eo possit illum recusare.

Respondeo, quòd sic, & quòd talis recusatio est iusta, & subsistens, & ita fuit in nostro Senatu decisum, teste Michaël. Ferret. *3. p. obseruat. cap. 10.*

Quæri † potest vlteriùs, an admod. Illu- 179
stris Cancellarius in causis contentionum, quæ ex sola sua sententia dependent, possit vt suspectus recusari.

Respondeo, quòd sic, ex traditis à Mich. Ferret. *3. p. obseru. cap. 92. per totum*, vbi latè hoc dubium tractat, fundamenta ibi referens, ex quo resolutiuè, quod ibi longa commentatione tractatur, dico, † quòd casu, quo suspi- 180
ciones sunt claræ & notoriæ, veluti consanguinitatis, vel affinitatis, tunc illæ narrantur Excellentissimo Locumtenenti, & eius absentia durante Spectabili Gubernatori, & ipsi illis auditis, & constito de illis, absque probatione aliqua, tertium nominat, vt contentionis causam dirimat. Si † autem aliæ sint 181
suspiciones, cum supplicatione, quæ offertur per eum, qui sibi suspectum habet Cancellarium, Excellentissimo Locumtenenti, vel eo absente, Spectabili Gubernatori, nominatur tertius, ad suspicionum causas probandas: & illis probatis coram tertio electo, per eum fertur declaratio, an dictæ exceptiones locum habeant, vel non, & † an tan- 182
quam suspectus debeat se abstinere ab interuentione causæ principalis contentionis. quæ omnia refert Michaël Ferrer. *dicta 3. p. obseruat. cap. 92. & in cap. 93.* vbi proponitur forma petendi & nominandi tertium in casu prædicto, & *94.* vbi ait, quòd si Cancellarius recusatus decesserit, vel promotus fuerit ad aliã dignitatem, quòd nouus Cancellarius postea prouisus dictam contentionis causam decidet, non verò tertius. quia cùm cessauerit causa nominationis tertij, etiam debebit cessare ipsa nominatio, & per consequens eius iurisdictio ad iudicandum.

Quæritur vlteriùs, † an quando vulgò 183
dicitur quòd Doctor Regiæ audientiæ, qui alicui parti est suspectus, solet se abstinere à causarum decisione, etiam non opposita exceptione per partem, absolutè intelligatur, vel cum aliqua restrictione.

Respondeo, quòd solũ habet locũ abstẽtio voluntaria, quando ipse est suspectus ex causis expressis per cõstitutiones. Mich. Fer. *3. p. c. 513.*
† quia si aliæ proponantur suspiciones, de- 184
bent

bent probari, & super illis prouideri formiter, vt infrà dicetur.

185 Quæsitum vlteriùs fuit, † an proposita iudicis recusatione debeat ipse supersedere in causa, & ad vlteriora non procedere.

Respondeo, quòd sic, aliàs sententia est nulla. ita respondent plures ex Decio *in cap. speciali, de appellat. num. 9.* & cùm hoc dubium euenisset in Regio Consilio, reperi notatum per quendam egregium Senatorem in suis constitutionibus, quòd die 18. Nouembris 1549. ad relationem Magnificorum Bernardi Vilana, & Francisci Gigínta, facto verbo fuit conclusum in fauorem Balthasaris de Monterotando, contra aliquos villæ Ceruariæ, declarando nullam sententiam factam per Assessorem Vicarij de Ceruera, eo quòd, proposita recusatione per Procuratorem rei conuenti, ampliùs non comparentem, iudex ad sententiam proferendam processerat. hãc sententiam sequitur Mier. *ad hanc constitutio. n. 5 mihi pag.* 174 motus ex doctrina glossæ *in c.ap cùm inter Priorem. 5. de exceptio. & in c. quia suspecti 3. q. 7. in gloss. fin.* cùm multoties sequestrentur puellæ ad matrimonium contrahendum, & vt eius voluntas liberè Epi-
186 scopo propaletur, fuit quæsitum, † an talis locus recusari possit, & quomodo suspicio probetur.

Respondeo locum posse vt suspectum recusari, etiam si sit Monasterium. & cùm parui interfit puellæ, an in vno, vel alio loco sequestretur, & iuramento solo illius, qui con-
187 tradicit, suspectus redditur locus † sequestri. ita pluribus fundamentis refert Iacobus Laurentius *in tract. de iudice suspect. c. 13. n. 47. in fin.* ex declaratione Rotæ, de qua *ibi* latiùs.

188 Quæritur vlteriùs, † an si suspectus sit aliquis, & ipse deleget alium, an iste delegatus possit vt suspectus recusari.

Respondeo quòd aut iste delegatus est subditus ipsius delegantis, aut non. Primo casu, si subditus sit, poterit recusari, quia respectu subiectionis censetur vna eadémque persona, ex traditis per Osasc. *cons. 69. n. 16.* Dec. *in c. cùm venissent, de iud* Capyc. *dec. 124. & decis. 137.* Ioan. Franc. Capiblan. *in tract. de iure Baro. pag. 16. n. 56. & 57.* notat Alberic. *in l. est receptum. ff. de iurisd. omn. iud.* vbi Ias. *n. 4.*
189 dicens, † quòd in subdito semper militat timor. Si verò delegatus non sit subditus, tunc etiam quòd superior recusari possit, non poterit suspectus recusari delegatus, iuxta tradita per dictos DD. in dictis locis. Marcus Ant. de Amat. *dec. 14. n. 12.* Menoch. *de retinen. poss. remed. 3. n. 365. & de arbitr. casu 458. n. 19.*

190 Quæsitum fuit, † an vasallus conuentus, ad instantiam domini citatus coram Baiulo ipsius Baronis, possit recusare ipsum Baiulũ.

Fuerunt aliqui in opinione quòd sic, ex supradictis fundamentis, quia videlicet subditus erat ipsi Baroni. Cæterùm de iure Cataloniæ, & obseruantia illius, dicendum est è contrario, cum quadam distinctione, nempe,
quòd † aut agitur contra vasallum ciuiliter, 191
aut criminaliter. Si criminaliter agitur, poterit vasallus, si vult, recusare ipsum Baiulum. quia in causis criminalibus, inter dominum, & vasallum, dominus est suspectus, & per consequens eius Baiulus. Ita Bart. Cast. Alex. & cõmuniter scribẽtes *in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud.* & *ibi* Ias. *n. 8.* Si verò † simus 192
in causa ciuili, quòd dominus à Vasallo petat pecuniarium interesse, tunc absque dubio non erit Baiulus suspectus ipsi vasallo, nec per eum poterit recusari, vt in Vsatico *placitum iudicatum*, & *ibi* Cal. & March. & iidem in Vsat. *placita re.* Iacob. de Monte Iudaic. in Vsat. *omnes homines n. 3.* † dummodo ipse Ba- 193
iulus procedat in causa de Consilio Assessoris, vt notat Ioann. de Socar. *in commemor. Petri Alber. cap. si aliquis, à num. 9. vsque ad 15. pag 450.* Antonius Oliba. *in Vsat. alium námque. cap. 10 num. 21. & 22.*

Quæritur, † si aliquæ suspicionum causæ 194
proponantur, & hæ frustatoriæ, & non subsistentes appareant, & euidenter iniustæ, quid sit fiendum quæritur, an videlicet admitti debeant.

Respondeo, quòd tales suspiciones non sunt admittendæ, imò reiiciendæ veniunt, & † illis spretis, ad vlteriora in causa iudex po- 195
terit procedere, & valebit totus processus. iuxta tradita per Don Ludouic. de Peguera *in sua praxi, titulo quando immunitas Ecclesiæ allegatur, n. 5. mihi fol 162. col. 2. vers. quintò iuuantur.* Natta *cons. 158. n. 7. vol 1.* eo forsan, † quia in notoriis, & manifestis non est ser- 196
uandus ordo iudiciarius. Afin. *in praxi. §. 7. cap. 5 limit 47. n. 5.* quia non est danda discussio litis. Franc. Curt. *in l. fin. § obseruari, n. 6 de iuram. calumn. cap. ad nostram 3. de iureiur* gloss. notab. *in l. 1. C. aduersùs quem.* allegat Afin. *in sua praxi. § 19. cap. 9. num. 2.*

Iuxta dictam constitutionem, an hoc titulo, in illis verbis, *Breument sien elets*, quæsitum fuit, † cùm hæc constitutio expressè non 197
disponat, intra quod tempus hi arbitri sint eligendi, & coram eis causæ suspicionũ proponẽdæ, intra quod tempus hoc fieri debeat.

Respondeo, quòd arbitri prædicti erunt nominandi intra tres dies, à quo fuit suspicio proposita, & nominati arbitri, nec debent
† iudices nominati de iure cõmuni præfigere 198
tempus ad suspiciones probãdas, *c. suspicionis, cum ibi notatis, de off. deleg* sed iudex recusatus, iuxta gl. 1. *in d. c. suspicionis, verbo ab ipso, de off. & potest. iud. deleg in c. legitima suspicionis lo 2.* de

de appell.lib.6. Speculator *de recusat. §.effectus,*
199 *n.32.* intra quod tempus præfixum, † si iudices non declarent, potest iudex recusatus ad vlteriora in causa procedere. ita Ferrar. *in sua praxi, titulo forma declinan. iurisd. verbo iudicem suspectum, n.5.cum seq.* de iure Cataloniæ quid statutum sit, dicam infrà circa constitutionem 2.huius tituli.

200 De † iure communi, à declaratione quæ sit super causa suspicionis, appellare licet, iuxta tradita per Ferrat. *in sua praxi, titulo forma declinan. iurisdict. verbo iudicem suspectum, num.5.* quod secus est de iure Cataloniæ, vt infrà dicam.

201 Quæro vlteriùs, † an fisci Aduocatus, possit in Catalonia, tanquam suspectus, remoueri.

Respondeo quòd quando ipse in causa votum non habet, recusari non potest. cùm autem in Catalonia, in omnibus causis fiscalibus votum habeat, si in eo vltra quòd sit Aduocatus fiscalis, concurrant aliquæ causæ suspicionum, quæ de iure sunt in consideratione, iuxta suprà tradita & infrà tradenda, licèt fuerit controuersum in Regio Consilio, iuxta relata per Nobilem à Pegueta *tom.2.de-*
202 *cis.33.per totum.* tamen decisum fuit, † quòd attento, quòd in Catalonia fisci Aduocatus vtitur, & fungitur duobus officiis, Aduocati scilicet, & iudicis, & habet votum decisiuũ, quod cõnumeratur in numero aliorum Do-
203 ctorum, conclusum fuit, † quòd in quantum fungitur iudicis officio, possit allegari suspectus, & sic quòd potest remoueri, ne votum habeat in causa, sed alius nominetur ad causam decidendam, ne ius domini Regis fiat deterius, & ne decidatur causa, sine voto
204 fisci Aduocati. quatenus † verò fungitur officio Aduocati, non potest allegari suspectus, & sic poterit interesse lecturę processus, schedulas, & supplicationes firmare, & non solùm interesse posse tempore quo processus legitur, verùm etiam, & quando causa vouetur. Idem fuit declaratum 1. Septembr. 1535. in causa Gaspatis N. scribæ maioris domus deputationis in carceribus Regiis detenti, qui suspectum sibi allegauit Magnificum Franciscum Castello fisci Aduocatum, & fuit prouisum, quòd non interueniret tanquam particularis Doctor Regiæ audientiæ.

Constitutione secunda huius tituli dispo-
205 situm est, † quòd quoties suspicionum causæ proponentur contra aliquem ex Magnificis Regiæ audientiæ Doctoribus, quòd illæ debeat proponi intra tres dies, postquam comparuit in causa, coram Præsidente, hoc est, cum supplicatione, cùm omnes dirigãtur ad
206 Excellentissimum, & † quòd dictæ recusationes debeant notificari parti aduersæ, eadem die, qua fuerint propositæ, quibus actor teneatur respondere sequenti die, ita vt intra octo dies, immediatè sequentes, † Præses, vnà 207 cum Consilio teneatur super dictis suspicionibus declarare. à qua prouisione non licet supplicare. hoc tamen prouiso, quòd ille qui fuit recusatus, non sit præsens, dum de suspicionibus in Consilio disputatur, & quòd dispositio dictæ constitutionis, ad vnguem seruetur, in omnibus causis suspicionum, contra quemlibet Doctorem Regiæ audientiæ.

Quæsitum fuit, † an tertius comparens 208 pro suo interesse in causa, possit iudicem suspectum sibi recusare.

Respondeo, quòd vbi iste tertius ius habet ad causam, summariè ostendens de iure suo ad causam, poterit iudicem sibi suspectum recusare, iuxta tradita per Abbat. *in cap.cùm super, de offic.deleg.* sequitur Corrad. *in suis singularibus.*

Quæritur vlteriùs, † an exceptio suspi- 209 cionis semper sit proponenda intra tres dies, à die comparitionis, vel licitum sit vltrà.

Respondeo quòd hæc constitutio loquitur de suspicionibus, quæ vigent eo tempore, & de quibus habet notitiam pars, quæ vult opponere. nam † de his, de quibus est inscius, 210 non poterit. & sic à die scientiæ computatur tempus, ad proponendam talem recusationem, iuxta text. *in cap.insinuante, de offic.deleg.* & iam suprà dictum est. & ita reperio fuisse obseruatum in Regio Consilio die 7. Octobris 1524. in causa Dionysæ de Montpalau contra viduam Lo.

Circa illa verba constitutionis, *dins tres dies comptados del' die de la comparitio,* fuit dubium, † an isti dies computentur à die, quo 211 realiter comparet, vel à die, quo comparere tenebatur. & cùm hoc dubium in Consilio euenisset, fuit conclusum, quòd computentur à die realis comparitionis, & non à die quo debebat comparere: & ita fuit conclusum in Regio Consilio die 14. Octobt. 1535. in causa viduæ Rosanes contra Staper, & alios. Idem fuit declaratum in causa viduæ Rosanes contra Magnificum Salauardenya, qui fuerat Aduocatus hominum termini de Castellat.

Circa illa verba, *dins vuit dies*, quæsitum fuit, † an iste terminus sit præcisus, & peremptorius, & an si pars vlteriùs alios testes ministrare voluerit, sit ei cõcedenda dilatio alia. 212

Respondeo, quòd ex obseruantia Regij Consilij, poterit dari alius terminus, duorum aut trium dierum. & ita fuit conclusum in eodem Consilio die 27. Iunij 1527. in causa Gasparis Bigues, quod inueni notatum manuscriptum per quendam egregium Senatorum in suis constitutionibus ad dicta verba.

Sed

213 Sed quid, † si ad probandas causas suspicionum, pars quæ opposuit, dicat se habere testes ministrandos alibi, & petat litteras compulsorias, an sint ei dandæ. & fuit decisum per Regium Consilium, quòd non darentur litteræ compulsoriæ die 15. Nouembris 1555. in suspicionibus allegatis per Vicecomitem de Euol, & Vicecomitem de Illa, & postea in causa suspicionum allegatarum per Hieronymum in causa quæ ipse ducebat contra pupillos Agullanas.

214 Quæsitum fuit, † an iudex possit compelli respondere suspicionibus, contra illum propositis medio iuramento, illas aduerando, vel negando. Et prætermissis pluribus, hinc inde deductis, respondendum est, posse compelli medio iuramento respondere, ex traditis per Ioann. Andr. & Innoc. *in cap. 2. de ord. cognit. n. 19.* Dominicum *in cap. iudex, de off. deleg. in 6.* plures allegat Specula. *in tit. de recusat § fin.* Francus *in cap. cum speciali, q. 7. de appell.* & ab hac resolutione non esse recedendum asserit Thesaur. *decis. Pedemon. 6. n. 2.* ex text. *in auth. sed nouo iure. C. de pœna iudicis qui malè iud.* & ex doctrina Franci *vbi suprà*, as-

215 serentis, † quòd Doctores asserentes, quòd iudex non tenetur respondere iurando, intelligi debent, quando adhuc non sunt nominati iudices arbitri, vel in nostra praxi causa suspicionum non est commissa ad declarandum. quia tunc adhuc fungitur partes iudicis; secus verò est, quando causa est commissa, vel iudices sunt nominati, quia tunc iam non fungitur vices iudicis, sed restis.

216 Quæritur vlteriùs, † an minor testituatur ad huiusmodi suspiciones proponendas. hâc dubitationem tradit Couarr. *pract. quæst. c. 26. n. 4.* referens plura argumenta, ex quibus videtur probari opinio negatiua, videlicet, quòd minor non restituatur, quia in modicis præiudiciis non solent minores restitui. Cæterùm post longam commentationem, ait, in Granatensi Prætorio plures minores fuisse admissos, ad opponendum prædictas recusationes. quia durum est, coram iudice suspecto litigare, & quòd hæc ratio non potest dici parui præiudicij, respectu ipsius minoris. prout considerauit Ioan. Mauri. *in tract. de in integr. restit. c. 153.* ex *l. apertissimi. C. de iudic.* afferens dictus Couarr. hanc opinionem esse receptiorem ptima, & sic sequendam.

217 Quæritur, † an, & quomodo iudices tabulæ si recusati sint, debeat recusatio admitti, & causa recusationis declarari.

Respondeo, quòd si iudices tabulæ sint vt suspecti recusati, & causis legitimis ad recusandum, quòd tunc est seruanda forma statuta in pragmatica prima, sub titulo *de recu-*

218 *sat. de tots iutges.* vbi forma datur, quòd † si vnus ex tribus iudicibus tabulæ, fuerit vt suspectus recusatus, tunc superstites duo cognoscant, an locum habeant recusationes propositæ. Si duo ex tribus iudicibus recusentur, tunc tertius, qui superest, facit quòd pro parte iudicum recusatorum, & partis recusantis, arbitri nominentur, qui vnà cum iudice superstite, causam suspicionum dirimat. Si verò suspicio contra omnes iudices proponatur, tunc tales suspiciones non admittantur. quia, inquit dicta pragmatica, non est verosimile, quòd omnes sint suspecti. Mier. *in constit. Reg. Iacobi. col. 4. cap. 7. de tabula, mihi fol. 188. num. 124.*

Sed quid erit dicendum † in iudice appellationum, à sententiis latis per iudices tabulæ, an talis recusari possit, & qua forma in recusatione illius sit procedendum. 219

Respondeo ex pragmatica 2. *sub tit. de recus. omn. iud.* vbi disponitur, quòd stante causa legitima suspicionum, proponetur similiter ipsa suspicio, & ea proposita iudices nominabuntur respectiuè per partes, qui causam suspicionum declarabunt locum habere, vel non habere. & declarata causa, si reperiatur quod subsistit, tunc, vel per dominum Regem nominabitur alius iudex, vel per eundem iudicem causarum appellationum (qui nostro sermone appellatur *iutge de appells.*) alius iudex in eius locum, non suspectus partibus, nominabitur.

Quæritur, † quando arbitri nominati, inter se discordantes, debent nominare tertium, qui adhæreat alterutrius sententiæ, si ipsi inter se non concordent de nominando tertio, quid sit agendum. 220

Respondeo, quòd non concordantibus arbitris, in dicti tertij nominatione facienda, tunc debet adiri superior, vt tertium nominet, iuxta tradita per Specula. *in tit. de recusatione § effectus. n. 7.* licèt ipse dicat quòd iudex recusatus poterit ad vlteriora procedere: sed tutior est prima resolutio, quòd superior adeatur, vt ipse tertium nominet, quæ pluribus fundamentis confirmatur à dicto Speculatore *vbi suprà.*

Si causa committatur alicui appellatione remota, † an possit eo casu recusari iudex. 221

Respondeo quòd ex leuibus causis non poterit recusari, benè tamen, si causæ suspicionis sint vrgentes, iuxta notata per Specula. *in tit. de recusat. §. recusari. n. 4.* quia † appellatione sublata, solùm intelligitur de friuola, Bart. *in l. 1. §. interdum. ff. à quibus appellare non licet cap. vt debitus, de appellat.* Ripa *in cap. 1. num. 3. de rescript. cap. dilecti, de appell.* recusatio autem, & appellatio, de pati procedunt, & æquiparantur, *cap. super, de appellat.* Lancellot. *de attenta post recusat. iud. num. 8.* 222

&

& ſeq. vnde cùm appellatione remota, non intelligatur de vera, & teali, ſed de friuola,
223 † ita etiam non cenſebitur ſublata recuſatio, ex graui cauſa, niſi de friuola. faciunt tradita per Andr. Gail. *pract. obſeru. lib. 1. quaſt. 33. num. 5.* qui in hac etiam reſidet ſententia. idem ſi fuerit commiſſa, recuſatione remota, quia non cenſentur excluſæ cauſæ. Marcheſanus *commiſſio. vtriuſque ſignaturæ 2. part. cap. 5. à num. 19.*
224 Quæritur vlterius, † an iudex poſſit ſe abſtinere à cauſæ ſententia poſtquam cauſam acceptauit, quæ ſibi voluntariè fuit commiſſa.

Reſpondeo, quòd voluntariè non poteſt, ex eo quòd eſt iudex neceſſarius, & ſic cogitur votum ſuum etiam inuitus dare. gloſſ. *in l. 2. C. de proximis ſacr. ſcrin. lib. 12.* Imò iu-
225 dicandi munus adeò eſt neceſſarium, † vt non poſſint Regij Senatores, quouis prætextu ſe abſtinere à cauſarum interuentione, quin priùs ius dictum fuerit ſuper recuſatione. Si verò ipſe Regius Senator, vel alius quilibet iudex neceſſarius, in foro ſuæ conſcientiæ ſentiat ſe grauatum de interuentione alicuius cauſæ, debet adire excellentiſſimum Locumtenentem, vel ſuperiorem ſuum, qui eum iudicem conſtituit, & ipſi conſcientiam ſuam manifeſtare, ſine ſpecificatione ſpecifica ipſius cauſæ, & eo permittente poterit ſe abſtinere. quia iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſit. *l. iudicium ſoluitur ff. de iudicijs.* Si verò præſes certioratus per iudicem, nolit adhærere ipſius aſſertio-
226 ni, † neceſſariò debebit votare, & ſuam conſcientiam exonerare. iuxta tradita per Couarr. *lib. 1. variar. cap. 1. per totum.*
227 Quæritur, † an ſit aliqua differentia inter exceptionem, quæ opponitur ratione incompetentiæ, ab ea quæ opponitur ratione recuſationis.

Reſpondeo quòd ſic, quia in exceptione incompetentiæ, ipſe iudex de ea cognoſcit, quia nòn agitur de honore ipſius; ſe-
228 cus verò, † vbi opponitur exceptio recuſationis. quia tunc ligantur manus iudicis recuſati ad arbitros nominandos, vt *in l. apertiſſimi. C. de iudic. cap. ſuſpicionis, de off. deleg. cap. cum ſpeciali, cap. ſecundò requiris. §. fin. de appell.* & ſuprà iam diximus, eo quòd fama ipſius læditur, & ideo non cognoſcit. argum. *l. perfectis ff. de minor.*
229 Quæritur vlterius, † quomodo proponantur recuſationes contra Regium Senatorem, ex eo quòd aliquam conſtitutionem violauit.

Reſpondeo, quòd tunc ſunt proponendæ, cum ſupplicatione, quæ offerri debet Excellentiſſimo Locumtenenti generali, narrando factum, & hæc ſupplicatio debet ſubſcribi per Aduocatum, vel per eandem partem, cuius intereſſe agitur. ita fuit diſpoſitum *in conſtit. 16. ſub tit. de obſer. conſtit.*

Quæſitum fuit, † an iudex, qui eſt compa- 230
ter alicuius ex litigantibus, poſſit vt ſuſpectus recuſari per alium colligitantem. hoc dubium euenit, & die 13. Septembris 1616.
iunctis tribus aulis fuit deciſum, † quòd iu- 231
dex, qui eſt compater alterius partis, vel Procuratoris illius, per aliam partem poteſt recuſari. Iaſ. *in l. apertiſſimi num. 7. verſ. ſexta cauſa eſt. C. de iudicijs.* ita refert Ioannes Baptiſta Marcheſanus *in ſuo tractatu commiſſionum vtriuſque ſignaturæ 2. parte cap. 5. à num. 33.* Sed ſi non opponatur, non eſt cauſa ſufficiens ad hoc vt iudex ſe abſtineat à deciſione & voto dictæ cauſæ, vt ſuſpectus. moti fuerunt ex traditis per Cabedo *deciſ. 20. 1. parte.* quod dubium fuit ſuſcitatum, ex eo quòd Magnificus Hieronymus Seniuſt de Regio Conſilio, erat compater Ioannis Guiot Paſſamanerij, qui litem ducebat ad eius relationem contra Iacobum Monſettat, loci de Sancta Fe, Villæfrancæ de Panades. ſcriba cauſæ
Tio; & ſic fuit determinatum, † quòd dictus 232
Magnificus Hieronymus Seniuſt decideret cauſam, & ab illius deciſione non ſe abſtineret, & ſic in ea ſententiam protulit, de qua mentio fit *in cap. de executio. cenſual. & violat. infrà.*

Quæritur vlteriùs, † an qui fuit Aduocatus 233
alicuius, ſit ſuſpectus tanquam iudex in alia cauſa, in qua eſt actor, vel reus ille, cuius erat priùs Aduocatus ipſe iudex, licèt cauſa ſit diuerſa.

Reſpondeo, quòd ſi ipſe fuerit Aduocatus vniuerſarum cauſarum, tunc erit proculdubio ſuſpectus, ratione illius particularis cauſæ, & ita fuit deciſum in Regia audientia die 3. Decembris 1609. vt refert Deſpeijol in repertorio ad Mietes *verbo Aduocatus, pag. 6. col. 2.* maximè ſi inter eos lis fuerit tractata de toto patrimonio, vel maiori parte illius,
quia † quoties de toto patrimonio diſputa- 234
tur, dicitur inferri iniuriam in perſonam, vt ex mente Bartoli *in l. teſtium. ff. de teſtibus,* tradit Aſin. *in ſua praxi, in princ. cap. 6. num. 13. & 14.* & ratione † inimicitiæ, quæ oritur ex 235
dicta cauſa, iudex poteſt repelli. iuxta tradita per Farinac. *tom. 1. quaſt. 49. num. 73. & maximè 75. verſ. & præmiſſis,* & nos quodammodo tetigimus ſuprà in recuſatione ex cauſa
inimicitiæ, quia † ex leuiori cauſa recuſatur 236
iudex, quàm teſtis, gloſſ. *in cap. 2. verbo ſubeſſe, vt lite non conteſt.* Rebuff. *ad conſtitut. Regias. tit. de recuſ. art. 14.* Beretus *conſil. 138.*

Quæritur vlterius, † an arbitri nominati 237
poſſint compelli, ad ſuſcipiendum iudicium.

Respondeo quòd sic, quia licèt non cogatur quis arbitrium suscipere, intelligitur de arbitrio voluntario, quod per partes defertur, & hoc recusari potest. *l.3.§.1.ff de arbitris.* in casu autem horum arbitrorum, hoc
238 † arbitrium legale appellatur, & sic recusari non potest per iudices nominatos. imò ipsi compelli possunt per superiorem, vt tenet gloss. *in cap suspicionis 39. verbo, ad quos*, vbi latè hunc articulum resolutum tradit.

Constitutione 4. huius tituli cauetur,
239 † quòd pro recusato iudice habeatur ille, cuius filius, aut gener, est Aduocatus alterius ex litigantibus; non è contrario, videlicet quòd pater, vel soror essent Aduocati, & filius, vel gener essent iudices. quod cautiùs disponitur *in constit.8.huius tituli.* vbi ordinatur quòd filius, aut gener alicuius iudicis ad partis instantiam teneatur iurare in posse antiquioris Doctoris Regij Consilij in eius præsentia, ac cæterorum Senatorum, an in causa quæ ducitur, suum votum palàm, seu secretè dedit, directè, vel indirectè, & quòd talis iuramenti præstatio in processu continuetur. & quòd si Aduocatus est infimus, accedat aliquis Regius Senator ad iuramentum capiendum, qui partibus non sit suspectus, & quòd si Aduocatus falsò iurauit, priuetur in perpetuum ab aduocatione. quod intelligendum est, nisi pars, cuius est interesse, contentatetur quòd non obstante hac suspicionis causa interueniret. & quotidie experimur, quòd partes confidentes de aliquorum iudicum integritate, non obstante quòd adsint suspiciones, contentantur.
240 quòd † voueant in causis, faciunt tradita per Ias. & Ripam *in l.1.§.sublata, ff.ad Trebell.* faciunt notata per Portolès ad Molin. *verbo Aduocatus, num.82.& seq.*

Constitutione 6. huius tituli dispositum
241 est, † quòd totum Consilium non possit pro suspecto recusari. in qua constitutione manu grauissimi cuiusdam Senatoris Regij teperi notatum in Regio Consilio decisum
242 fuisse, † quòd Regium Consilium residebat penes duos Regios Senatores, & quòd ratio, propter quam totum integrum Consilium
243 recusari non potest, est, † quia præsumitur talis recusatio, dolosè opposita, & sic repellenda. iuxta notata per Abbat. *in cap.1.de iudic.* & per Menoch *consil.94.per totum vol.1.*

Quæsitum fuit, iuxta dispositionem dictæ cõstitutionis 4. hoc titulo, quatenus disponit, totum integrum Consilium non pos-
244 se recusari vt suspectũ, † an locum habeat respectu totius integri Consilij, iunctis nempe
245 tribus aulis, † an verò intelligatur etiam verbum illud *Consilium*, respectu vniuscuiusque aulæ de per se, videlicet, an tota integra aula admod. Reuerendi Cancellarij, vel Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, possit vt suspecta recusari. & cùm hoc dubium euenisset in Regio Consilio, fuit determinatum, † quòd omnes Doctores vnius aulæ, 246
non possunt dici totum integrum Consilium, & sic, † quòd tota vna aula integra, vt 247
suspecta poterat recusari. & sic fuit bis conclusum, nempe die 18. & die 21. mensis Decembris anni 1606. in causa quæ vertebatur in Regia audientia, inter Nobiles domnam Hippolytam, & domnam Elizabethã de Sémenat, contra Abbatem de Camprodon, in qua causa inter dictos, & in causa interdictas Nobiles de Semmenat, & Nobiles Pupillos Doms, erant suspecti omnes Doctores de aula admod. Reuerendi Cancellarij.

Quæritur, an † omnes Consiliarij, seu iu- 248
dices de vno gremio possint recusari.

Respondeo, quòd si indiuiduatim nominentur propriis nominibus, quòd recusari poterunt, de iure communi. ita Albericus *in l. apertissimi. C. de iudic.* refert Bobadilla *in sua politica, tom.2. lib.3. c.8. à num.110.* vbi expressè refert, & declarat, † quæ sit differentia in re- 249
cusatione generali, & specifica, seu indiuidua, & quousque, & qua forma recusatio hæc proponatur, licèt prædicta doctrina non possit in Catalonia practicari, cùm, vt suprà dictum est, integrum Consilium recusari non possit, & sic neque per indirectum.

Cùm totum Consilium, ex dicta constitutione vt suspectum non possit recusari, dubitatum fuit, † an si caput illius sit suspectum, 250
veluti quòd Excellentiss. Locumtenens sit consanguineus, inter gradus à iure prohibitos alicuius ex litigantibus, tunc ob suspicionem capitis superioris, possit totum Consilium, vt suspectum recusari.

Respondeo quòd non, & sic fuit declaratum in Regia audientia die 5. Septembris 1616. in causa, quam Excellentissimus Admiratus Castellæ ducit ad relationem Magnifici Hieronymi Seniust. scriba causę olim Simone Font, & postea Paysa Notario, contra Spectabilem Marchionem de Aytona, circa Vicecomitatus de Cabrera, & Bas, & Comitatum de Ossona. namque cùm petuenisset Excellentissimus Don Franciscus Ferdinandez de la Cueua, Dux de Alburquerque, Locumtenens generalis, qui erat nuprus cum Excellentissima Donyana Henriquez de Cabrera, sorore Excellentissimi Admiratus prædicti, indéque Marchio de Aytona allegasset cum diuersis supplicationibus, per eum oblatis, die 13. Maij 1616. & alia 25. dictorum, & alia 7. Iunij 1616. & alia 28. eiusdem, & alia 5. Septembris 1616. ipsum Excellentissimum Locumtenentem Ducem de Albut

Alburquerque sibi dicto Spectabili Mar-
251 chioni esse suspectum, † ratione consanguinitatis cum dicto Excellentissimo Admirato Castellæ, perindéque capite suspecto ipsius Regij Consilij, totum Consilium suspectum etiam esse. Et vlteriùs fuisset prætensum, per dictum Spectabilem Marchionem de Aytona, hunc casum suspicionum non comprehendi in constitutionibus loquentibus de re-
252 cusatione, † & suspicionibus Magnificorum iudicum Regiæ audientiæ, & sic tanquam in casu omisso per constitutiones, esse recurrendum ad dispositionem iuris communis, ex quo veniebat necessariò dicendum, arbitros per Regium Consilium, seu per Excellentissimum Admiratum, & Spectabilem Marchionem esse eligendos ad dictas suspicionum causas decidendas, tam respectu dicti Excellentissimi Ducis de Alburquerque, Locumtenentis Generalis, quàm Regij Consilij. & licèt hæc omnia circa dictas suspiciones fuissent prætensa per dictum Spectabilem Marchionem; prædictis tamen non obstantibus per Nobilem Petrum Soler antiquiorem, ex deliberatione Regiæ audientiæ, die 5. Septembris 1616. fuit conclusum, quòd procedatur in causa, excluso tamen à tractatu dictæ causæ, dicto Excellentissimo Duce de Alburquerque, Locumtenente & Capitaneo generali.

253 Cùm supradictũ sit, † quòd Regius Cancellarius, & Senatores possint per partem recusari, & quòd suspicionum causæ sint decidendæ coram Excellentissimo Locumtenente generali, iuxta supradicta; est etiam circa propositiones talium suspicionum aduertendum, constitutione septima huiusmet tituli disponi quòd prædictæ supplicationes admittantur dummodo sint firmatę per eandem partem, quæ recusationes opponit, vel per aliam personam, pro ea, si pars principalis litigans scribere nesciat, dũmodo ille qui pro alio subscribit, sit persona cognita. & sic non requiritur, quòd talis supplicatio subscripta sit per Aduocatum. iuxta quam constitutio-
254 nem quæsitum fuit, † an possit subscribi talis supplicatio per Procuratorem partis opponentis recusationes. & fuit resolutum, quòd talis supplicatio non firmetur per Procuratorem, habentem etiam ad hoc speciale mandatum recusandi iudices, & exceptiones recusationum proponendas. & ita fuit declaratum in Regia audientia in causa Excellentissimi Admiratus Neapolis, contra Abbarissam de Valbona. In qua fuerat recusatus Magnificus Ruisec, & firmauerat Ioannes Canyeles Procurator dicti Admiratus, & non fuit supplicatio suspicionum admis-
255 sa, donec fuit supplicatio firmata per Aduocatos. quia pars principalis, nempe Admiratus, erat absens die 2. Augusti 1563. scriba causæ Viladamor.

Inimicitiam esse legitimam causam recusationis suprà dictum est, quæritur nunc, † quousque inimicitia se extendat. 256

Respondeo, quòd licèt appareat, quòd inimicitia contracta cum vno de familia, tangat omnes de familia, iuxta text. *in l. lex Cornelia*, vbi notat Bart. *ff. de iniur.* Bald. *in l. vnic. num. 1. & 6. C. si quacunque præditus potestate. §. si vasallus, lo 1. si de feudo fuerit controuersia.* Felin. *in cap. repellantur num. 4. & in cap. cùm P. Manconella, in princ. de accusat.* Alex. *cons. 24. num. 25. vol. 1.* Mascard. *conclus. 68. num. 4.* prædicta tamen inimicitia intelligi debet, vsque ad quartum gradum, ex notatis per Bald. *in dicto §. si vasallus, circa finem*, quem sequitur Felin. *in dicto cap. repellantur num. 4. & in dicto cap. cum P. in princip.* Grammat. *dicto cons. 12. num. 4.*

Quæritur nunc, † quo iure computatio 257 graduum sit hoc casu (quando agitur de inimicitia) fienda, an de iure Canonico, an verò de iure ciuili circa affinitatem, vel consanguinitatem.

Respondeo, quòd computatio est fienda hoc casu, iuxta computationem iuris ciuilis, quia † computatio graduum iuxta ius Ca- 258 nonicum, solùm attenditur in causis matrimonialibus. in aliis verò causis ius ciuile attenditur etiam in terris Ecclesiæ, *cap. ad sedem § nos verò 3. q. 1. quæst. 5.* gloss. *in l. Iurisconsultus verbo, idem liberi, de gradib. & affin.* Angel. *in princip. instit. de gradibus cog.* Nicolaus de Vbaldo *in tract. de successio. ab intestat. 3. parte num. 11. in fine.* Iaf. *in l. fin. num. 2. vers. tertia differentia. C. de successorio edict.* Benedict. *in cap. Rainutius, verbo, & vxorem nomine Adelasiam. prælud. 3. num. 86. & 87.* Beroius *cons. 95. n. 3. volum. 2.* Couarr. *in epitom. de sponsali. 2. parte cap. 6. num. 8.* Ruin. *cons. 32. num. 1. versiculo, & hoc confirmatur. num. 3.*

In actu † visuræ solent per partes nomi- 259 nari respectiuè proceres ad visuram faciendam, qui arbitratores nominantur, iuxta tradita per Innocent. *in cap. Quintauallis, num. 5.* quem omnes sequuntur. *de iureiurand. & ibi* Abb. *num. 7.* & Innoc. *num. sequent.* & DD. & omnes *in l. societatem §. arbitrorum ff. pro socio.* gloss. *in l. hac edictali. § is illud. C. de secund. nupt. & ibi* Bald. *n. 3.* Bart. *in l. si quis arbitratu, in fine num. 7. de verb. oblig.* fuit quæsitum, † an isti 260 possint vt suspecti recusari.

Respondi quòd sic, ex traditis per Bart. *in l. Theopompus num 11. ff. de dote præleg.* Marian. Socin. *de citat. art. 7. num. 42. vers. trigesimo octauo.* Felin. *in cap. quia iudicante, de præscript. in princ.* Iaf. *in §. quædam, num. 79. instit. de verb. oblig.*

ol lig. vbi Angel. *num.*1. Lupus *de vsur.n.*152. Barbat. *in cap. super qu.-stionum, n.*40. *de offic. delegat.* & iuxta hanc sententiam, quòd vt suspecti recusari possint, in prima & secunda instantia fuisse decisum, refert Don Garcia Mestrillo *decis.*91.*Regni Siciliæ tom.*1.

Iuxta constitutionem 9. qua statuitur, posse recusari patres in causis, in quibus filij fuerunt Aduocati, & alij, de quibus in dicta constitutione exprimitur, quæsitum fuit,
261 † an sit idem dicendum in Assessoribus, videlicet, an si aliquis fuerit Assessor in aliqua causa, possit postea recusari respectu alterius causæ. Et fuit responsum quòd non, in Regia audientia, in causa quæ in ea vertebatur, suspicionum allegatarum pro parte spectabilis Marchionis de Aytona, contra Magnificum Ioannem Amell, in aula admod. Reuerendi Cancellarij die 14 Februarij 1578.

Circa dictam constit. 9. in verbis illis, *Extenent per cunyats marits de dues Germanes,*
262 quæritur, † an isti dicantur affines.

Respondetur quòd non dicuntur affines primi generis affinitatis, quia hæc affinitas non contrahitur, nisi inter virum & consanguineos viri, & ideo duo mariti duarum sororum penitus dicuntur duo extranei, & propriè affines non dicuntur, cùm quotidie
263 experiamur † quòd duo fratres nubunt duabus sororibus, & pater & filius licitè contrahunt cum matre & filia. *cap quod super his.de consanguin.& affinit.* faciunt tradita per Viuium *decis.*400.*num.*12.

264 Quæsitum fuit, † an de iure communi in causa, in qua pater est iudex, & filius Aduocatus, vel econtra, possit iudex vt suspectus recusari. Et licèt sint aliqui, qui affirmatiuam tenent sententiam, negatiua tamē verior est, vt asserit Alexandrinus *in cap. ex insinuatione num.*4 *&* 5 & *ibi* Franc. *num.* 1. in tertio notabili, post gloss. *ibidem, verbo Aduocatus, de appellat.* nam non est verosimile, quòd iudex commoueatur ad malè iudicandum, ex eo solo quòd eius pater, vel consanguineus, sit Aduocatus in causa. quia tunc pater non prætendit interesse, & ita cùm cesset ratio, propter quam alter occasione alterius recusati possit, non poterit filius, vt suspectus recusari. Francus *in cap. postremo. num.* 19. *de appellat.* Marant *de ord.iudic.tit. de appellat. n.*55. & alij relati per Portoles ad Molin. § *Aduocatus à num.*83.*cum seqq.*

265 Quæsitum fuit, † an quilibet Procurator possit iudicem recusare.

Respondeo quòd non, nisi habeat speciale mandatum ad recusationes proponendas. Roland. à Valle *cons.*19.*num.*1.*&* 2. *vol.*1.*cap. causam quæ, de electio.* Felin. *in cap.* 1.*vt lite non contest.l.si procuratorem.ff.de condict.indeb* Ioan. Baptist. Marchesa. *libro commissio. vtriusque signatura.* 2.*parte cap.*5 *à num.*28.

Familiaritatis causa † an possit iudex recusari. 266

Respondeo quòd non, si familiaritas non est intrinseca. ita Abb. *in cap. accedens lo* 2. *num.*8. *vt lite non contest.* Philipp. *in cap. causam quæ num.*21. *de appellat.* secus verò si magna sit familiaritas quæ multoties excedit iura sanguinis. tunc enim recusari potest, iuxta tradita per Abbat. *vbi suprà.* Felinum Franc. Cardin & Alex. *in cap.postremo, de appellat.* Aufrerium *in tract.de recusat.§.vnico,per totum.*

CAPVT III.

De citationibus & inhibitionibus: de intimis, & earum relationibus.

SVMMARIA.

1 *Citari an possit quis denunciato processu, cum seq.*
2 *Restitutio in integrum ad citandum aliquem an detur denunciato processu.*
3 *Citatio an locum habeat quando processus est in puncto denunciandi.*
4 *Ius ad aliud iudicium reseruatur.*
5 *Citatio an locum habeat pendentibus temporibus probatorijs.*
6 *Dilatio datur nouiter citato in causa, cum seq.*
7 *Dilatio quando currat cōtra nouiter citatum.*
8 *Sententia an sit nulla si in processu non constet de citatione.*
9 *Exceptio rei iudicatæ quando locum habeat.*
10 *Citationis defectus annullat totū processum.*
11 *Iudicis potestas an sit inserenda in litteris citatorijs, cum sequent.*
12 *Delegatus iudex in litteris citatorijs debet inserere suam potestatem.*
13 *Citatus à iudice delegato non tenetur comparere si non inseruit commissionem suam in citatione.*
14 *Intima quando vim citationis habeat.*
15 *Citatio quandoque inducitur per intimam.*
16 *Citatio ad quid fuerit inducta.*
17 *Intima certiorat cui præsentata est.*
18 *Citatio quem terminum continere debet, cum sequent.*
19 *Terminus citationis qualis sit dandus.*
20 *Citatio nulla est, si in ea non præficiatur certus & congruus terminus ad comparendum.*
21 *Tempus incompetens non ligat.*
22 *Impossibilium nulla est obligatio.*
23 *Citatio an sit personaliter notificanda.*

24 Cita

84 *Com*

84 *Comparitio voluntaria quando purget defectum citationis.*
85 *Scientia intempestiua an prosit.*
86 *Comparitio voluntaria quando noceat comparenti.*
87 *Superſedimento obtento in causa, cui sit notificanda praesentatio litterarum ſuperſedimenti.*
88 *Littera ſuperſedimenti obtenti cui sint praesentandae.*
89 *Dominus litis quando fiat Procurator.*
90 *Litis dominus quandoque fit Procurator.*
91 *Reuocari quando non poſſit Procurator.*
92 *Procuratore non comparente, ſed latitante vero domino, dicitur dominus litis.*
93 *Procuratoris abſentia ius domino tribuit.*
94 *Actio vtilis domino quaritur ex facto Procuratoris.*
95 *Fideiuſſor contractus an ſit citandus in causa euictionis, cum ſeq & num. 104.*
96 *Fideiuſſor an ſit citandus ratione euictionis in decreto executionis.*
97 *Fideiuſſor de iudicio ſisti, & iudicato ſoluendo, in quo differat ab aliis fideiuſſoribus.*
98 *Obligationis forma eſt ſemper attendenda.*
99 *Sententia quando poſſit exequi contra fideiuſſorem ſine proceſſu.*
100 *Forma obligationis quandoque tollit omnes iuris ſolemnitates.*
101 *Fideiuſſor quando ſit citandus in decreto executionis.*
102 *Fideiuſſor poteſt habere aliquas exceptiones.*
103 *Fideiuſſor quando cenſeatur renunciaſſe exceptionibus.*
104 *Fideiuſſor contractus ſaltim in decreto executionis debet citari.*
105 *Iudex alterius territorij requiſitus recuſans litteras citatorias praeſentare quid facere debeat.*
106 *Litteris requiſitorijs recuſans obedire compellitur per ſuperiorem.*
107 *Dominus originis an poſſit citare vaſallum alibi commorantem, cum ſeq.*
108 *Iudex originis ratione, & ratione contractus, in quo differant.*
109 *Vaſallus ratione originis, habitans in alieno territorio debet citari cum compulſorijs.*
110 *Littera citatoria requiſitoria quando requirantur.*
111 *Citari an ſufficiat Procurator cum libera, & generali, cum ſeq.*
112 *Procurator cum libera & generali poteſtate poteſt à principio citari dum conſtat de tali mandato.*
113 *Procurator factus poſt citationem principalis, vel ante citationem, valde differt.*
114 *Procurator comparens in causa quando dicatur comparere cum ſcientia domini.*
115 *Citatio ligat eum qui doloſè facit quòd citatio ei non praeſentetur.*
116 *Citatio non requiritur vbi habens ſcientiam doloſè impedit quod ei praeſentetur.*
117 *Citatus legitimè iudicatus qui ſciens citationem doloſè eam notificari impedit.*
118 *Citatus nulliter comparens ſolùm ad dicendum de nullitate an purget vitium nullitatis.*
119 *Comparitio an ſanet nullitatem citationis.*
120 *Comparitio voluntaria quando reualidet citationem.*
121 *Citatus eadem die coram duobus iudicibus, coram quo debeat prius comparere.*
122 *Citatus perſonaliter eodem die coram vno iudice, & citatus coram alio ſimpliciter, vbi comparere debeat.*
123 *Mulieres citata ſi pragnantes ſint an perſonaliter comparere debeant, cum ſequentibus.*
124 *Mulieres nobiles & perſonarum militarium differunt à plebeijs.*
125 *Arbitrio iudicis relinquitur qua mulieres citata debeant comparere.*
126 *Citandus an ſit ille qui eſt in causa, ſi causa alteri iudici committitur.*
127 *Intima in diſcurſu cauſa idem operatur quod citatio.*
128 *Citatio noua an requiratur quando causa euocatur de Regia audientia ad audientiam Gubernatoris, vel econtra, cum ſequenti.*
129 *Intima qua fiunt in valuis quid operentur.*
130 *Minor quomodo ſit citandus, cum ſequenti.*
131 *Pupillus à minore in quo differat.*
132 *Pupillus, & adultus an aequiparentur.*
133 *Minores non habentes curatorem quomodo citentur.*
134 *Curatores & minores ſimul an ſint citandi.*
135 *Citatio contra impuberem non habentem curatorem quomodo fiat.*
136 *Citatio an praeſumatur, & quando.*
137 *Citatio an valeat ſi praeſentatio fiat alicui, exiſtentibus duobus eiuſdem nominis.*
138 *Citato eo qui non erat citandus, actor venit in expenſis condemnandus.*
139 *Comparere non tenetur citatus ſi à notorio conſtet illum non eſſe qui citandus erat.*
140 *Qualitas perſona eſt exprimenda in citatione vt appareat de citato.*
141 *Citatio an valeat ſi praeſentetur die feriata, cum ſeq.*

142 Cita

259 Re

323 *Syndicus vniuersitatis comparendo fit dominus litis.*
324 *Aduocatus causa contra aliquam vniuersitatem quid curare debeat.*
325 *Terminus citationis debet esse congruus ad comparendum.*
326 *Sententia est nulla si citatio non contineat competens tempus ad comparendum.*
327 *Citatio an requiratur in collatione beneficij vacantis.*
328 *Citatio quare requiratur in præsentatione beneficij.*
329 *Præsentatio quodammodo dicitur electio.*
330 *Præsentare etiam dicitur eligere.*
331 *Delegatus in citatione an teneatur inserere suam delegationem.*
332 *Citatus an habeat causas ex quibus non teneatur comparere.*
333 *Locus non tutus quis dicatur.*
334 *Citatus non tenetur comparere si ab alio impediatur.*
335 *Citatus non tenetur comparere si tempore comparitionis superuenit pestis.*
336 *Citatus nulliter à notorio, non tenetur comparere.*
337 *Tutus quando dicatur accessus ad certum locum, cum seq.*
338 *Tutus locus non dicitur vbi sunt inimici.*
339 *Citatus non tenetur comparere si timet molestias ciuitatis.*
340 *Citatus comparere non tenetur si transire tenetur per loca inimicorum.*
341 *Citatus comparere non tenetur si non sit securus eundo, & redeundo.*
342 *Securitas debet esse eundo, & redeundo.*
343 *Pestis superueniens est causa legitima excusationis.*
344 *Citatus an comparere teneatur ad allegandum non tutum accessum.*
345 *Processus declaratur nullus si locus non sit tutus citato.*
346 *Tuti accessus exceptio an possit à quocunque allegari.*
347 *Exceptiones non possunt quandoque opponi nisi ab habente mandatum.*
348 *Exceptio non tuti accessus an sit dilatoria.*
349 *Citatus ad non tutum accessum quid teneatur facere.*
350 *Citatus ad non tutum locum potest appellare.*
351 *Citare per edictum an liceat, & quomodo.*
352 *Citare per edictum qui possint.*
353 *Citare per edictum an possit iudex ordinarius.*
354 *Citatio per edictum vt fiat quæ requirantur.*
355 *Citatio per edictum vbi sit fienda.*
356 *Citatio per edictum quæ forma sit exequenda, cum seq.*
357 *Citationis per edictum executio quo pacto fienda.*
358 *Tutus accessus qualiter probetur, cum sequent.*
359 *Testes qualiter deponere debeant de non tuto accessu.*
360 *Tutus accessus per quot testes probetur.*
361 *Tutus accessus an probetur per iuramentum.*
362 *Tutus accessus an probetur per relationem nuncij.*
363 *Notario an credatur asserenti de mandato iudicis se continuasse scripturam.*
364 *Copia citationis cuius expensis sit danda.*
365 *Conuocatio curiarum anno 1626. vbi facta fuit.*
366 *Citare dominus Rex ad curias an possit ante præstationem iuramenti, cum pluribus sequent.*
367 *Conuocatio curiarum an sit actus iurisdictionis.*
368 *Literæ conuocatoriæ curiarum an sint iurisdictionales.*
369 *Contumacia accusatur contra citatos ad curias non comparentes.*
370 *Litteræ conuocatoria curiarum quid operentur.*
371 *Dominus Rex ante sui iuramenti præstationem an possit actus iurisdictionis exercere.*
372 *Dominus Rex ante suum iuramentum creauit officiales in Catalonia.*
373 *Litterarum citatoriarum ad curias celebrandas expeditio quando liceret.*
374 *Ciuitas Barcinona in curiis caput est stamenti Regalis.*
375 *Citatio nulla an liget citatum.*
376 *Citatus nulliter à iudice competente an teneatur comparere.*
377 *Nullitas prætensa in litteris conuocatoriis curiarum coram quo sit proponenda.*
378 *Nullitas prætensa in conuocatione curiarum à quo sit declaranda.*
379 *Citatio in causa Capibreuiationis quomodo exequatur contra habitantem in alieno territorio.*
380 *Nuncius Capibreuiationis an possit citare emphyteotas habitantes in alieno territorio.*
381 *Nuncius Capibreuiationis ingrediendo alienum territorium ad citandum emphyteotas nullam iniuriam infert domino territorij.*
382 *Citatio an requiratur in appositione Emparæ Realis.*
383 *Empara Realis quando possit apponi.*
384 *Dominus feudi quomodo procedat ad ponendam Emparam Realem.*
385 *Empara Realis vt ponatur quid requiratur.*

386 *Ordinarius iudex an possit impedire iudicem emphyteuticarium.*
387 *Fieri quid debeat contra iudicem ordinarium perturbantem iudicem Capibreuiationis.*
388 *Citatio non requiritur ad probandum casum fortuitum in alieno loco.*
389 *Fortuiti casus quomodo probentur in regionibus vbi eueniunt.*

1 VÆRO, † an citari possit quis
denunciato processu, ad instantiam rei conuenti.
Respondeo quòd non, ex traditis à Michaële Ferrer. 3. *parte*
obseruat. cap. 512. vbi refert decisiones Regij
Consilij. etiam si ad instantiam rei petentis
2 imploretur † beneficium restitutionis in integrum, ad citandum. & quod non solùm
denegetur citatio, denunciato processu, ve-
3 rùm etiam, & † si processus sit in puncto de-
nunciandi, fuit decisum in Regio Consilio,
referente Magnifico Hieronymo Seniust die
28. Ianuarij 1604. in causa, ad eius relatio-
nem vertente inter Paulum Gerardini, &
Balthasarem Gual, scriba causæ Bretons. at-
4 tento quòd citatio erat petita † lapsis tem-
poribus probatoriis, & instructoriis, quo ca-
su non est locus citationi nouæ personæ, sal-
uo iure in alio iudicio. quæ prouisio fuit
confirmata in causa contrarij imperij die 3.
Iulij 1604.
5 Pendentibus temporibus probatoriis, † an
possit tertius citari in causa, quæritur, & quid
sit agendum.
Respondeo, posse tertium citari in causa;
6 ipsi tamen citato † dilatio est danda, tanquam
nouiter citato, ad se defendendum. ita Mi-
chaël Ferrer. 3. *part. obseruat. c.* 300. & currunt
tempora probatoria à die tertio oblationis
libelli, oblati contra eum, & non possunt ei
7 † abbreuiari tempora, in quacunque parte
iudicij citetur. ita fuit decisum de mense
Februarij 1622 referente Magnifico Iosepho
Ferrer, in causa supplicationis à denuncia-
tione processus, in causa vertente inter Vi-
cecomitem de Ioc, & Nobilem Hieronymam de Vila de Many, & Petrum Spigol,
Notarium ciuitatis de Girona. scriba causæ
Bretons.
8 In † certa curia cuiusdam Baronis fuerat
lata quædam sententia per quendam Assessorem amicum meum, absoluendo reum ab
obseruatione iudicij, quæ in rem iudicatam
transiuit. Ipse actor voluit nouam causam
lapso aliquo tempore introducere reus petit
communicationem processus. ex quo con-
stitit, in toto processu non constare de cita-
tione. Opposuit exceptionem rei iudicatæ,

sententiæ latæ, in eius fauorem dubitationis
extitit, † an talis sententia in eius fauorem 9
lata sibi prodesset.
Respondi, † quòd non, attento quòd to- 10
tus processus fuerat nullus à principio, ex
defectu citationis. iuxta tradita per Bart. *in*
l. ea quidem, & *ibi* Bald. *col.* 2. *C. quomodo, &*
quando iudex, & in l. furioso, vbi Ias. ait hanc
esse communem. *ff. de re iudic.* Boër. *decis.* 283.
Capyc. *decis.* 93. multos hanc tenentes sen-
tentiam refert Vant. *de nullit. processus. tit. ex*
defectu cit. num. 10.
Quæritur, † an iudex in citatione debeat 11
docere de sua potestate, & illam tanquam
fundamentum iudicij iustificare.
Respondeo, iudicem ordinarium non de-
bere suam potestatem probare, sed eo ipso
quòd ordinariè iurisdictionem exercet, suam
intentionem probatam habere dicitur; dele-
gatum † verò iudicem necessariò in citatio- 12
ne debere de sua iurisdictione docere, inse-
rendo tenorem rescripti in litteris, quia † aliàs 13
citatus non deberet comparere, nec fieret
contumax, ob non comparendo. *cap. præterea.*
cap. cùm in iure, de offic. deleg. Innocent. Anton.
de Burrio, Specul. *in tit. de citatione. §. sequitur.*
vers. vtrùm autem citatio. Ancharan. *Clement.* 1.
col. 2. *vers. vltimo, de iudicijs*, & sic cautus debet
esse Notarius in expeditione litterarum ci-
tatoriarum, vt in eis rescriptum commissio-
nis inserat.
Quæro, † si ad instantiam alicuius expe- 14
diatur aliqua intima, quæ non sit expedita in
forma litterarum citatoriarum, per quam no-
tificetur alicui, quòd intra certum tempus
deducat, an petita locum habeant, an talis
intima importet aliquem effectum.
Respondeo, quòd secundùm stylum Re-
giæ audientię obseruatur, quòd † talis intima 15
habet vim citationis, & sic in Regia audien-
tia seruari attestatur Nobilis à Peguera *decis.*
173. qui nil allegat in eius confirmationem.
Existimo autem in iure fundatã esse dictam
decisionem, ex eo † quòd citatio inducta fuit 16
ad hoc, vt reus possit se tueri à petitione
actoris, & vt de ipsius actoris intentione cer-
tioretur, vt probatur ex *l. diffamari. ibi, defen-*
sionibus suis confideret, prout *ibi* notat Bald. *C.*
de ingen. & manumiss. latè hoc probat Vant *de*
nullit. process. tit. ex defectu citationis, n. 6. Ideo,
† cùm per dictam intimam possit reus certio- 17
rari de suo iure, & defendere se, rectè prædi-
cta decisio facta fuit, & in iure fundata.
Quæsitum fuit, † cùm certus terminus in 18
citatione sit ponendus, quis terminus requi-
ratur; & an si nimis breuis apponetur, liget,
& cuius sit effectus.
Respondeo de iure nostro † certũ terminũ 19
præfixũ esse, nempe respectu militũ, & eorum

priuilegiis gaudentium, viginti sex dierum, sed respectu plebeiorum, decem. de quibus terminis infra dicemus. In summa autem de
20 iure † eis terminus congruus ad comparendum est dandus, aliàs non valebit citatio, nec erit citatus obligatus comparere in tempore
21 te habili, lapso termino. † quia eo ipso quòd terminus assignatus non fuit competens, non ligat, vt probant argumento *cap. 1. & 2. cap. si primates. 5. quæst. 2.* confirmantes ex vulgata
22 regula, † quòd impossibilium nulla est obligatio. hanc sententiam tenet Speculat. *in tit. de citat. §. 5. vers. Item quòd facta est intra nimis angusta tempora.* Abb. *in cap. dilecti. col. 1. de dol. & contumac.* Vant. *in titulo de nullitate ex defectu citat. num. 67.*
23 Citatio † an debeat personaliter præsentari.

Respondeo, quòd de iure communi debet prima citatio præsentari eidem citato; de obseruantia verò nostri supremi Senatus, hoc obseruatur, quòd, licèt prima citatio non præsentetur personaliter reo, sufficiet
24 † quòd in domo solitæ habitationis fiat, & relinquatur personæ coniunctæ ipsi reo, veluti eius patri, seu filio, mulieri, socero. iuxta obseruantiam relatam à Michaële Ferrar. *3. parte obseruat. cap. 131.* vnà cum additionibus. idem refert Guido Papæ obseruari *decis. 445.* ex quibus oritur vera iuris
25 præsumptio, quòd † talis citatio, eo quòd in eius domo fuit facta, & præsentata coniunctæ personæ, ad notitiam ipsius citati peruenit. latè hanc præsumptionem confirmat Asinius *in sua praxi §. 6. cap. 6. notab. 11. num. 1. & 2.* vbi dicit, adeò vrgentem esse hanc præsumptionem, quòd peruenit ad notitiam ci-
26 tati citatio, quando † ad eius domum peruenit, & coniunctæ personæ fuit dimissa, vt neque ei detur fides, etiam iuramento interposito, quòd de tali citatione notitiam non habuerit. Ias. *in §. sed istæ. Instit. de actio.* qui Bald. reprehendit, eo quòd contrarium asserebat, vt notat Asin. *dicto num. 2.*
27 Quæro, † an si litteræ citatoriæ fuerint prouisæ per iudicem, & ipse moriatur, an talis citatio facta virtute dictarum litterarum, valeat.

Respondeo, quòd aut litteræ citatoriæ fuerunt præsentatæ ante illius mortẽ, vel non. si præsentatæ fuerunt, etiam quòd non sint reproductæ, valebit citatio. quia à præsentatione vires capit: si autem non fuerint præsentatæ, licèt sint prouisæ, & registratæ, virtute il-
28 larũ † nõ poterit citatio fieri. ita Alciat. *in cap. gratum, de offic. & potest. iudic. delegat.* don Ludouic. à Peguera *in praxi Cataloniæ tit. de citatione num. 9.* iuxta quam doctrinam refert
29 Michaël Ferrer. *3. parte obseruat. cap. 132.* † citationem factam, idest, prouisam tempore vnius Locumtenentis, non valere, nisi ipso intra Cataloniam existente, citatio executioni debitæ fuerit mandata.

Quidam † prætendebat quandam domum, in termino de Albarells, iurisdictionis Monasterij de Montesferrato, ad se pertinere, petens sibi illam adiudicari, quæ tribus annis pro derelicto existebat. quæsitum fuit, quomodo esset procedendum. Consului, quòd debebat fieri citatio generalis per proclama, & quòd citarentur hæredes, seu ius habere putantes, & quòd præconium fieret in dicto loco, & in circunuicinis, secundùm Bald. *in cap. 1. colum. 4. in fine, de milite vasal.* & eundem Bald. expressiùs *in l. si accusatoribus, col. fin. in princ. C. de accusat.* & *ibi* tenet idem Cynus. Bald. *in l. inter minores, in fin. in l. lect. ff. de in integ. restit.* facta † autem citatione hac, & nemine comparente, vt causa ad vlteriora procedi posset, dixi, bonis illis indefensis, curatorem esse dandum per iudicem eiusdem causæ, & debet assignare in curatorem aliquem consanguineum illius, cuius est hæreditas, vt tenet Bald. *in l. cum cognatos. C. de capt. & postlim reuer.* idem tenet Accur. *ibid. in glos. fin.* Bart. *in l. muto. §. fin ff. de tutel.* Ioan. Gutierrez *de tutelis & curis 3. parte cap. 17. num. 3.* & contra tales curatores assignatos dirigenda est actio, atque si præsens esset ille, cuius erat hæreditas quæ petitur. 30 31

Si aliquis citatus præsens reperiatur in curia, † an ipse ad instantiam actoris compelli possit, ad hoc vt Procuratorem constituat, vel domum designet, vbi intimæ dirigantur. 32

Respondeo quòd de iure potest compellere iudex ipsum reum, vt aut Procuratorem constituat, vel domum in ciuitate designet, ad quam intimæ possint deferri. ita Angel. *in l. qui ante Calendas,* & *ibi* Bart. *ff. de verbo. obl.* Bart. *in extrauagant. ad reprimendum, verbo per edictum, col. fin.* Marian. Socin. *in tract. de citatio. art. 25. num 2.* † de stylo tamen Cataloniæ 33
Senatus, non curatur quòd domum designet, sed facta legitimè prima citatione, interim viuente primo citato, etiam si de causa non curet, prosequitur causam ad vlteriora, vsque ad sententiam definitiuam, & intimæ ponuntur per nuncios in valuis curiæ Regiæ audientiæ.

Cùm dictum sit, † legitimè citato, etiam 34
non comparente in causa, nec Procuratore per eum constituto, ipso tamen viuente, ad vlteriora in causa procedi. quæritur, quid faciendum sit, si ipse citatus, pendente causa indecisa decedat.

Respondeo, nouum hæredem, seu successorem esse citandum, iuxta ea, quæ refert Michaël Ferr. *3. parte obseru. cap. 138. num. 2.*

quæ

quæ citatio adeò necessaria est, vt si omit-
35 tatur, † omnia gesta in processu à die mortis ipsius primi citati nulla iudicentur. ita Nobilis à Pegueta *tom. 1. decis.* 174. ex constitutione 59. curiæ anni 1585. de qua
36 in alio numero latiùs. † Citationem nouam requiri ad prosecutionem causæ, attestatur Cancer *lib. 3. variar. cap. 15. num.* 197. quando diu quis stetit, absque eo quòd causam fuerit proseeutus. Sed quæro, quando dicatur quis stetisse diu, non prosequendo causam.

Respondetur ex traditis à Menoch. *de ar-*
37 *bitrarijs casu* 202. *lib. 2. centur.* 3. † quòd tempus octo annorum dicitur diu stetisse, sed, salua pace illius, Menochius *dicto loco* non tradit, quando dicatur diu aliquid stetisse in silentio. & cùm in hoc variæ sint sententiæ, ex traditis à Cancer *vbi suprà* veriorem exi-
38 stimo sententiam, † iudicis arbitrio esse relinquendum. iuxta ea quæ de fideiussore, qui diu stetit in obligatione, tradit don Ludou. à Peguer. *tom. 1. decis.* 192. ex doctrina glossæ *in l. si pro ea, verbo feceris. C. mandati.* iuxta cuius doctrinæ sententiam fuisse in Regio Consilio decisum refert Peguera *dicta decisione.*

Cùm mulier in Catalonia, lapso anno luctus sit tenens, & possidens hęreditatem eius mariti, (vt infrà latiùs dicemus in suo loco,) & iura hæredis in omnibus habeat, quæsi-
39 tum fuit, † an in continuatione causæ, quæ mota erat contra eius virum defunctum, sit citandus verus hæres defuncti, an verò suffi-
40 ciat, quòd † sola vidua citetur, & an contra eam tantùm lis prosequi valeat.

Respondeo, hanc controuersiam esse quæstionem, iuxta ea, quæ circa possessorem maioratus adducit Couarr. *pract. quæstio. cap.* 13. *num.* 6. vbi pro vtraque parte Doctores refert; sed receptiorem esse sententiam attesta-
41 tur eam, cum qua defenditur, † possessorem legitimum sufficere citari, si iste iura vniuersalia hæredis habeat, absque eo quòd citandus sit successor. iuxta tradita per Bart quem sequitur Angel. & Roman. *in l. in diem. ff. de*
42 *aqua pluuia arcend.* asserentem, † non esse citandum substitutum ad causam, quæ cum hærede instituto tractatur, licèt hæreditas substituto sit restituenda per hæredem institutum, ex voluntate testatoris. allegat Couarr. in confirmationem suam *l. ex contractu. ff. de re iudic.* vbi Iuteconsultus attestatur,
43 † sententiam latam contra institutum nocere substituto, *l. 1. §. denunciari autem. ff. de ventre inspiciendo*, & ex aliis fundamentis per dictum Couarr. allegatis. Ex quibus resolutiuè dico, in causa sufficere, quòd vidua tenens, & possidens virtute constitutionis, *Hac nostra*, citetur, & contra eam sententia lata, successori vniuersali post eius tenutam nocebit, eùm ipsa tunc iura hæredis plenè actiuè & passiuè habeat.

Quæsitum fuit, † an citatio generalis per 44
edictum præiudicet ei, qui in possessione alicuius rei est, de qua lis est eonrestanda.

Aliqui fuerunt existimantes, quòd sufficiebat citatio generalis, ad hoc vt ligaret possessorem. moti fuerunt ex doctrina gloss. *in l. si deserta prædia. C. si propter publicas pensitationes. verbo, solemniter.* Sed glossa prędicta nec fouet eorum opinionem, nec dici potest, quòd citatio illa generalis liget illum particularem possessorem. quia † quando alicui 45
particulari præiudicium inferri potest, specialis citatio est necessaria. notat Bald. *in l. fin. C. de edicto diui Adrian. tollend.* faciunt tradita per Abbat. *in cap. quamuis, in fine, de sentent. & re indic.* & posthæc scripta reperi hanc sententiam tenentem, Cancer 2. *tom. var. cap. 7. de restit. spoliat. num.* 12. & 13. dicens, † non sufficere generalem citationem, vbi 46
certus est possessor, & hoc idem attestatur Cancer sensisse Felin. *in cap. 2. num. 8. de consti.* Paris. *consi. 25. num. 42. & consi. 101. num. 128. lib. 1.* Alexand. *consi. 107. col. 1. lib. 5.* Menoch. *de recuperand poss. remed 8. num.* 101. asserens dictus Cancer † quòd ex obseruantia Regij 47
Senatus nostri, ex citatione generali non infertur præiudicium creditoribus anterioribus.

Quidam † clericus fecit testamenrum, & 48
in eo manumissores quosdam reliquit, eisque præcepit, vt ex hæreditate sua certam partem inter pauperes distribuerent, & in residua hæreditate quendam nepotem hæredem instituit. Manumissores prædicti, testamentariam dispositionem exequentes, pauperibus certam partem largiti sunt. hæres causam contra dictos manumissores fuit contestatus, dicendo, ipsos non potuisse dictam distributionem facere, inscio eo, & non citato. fuit quæsitum, † an talis 49
hæres esset citandus. Aliqui existimarunt non. quia à testatore data erat facultas absoluta ipsis manumissoribus, adimplendi prædictam testamentariam dispositionem. ita tenuit Bald. *in l fin. colum 2. vers. sed nunquid. C. communia de legat. & in l. captatorias, in fine. C. de testament. milit.* secutus fuit Maranta *de ordine iudicio. 6 parte de citat. num.* 22. Contrarium tamen respondi, nempe † prædictos 50
manumissores non potuisse ex se talia legata adimplere, absque vocatione dicti hæredis, & sic quòd hæres erat citandus. motus fui ex traditis à Bart. *in l. alio, num. 5. ff. de aliment. & cib. legat. l. hæredes ad Statium*, & ex pluribus congestis à Cassanate *tom. 1. consi.* 29 *num.* 3. referente plures Doctores tenentes † manu- 51
missores testamentarios, (dato hærede) non

 fuisti

sustinere locum hæredis, & sic ipsos solos non tenere potestatem, inscio hærede exequendi testamenta, nisi à testatore hoc verbis expressis concedatur. ita Simon de Prætis *de interpretat. vlt. voluntatum lib. 5. interpr. 1. dubio 2. num. 30. & 40.* Spino *in speculo testam. gloss. 28. & 29.* & sic, cùm in testamento, de quo agebatur, non esset expresse data facultas distribuendi res, absque hæredis interuentione, debebat hæres citari.

52 In † executione sententiæ, si lite pendente decedat reus, necessariò est citandus eius successor vniuersalis, iuxta constitutionem sextam, hoc titulo, incipientem, *Statuimus.*

53 Quæritur nunc, † an si tempore quo sententia ferenda est, seu publicanda, idem sit dicendum.

Respondeo hoc casu, si reus sit defunctus, eius successor vniuersalis erit citandus, & ad instantiam actoris litteræ citatoriæ erunt expediendæ, & præsentandæ, & reproducendæ in processu, totúsque processus vnica schedula, contra nouum successorem, erit reproducendus. aliàs, si hæc omittantur, omnia procedimenta nulla declarantur. ita fuit declaratum in Regia audientia, teste don Ludouico à Peguera *in sua praxi rubric. 6. de citat. num. 3. vers. ampliatur, & num. 21. vers. & index.* latè Afin. *in sua praxi*

54 *§. 31. cap. 4. per totum.* Si † autem lite pendente actor decedat, & reus velit ad vlteriora causam prosequi, poterit, absque hoc quòd citet hæredem actoris. & ita de obseruantia nostri Senatus attestatur Michaël Ferrer. *3 parte obseruat. cap. 133.* quia imputetur sibi negligentia, si Procuratorem non reliquit, vel de prosecutione causæ non curauit.

55 quia † maior debet esse vigilantia actoris, quàm rei, cùm actor semper ad adquirendum intendat, reus verò ad fugiendum.

Quædam hereditas fuit vendita, quæ in iudicio rei vindicationis petebatur à vendi-

56 tore, fuit quæsitum, † an nouus adquisitor teneretur citari in causa. fuimus consulti tres. duo erant conformes in voto, dicentes, non esse necessarium citare nouum emptorem. mouebantur ex eo, quòd ex noua citatione retardabatur sententia, quæ erat in puncto ferendi, & quòd talis citatio absolutè non erat necessaria, quia prædicta hæreditas petebatur actione reali rei vindicatio-

57 nis, & sic † ipsamet hæreditas erat iam affecta vitio litigij. vnde ad quemcunque possessorem ipsa perueniret, deueniebat affecta vitio litigij. iuxta tradita per Conarr. *pract. quæst. cap. 15. num. 6. & 7.* tum ex *constit. 2. titulo de cosas litigiosas,* in & eum qua disponitur,

58 † quòd si pendente iudicio, res litigiosa fuerit alienata, in fraudem litis, possit sententia exequi contra nouum adquisitorem, absque noua citatione. iuxta quam resolutionem fuit decisum in Regia audientia, ad relationem Magnifici Francisci Descamps die 8. Iunij 1592. in causa, quæ ad eius relationem vertebatur inter Nobiles coniuges Alentorns, & Bartholomæum Vidal Notarium, scriba causæ, Michaël Ioannes Amat, scriba mandati, & pro eo Ioannes Palau Notarius. Et sic est clarum, † quòd sententia ferenda 59 præiudicabit nouo adquisitori. E contra verò fui ego in voto, nempe, quòd necessariò tertius erat citandus, ad hoc, vt sententia nouo adquisitori noceret, & contra eum exequi posset. motus fui ex obseruantia Regij Senatus, quam refert Michaël Ferrer. *3 parte obseruat. cap. 136.* qui absolutè attestatur, † ter- 60 tium adquisitorem lite pendente debere citari in causa. nec me turbauit constitutio supradicta secunda dicti tituli *de cosas litigiosas,* dum dicit, posse sententiam exequi contra nouum adquisitorem rei, lite pendente. nam illa constitutio loquitur † de alienatione fa- 61 cta cum dolo, in fraudem litis, & causæ vertentis, & sic cum illa qualitate, vt apparet ex illis verbis, *en persones priuilegiadas,* & ex rota contextura ipsiusmet constitutionis, & sic in pœnam illius doli permittitur executio absque citatione. & cùm non constaret, prædictam venditionem, de qua agebatur, factam fuisse cum dolo, ideo tenui ipsum esse citandum, tanquam tertium possessorem. nec hoc casu obstare vitium litigij, vt latiùs dicemus *de executio. censual. & violat.*

Sed † quando dicetur alienatio facta in 62 fraudem litis.

Respondeo, ex tenore eiusdem constitutionis, nempe, quando venditio facta fuerit potentiori, vel personæ priuilegiatæ, imò mutandi, seu differendi, vel impediendi iudicij causa. Abb. *in cap. fin. de alien. iudic. mutand. caus.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 124 per totum.* & sic concordes postea fuimus, vt citaretur nouus adquisitor, cùm non constaret dolosè, in eum alienationem fuisse factam.

Quæritur, † an in citationibus causarum 63 verbalium, quæ solent fieri absque cartello, sed ore tenus ipsius portarij, vt probatur *in cap. dilecti,* ibi, *viua voce.* vbi Abb. & Ant. de Butrio, *de dolo & contumacia,* credatur ipsi nuncio referenti, se citasse reum.

Respondeo ex traditis per Bald. *in l. neminem. C. de exhibend. reis,* & eundem Bald. *in l. si quando quæst. 12. C. de testibus,* Cornel. *consf. 95. col. 2. in fine volum. 3.* quòd in istis citationibus † soli nuncio asserenti statur, & credi- 64 tur eius dicto, quia ex stylo ita obseruatur, & idem obseruari hic experimur, & etiam

obser

obseruari in suo regno attestatur Maranta *de ord. iudicio.6.parte tit. de citatio.num.*52. latiùs infrà de relatione nunciorum disputabitur.

65 Quæsitum fuit, † an sufficiat citare patrem, habentem vsumfructum in bonis filiorum; an verò citandi sint ipsi filij, in eadem causa.

Respondeo, sufficere, quòd pater solus citetur. ex *l.1.C de bonis mater.* & *ibi* Bart. Paul. Salicet. & Fulgos. qui omnes vnanimes dicunt, hanc esse communem opinionem, quam probant ex *l fin.* § *sin autem æs alienum,*
66 *C.de bonis quæ liber.* vbi † solus pater potest vendere, & alienare bona filij, in casibus à iure permissis, absque filiorum interuentu:
67 præsupposito iuris principio, quòd † qui potest alienare, potest in iudicium deducere. *l.ait prætor.§.quid si autem ff.de iure deliber.cap.*
68 *cum tempore, de arbitris.* quia, † eo ipso quòd pater à lege habet vsumfructum in bonis aduenticiis filiorum, effectus est legitimus administrator, ex *l.1.C. de bonis mater. l. cùm oportet.§.vlt.C.de bonis quæ liber.* adeò quòd in administratione eorum non indiget decreto. pluribus fundamentis tradit Ioan del Castillo, Sotomaior *controuers. quotidian. de vsufruct.cap.3.num.10.cum sequent.* vbi *num.*20. se remittit ad additiones factas ad decisionem 77. Antonij de Gamma. quod intelligendum
69 venit, † si filij impuberes sint. si autem puberes sint, tunc illi citari debent, nec sufficit solius patris interuentus, sed & filiorum citatio requiritur. iuxta text *in l fin §.vbi autem in vnum.C.de bonis quæ liber.* ibi, *adhibeatur autem filij consensus, nisi adhuc in prima ætate sint constituti.*

70 Quæro, † an citatio, facta per iudicem laicum, contra clericum, cum clausula, si sua putauerit interesse, valeat, & quid importet.

Respondeo talem citationem valere. ita Bald. Paul. de Castro, & Alex. *in l. testamenta omnia.C.de testament. & in l.2. §. hac stipulatio. ff.si cui plusquam per legem Falcid.* quod intelligendum venit, quando citatur clericus, qui extat hæres laici, lite iam cœpta contra lai-
71 cum. hoc † enim casu valet citatio, cum illa clausula, si sua putauerit interesse. eo quòd tunc clericus tenetur comparere coram iudice seculari. ita Couar. *pract. quæstio.cap.8 per totum,* maximè *num.*2 *vers. hinc ergo constat,* &
72 hoc casu † talis citatio valet, etiam emanata à iudice seculari, quod secus esset, si lis non fuisset cœpta contra laicum defunctum, cuius hæres est clericus. quia tunc talis citatio, etiam cum prædicta clausula, non valeret, tanquam à iudice omnino incompetente. ita Couarr. *vbi supr.* à *num* 4. licèt Maranta *de ordine iudicio.6. parte titulo de citatione num.*88.

dicat; † in causa spolij commissi per cleri- 73
cum, contra laicum, posse laicum instare coram suo iudice seculari, & conqueri, quòd restituatur in spolio, & quòd tunc potest iudex laicus citare generaliter clericum. quæ quidem Marantæ doctrina euidenter conuincitur ex eodem, ibidem dicente † iudi- 74
cem secularem non posse specialiter clericum citare. si igitur secularis iudex specialiter non potest clericum citare, supradicta citatio, cum clausula, de qua ibi, non ligabit clericum, vt compareat, sed reducetur ad voluntarium actum. nam aliàs esset prorogare iurisdictionem, † quod clerico non li- 75
cet. *cap si diligenti, de foro competent* gloss. & *ibi* Abb. *& in cap. significasti. eod. tit.* Marant. *de ord. iudicio. 4 parte dis.*11. *num.*2. *& sequent.* Viuius *decis.*30.*num.*2. vbi latè.

Quidam vasallus † cuiusdam Baronis, 76
dum in sua Baronia domicilium haberet, timens ordinarium, à sua iurisdictione se absentauit, & in aliam se contulit. quæsitum fuit, an dictus vasallus per suum ordinarium Baiulum posset citari, & quomodo. Andreas Gailius *lib. 1. obseruat. suarum cap* 56. fuit in opinione, citationem posse fieri in alieno territorio, per nuncium originarium, ex fundamentis per eum relatis; sed salua eius pace.

Respondi, † nuncium dicti Baronis non 77
posse citare dictum vasallum, commorantem in alieno territorio. *Clement. Pastoralis. §. deciperet, de sentent & re iudicat. l fin ff de iurisd. omn iud. l.nemo de domo. ff. de in ius vocand.* &
sic † ad citandum commorantem in alieno 78
territorio, litteris requisitoriis indigebit actor, quæ debent emanare à curia Baronis originarij. *l.1.§ hæ autem litteræ ad magistratus dentur. ff. de seruis fugit. l fin. vers tribuni.C.de his qui latrones. l. omnes,* vbi gloss. *C.de agric. & censi.lib.*11. Iulius Clarus *§.fin quæst* 31. *n.*19. *&* 20. Couarr. *pract.quæst.cap.*11 *à num.*1. Rebuff. *in rubr. de litteris requisitoriis à num.*4. *cum sequen.*

Sed quæro, † quis comparuit in causa sim- 79
pliciter, absque protestatione aliqua, cùm in principio causæ non fuisset citatus, & opposuit aliquam exceptionem, & lis est prosecuta, an possit postea in executione sententiæ allegare de nullitate, cùm non fuerit citatus in causa.

Respondeo, † quòd non poterit allegare 80
nullitatem sententiæ, latæ post eius comparitionem, licèt à principio causæ non fuerit citatus. iuxta ea, quæ notat Cassadorus *dec.*2.
*num.*9. *sub titulo de iudiciis.* quòd † licèt quid 81
sit sic fiendum, si aliter fiat, & hoc modo factum satisfit menti, & dispositioni legis, perinde est, atque si specificè factum fuit.

l. scire

l.scire oportet §.*aliud ff de excusat.tut.l.mulier.ff. ad Trebellia.l.fin.C.de don.quæ sub modo:* refert & sequitur Lud.Roman.*conf*.433. vnde,
82 † cùm citatio fiat ad hoc, vt quis certioretur de lite,& causa,quę contra ipsum mouetur,vt possit se tueri,vt tradit Afin.*in sua praxi cap.1.num.* 10. satis de ea notitiam habere dicitur, si ipse voluntariè comparuerit. per
83 † hanc voluntariam comparitionem, purgatus censetur omnis citationis defectus, vt voluerunt gloss. Bald. Alex. & alij *in l.1. in princ.ff de ferijs*,& Alex.*cons*123.*viso,colum*.1. *libro* 2. quos referens hanc tenet sententiam Vantius *de nullit process tit.quibus modis sententia nulla reparari possit num*.116.*vers.quod etiam.* sequitur Farinac. *cons.crimin* 86.*num*.20. qui
84 hoc ita procedere declarat, † si comparitio fuit facta in causa congruo tempore, & quo ipse poterat de iure suo docere; secus verò, si comparuerit intempestiuè, veluti quando iam tempora probatoria, & instructoria fuissent elapsa. quia illa comparitio non debet ei nocere,cùm ab eius comparitione scientiam litis pendentiæ habeat. & sic tanquam
85 intempestiuè habita scientia † non ei debet nocere,& sic voluntariè comparens,iam denunciato processu, vel lapsis temporibus probatoriis, poterit de nullitate sententiæ agere, cùm dictam scientiam incongruo lo-
86 co habuerit, † & ei præiudicare non poterit dicta voluntaria comparitio. sequitur Farinac. *dicto cons*.86. *num*.20. Ruin. *cons*.61. *num*.33.*vol* 5.Bertazol. *cons*.559.*in fine vol*.5. quos citat Fatinacius *dicto loco.*

Quæsitum à me fuit dubium sequens.
87 † Titius tanquam Procurator Caij exposuit rettoclamum contra Sempronium, & exposito retroclamo, & litteris executorialibus obtentis, & illis executioni mandatis, se absentauit Titius, nullo per eum substituto relicto Sempronius,seu eius mulier executioni cœptæ se opposuerunt,& alter ex his litteras supersedimenti obtinuit. Dubium erat, an dictæ litteræ supersedimenti essent præsentandæ dicto Titio Procuratori, seu dicto Caio principali.
88 Respondi, † sufficere dictas litteras præsentate dicto Procuratori. imò ei debere
89 præsentari,quia † cùm ipse solus obtinuisset rettoclamum, & solus comparuisset in causa,ipse dominus litis dicebatur effectus. iuxta textum *in l. procuratoribus institutis. C. de procur.*vbi Procuratore instituto, & per eum
90 lite contestata, † illius dominus effectus dicitur,idest,illius instantiæ.vt declarat Accur. *in l.nulla verbo,dominus litis.C.eodem.*sequitur Paul.de Castro *in dicta l.procuratoribus num*.1.
91 præsensit Bart *eadem lege*, adeò quòd, † absque causa,ipso Procuratore nolente,non potest reuocari. *cap.2. de procurat. in 6. decis.*20. *Rata noua sub tit de procurat.num.*1.faciunt tradita per Boër. *decis.*285. *num*.1.& 5. vbi expressè ait,Procuratore domino facto litis, ei esse † acta iudicialia notificãda.Quod intel- 92
ligendum est, si Procurator reperiatur. nam si non reperitur, licèt dominus litis effectus esset,eo absente, præsentari poterunt domino principali,& valebit præsentatio,& nocebit.iuxta tradita per Castrens. *dicta l.procuratoribus.vers.sed si procurator esset absens.*quia attestatur ibi, † quòd per absentiam Procura- 93
toris,vtilis actio vero domino adquiritur,ex facto ipsius Procuratoris absentis, vt tenuit 94
Bart.*in l.ante litem,& in l.post litem.ff.de procurat.*& ex mente Baldi, & aliorum traditur à Boërio *dicta decis*.285. *num*.5. referens alios Doctores hanc sequentes sententiam tenet etiam Afin.*in sua praxi*.§.3.*cap*.13.*num*.2.& 3.

Quæsitum à me fuit postea, † an fideius- 95
sor datus in contractu emptionis, & venditionis, pro securitate euictionis debeat citari in causa quæ mouetur contra principalem.

Cui difficultati respondeo, fideiussorem prædictum non esse citandum, iuxta text. *in l.auctore. C.de euict.* sufficit enim quòd auctor sit laudatus, & hanc sententiam tenet Ioan. Andr.*in cap. fin. de empt.* Bald. *in l.non idcirco. C de contrah.emptione*, & alij, quos refert Heringius *in tract. de fideiuss. cap*.10. *à num*.230. *cum seqq.* præsensit Accur. *in dicta l.auctore. verbo,ignorauerit.*

Sed videamus,† an sit citandus in decre- 96
to executionis. nam videtur citandum esse dictum fideiussorem, ex notatis per Cancer *libro* 3. *variarum cap*.17. *de sententiis & earum executione à num*.302. *cum sequentibus.* vbi videtur † cõstituere differentiam inter fideius- 97
sorem de iudicio sisti, & de iudicato soluendo, & alios fideiussores contractuũ.sic,quòd videatur dicere, fideiussores de iudicio sisti, & iudicato soluendo,non esse citandos; cæteros verò sic.iuxta tradita etiam per Pegueram *dec* 199.Tamen † si rectè earũ dicta per- 98
pendantur, non resoluunt sic hoc dubium. imò ex iis, quæ ipsi tradunt, dicendum est, hanc difficultatem esse decidendam ex forma obligationis, qua fideiussor se obligauit. si enim ipse promittat, se soluturum, absque aliqua requisitione, & sine figura, & strepitu iudicij,† sed de plano,vel sub tali gene- 99
re verborum, per quæ appareat, iuris apices fuisse exclusas,poterit sententia exequi contra fideiussorem, absque citatione. quia † similis obligatio excludit omnes iuris so- 100
lemnitates. vt notant scribentes *in l momentanea.C.vnde vi.* vt de verbo, *statim*,seu *confestim*, & similibus notatur *in auth.de incestis nuptijs*

nuptijs § 1. notat Pegueta *vbi suprà num.* 5.
101 Si † verò in forma obligationis non fuerint appofita verba fimilia, tunc faltim in decreto executionis fideiuffor erit citandus.iuxta tradita per Iaf. *in l.duobus.* §.*ergo. num.*2. *ff de iureiur.* Catofius *decif.*136. *num.* 14. Hieron. Gabriel *conf.*43. *num* 45. quos refert Cancer
102 *vbi fuprà num.*303. quia † poteft talis fideinffor habere aliquas exceptiones peremptorias,& oftendere, fe iam tempore executionis non effe obligatum. iuxta tradita per Ruin. *conf.*98. *lib.*5. refert Rodericus Suarez *l.* 2. *titulo de los emplacamientos.* quibus exceptionibus,cum fola,& pura fideiuffione,non cenfetur renunciaffe fideinfforem. apparet
103 igitur, † fideiufforem de iudicio fifti,& iudicato foluendo, non effe citandum ad decretum executionis. iuxta tradita per Cancer *vbi fuprà,num.*305.Peguer. *decif.*199. Neque
104 † fideiufforem euictionis, cafu quo ex claufulis fideiuffionis ftipulatæ apparet ipfum renunciaffe iuris folemnitatibus; citandum verò hnne euictionis fideiufforem in executionis decreto,quando prædictis non renunciauit.

105 Quæfitum fuit, † fi iudex alterius territorij fuerit requifitus de faciendo notificare aliquas citatorias litteras, nolit mandare notificare,aut non confenferit, vt notificentur,quid erit fiendum. Francifcus Molins *in fuo libro de inuocatio. brachij fecula. lib.*2. *cap.*23.
106 *num.*13. ait, † adeundum effe fuperiorem iudicis requifiti, qui ei præcipiat vt litteris requifitoriis obediat. ex *l. ait prætor.*§.*fententiam ff.de re iudic.*plures autores referens,qui in hac funt fententia, & inter alios allegat Couarr. *pract.quæft. cap.*11.*n.*7. vbi latè de his tractat; Gailius tamen *lib.*1.*obferuat.cap.*56.*in fine,* ex mente Bartuli, Felini, & Boffij dicit,
107 † quòd iudex domicilij poteft citare reum, licèt fit extra territorium, quia ifte femper eft dominus iurifdictionis,& abfens femper
108 eft illi fubditus.& hæc eft † differentia inter iudicem ratione domicilij,& iudicem ratione contractus, vt iudex domicilij femper fit index; iudex verò contractus folùm poffit, exiftente reo intra fuam iurifdictionem. quod dictum Gailij cum grano falis exiftimo intelligendum, (falua pace,) nempe vt
109 † iudex domicilij poffit facere citare eius vafallum alibi commorantem,fi domum paratam,& domicilium reliquerit. quia, vt fuprà diximus, fufficit, citationem primam fuiffe relictam in domo folitæ habitationis. quòd fi domum non reliquerit habitatam, licèt poffit dominus illum facere citare, ali-
110 bi commorantem, hoc tamen † non per fuum nuncium, fed cum litteris requifitoriis,facere tenebitur, vt dictum eft. ita Vantius *de nullit. proceff. titulo ex defect. citat. num.*83.

Erat † quidam Barcinonenfis, in villa de 111 Madrid commorans. reliquerat Barcinonæ Procuratorem fuum,cum libera, & generali adminiftratione. quæfitum fuit,an fufficeret citare Procuratorem prædictum,an verò ille qui Madriti commorabat,ibi effet citandus.

Refpondi ex traditis à Vantio *de nullitate proceff tit. ex defect. citatio. num.*84. dicente, † quòd fi factis debitis diligentiis non potuit 112 reperiri principalis, quòd eo cafu poterit citari Procurator,cum libera,& generali poteftate conftitutus,dum tamen plenè iudici de ea conftet. quod atteftatur Vantius probari ex *cap.caufam,de dolo & contumacia.*& hoc docet gloff. & Abb. *in col.*2.*verf.fecundò nota.* & ex aliis iuribus, per eum allegatis. & hoc videtur confirmare decifio Rotæ nouæ,fub titulo *de Procurato.* † conftituendo differen- 113 tiam inter Procuratorem comparentem in caufa,fi mandatum ei fuit datum,antequam caufa inchoaretur, vel fi mandatum fuit conceffum,caufa iam cœpta. nam primo cafu deciditur, † quòd fi Procurator citatus in 114 caufa, petat inducias fibi dari, ad confulendum dominum,debeant dari. Secus verò effe, fi mandatum fuit conceffum,cœpta caufa.quia hoc cafu præfumitur, dominum iam habuiffe fcientiam litis, & ideo conftituiffe Procuratorem, & eum ad dictam caufam tractandam inftruxiffe.

Quæfitum fuit, † an valeret citatio, & 115 eum ligaret ex fola notitia, fi affectatè pet citatum procuretur,vt citatio ei non præfentetur.

Refpondi ex traditis per Andr.Gail. *lib.* 1. *obferu. cap.*55 *n.* 4. talem citationem, etiam non præfentatam, illum ligare. adeò † quòd 116 neque ad fententiam fit affignandus, quod probat ex *cap.quoniam.*§.*porrò,vt lite non conteft.*& ibi gloffa *verbo impediri,*text. *in cap. fin. de dolo & contumacia.Clement.*1.*de iudicijs.*text. *in cap Romana.*§ *contrahentes, de foro compet.in* 6.*l.*1. §.*fed & Ariftô. ff. quod vi, aut clam.* & *ibi* gloff.*verbo poffit.* fequitur Innocent. *in cap.ad petitionem,in fine,de accufat.*Iaf.*in l.fi feruus plurium.* §.*fi quis. ff. de leg.*2.*num* 8. Felin. *in cap. fin.num* 5.*de teftibus.*quia † in eius pœnam,eo 117 quòd diuertit citationem,à iure pro legitimè præfentata habetur citatio.

Quidam fuit nulliter citatus, & comparuit folùm ad effectum excipiendi de nullitate dictæ citationis. Quæritur, † an talis 118 compatitio, facta folùm animo dicendi de nullitate, præiudicet, & an reconualidetur citatio.

Refpondeo ex Lancellotto *de attentatis.*2. *parte in præfatione num.*116.& 117.dicente,talem

119 lem † comparitionem sanare nullitatem citationis, & quòd hæc est communis opinio, ex *l. 1. § sed si. ff. de ferijs.* sequitur Bald. *ibidem num. 4* & Alex. *num. 3.* Bart. *in l. 1. ff de in ius vocand.* Felin. *in cap. illud, num. 8. de præscript.* Maranta *tit de citat. num. 73.* vnde dicebat Vantius *in tractat. de nullitate processus, titulo,*
120 *ex defect. citat. num. 17. cum sequentibus,* † spontaneam comparitionem reualidare citationem, & interrumpere præscriptionem. ex *l. 1. §. sed etsi, ff. de ferijs.* sequitur Gailius *obseru 48. num 4.* Farinac. *cons. crimin. 86. num 20. & 21.* Vantius *de nullit. processus. titulo quomodo sententia nulla reparari possit.*

121 Euenit, † quòd quis eademmet die reperitur citatus coram duobus iudicibus, quæsitum fuit, quid facere teneatur.

Respondeo quòd potest, & debet comparere coram maiori suo. *l. & contra pupillum. §. fin ff. de re iudic.* & *ibi* Alex. quod intelligendum venit, si æquali modo fuerit citatus, videlicet vt compareat personaliter vtrobique.
122 nam † si coram maiori iudice simpliciter sit citatus, & coram minori, cum clausula, vt personaliter compareat, debet comparere coram minori. *l. 3. §. item diuus. ff. de testibus* gloss. *verbo testimonijs.* si autem sit citatus in curia Ecclesiastica, & seculari, debet in seculari tanquam in sua propria comparere. ita Innocent. *in cap. cùm parati, de appellat.* & ita decisum refert Guido Papæ *decis. 443. num. 2. & 276.*

Euenit, quod multoties euenire solet,
123 quòd multæ mulieres conqueruntur, † an ipsæ teneantur citatæ comparere, si fuerint prægnantes. quam dubitationem diluunt, dicentes, quòd mulieres prægnantes non tenentur comparere, siue prægnantes fuerint à marito, siue ab extraneo, quod probant ex *l. non exigimus. §. si verò. ff. si quis cautio.* & *ibi* Bart. & Guiller. de Cun. quod etiam sequitur Aufrer. *in decis. Capell. Tolosa. decis. 3.* quod extendunt vsque ad lapsum quadraginta dierum, post partum. gloss. *in l. prægnantis ff. de*
124 *pœnis.* Sed † hoc existimo procedere in mulieribus personarum militarium, & quarum priuilegio militari vtuntur; in mulieribus verò plebeiis non obseruatur. iuxta tradita per Ias. *in l. 1. § si quis, num. 6. ff. si quis cautio.* Ranchin. *in additionibus ad Guid. Pap. decis. 256.* &
125 quotidie experimur in iudiciis. Sed hoc † iudicis arbitrio committendum est, qui mulieris citatæ qualitatem considerabit, & secundùm suum arbitrium, aut comparere illam, vel non comparere iubebit.

Cœpta causa coram vno iudice ordina-
126 rio quæritur, † an si ille delegauerit causam alicui, teneatur nouus iudex facere citare partes iudicij.

Respondetur, quòd debet citari pars, iuxta tradita per Ioan. Andr. ad Specul. *tit. de citatione, ver mortuo.* nisi in prima citatione citasset ad totam causam, per se, vel per alium delegandum ferendam. hoc etiam tenet Ioan. de Anan. *in cap. licet, de accus. col. 2. num. 7.* Felin. *in cap. dudum num. 3. col. 2. vers. in glossa nota singulariter, de accusatio.* & secundùm hanc sententiam decisum fuisse attestatur Stephanus Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ 108. num. 2.* In hoc nostro supremo Senatu obser-
uatur, quòd † non expediuntur litteræ cita- 127
toriæ, sed intima mediante, hoc parti notificatur. per intimam enim pars certioratur de iudice, vt inspiciat, an aduersùs eum aliquam suspicionis causam habeat, ad illum recusandum.

Si expirat iurisdictio Locumtenentis, & Gubernator procedit vice Regia, iuxta prædicta, quæritur, † an tunc in euocatione cau- 128
sæ, vertentis in Regia audientia, quæ solet fieri ab ea, ad audientiam spectabilis Gubernatoris, debeat fieri noua citatio, contra alterum ex litigantibus. hoc dubium decisum refert ex obseruantia Regiæ audientiæ Michaël Ferr. *1 parte obseru c. 18.* asserens, quòd si pars, contra quam causa euocatur, habeat Procuratorem, in loco vbi reperitur Gubernator, cum Regia audientia, tunc non requi-
ritur citatio. Si † verò nō adsit eius Procura- 129
tor, & sic intimæ fiebant in valuis Regiæ audientiæ, tunc necessariò in euocatione causæ ad audientiam Gubernatoris, requiritur quòd de nouo expediantur litteræ citatoriæ, vt in casibus per eum relatis fuit decisum.

Quæsitum fuit, † minor quomodo sit ci- 130
tandus.

Respondi cum distinctione, circa minorem ætatem. nam si loquimur de minore viginti quinque annorum, adultus, non habens curatorem, poterit solus citari, & citatio
valebit. & in hoc † differt à pupillo minore 131
quatuordecim annorum. *l. 1. cap. 1. § 1. vers. in causis. ff. de administ. tutorum.* nam † in iudiciis 132
non æquiparantur pupillus, & adultus habens curatorem. *l. acta. ff. de re iudic. l. si minor.* & *ibi* gloss. *ff. de bonis auctor. ind. possid.* si autem adultus habeat curatorem, non poterit
solus adultus citari, sed † debent citare il- 133
lum, & curatorem. Socin. *de citatio. artic. 5. quæst 20. num. 43. & artic. 20 num. 51. quæstione principali in fine.* Vrsil. ad Afflict. *decis. 262. in princ.* nam licèt aliqui dicant, posse pupillum adultum (habentem curatorem) solum citari, intelligunt, ita intelligendum esse, vt ipse adultus legitimè postea compareat, secundùm declarationem Alexandri *in l. si ex legati. ff. de verb. oblig.* Cardi. *in clemen. Religiosus quæstione 5. de procur.* & sic, iuxta prædictam

ctam declarationem, fortiùs est dicendum,
134 † adultum & curatorem illius esse citandum, vt circuitus euitetur. si autem impubes est, & curatorem non habeat, tunc expressa citatio contra eum est facienda, cum clausula, vt compareat legitimè, & statim ipse comparere tenetur, & nominare, quem in curatorem velit, cùm hoc in eius arbitrio
135 sit. *Instit. de curat. vers. item inuiti.* & † tunc facta per eum nominatione, iudex suam auctoritatem, & decretum interponet, & tunc contra curatorem dirigentur omnia iudicialia procedimenta, processúsque fulminabitur, & in eo sententia proferetur.

136 Citatio autem † an præsumatur, & quando, resoluit Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 22.* & an ad partis instantiam sit facta, *præsumpt. 32.* & an iudicis præcepto, *præs. 24.* citans citauerit, prout habebat in mandatis, *præsumpt. 25. & seq.*

Citatio an requiratur, tam in causa ciuili, quàm in criminali, si constet à notorio, nullam reo competere defensionem, Farinac. *tom. 1. quæst. 21. à num. 66. cum seqq.*

137 In † villa de Sparagucra erant duo eiusdem nominis qui appellabantur eodem nomine, & cognomine, videlicet Saluator Cardus. fuerunt emanatæ litteræ citatoriæ, & in illis non erat expressum, contra quem dirigebantur, videlicet, an contra maiorem natu, vel minorem. quæsitum fuit, quis eorum teneretur comparere.

Respondi, quòd nullus, quia citatio non erat clara. debet enim citatio habere nomen proprium citati, vt clarè constet iudici, contra quem lis contestatur. ex text. notabili *in cap. cum multis. §. fin. de rescript. in 6.* & ibi gloss. *verbo quorum, & verbo nomina. c. pastoralis, eod. tit.* iuncta gloss. *in vers. fin.* Angel. *in l. si in*
138 *iudicijs, n. 3. ff. de iudicijs.* vbi attestatur, † quòd si sint duo eiusdem nominis, & citetur qui citari non debebat, & ipse compareat, actor debet in expensis condemnari, tanquam temerarius litigans. *l. cum quem temerè. ff. de iudicijs. §. hæc omnia. Instit. de pœnis temerè liti-*
139 *gant.* & sic dixi, † quòd non compareret. quia dato, quòd sententia fieret, non posset exequi contra eum, tanquam lata contra illegitimam personam. iuxta text. *in l. cùm quæritur. cum l. sequenti. ff. de except. rei iudic. l. fin. C.*
140 *si per vim, vel alio modo.* & sic † debet exprimi qualitas illa maioritatis ætatis, vel minoritatis, vt clarè constet, quis eorum sit citatus, & decernatur, contra quem lis sit tractanda.

Circa prædictam citationem fuit & aliud
141 dubium quæsitum, † an citatio valeret, eo quòd nuncius præsentauerat dictas litteras die feriata, nempe intra ferias mensium Iulij, & Augusti.

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

Respondi, quòd talis præsentatio erat valida, secundùm magis receptam sententiam relatam ab Andrea Gail. *lib. 1. obseruat. 53. n. 5.* qui attestatur quòd † citationis præsentatio 142 non est actus iudicialis, cùm vbique fieri possit, & quòd decisio text. *in cap. 1. & in cap. fin. de ferijs*, cessat hoc casu. quia non sunt intelligenda dicta iura de præsentatione citationis, sed de prouisione quam facit iudex, quòd decernatur citatio. † quæ pro- 143 uisio est iudicialis, & sic die feriata fieri non potest, & ita per Rotam fuisse decisum attestatur *decis. 1. de ferijs, in nouis*, quod idem est, si litteræ citatoriæ præsententur per Notarium. quia poterit ipse facere instrumentum de præsentatione, cùm talis † actus nullam 144 causæ cognitionem contineat. text. *in c. cùm parati, de appellat. c. prudentiam, c. cùm contingat, de offic. delegat. dicta decis. 1. Rota noua de ferijs.* Si † tamen præsentatio fieret die feriata in 145 honorem Dei, nulla erit præsentatio, iuxta notata per Abbat. *in cap. conquestus. col. 6. de ferijs.* Paul. de Castro *consil. 240. vol. 1.* & hoc sentire videtur Maranta *de ord iudic. 6. p. tit. de citat. num. 119.* Gail. *lib. 1 obseru. 53. num. 16.* Vant. *de nullit. ex defectu citat. num. 46. in fine.*

Me præsente intra claustra sedis. Barcinon. euenit, quòd † quidam nuncius curiæ 146 Magnifici Regentis vicariam Barcinonen. præsentabat quandam intimam cuidam Procuratori, qui nolebat acceptare eam, nec habere illam pro præsentata, contradicente nuncio. quæsierunt ambo à me, quid iuris esset.

Respondi, nullam esse talem præsentationem. quia in templo prohibita est negotiatio. ex Euangelio Matthæi 21. capite, vbi legitur, † *domus mea domus orationis vocabitur,* 147 *non negotiationis.* & sic notificationem fiendam esse extra Ecclesiam, non verò intra. Si † verò intima illa emanasset à curia Ec- 148 clesiastica, & esset negotium inter personas, Ecclesiasticas, & Religiosas, posset fieri talis notificatio intra Ecclesiam, cùm † Ecclesia 149 propria domus sit clericorũ, iuxta tradita per Ioan. Baptist. Marchesam *in lib. commissionum vtriusque signaturæ 1. parte c. 5. num. 153.* Vant. *de nullit. ex defectu citationis num. 119.* secus verò in negotiis secularium. quia † hæc nul- 150 lam connexitatem habent cum Ecclesia, vt possit eius intuitu in illa actus aliqui secularis fieri. iuxta tradita per Vanr & Ioan. Bapt. Marchesam *vbi suprà* Nec relatio nuncij potest in scriptis redigi die feriata in honorem Dei. ita Viuius *decis. 274. n. 18. tom. 5.*

Citatus † à iudice incompetente, vel nulliter citatus, (quod multoties euenit) quomo- 151 do comparere debeat, vt euitet contumaciæ pœnam, & vt dicere possit se in iudicem non

I consen

consensisse. Hippolyt *in l. de vnoquoque. n.* 13. *ff. de re iudic.* dicit sub hac conceptione ver-
152 botum debere comparere, dicens, † *Compareo coram V. M. intra tempus praefixum in citatione: attamen non intendo, per hanc comparitionem, in iurisdictionem vestram consentire, nisi quatenus de iure teneor.* hanc formam comparendi tradit Innoc. *in cap. Cumana, n.* 4. *de elect.* hanc cautelam esse sequendam, & sequi vbique, tradit Ias. *in l. non solum. §. morte. ff. de noui oper. nunciat. n.* 46. Angel. *in l. non videtur la* 2. *ff de iudicijs.* Felin. latè de hac comparitione *in cap. cùm M. Ferrariensis, n.* 66. *de constitut.*

153 Quaesitum fuit, † quando citatus, vt personaliter compareat, teneatur comparere personaliter.

Respondeo, quòd si in citatione quae ei praesentatur, non fuerit inserta causa, ex qua citatur, non tenebitur comparere, etiam si in citatione dicatur, quòd personaliter compareat, docet Bald. *in l.* 1. *§. vsus. ff. de procurat.* fundamentum quod sumunt, id asserentes,
154 est, † quia citatio, non continens causam, non ligat. Decius *in l.* 1. *notab.* 4. *C. de edend. gloss. in cap. praeterea, ver. pleuè, de dilatio.* Bald. *in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex.* Vant. *de nullitate ex defectu citatio. n.* 30. *&* 50. Veral. *decis.* 115. Viuius *decis.* 274. *num.* 9. quia praesumitur quòd illa clausula (quòd personaliter compareat) potest opponi de consue-
155 tudine, aut stylo Notarij. † Si autem pars certiorata sit, per nuncij relationem, quòd iudex mandat, vt citatus personaliter compareat, debebit comparere, propter iudicis auctoritatem quemadmodum compellere potest partes, vt in causa concludant, vt ex mente Baldi refert Viuius *tom.* 1. *decis* 35. *num.* 4.

156 Citatio † facta de eadem re, coram duobus iudicibus, videlicet coram iudice originis, & coram iudice ratione loci, vbi contractus est celebratus, quid operetur?

Respondeo, quòd aut citatus coram iudice, coram quo fuit citatus secundariò, & opponit exceptionem praeuentionis coram primo iudice, & tunc causa ad primum iudicem est remittenda, aut processus erit nullus. *l. contra pupillum. § fin. de re iudic.* aut non cōparet, & vterque iudex ad vlteriora causae procedet, & valet vtriusq; iudicis processus, vt tradit Innoc. & Felin. *cons.* 12. *& in c. cum M. Ferrariens. de constit.* Afflict. *decis.* 354 & sic sententia, quae prius lata erit, exequenda veniet.

157 Si † causa est tractanda contra Capitulum, an sit necessarium citare totum Capitulum, vel an sufficiat citare illius Syndicum. Guido
158 Papae *decis.* 321. attestatur, quòd † in causis tangentibus Capitulum alicuius Ecclesiae, sufficit quòd citetur oeconomus, *l. omnes hoc nihilominus. C. de Episc. & cler.* & idē in Guardiano fratrum Minorum, & in Priore alicuius Monasterij, esse obseruandum attestatur,
quia † quādo plura corpora existunt sub vno 159
capite eiusdem naturae, & sub eodem modo qualitatis, solùm caput est in consideratione. *l. Caius Seius ff. de legat* 2. & *ibi* DD. facit gloss. *in l iubemus la* 2. *C. de SS Eccles.* faciunt ad hoc tradita per Ant. Gomez *in l.* 45. *Tauri à n.* 38.

Quaeritur, † an vltima die citationis possit 160
contumacia accusari.

Respondeo quòd non, sed quod debet expectari, vt labatur tota dies, & vsque ad sequentem diem nō debet accusari contumacia. gloss. *in l. more Romano, verbo leuis. ff. de ferijs.* Bald. *in l.* 1. *n.* 18. *ver. modi. C. quomodo & quando iudex.* Bald. *in l. si cùm ipse, in prima lectura. ff. de excus. tut.* † Contumacia enim non 161
currit, nisi finito tempore ad comparendum, Bart. *in l. ita stipulatus. num.* 50. *ff. de verbor. oblig.* Beroius *cons.* 160. *n.* 7. *& cons.* 205. *n.* 11. Francisc Bec. *consil.* 105. *n.* 21. faciunt tradita per Michaëlem Ferrer. 3. *p. obseru. c.* 141.

Quaeritur vlteriùs, † an in causis crimina- 162
libus locum habeat citatio.

Respondeo quòd sic. In casu, quo delinquens se occultat, solet citari reus, vt compareat ad fines banni. haec tamen citatio expressè à iudice debet prouideri. aliàs † si sine 163
prouisione iudicis Notarius illam expediret, talis citatio esset nulla. vt ex mente Ripae *in c.* 1. *n.* 86. *de iudic.* & aliorum refert Nobilis à Peguera *in sua praxi criminali. de processu via ordinaria, & per inquisitionē §.* 4. *de citatione ad fines bāni. n.* 4. in quo capite latè agit de forma procedēdi ad citationem in causa criminali.

Quaeritur, † an in praedicto casu possit ci- 164
tatus comparere per Procuratorem.

Respondeo quòd non, iuxta tradita per Guiller. de Vallesica in Vsat. *moneta. n.* 5. dicens in causis regaliae non posse citatum per Procuratorem comparere, quod probat ex *l. penult. § ad crimen. ff. de publ. iudic. c. veniens,* cum ibi notatis in gloss. 1. *de accusationibus.* Si
† tamen querelatus in causa regaliae sit infir- 165
mus, poterit infirmitate probata, per Procuratorem comparere, & hoc ait dictus Guillermus probari ex *l. quaesitum. ff. de re iudic. l.* 2. *§. si quis iudex. ff. si quis cautio.* qua comparitione non obstante, inquit dictus de Vallesica,
† quòd potest dominus Rex procedere ad 166
capturam personae, si eam capere possit: comparitio enim Procuratoris, probata infirmitate si vera sit, impediet interim, dum infirmus est, executionem in bonis, iuxta Bart. *in dicta l. quaesitum, ff. de re iudic.* & † quòd talis infir- 167
mus, finita infirmitate, absque alia citatione, teneatur comparere, aliàs executio in bonis decerni possit, non obstante comparitione Procuratoris, dictus Guillermus *dicto loco num.* 8.

num.8. *cum seqq*. docet, vbi latè de compatitione quetelati criminaliter, ad quem recurrendum erit, ne torum esset transcribendum.

168 Quæro, † an, & quomodo sit citanda persona militaris.

Respondeo cum Michaële Ferr.3.*p.obseru.c*.138.quòd si citatio expeditur in euocatione causæ plenariè per viam ordinarij iudicij, debet citari cum termino viginti sex dierum; si
169 verò iã cœpta sit causa, & † ipse miles citetur ad continuandam, tunc solùm ei præfiguntur in citatione decem dies, pro termino. tum
170 etiam † quando introducitur causa contra militem, in vim retroclami, quia solùm præfinitur terminus decem dierum. quemad-
171 modum † si causa euocatur contra militẽ, in qua tractetur de manutenentia, quia in ea tũc solùm dantur decem dies pro termino citationis. Michaël Ferr.3.*p obseru c*.139.Nobilis à Peguer.*in sua praxi ciuili tit.de citatio n*.6.di-
172 cens † dictum terminum viginti sex dierum dandum esse Procuratori militis, etiam si Procurator plebeius sit, cùm ipse reguletur à
173 cõstituentis capacitate, & † idem seruandum in casu quo plebeius curator militis citetur. quia idem terminus viginti sex dierũ dandus est; in ceteris verò personis solùm datur terminus decem dierum. Peguera *vbi suprà n*.7.

174 Sed quæri potest, † an in causa citationis possint euenire aliquæ nullitates in processu.

Respondeo quòd sic. de quibus latè Vantius *in libro de nullit. processus, titulo ex defectu citat*. vide Bellugam *in speculo Princ. rubr*. 11. §. *restat*. & *ibi* additiones Camilli Borelli, *verbo, citari partem, mihi fol*.37.

175 Citatio † quando dicatur necessaria. Vant. *in titulo, quib.mod. sententia nulla reparari possit, à n*.114.*cum seq. & in tit. ex defectu citationis*.

176 Afin.*in sua praxi*.§.7.*cap*.5.& ibi latè, † an requiratur citatio earũ personarum, quas præcipuè non tangit negotium, sed secundariò. Menoch. *de arbitr.lib*.1.*q*.17. Ioan.Garcia de Hispano Nobili *gl*.11.§.1.Guido Papæ *decis*.21. & 255. Aluar. Valas.*decis.Lusit*.38 *per totam*.

177 Circa citationem quæritur, † an terminus respectu personarum sit æqualis.

Respondeo, quòd non. nam plebeiis solùm dantur in prima citatione decem dies, pro termino; militibus verò (vt suprà dictum est) viginti sex, vt notat Marquill.in Vsat. *placitũ mandetur, in princ*.& idem tenet *in eodem Vsat. fol*.71. *col*. 2. *vers. quæro quot vicibus*. vbi ait,
178 † quòd constitutio secunda, sub titulo de citationibus, quæ est Regis Iacobi II. fuit facta ad instar huius Vsatici, & quæ tribus vicibus fiebat, vnico contextu fit, quod intelligendum est, quando ille, qui principaliter citatur, est miles, licèt Procurator, qui pro eo citatur, sit plebeius. ita suprà dictum est, & tradit Peguer. *in sua praxi, tit. de citationibus, n* 6.
179 Huic † autem priuilegio citationis termini viginti sex dierum, potest miles renunciare. quæ renunciatio facta in vna causa, non extenditur ad aliam. iuxta tradita per Marquill. *in dicto Vsat. fol*.68.*col*.1.*vers.quæro secundo, pone, quòd miles*. & sic experimur quotidie,
180 † quòd in causis retroclamorum solùm dantur decem dies, in termino primæ citationis, quando miles in instrumento obligationis renunciauit termino viginti sex dierum. ita Nobilis à Peguera *in sua praxi dicto titulo de citatio.num*.6.*limitat*.1.2.& 3.

181 Circa inhibitionis materiam quæro primò, † inhibitio à quo emanare debeat.

Respondeo, quòd à iudice superiore, quia superiorem inferior inhibere non potest, cùm procedat inhibitio à superioritate. iuxta gl. *in c.licet, de exceptio.lib*.6. Ripa *in l*.4.§.*condemnatum, n*.28 *ff.de re iudic.cap.tuam.de ord.cognit*. Socin.*consil*.119.*vol*.3.Beroius *consil*.117.*n*.2.
182 *vol*.3.vbi attestatur, † legatum Summi Pontificis non posse inhibere iudicem secularem, in terris, quæ sub immediata Romani Pontificis iurisdictione non subsunt.

183 Quæro, quid † importet inhibitio.

Respõdeo ex traditis à Maranta *de ord.iud*. 6.*p.titulo, & quandoque appellatur, n*.207.dicente quòd inhibitio manus iudicis inferioris ligat, quia ipsi presentata inhibitione nõ potest ad vlteriora in causa procedere, ex text. *in c.nõ solùm, de appellat in* 6.sequitur Angel.*consil*.127.

184 Quæritur, † an quælibet inhibitio liget.

Respondeo, quòd non. sed illa, quæ rationabilis, & iusta est, & quæ fuit prouisa cum causæ cognitione, vt tradit Felin. *in c. dilectus lo* 2.*col.pen de rescript*. est text. *in c.Romana* §.*si verò, & §.fin autẽ, & ibi* Gemin.*de appellat.in* 6.

185 Gesta † post citationem, & inhibitionem, an sint nulla.

Respondeo quòd sic, ex text. *in c non solùm, de appellat lib*.6 & *ibi* communiter scribentes. Afin *in praxi* §.7.*c*.5 *limit*.68.*n*.2. confirmans ex *l.appellatione.C.de appellat. l*.1.*in princ. ff. nil nouari appellat.pendent*. Bart. *in l.eius qui. col*.2. *ff.de appellat.rescind l.intra vtile, col*.2. *ff.de minor*.Angel.*consil*.217.*col*.5. faciunt tradita per Ferrar. *in sua praxi, in forma appellat. à sentent. defin*.§ *petens semel, bis, ac ter*. vbi dicit, † quòd
186 si iudex, cui inhibitio fuit præsentata, non obstante inhibitione, ad vlteriora processerit, omnia per eum gesta, ante omnia per iudicem superiorem veniunt reuocanda. nulla alia habita ratione, nisi, † quia facta fuerunt
187 post inhibitionem. ita Innocent.*in c.dilectus. de excommunic*. Bart.*in l*.1.*ff.nil nouari appellat*. Steph.Gratian *decis.Rotæ Marchiæ* 144 *n*.44.

188 Quæro, † an semper inhibitio debeat fieri cum cognitione causæ.

Respondeo, quòd aut iurisdictio causæ, de qua agitur, à notorio competit iudici alicui, aut non. si à notorio competit ipsi iudici, veluti, si coram iudice seculari agatur de
189 articulo merè Ecclesiastico, tunc † cùm articulus iste sit iudicis Ecclesiastici, poterit sine causæ cognitione inhibere iudici laico. ita Marta *in suo lib. de iurisdict. 2. parte casu 42. num. 4.* referens, idem tenere Abbatem *in cap. tuam, vltimo notab. vers. quæro nunquid, de ord. cognit.* & ibi Anton. de Butrio *num. 9.* Lapus *allegat. 63.* & Aufrer. *de potest. Eccles. super secula. cap. 1. n. 7. ver. nemo potest.* Bald. *in l. presbyteri. col. penult. C. de Episc. & cler.* quia in notoriis diuersimodè proceditur, cùm notorium exceptum sit à legali dispositione. In similibus enim casibus iurisdictio iudicis laici est suspensa, & sic absolutè sine citatione fit inhibitio. argumento *cap. pastoralis. de appellat.* Federic. de Senis *consil. 211.*

190 Si † causa fuerit euocata ad Regiam audientiam, tanquam maior trecentarum librarum, quæ vertebatur coram iudice ordinario, & ipse ordinarius fuerit per Regium Consilium inhibitus, constétque à notorio, causam esse minorem, quæritur an hoc casu, non obstante inhibitione, possit iudex inferior ad vlteriora in causa procedere.

Respondeo ex obseruantia Regij Senatus, quam refert Michaël Ferrer. *1. parte obseruat. cap. 5.* in quo declarat, circa valorem rei, di-
191 cens † quòd clarè constare dicatur de maioritate, vel minoritate causæ, quando id, quod petitur, consistit in quantitate pecuniæ: non constare autem clarè de quantitate, quando id, quod petitur, consistit in corpore, quia
192 † tunc iudex inferior non potest cognoscere de valore causæ, sed debet hoc declarari per Regium Consilium. vide dictam obseruantiam, & ibi additiones *littera B. verbo hæreditate.* quia hoc casu, quando constat à notorio deficere qualitatem ad euocationem
193 faciendam, † euocatio non est legitimè facta, & perinde habetur, ac si facta non fuisset, & per consequens, inhibitio friuola est, vt ex pluribus resoluit Hieronymus Laurentius *decis. Rotæ Auenion. 59. num. 6.* Rota Romana *decis. 58. aliàs 412. de appellat.* de qua meminit dictus Michaël Ferr. *3. parte obseru. cap 45.*

194 Sed † an inhibitio facta per Regium Consilium, iudici inferiori, cum liget, vt pendente iudicio super validitate, vel inualiditate inhibitionis, nil possit dictus primitiuus iudex facere, quæri hîc etiam potest.

Respondendum autem est, ex obseruantia tradita per Michaëlem Ferr. *3. parte obseruat. cap. 45.* breuiter resoluendo, iuxta supra-
195 dicta, † quòd aut fuit inhibitio legitimè facta, aut friuolè. si facta fuit legitimè, & debito casu, tunc omnia procedimenta, facta per iudicem primitiuum, pendente iudicio validitatis, aut inualiditatis inhibitionis, † so- 196
lent nulla declarari. quæ ratio augetur ex traditis per Cancer *3. tom. variar. c. 1. de action. & oblig. num. 52. in fine*, asserente, vnà cum Federico de Senis *consil. 126. num. 1.* quòd si inferior sciat, causam coram superiore tractari, debet supersedere, absque inhibitione.
Si † autem inhibitio fuit friuola, procedi- 197
menta, facta pendente iudicio dictæ validitatis, vel inualiditatis, in suo robore remanent. & cùm hæc quæstio valde dubia fuisset, per rationes traditas à Nobili Ludouico à Peguera *tom. 1. decis. 191.* tandem iuxta suprascriptam resolutionem fuisse in Regio Senatu decisum, refert. nempe, ante omnia esse declarandum, procedimenta facta post inhibitionem, nulla esse, & quatenus de facto processerunt, reuocanda.

Sed quærendum est, † quæ dicatur legi- 198
tima inhibitio? &

Respondetur ex Couarr. *pract. quæst. c. 24.* quòd legitima inhibitio dicitur illa, quæ fit cum causæ cognitione. & ita sentire attestantur Innocentius, & Felinus *n. 14. in c. dilectus lo 2. de rescript. cap. cùm Romana. § obijciatur, de appellat. in 6.* dicentes, partis citationem, ad inhibitionem legitimè fiendam, esse necessariam. & ita ex decisionibus per Couarr. *ibi* relatis obseruari attestatur. Idem tradit Petrus Gregor. *in tract. de appellat. lib 2. cap. 14. num. 15.* Stephanus autem Gratianus *decis. Rotæ Marchiæ 132 num. 11.* ait non obseruari de stylo, † ad inhibitionem prouidendam, 199
partem citari, sed vnico contextu, & eodem actu prouidetur à superiori iudice inhibente, citatio & inhibitio, allegando plures de hac obseruãtia tractantes, & dicentes, † posse 200
iudicem superiorem incipere ab inhibitione. iuxta tradita per Federicum *consil. 300. factum tale.* Ruinum *consil. 61. n 28. lib 5.* Mandos. *de inhibit. quæst. 18. num. 4.* recedentes à doctrina Couarr. *vbi suprà*, & quotidie experimur,
† quòd iudices superiores, citationem, & in- 201
hibitionem eisdem litteris prouident. & hanc esse tenendam sententiam existimo.

Euenit, † quòd in curia Comitatus de Pe- 202
rolada, erat præsentata quædam inhibitio, à Regia audientia emanata, quæ iudici non fuerat notificata, sed tantùm Notario causæ dictæ curiæ fuit tradita, & sic iudex ignorans inhibitionem, ad vlteriora in causa primitiua fuit prosecutus. Quæsitum fuit, an gesta post inhibitionem per iudicem, valerent, aut nulla essent. & licèt non deessent, qui defendere conabantur, omnia procedimenta nulla esse, non obstante ignorantia iudicis de ipsa inhibitione.

Respondi

203 Respondi in contrarium, nempe † valere gesta per iudicem ignorãtem inhibitionem. hanc sententiam tenuit adhaerendo resolutioni traditae per Couarr. *pract. quaest. c.9.n.7. vers. secunda conclusio, circa medium,* dicentem, necessariam esse scientiam huius inhibitionis, & hanc opinionem maxima ratione fulciri ex *l. si forte. ff. de offi. praes.* ex qua idem tenuit Roma. *sing. 57. & 566.* Dec. *in c. si duo-*
204 *bus, num. 12. de appellat.* & sic, † cùm praedictus iudex ignorauerit praedictam inhibitionem, eo quòd sibi non fuerat praesentata, clarè dicendum venit, gesta per iudicem, post inhibitionem, ea sibi non intimata, nec notificata, valere, nisi facta fuisset motu proprio ipsius inhibentis. nam haec ligat iudicem ignorantem, & facit, vt absolutè omnia per eum gesta, nulla iudicentur, secundùm plura, quae ad hoc institutum refert Couarr. *pract. quaest. c.9. num.7. ver secunda conclusio.*

205 Sed quaeritur, † an aliqua differentia sit inter inhibitionem simpliciter factam, & inhibitionem cum clausula irritanti.

Respondeo magnam esse differentiam. quia si simpliciter inhibitio prouideatur, non annullat gesta per iudicem primitiuum, si ipse ignorauit inhibitionem. gl. communiter recepta *in c. 1. verb. referri, de concess. praeben in 6.* text. *in c. dudum. §. considerantes, & in c. penult. de praebend. in 6.* Innoc. & Felin. *in c. a. de constit.*
206 Deci. *in c. caeterùm, n.6. de rescript.* Si † autem sit cum clausula irritanti, afficit negotium, etiam ignorante iudice inhibitionem, adeò vt omnia post eam facta, sint ipso iure nulla, ex mente omnium nuper relatorum, siue haec clausula irritans sit apposita motu proprio iudicis, vel ad partis petitionem.

207 Per † iudicem capibreuiationis Monasterij de Montserrat, fuit factum quoddam mandatum de capibreuiando cuidam ciui Barcinonae. ipse comparuit coram Vicario Barcinonae, & in eius curia formauit ius, & de iure in forma solita, dicto iudici capibreuiationis, & dicto oeconomo, petiitque litteras citatorias, & inhibitorias, quae per iudicem cũriae dicti Regentis vicariam Barcinonae fuerunt expeditae, & per nuncium dictaemet curiae, praesentatae iudici capibreuiationis, & oeconomo. cùm essem Aduocatus dicti Monasterij, consultus fui, an iudex emphyteuticarius esset inhibitus, an verò ad vlteriora in causa procedere posset.

208 Respondi † iudicem emphyteuticarium non debere supersedere in causae cognitione, quia iudex qui inhibere potest, debet esse superior (vt suprà dictum est.) nam inhibitio procedit à iurisdictione, & potestate: Vi-
209 carius † autem, iudex ordinarius est, & iudex emphyteuticarius, etiam est ordinarius. quia licèt nominatio illius fiat ab homine, verum hoc quod est, iudicem emphyteuticarium
habere † iurisdictionem à iure communi 210
huius patriae, dum dispositum est, vt vnusquisque dominus possit pro sua emphyteusi iudicem assignare. Vsat. *placita re, sub titulo de iurisdict. omn. iud.* & *ibi* Iacobus Calicius. faciunt tradita per Solsona *in suo libro, stylus capibreuiandi, in princ. mihi fol. 7. & 8. num.9.* idem *mihi fol. 27. pag. 1.* Ideo ordinarius iudex, etiam iudicatur iudex emphy-
teuticarius, & per consequens, † aequalem 211
iurisdictionem habet, vnde nullo modo inhibitio ei praesentata à iudice curiae Regentis vicariam Barcinonae, eum ligare potuit. faciunt etiam tradita per dictum Solsona *fol. 27. pag. 2. num. 2.* vbi dictus Solsona, loquendo de hac contentione, inter dictos iu-
dices ait, † quòd non obstante firma iuris 212
facta coram Vicario, poterit iudex assignatus ad vlteriora in causa capibreuiationis procedere. & sic respondi ad vlteriora per iudicem emphyteuticarium praedicti Mo-
nasterij, esse procedendum. Si † tamen per- 213
seuераret curia ordinaria Vicarij litteris, & procedimentis vexare iudicem emphyteuticarium, tunc causa illa euocanda erit ad Regiam audientiam, quoad articulum contentionis, vt ibi declaretur, cui iurisdictio competat, iuxta tradita per Cancer 3. *tom. var. cap. 10. in princ.*

Expositum † fuit quoddam retroclamum 214
contra aliquem, virtute cuiusdam instrumenti debitorij, ipse reus opposuit exceptionem vsuratij contractus, & ex alia accessit ad curiam Ecclesiasticam, & eadem deducendo petiit, quòd iudex retroclamorum inhiberetur. extitit dubium, an curia Ecclesiastica possit inhibere iudici retroclamorum exceptione illa incidenti.

Respondi, † quòd sic. dum tamen in cu- 215
ria Ecclesiastica priùs offeratur supplicatio, narrando totum factum, & petendo prouideri inhibitionem iudici seculari, & ad dictum effectum, & causam, citari ipsum actorem in curia seculari. quia hoc casu, ante-
quam prouideatur inhibitio, † cognitio cau- 216
sae vsurarum summariè est fienda. Alex. *in l. 4. §. condemnatum col. 4. de re iudic.* Abb. *in c. tuam, de ordine cognit. vltimo notabili, & in col. 4. vers. quaero nunquid.* quia, cùm iudex laicus possit
cognoscere † de multis casibus, qui apparent 217
esse de iurisdictione Ecclesiastica, nempe, quando agitur non de iuris articulo, sed de facto, nõ debet iudex laicus de sua possessione priuari, nisi citata parte. Socin. *cons. 16. pen. col. & cons. 266. v. certus casus, vol. 2. & cons. 27. vol. 3.* Decius *cons. 498. in fin.* refert & sequitur Marta *de iurisd. 2. p. c. 42. n. 21.* & maximè *n. 8.*

218 Sed quæri poterit, † quid importet inhibitio hæc, respectu iudicis sæcularis.

Respondeo eum Marta *dicto cap. 42. n. 2.* quòd aut inhibitio fuit prouisa in causa, in qua iudex laicus ordinariè non solet cognoscere, veluti in exceptione contractus vsu-
219 rarij, quo ad † iuris articulum, vel in causa matrimoniali incidenti (de quibus secularis, quo ad iuris articulum, non cognoscit.) & tunc notificata inhibitione, suspenditur iurisdictio iudicis secularis, nec potest ad vl-
220 teriora procedere. & hæc † inhibitio resoluitur quandoque in vim citationis, si pars compareat coram iudice Ecclesiastico, de suo iure deducens. Si autem prouisa sit inhibitio, in casu, in quo iudex secularis solitus est cognoscere, tunc inhibitio non ligat iudicem secularem, sed ea non obstante, poterit ad vlteriora ipse in causa procedere. Bald. *in l. consulta diualia. C. de testam.* & *ibi* Salyc. *n. 3.*
221 inhibitio † enim in facto non promisso prouisa, non ligat iudicem, Rota *decis. 58. tit. de appellat. in nouis, & decis. Rota 75. tit. de appellat. in antiq.* Boër. *decis. 61. n. 4.*

222 Quæro, † an iudex Ecclesiasticus possit inhibere iudici laico, & sub pœna aliqua, & quæ sit hæc pœna.

Respondeo, iudicem Ecclesiasticum posse sub pœna excommunicationis inhibere iudici laico. ita Innocent. quem Baldus allegat *in sua Margarita, dicto vers. iudex, & in vers. laicus si reum.* Cæpolla *cons. criminali* 10. *num 2.* gloss. *in cap. decernimus, de sent. excommun. in 6.* Bald. *in l. consulta diualia. num. 1.*
223 *C. de testam.* Boër. *decis. 124. n. 4.* quæ † quidem excommunicationis pœna si canonicè & iuridicè non fuerit apposita, manus secularis iudicis non ligabit. Rota *decis. 58. de appellat. in nouis num. 4.*

224 Quæsitum fuit, † an si vnus euocauerit causam, & obtinuerit inhibitionem, si lis contra tertium moueatur, possit iste tertius se iuuare inhibitione per alium obtenta.

225 Respondetur quòd non. † quia hæc inhibitio solùm ligat collitigantes, nam inter eos facta censetur, & sic tertio non iuuat, tanquam res inter alios acta, vt probatur *in cap. Romana. §. in alium,* & *ibi* Philippus Francus *in princ. de appell.* tradit Surdus *decis. 301. num. 7.*

226 Sed quæro, † si vna pars prætendat coram iudice seculari, tolli inhibitionem curiæ Ecclesiasticæ, & pars quæ instauit inhibitionem, appellaret à prouisione inhibitionis, an iudex inhibitus possit procedere ad vlteriora in causa.

Respondeo quòd non, ex traditis per Ant. de Butrio *in cap. tuam, quæst. 2. de ordin. cognit.* Alexand. *consil. 63. in causa & lite vertente, volum. 3.* Ias. *in l. 1. colum. 1. C. de bon poss. secundum tab.*

Quæritur, † an iudex superior possit absolutè ex officio inhibere inferiorem. 227

Respondeo quòd non, sed debet fieri ad partis instantiam, vt ex mente Ægidij *decis. 157* tradit Petrus Gregor. *in suo lib. de appellat. lib. 2. cap. 14. num. 21.* quia debet præiudicium à parte allegari, iuxta tradita per Baldum *in l. 1. in fine. C. quomodo & quando iudex.*

In † curia Ecclesiastica Barcinonæ vertebatur quædam causa inter duos beneficiatos 228
Sedis Barcinon. alter ex illis, cupiens longiorem illam facere, desiderabat inhibitionem à curia Metropolitana Tarraconen. obtinere, existimando sic manus iudicis Barcinonensis curiæ ligatas manere, difficiliúsque ibi causam tractari. dubium hoc fuit à me quæsitum.

Respondi, hoc † casu non posse obtineri inhibitionem. quia in causis Ecclesiasticis non 229
datur inhibitio generalis, & solùm dari, vbi præcessit sententia definitiua, aut prouisio, vim definitiuæ habens, cuius grauamen nequeat postea reparari, vt fuit decisum per SS. Concilium Trident. *sess. 24. cap. 20. de reform.* & *ibi* declarationes sacræ Rotæ Romanæ, congestæ per Barbosam *verbo à definitiua vim habente, & verbo à definitiua reparari nequeat, mihi pag. 576.* & *ibi* remissiones per Barbosam positæ *pag 579. verbo, vel à definitiua vim habente.* & sic constat, non fuisse locum dictæ inhibitioni desideratæ.

Dum † vertebatur lis in curia seculari 230
super solutione cuiusdam debiti iurati, vt reus fuisset condemnatus ad soluendum illud, reus introduxit causam coram iudice Ecclesiastico, vt fugeret solutionem, allegando iuramenti interpositionem nullam, ex diuersis causis, obtinuítque inhibitionem à curia Ecclesiastica directam curiæ seculari, vt in executione supersederet, quoad vsque ius fuisset dictum super validitate dicti iuramenti. quæsitum fuit, † an talis inhibi- 231
tio ligaret iudicem secularem.

Respondi. In hoc casu considerati duo diuersa, nempe simplex adimplementum contractus, quod est purum factum, cùm illud etiam absque iuramento possit subsistere, & iuramenti interpositio, quæ ad confirmationem actus ponitur, quibus positis, cùm vnum sine † alio esse possit, & coram iudice secula- 232
ri solùm agatur, ad adimplementum contractus, ex simplici promissione, sine iuramento posse iudicem secularem ad executionem condemnationis procedere, nec manus ligatas habere, per inhibitionem iudicis Ecclesiastici. ita ex mente Alex. *cons. 85. vol. 5. & cons. 9.*

conf.9. volum. 8. Affliĉt. *decif.* 30. tradit Marta *de iurifdict.2.part.cap.46.num.*19.& dixerat *cap.45.num.*24.

233 In † Regia audientia vertebatur lis inter adminiftratores caufæ piæ, fundatæ per Iacobum Ferrer. equitem, contra hæredes, & fucceffores Francifci Flaquer mercatoris, pro recuperatione quantitatis, plus quàm quatuor mille librarum, virtute cuiufdam debitorij, firmati per dictum Flaquer, cum fcriptura tertij, & aliis obligationibus folitis, & affuetis. qua vertente caufa coram
234 Magnifico Hieronymo Seniuft, † de Regio Confilio. fcriba caufæ Agramunt. pro parte hæredum, & fuccefforum dicti Flaquer, fuit oppofitum, quòd quantitas euius inftabatur recuperatio, procedebat ex contractibus vfurariis, celebratis inter dictum Flaquer, & dictum Ferrer. & ex alia manu mota fuit lis, ad inftantiam viduæ Flaquer in curia Metropolitana Tarracon. virtute indulti Apoftolici, & à dicta curia Tarraconen. emanatæ fuerunt litteræ inhibitoriæ, & præfentatæ Magnifico Relatori, & dictis manumiffo-
235 ribus dictæ caufæ piæ. fuit quæfitum, † an dicta inhibitio ligaret manus dicti Relatoris. Prætendebam ego, (tanquam Aduocatus dictæ caufæ piæ,) & deducebam, quòd licèt dicta caufa effet vfurarum, (quod negabam) non erat à Regia audientia euocanda, fed ibi tractanda. quia erat mixti fori, cùm
236 caufa vfurarum mixti fori fit, † cùm in volumine conftitutionum, plures conftitutiones fint, vfuras reprobantes, vt in titulo *de vfuru* iuxta plura etiam fundamenta, quæ tradit Marta *in tract.de iurifdict.2. p.cap.7. n.*10. & fic prædictam caufam, fuo debito termino, effe deducendam in Regia audientia, non obftante dicta inhibitione. Tum & ex
237 alio fundamento, † quia caufa prædicta in prima inftantia erat introducta in Regia audientia, & fic non erat præuenta curia Ecclefiaftica, fed potiùs fecularis. & dato, quòd curia Ecclefiaftica fuiffet præuenta, adhuc potuiffet curia fecularis de facto vfurarum cognofcere.arg.text. *in cap tuam, de ord.cogn.*
238 † Et cùm de iure Cataloniæ vfuræ fint prohibitæ, & iudex fecularis eas deteftetur, concurrebant hoc cafu iudex fecularis, & Ecclefiafticus fimul, & fic æquali iurifdictione. vnde non debebat fupradicta inhibitio
239 ligare, † cùm ad hoc vt ea liget, à fuperiori debet emanare.*c.licet,de excep.lib* 6.dixi fuprà hoc eodem capite. Vnde dicebat Beroius *confil.*117.*vol.*3. quòd delegatus Papæ, (qui erat hoc cafu)non poterat facere præceptum iudici feculari, quòd fe abftineret à cogni-
240 tione dictæ caufæ. † quia Papa in temporalibus non habet iurifdictionem in actu, & fic poffe iudicem laicum, non obftante inhibitione, à curia Ecclefiaftica emanata, ad vlteriora procedere. In hac fententia, (poft hæc fcripta) reperi Martam *de iurifdictio* 2 *p. cap.*45. *num.*20. *cum feq* confulendo, vt ambo iudices in vnaquaque caufa fimul procedant. quo cafu, † fi reus diligentior fit coram 241
iudice Ecclefiaftico, & per eum declaretur, contractum effe vfurarium, tunc poterit eum effectu iudex Ecclefiafticus inbibere iudici feculari. Sin autem priùs executio facta fuerit per fecularem, & poftea contractus fuerit iudicatus vfurarius, tunc procedetur iuxta tradita per Martam *vbi fuprà num.*24.

Quibus tamen non obftantibus, † licèt 242
præuentio facta fuiffet in curia feculari Regiæ audientiæ, ad inftantiam dictorum adminiftratorum dictæ piæ caufæ, dictus Magnificus Hieronymus Seniuft, in caufa prædicta, coram fe vertente, nunquam ad vlteriora profequi voluit, fed de facto fuperfedit, non prouidendo. Vnde fi fimilis cafus euenerit, poterit fieri electio de opinionibus relatis. Dura certè abftenfio, & nimis timida. licèt enim non defint, qui dicant, iudicem Ecclefiafticum poffe inhibere iudici laico, in cognitione caufæ vfurarum, & tunc
† iudicem laicum debere fe abftinere, hoc 243
locum habet, vbi vfuræ de iure feculari non funt prohibitæ, pro vt declarat Marta *de iurifdict.2 part.cap 7.num.3 & 4.* &, cùm de iure conftitutionum Cataloniæ, vfuræ fint prohibitæ, nefcio qua occafione dictus Magnificus Relator fe abftinuit de profecutione caufæ prædictæ.

Quæritur, † vagabundus vbi fit ci- 244
tandus.

Refpondent DD. *in l.hæres abfens ff de iud.* quòd fi agitur actione reali, fufficit, quòd citatio fiat in loco vbi res eft fita. *l.*4 *§ prætor ait.ff de damno infect.* fi verò agatur actione perfonali, tunc citatio erit fienda in loco natiuitatis, vel vbi folitus erat frequentiùs verfari.*l.*2.*& ibi* fcribentes.*C.vbi de crim agi oport.* faciunt notata per Innoc. *in cap. quia propter, de elect.* quemadmodum † in eo qui duas ha- 245
bet domos, debet citari in ea, in qua frequentiùs verfatur, vel fi æqualiter eas habitet, debet citari in ea, in qua eo tempore quo citatur, folitus eft habitare. ita Ferrar. *in fua praxi in titulo, de forma refponfionum rei. à num.*10.

Conftitutione 1. fub titulo *de intimis*, difpofitum eft, † quòd nuncius ftatim præfen- 246
tata intima, teneatur facere relationem fcriba caufæ, cui illam præfentauerit, & qua hora, & quòd fcriba caufæ teneatur prædictam relationem in proceffu continuare, & quòd difpofitio dictæ conftitutionis obfer-

I 4 uetur

uatur in curiis omnium ordinariorum iudicum.

Constitutione autem secunda dispositum fuit, † quòd omnes intimæ, quæ notificantur per portarios, & nuncios, tam Regiæ audientiæ, quàm gerentis vices generalis Gubernatoris, & aliarum omnium curiarum, tam Regiarum, quàm Baronum, fiant in scriptis, & quòd illæ fiant, & scribantur suo nomine, & † in casu contrafactionis intimæ sunt nullæ. quæ constitutiones fuerunt declaratæ, cum constitutione tertia eiusdem rituli. in qua fuit dispositum, quòd scribæ causarum debeant dictas intimas claras facere, declarando causam vertentem, nominando partes litigantes, sub cuius relatione, ad cuius instantiam intimæ expediuntur, † & cui dirigunrur, & an nomine principali, an verò procuratorio, sub pœna, quòd si in expeditione intimarum non seruetur hæc forma, intima sit nulla, & Notarius amittat salarium integri processus, &
247
248
249
250 † incurrat pœnam decem librarum, pro qualiber vice. iuxta quarum constitutionum dispositionem plura dubia sunt perquirenda.

251 In primis quæritur, † si alicui aliqua intima præsentetur, in qua notificetur parti, id quod in aliqua causa petitur, & sic quòd ei notificatur, vt intra decem dies deducat cur petita fieri non debeant, quid importet talis intima, & notificatio.

Respondeo ex *decis.* 173. Nobilis à Peguera referentis ex decisione sacri Senatus, talem intimam resolui in veram citationem.

Cùm tres dies computentur de vna intima ad aliam, quæritur, † an dies, in qua præsentatur intima, computetur in termino dilationis.
252

Respondeo quòd non, prout ex mente Barr. Alex & cæterorum scribentium *in l. Labeo ff de ineiur.* & Bald. *in l. si ea, col. fin. C. qui accus. non possunt, & in l. 1. C. de tempor. appellat.* refert Marant. *de ordin. iudicio. 6. part. tit. de dilati. num.* 14.

253 Cùm † Procurator, postquam in iudicio comparuit, sit factus dominus litis, rectè Procuratorẽ alium substituere potest. *l. quod quis. & l. neque. C. de procur* dubitationis extitit, an intimæ sint dirigendæ primo Procuratori, an verò secundo.

254 Respondeo † quòd aut constat, substitutum acceptasse, aut non acceptasse: si constat, substitutum acceptasse huic substituto comparenti, intimæ erunt dirigendæ. quia statim atque substituit, censetur suam potestatem in substitutum transtulisse, iuxta tradita per Bart. *in l. quà differtur. §. quid ergo. ff. de*
255 *solutio.* Si † autem non constet, ipsum substitutum acceptasse, quia in manu eius est, acceptare mandatum, vel illud recusare, iuxta decisionem Bellam. 681. relatam à Hieron. Laurent. *decis.* 69. Rotæ Auenion. tunc certum est, intimam dirigendam esse primo Procuratori. quia remanet effectus dominus litis, quo ad vsque iste secundus, in eius locum subrogatus, acceptauerit onus dicti mandati. faciunt tradita per dictum Hieton. Laurent. *dicta decis.* 69. *per totam.*

Quæritur, † an relatio nuncij possit fieri die iuridica. 256

Respondeo quòd cùm ex dispositione constitutionum prædictarum, illa debeat per Notarium processus in illo scribi, & continuari, non poterit die feriata fieri, cùm sit pars substantialis processus, & non seruata dicta forma † processus sit nullus, iuxta tradita per Bald. *in l. fin. C. de ferijs.* Alex. *in l.* 1. *§ nunciatio, col.* 7. *ff. de noui oper. nunc.* Bart. *in l. si finita. §. Iulianus, col.* 4. *ff. de damn. infecto* glos. *in l. pen. ff. ad Trebell.* Bald. *in l. iudices, vlt. notabili, C. de fide instrumento.* & notabile est, † quòd hæc continuatio relationis sit de substantia processus, etiam de iure communi. tenet Paul. de Castro *cons.* 81. *col.* 4. *vol.* 3. Barr. *in l. hac autem. ff. ex quibus causis in possessio. eatur.* 257 258

Quæritur vlteriùs, † cui sit facienda relatio, an iudici, vel Notario causæ? & 259

Respondeo, quòd Notario causæ, dummodo continuetur in processu, secundùm Bart. *in l. si finita. §. Iulianus, col.* 3. *ff de damn. infect.* idem Bart. *in l.* 1. *§. cura carnis. ff. de offic. præfecti vrbis.* idem sentiunt Innoc. Alex. & Salycet. *in l. eos qui, § super. C. de appellatio.* & faciunt verba nostræ constitutionis 1. in illis verbis, *fer relatio en continent al escriua de la causa.* ex quibus clarè constat relationem per nuncium, scribæ causæ, non iudici, esse fiendam.

Quæritur vlteriùs, † quem effectum producant intimæ, cùm iam reus vnica citatione certioretur de tota causa, & de omnibus illius actibus. 260

Respondeo, quòd hæ intimæ, quæ in discursu causæ fiunt, habentur pro singulis citationibus, ex quibus fit, quòd si reus citatus comparear in iudicio, per se, vel per Procuratorem, † singulæ intimæ sunt ei notificandæ; si autem non comparuerit, tenentur in valuis curiæ apponi, iuxta tradita per Hippol. de Mars. *in l. de vnoquoque. num.* 53. *de iudic.* Felin. *in cap. ex parte decani. colum.* 4. *de rescript.* adducens ad hoc Bald. & alios, quæ præsentationis personalis vicem obtinet, citationes † enim hæ ostiis affigi voluerunt Innocent. Ioann. Andr. & alij *in cap. vlt. de eo qui mitt. in poss.* Bald. & Ang. *in l.* 4. *§. prætor. col.* 1. *vers.* 261 262

verſ.eſt etiam notandum.ff.de damn.infect. Bald. *in l.conſentaneum, col.1.2.notab. C. quomodo & quando iudex.* Bald. *in cap. Cumana.in princ. de elect. & in ſua Margarita v. citatio. col.pen.* &
263 quotidie experimur † in omnibus cauſis, quæ in Regia audientia tractantur, quòd intimæ, quæ abſentibus diriguntur, cum cera affigantur in valuis curiæ, vulgò *a las portas de la Sala.*

264 Quæritur vlteriùs, † an ſi aliquis dolosè has intimas à dictis ianuis auferat, veniat puniendus, & qua pœna.

Reſpondi arbitrio iudicis eſſe puniendum eum, qui tale fecit. quia aduersùs eum datur actio in factum. ex *l.hodie. ff.de pœnis. l.1. §.1.ff.de effract.& expil.* Sunt etiam qui exiſtimant, pœna falſi eſſe puniendum.ex *l.1.§.qui in rationibus.ff.ad leg.Cornel.de fal.* voluit gloſſ. *in l.ſi quis id quod, in princ.verbo in albo.ff.de iuriſdict. omn. iudicum*, & *ibi* Alberic. & cæteri ſcribentes.

In conſtitutione 1. ſub titulo, *de intimis*,
265 diſponitur, † quòd intima debeat præſentari perſonæ, non nominando cui. quæritur, de qua perſona ſit intelligendum.

Reſpondeo, quòd de perſona, cui traditur, non verò cui dirigitur. ex *l.licet repudij.6. C.de repud.* & hoc tenet Ant. de Butrio *in cap. fin.de eo qui mittitur in poſſ.* Mar Socin. *in tract. de citatio.art.17.verſ.circa ſeptimam ſpeciem*, qui ſubdit, ita vbique ſeruari, allegans Thomam Grammaticum *conſil.4.num.1.* idem ſentientem.

266 Quæritur, † quæ requirantur in nuncio, vt legitimè ſuum exerceat officium.

Reſpondeo primò requiri, quòd ſit iuratus. iuxta gloſſ. *in c. parati. de appellat.* Bart. *in l.cura carnis.ff.de offic.præfecti.* quia per iuramentum à ſe præſtitum, poſtea creditur, ſe legaliter in exercitio ſui officij habere, & inde ei plena fides datur. *cap.ad audientiam,de reſcript.* ſequitur Innoc. *in cap. quoniam contra falſam, col.1 verbo citatus.* & *ibi* Innocent. & Felin. *de probat.* Federic. Senenſ. *conſ.119. nulli dubium eſt, ante finem.* Bart. *in Extraug. ad reprimendum.verbo, per nuncium, in fine.* & ita in praxi
267 ante † omnia hoc iuramentum tenetur præſtare nuncius. Bart. *in l.diuus la 2.col.2.verſ.tertiò quæro, ff.de cuſtodia reo.* Bald. *in l.1. §.ſi quis negat, in fine. ff quemadm. teſtament.aper.* Philipp. Franc. & Dec. *in dicto cap. cùm parati.* & ita communiter obſeruari, atteſtatur Speculator *in titulo, de citatio. §. ſequitur.* ex quibus
268 conſtat, † nuncium ante omnia debere iurare de bene, & legaliter ſe habendo. declarat Bald. *in l.magis puto.§.illud, in fine.ff.de rebus eorum.& in l.2. ff.de ſport.* Bobadilla *in ſua politi.tom.1.lib.1.cap.13.* & *ibi* additio *ad num.4. littera R.*

Sed † ſi nuncius dicat, ſe intimam præſentaſſe, reus verò neget, & offerat ſe iurare, ſibi non fuiſſe præſentatam, quæritur, an ſit credendum nuncio, an verò reo. 269

Reſpondeo, hoc caſu fidem eſſe dandam nuncio. iuxta tradita per Iaſ. *in § ſed iſta quidem, col 25. verſ & per iſta puto. Inſtit. de actio.* qui reprehendebat Bald. dicentem, *in l. 2. §. pen. ff. ſi quis caution.* † ſtari iuramento illius, 270 qui iurabat, notificationem factam domui ſuæ non fuiſſe, nec ad ſuam notitiam perueniſſe, & ſic eum non eſſe credendum, ſed nuncium. ſequitur Alex. *in l.de pupillo.§.nunciationem, col.vlt ff.de noui oper.nunciat.* & additio ad Bart. *in l.inter omnes. §. rectè. ff. de furt.* Alciat. *in tract.de præſump reg.3.præſ.16.num.2.* & licèt Maranta *de ordine iudiciorum.6.par.tit. de citatio num. 53.* dicat, † quòd ſi perſona 271 circumſpecta iuret, ſe non fuiſſe citatum, ſit credenda. ſalua tamen tanti viri pace, contrarium iudicando obſeruatur. quia cùm nuncius ſit perſona publica, per hoc, & eius iuramentum, purgantur omnes præſumptiones, quæ contra eum oriri poſſent, ex negatione, & iuramento aduerſarij. hoc enim, quod eſt credere iuramento citati, ſolùm poteſt habere locum, † quando citatio ſit 272 per edictum, vt tradit Maſcard. *de probat. concluſ.291.num.9.* quia ſi tunc reus iuret, ſe non habuiſſe notitiam de citatione edictali, creditur ei, vt pluribus fundamentis tradit Maſcard. *num. 10.* aliud enim eſt iurare, ſe non habuiſſe notitiam citationis, quæ fuit facta per publicum proclama, quæ ſciri poterat; aliud eſt iurare, ſibi non fuiſſe præſentatam intimam, ſeu citationem, quam nuncius dicit ſe præſentaſſe.

Sed quæri poteſt, † an ſi reus velit probare, ſe non fuiſſe citatum, admittendus ſit ad talem probationem faciendam, & an valeat talis probatio. 273

Reſpondeo, quòd ſic, ex traditis à Ioanne Baptiſt. Aſin. *in ſua praxi. §.9.cap 2.num 8. & cap.11. per totum.* & hanc eſſe communem opinionem, docent Philipp.Franc.& Dec. *in cap.cùm parati,de appell.* voluit gloſſ. *in cap.item teſtes 4. quæſt.3. verbo, in executionibus.* Innoc. *in cap.propoſuiſti*, & *ibi* Felin. *colum.1.de probat.* Guido Pap. *deciſ.618.* Roman. *conſ.102.n.5.* & Alex. *conſil.114. num.3.lib.4. & conſ 91 n.8. lib.6.* quia † probatio hæc plena, maiorem 274 vim habet, quàm relatio nuncij iurati. & ita tenet Maſcard. *de probat. concluſ.1120.n. 26.* allegãs idem tenere Luc.de Penna *in l.curioſi n.67. de decurio & ſtatulib. lib.12.* Guid.Pap. *deciſ.557. prope finem.* Cephal. *conſ.261.n 71. lib.2.* idem Maſcard *concl.94.num.13.*

Sed † quomodo probare debet, ſe non 275 fuiſſe citatum.

Reſpon

Respondeo, hanc propositionem esse negatiuam facti, & sic difficilis probationis. iuxta text. *in l. actor.* & *ibi* communiter scribentes, *C. de probat.* & sic, cùm hæc negatiua facti sit vaga, & ferè improbabilis, debet ipse reus quærere circunstantias, per quas probatas elidatur relatio nuncij, veluti faciendo priùs per nuncium designare diem, locum, & horam, quando citatio dicitur
276 præsentata, † & contra eius relationem, & circunstantias, articulabit reus, & restes ministrabit, qui per sensum corporeum deponant, contra relationem factam per nuncium. nam si non deponunt per modum scientiæ, tunc clarè non admitretur probatio, quoad declarandam falsam nuncij relationem. iuxta tradita per Mascard. *de probat. conclus.* 1092. *num* 9.

277 Quæritur, † an nuncio eredatur, asserenti, se malè tractatum fuisse à eitato.

Respondeo quòd non, quia hoc est extra suum officium, & sic tali assertioni illius non statur, nisi ad inquirendum, vt ex mente plurimorum tradit Bobadilla *in sua polit lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 44. *circa medium*, & *ibi* additiones *in gloss. littera E. mihi pag.* 210. referens plures DD. hanc tenentes sententiam, quia cùm ex tali relatione puniendus veniret citatus, non est standum dicto nuncij, vt tradit Afin. *in sua praxi* § 9. *cap.* 10.

278 Vlteriùs quæritur, † si ounecius fuerit conuictus, quòd fecerit relationem falsam, qua pœna puniatur?

Respondi cum distinctione, quam ponit Speculator *in tit. de executore*, *num* 4. consti-
279 tuens differentiam, † an nuncius fecerit relationem falsam, ob pecuniam ei datam. quia hoc casu pœna falsi erit puniendus, quia deliquit in legem Corneliam de falsis, quia mutauit veritatem, iuxta *l.* 1. *ff. ad legem Cornel. de falsis.* pœna autem contioetur *in dicta l* 1. § *fin.* Si verò non fuerit corruptus pecunia, sed alio motu id fecerit, tunc actione in factum tenebitur nuncius. *l. qui nomine prætoris. ff eod.* & hanc sententiam sequitur Guido Papæ *decis* 44 *num.* 3.

280 Quæritur, † quis sit principalis effectus intimæ, & quid inde sequatur.

Respondeo, quòd principalis effectus intimæ est, causare notitiam iudicialis actus ei, cui intima dirigitur, & ideo deducitur,
281 quòd † præiudicium parti non inferrur à die factæ prouisionis, seu latæ sententiæ, sed à die, qua prouisio, seu sententia, fuit notificata, & intimata. *l.* 1. § *fin. ff. quando appellandum sit*, & *in* §. *biduum. l. ab eo. C. quomodo, & quando iudex*, & hanc sententiam sequitur Ferrar. *in sua praxi. titulo de forma appellat. à sentent. definit. in princip. & num.* 11. dicens, quòd † vbi pars non est præsens, tempore 282 quo sententia fertur, debet sententia illi notificari in forma publica, vt ei noceat, iuxta text. *in Clement. causam, de electio.* notat Bart. *in l. non solùm.* §. *morte. ff. de noui oper. nunciat.*

Quæritur vlteriùs, † an intima sit necessaria, an verò sufficiat, quòd quis habeat scientiam prouisionis, siue sententiæ, vt sibi noceat. 283

Respondeo, quòd vt sententia præiudicet, non sufficit illius habere notitiam, sed requiritur, quòd iudicialiter intimetur, & notificetur, iuxta doctrinam Bartoli *in l. denunciasse.* § *quid ergo. num.* 1. *vers quandoque requiritur. ff. ad leg. Iul. de adult.* idem tenet *ibidem* Angel. & Bald. *in cap. ad hoc. n.* 19. *in fine. tit. de allodijs.* Alex. *cons.* 24. *num.* 5. *lib.* 4. *glossa fin. in Clem. causam, de electio.*

Quæsitum fuit, † qui sint effectus inhibitionis. 284

Respondeo, quòd primus effectus est, facere illicitum, quod antea licitum erat. quia ligat manus personæ inhibitæ, eùm † inducat nullirarem actus, facti post eam, vt tradir Mandof. *in tract. de inhibit quæst.* 1. *num.* 3. Lancellot. *de attent. in præfatio.* 2. *p. cap de attentat. post inhibitionem.* Philippus Francus *in cap. pastoralis. num.* 5. *de appellat.* 285

Secundus effectus est, † quòd si introducta sit appellationis causa absque inhibitione, valent omnia gesta, non obstante appellatione, licèt veniant reuocanda. Si tamen præcesserit inhibitio, omnia facta ipso iure nulla iudicantur. Philippus Franc. *in cap. bonæ, sub num.* 33. *de appellat.* potest etiam iudex à quo, corrigere sententiam, † si inhibitio non interuenit; ea autem interueniente, non poterit iudex eorrigere eam. plura ad hæc Lancellot. *de attentat. post inhibit. cap* 20. 286 287

Tertius effectus est, † quòd semper est attendendus tenor inhibitionis. quia iuxta illius tenorem producit effectus, veluti, si inhibitio respiciat certum locum, extra illum non producet effectum aliquem. veluti si apponatur in inhibitione clausula cum facultate inhibendi in curia, non poterit inhibere extra curiam Cassador. *decis.* 4. *num.* 1. *de rescript.* Mandof. *in tract. de inhibit. quæst.* 3. *num.* 3. 288

Fuit † facta quædam prouisio, & illius intima fuit præsentata in domo ipsius rei euidam famulæ, & relatio præsentationis dictæ intimæ facta fuit per nuncium, & continuata per Notarium in processu. Ipse reus voluit supplicate lapso termino, opposita fuit exceptio rei iudicatæ. ipse verò replicabat, † se non habuisse notitiam dictæ intimæ, & per consequens sibi non fuisse lapsum tempus 289 290

ad

ad supplicandum, extitit dubium, an ex tali præsentatione facta famulæ, præsumatur notitia in domino, vel non.

Respondeo quòd si intima fuit domi præsentata, & tradita famulo, vel alicui personæ, de qua ius non confidit, tunc non præ-
291 sumitur scientia intimæ in domino, † & per consequens non dicitur tempus lapsum, quia intima sic præsentata non afficit, cùm non dicatur legitimè executa, cùm non sit personaliter præsentata, iuxta tradita per Dec. *cons.* 34.*num.*4. & per gloss. *in cap.concertationi, verbo sciuerit, de appellat.in* 6. Felin. *in cap.quo ad consultationem, col.*12. *num.*22. *vers.*
292 *postremo ff.de re iudic.* maximè, quia † ex tali notificatione intimæ solùm oritur præsumptio, quòd peruenit notitia ad eum. Ad hoc
293 autem, † vt appellatio censeatur sublata, requiritur vera notificatio, & scientia, iuxta tradita per Franc.*in cap.bona* 51 *num.*2 1.*col* 5. *vers.octauò, de appellat.* Tiraquell. *de retract.ligna.* quos allegat Stephan. Gratian. *decis.Ro-*
294 *ta Marchiæ* 111.*num.*11. Si † autem talis intima fuerit præsentata in domo, & relicta personæ coniunctæ, veluti patri, aut filio, marito, vel mulieri, socero, genero, aut nurui, quia respectu horum cadit præsumptio iuris certa, quòd non sunt immemores, tradendi intimam ei, cui directa est, iuxta plures autores traditos per Michaëlem Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.*131. *per totum*, & ibi additiones.
295 quæ † iuris præsumptio, iuxta tradita per dictos Doctores, æquiparatur veræ notificationi. & hoc casu certum erit, lapsum esse tempus ad supplicandum, eo quòd præsentatio talis intimæ habetur pro legitima.

296 In † causa sequestri instati, de persona Nobilis Clementiæ Carbonell, per Nobilem Iacobum Carbonell eius patrem, ne consummaretur matrimonium ratum inter eam, & Raphaëlem Granollachs, eius consobrinum, prætendens dictus Nobilis Iacobus Carbonell, rescriptum obtentum à SS.ad dictum matrimonium contrahendum, esse iniustum, & ex falsis causis obtentum. (quæ
297 prætensio † licèt paterna, calumniosa erat, cùm illud fuisset obtentum ab ipso patre, & per enm, & per Nobilem Ioachimum Carbonell auunculum illius fuisset verificatum) accessit ipse pater ad Excellentissimum Marchionem de Almacan tunc Locumtenentem generalem, & ab eo petiit assistentiam brachij secularis, ad extrahendum dictam Nobilem Clementiam à domo Bernardini Granollachs, vbi existebat, vt inde extracta alibi
298 sequestraretur. quæsitum fuit, † an assistentia esset concedēda sine partis citatione. Pro parte dicti Nobilis Iacobi Carbonell allegabantur, quæ referuntur à Cancer 3.*part. obseruat. cap.*19. *de inuocatione brachij secularis, à num.*21.qui postquam *num.*18.retulit sententiam existimantium, requiri citationem, ipse contrarium defendit, adducens diuersa fundamenta in confirmationem suæ sententiæ. Ego verò partes dictæ Nobilis Clementiæ agendo, dictum Excellentissimum Locumtenentem informaui, & solùm allegaui doctrinam Antonij Oliba, ad Vsat. *alium namque.cap.*15.*num.*57. dicentis, † ex obseruan- 299
tia Regij Senatus non dari assistentiam sine partis citatione, fundando se in doctrina Beninten. *decis.* 55. & sic obtinui quòd dictus Excellentissimus Locumtenens noluit dare assistentiam sine partis citatione.

Verùm, salua pace tanti Præsidis, si rei veritas in puncto iuris attendatur, existimo,
† quòd præsupposito, quòd repetitur differentia inter concessionem brachij secularis, & assistentiam brachij secularis, prout tradit Oliba ad dictum Vsat. *alium namque. cap.*15. *n.*45. & faciunt tradita per Michaëlem Ferr. 3.*p.obseruat.cap.*232.*& cap.*234.*&* 235. existimo, † in nuda assistentia petita non requiri citationem, cùm nulla causæ cognitio requiratur, quia tunc solùm petitur iudicis secularis assistentia, adhærendo facto curiæ Ecclesiasticæ, vt vitentur scandala, & sic iudex secularis nil facere dicitur: quando verò petitur † auxilium brachij secularis, tunc necessaria erit partis citatio, quia tunc iudex, qui suum auxilium præstat, tanquam executor procedit, cùm ipse requiratur, vt sui subditi exequantur. *c.*1.*de offic.ord.cap.significasti, de offic. deleg.* & tunc, † cùm causæ cognitio summariè interuenire debeat, nil mirum, si citatio requiratur. & hoc sensu est intelligenda constitutio 1. *sub tit. de inuocat. brachij secular.* in illis verbis, *sic intimat alapart.* quæ † intima vim citationis habet, vt aliàs suprà de alia simili intima dixi. faciunt tradita per Francisc. Molins *de inuocat. brach. secular. cap.*17.*num.*1.*&* 10.

Vertente † causa in Regia audientia, ad 305
relationem Magnifici Hieronymi Seniust, inter Excellentissimum Admiratum Castellæ, & Egregium Marchionem de Aytona, & Comitem de Osana, eius filium ex alia, euenit, quòd ea lite pendente, decessit Marchio de Aytona, hærede sibi vniuersali relicto Comite de Ossona, eius vnico filio, qui viuente patre, iam in causa comparuerat. fuit quæsitum, an mortuo dicto Marchione, dictus Comes eius filius esset de nouo citandus. Consulti quamplures ex ipsis, aliqui fuerunt in voto, dictum Comitem de nouo esse citandum, eo quòd esset nouus Marchio, & sic noua persona erat, cùm ipse adeundo, seu immiscēdo se hæreditati paternæ, non

300 301 302 303 304

306 non suam, sed † patris sui personam repræsentaret. *l. non minus*, & ibi gl. *ff. de hared. instit. l. si mihi & Titio. ff. de legat.* 2. maximè, quia cùm ius competens ex hæreditate patris non sit certum, neque notorium, necessariò dicebatur requiri nouam citationem, citatio
307 † enim absolutè requiritur, vbi non sumus certi de defensionibus, quæ reo competere possunt Ripa *in l. is cui bonis, num.* 29 *ff. de verbo. obligat.* Panormit. *in cap. dudum, de accusat.* Card. & Imol. *in cap. extirpanda, de prabend.* Curtius *cons.* 20.

Ego verò contrariam sententiam secutus fui, nempe, non esse de nono citandum, assi-
308 gnans rationem ex eo, quia † si citatio requiritur, vt quis certioretur de iure aduersarij prætenso, vt eo cognito, possit reus ab eo se defendere, vt est tritissimum iuris principium, & ab omnibus receptum, *Clement. pastoralis. §. caeterùm, de re iudic.* Bald. *consil.* 21. *lib.* 5. faciunt tradita per Vant. *in tit. de nullit. ex defectu citat. num.* 17. vbi in pluribus fundamentis corroborat, non esse necessariam citationem, respectu præsentis in iudicio. In præsenti nostro casu satis præsens dicebatur nouus Marchio, cùm in prædicta causa iam esset immixtus tãquam Comes de Osona, & sic sciebat litis pendentiam, & cum eodem causam agitari. Vnde si quas exceptiones sibi competere prætendebat, sibi imputaretur, si eas non proponebat, eo quòd in sua faculta-
309 te habebat eas proponendi, vnde † cessabat necessitas citationis fiendæ, & superuacua erat noua citatio. facit doctrina Cardinalis *in Clem. cùm sit Romana, de appellat.* notant DD. *in cap. ad nostram lo* 3. *de iureiur.* text. cum glos. *in cap. cùm olim, de re iudic.* Vltra prædicta allegabam doctrinam Bart. *in l.* 1 *ff de in ius vocan.* Bald. *in auth. si omnes, col. vlt. vers. deinde*
310 *nota. C. si minor ab hareditate.* nam, † si citationis finis est comparitio, certè qui in causa
311 iam est, præsens dicitur, & † pro præsenti, & collitigante comparitio non requiritur, sed frustranea est. Ioann. Andr. *in cap. fin. de elect. in nouellis.* vnde Afin. *in sua praxi* §. 7. *de citatio. limitat.* 90. *num.* 3. allegat Angelum di-
312 centem, † stultum esse iudicem, qui præsentem citare mandat, per ea quæ habentur *in l.* 2. *C. quomodo & quando iudex, & in l. etiam. § fin. ff. de minor.* gloss. *in l properandum. § fin. ff. de iudic.* & sic nouas litteras citatorias non esse extrahendas, maximè contendi. quia dictus nouus Marchio, iam erat litis consors,
313 vnde † ampliùs non erat certiorandus, vt cõmuniter notatur *in l.* 1. *ff. de actio. empt.* refert Afin. *in sua praxi.* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 11. *num.* 20. Dixi tamen, in prædicta causa esse supplicationem offerendam, pro parte dicti Excellentissimi Admiratus, deducendo mortem Marchionis patris, & illam probando. Simi-
liter, † & successionem noui Marchionis, in 314
hæreditate defuncti, petendo vt ipse nouus Marchio tam nomine proprio, quàm hæreditario, condemnetur, cum sententia ferenda ad petita. quia sententia debet esse conformis libello, vnde omnes DD. postea in hanc se inclinarunt sententiam, vt non citaretur de nouo, sed quòd offerretur supplicatio supradicta.

Quæsitum fuit, † an si aliquis ab aliquo 315
archiuo publico, velit aliquam extrahere scripturam, debeat ad illius extractionem facere citare eum, contra quem lis est tractanda, virtute illius scripturæ.

Respondetur ex traditis per Hippolyt. Riminald. *cons.* 282. *vol.* 2. *n.* 7. dicentem non requiri tali casu citationem. & hoc præsensit Bald. *in cap* 1. *de fide instrumentorum.*

In † consistorio Baiuliæ generalis Catalo- 316
niæ, me existente Relatore, fuit lata sententia, in causa quæ ducebatur inter Nobilem Leandrum de Margarit, & de Gallart agentem ex vna, contra Baiulum, & vniuersitatem de Vllstret, vicariæ de Girona. qua sententia lata, & in rem iudicatam transacta, per Syndicum vniuersitatis prædictæ fuit imploratum beneficium restitutionis in integrum, ad impediendam executionem dictæ sententiæ. & dato pro constanti, quòd † com- 317
petebat dictæ vniuersitati beneficium restitutionis in integrum, quando iusta nullitas constaret, iuxta tradita per gloss. *in l. vnic. C. de in integrum restit. postulata, ne quid noui fiat.* & *ibi* gloss. *verbo, debere.* Guid. Pap. *decis.* 215 *n.* 7. fuit dubitatum, an aliqua nullitas in processu appareret, ex qua iudicandum esset, restitutionem petitam, esse concedendam. Constabat in processu per Nobilem Leandrum de Margarit, fuisse citatos iuratos dictæ vniuersitatis, & postea pluribus annis, in prosecutione causæ nouos iuratos (qui singulis annis extrahuntur,) fecit citare, & contra eos reproducebat citationem. citauit tamen aliquibus annis alios iuratos, citare maximè fecit illos, qui iurati erant tempore, quo lata fuit sententia. Ex quibus fuit dubitatum,
† an sententia esset nulla, quia consecutiuè 318
non fuerant citati omnes iurati. allegabant pro parte dicti Nobilis Leandri, quòd non erant citandi noui iurati singulis annis, sed sufficere semel eos citasse, quia ipsi repræsentant vniuersitatem, † quæ nunquã mutatur. 319
l sicut municipium. §. in decurionibus, ff quod cuiusque vniuersitatis. Guido Papæ *decis.* 259. & 545. Peguera *tom.* 1. *decis* 71. *n.* 7 maximè, quòd † noni incolæ alicuius loci semper 320
censentur idem, atque veteres, ex text. notabili *in l proponebatur, circa medium. ff. de iudic.*

Guido

Guido Pap. *decis.* 279. & *ibi* additiones Ranchini. tum quia quod præcedebat dicta vniuersitas, non erat in consideratione. nempe priuilegia, quibus nitebatur Don Leander de Margarit, inualida esse. quia ex illis inferebatur præiudiciũ vniuersitati, ex eo quòd coangustabatur Baiuli iurisdictio. nam dicebatur pro parte dicti Nobilis Leandri de Margarit, hoc non obstare, quia tale præiudicium non inferebatur; & dato quòd in-
321 ferretur, (quod negabant) † non erat in consideratione, cùm non veniret principaliter, sed in consequentiam. quod non est attendendum, iuxta tradita per Crauettam *consil.* 186. *num.* 8. Cassanate *tom.* 1. *consil.* 43. *num.* 68. Dubio autem perpenso, & valde agitato, facto verbo fuit prouisum, quòd concederetur beneficium restitutionis in integrũ, & mandaretur Nobili Leandro de Margarit, quòd nil innouaret in causa prædicta, & quòd expedirentur litteræ ad hunc effectum, pro vt fuerunt expeditæ. Moti fuimus ex eo,
322 † quòd iurati vniuersitatis semper sunt citandi, quoties causa est tractanda contra vniuersitatem, iuxta gloss. *in cap. si capitulo, verbo factum, de concessio. præbendæ lib.* 6. faciunt tradita per Crauet. *consil.* 55. Ioann. Andr. *in addition. ad Specular. tit. de decis.* §. 1. & Doctores *in cap. bonæ, de election.* Peguer. *tom.* 1. *decis.* 71. *num.* 6. & præcipuè, vbi pro parte vniuersitatis Syndicus in causa
323 non comparuit, † quia si Syndicus comparuisset, cum eo fuisset lis contestata; & sic non erat necessarium singulis annis nouos iuratos citare. quia Syndicus comparendo fuit factus litis dominus. *l. procuratoribus. C. de procurat.* & *ibi* communiter scribentes. *l. si pater. C. manda. cap. quamuis procurator, de procurat. in* 6. Constabat tamen, Syndicum pro vniuersitate de Vllstret non comparuisse in prædicta causa, & sic habuimus pro constanti, quòd in prosecutione causæ singulis annis sunt citandi noui consules, seu iurari, quoties in causa non comparuit Syndicus illius.
324 quia apparet † defensionem vniuersitatis esse in suspenso. Curet igitur Aduocatus actoris, quòd in causa quam defendet, contra vniuersitatem, faciat singulis annis citare nouos iuratos, seu consules, & probare quòd sunt iurari, & vt tales publicè administrant ipsam vniuersitatem, casu quo in causa non comparuerit Syndicus illius, quia si Syndicus comparuerit, cùm dominus litis sit, nil ampliùs est curandum.
325 Quidam † existens Madriti, eum litteris requisitoriis fuit citatus, cum termino ordinario decem dierum, cùm esset citatus persona plebeia, & non militaris. euenit quòd ipse nec comparuit, nec per eum Procurator. fuit lata sententia: postea consuluit me pars condemnata.

Respondi quòd diceret de nullitate dictæ sententiæ, ex defectu citationis. quia citatio illa erat nulla, cùm tempus præfixum decem dierum non esset congruum, & competens ad comparendum, respectu habitantium in dicta villa de Madrid, quæ à præsenti ciuitate distat per spacium centum leucarum. debet † enim citationi præfigi con- 326
gruum tempus, aliàs est nulla citatio. *Clem.* 1. & *ibi* gloss. & Innoc. *num.* 41. *de iudic.* Bart. *in l. aut qui aliter ff. quod vi aut clam.* Afflict. *decis.* 124. *num.* 3. Foller. *in praxi crim. in prima parte secundæ partis in rubr. vt eos verbaliter citari faciat, num.* 22. Salycet. *in l. qua in prouincia num.* 5. *C. vbi de crim. agi oport.* Paul. Æmilius Verall. *decis.* 261. *summ.* 3. *nulla est sententia, num.* 8. 2. *parte*, & secundùm hanc sententiam iudicatum fuisse refert Viuius 2. *parte decis.* 361.

Quæsitum fuit, † an in collatione benefi- 327
cij per Episcopum fienda, requiratur citatio per edictum, si timetur aliquos prætensos esse patronos.

Respondeo quòd sic. iuxta text. *in cap. fin. de elect. lib.* 6. quia licèt illius textus dispositio solùm loquatur in electione, † obtinet 328
etiam locum in præsentatione compatronorum, vt per gloss. *ibi, verbo electione.* Gemin. Philip Franc. Petrus de Ancar. & omnes vnanimi consensu *in eod. c. fin.* quia eadem est ratio expressa *in can.* ne prælatus manum imponat, contra doctrinam Apostoli, de qua *in c. quid est manus.* 78. *distinct.* ergo stante eadem ratione, idem ius erit statuendum. *l. illud ff. ad legem Aquil. l. à Titio ff. de verb. oblig. l. fin. C. ad legem Falcid.* cum similibus. Est & alia ratio, † quia præsentatio compatronorum, lare 329
sumpto vocabulo, electio dicitur, & præsentando dicitur eligere, *c.* 2. *& c. nobis. de iure patron.* apparet igitur † edicta (quæ vicem cita- 330
tionis obtinent) ante collationem beneficiorum esse publicanda.

Dubium fuit quæsitum, † an iudex dele- 331
gatus, cùm debeat suam iurisdictionem probare, cùm ipsi asserenti non sit credendum, *c. cùm iurisperitis*, & *ibi* gloss & DD. *de offic. deleg.* teneatur, in citatione, quam prouideat, originaliter mittere suam commissionem, vt reus citatus nullam exceptionem habere videatur, vel quid facere teneatur.

Respondeo quòd sufficit quòd delegatus in litteris citatoriis tenorem commissionis inserere faciat. *cap.* 2. & *ibi* DD. *de dilat.* Doctores *in l.* 2. *ff. si quis in ius voca. non ierit. c. cùm in iure*, & *ibi* Innoc. *num.* 4. Panorm. & Felin. *de offic. deleg.* Bart. *in l.* 2. *ff. si quis in ius voca. non ierit.* Gail. *obseru. centur.* 3. *cap.* 1.

332 Quærirur vlteriùs,† an citatus habear aliquam excuſationem iuſtam, propter quam excuſatus remaneat ſi non comparuerit.

Reſpondeo quòd ſic. nam ſi fuerit citatus ad locum non tutum, non tenebitur
comparere. iuxta *text. in Clement. paſtoralis.*
§. *Piſana. de re iudicat.* cum ſimilibus. Gail.
333 *pract.obſeru.cap.52.num.3.lib.1.* Dicitur † autem locus non tutus, vbi citatus ob capitales inimicitias comparere non audet. iuxta rradita per Panormit. *in cap.cùm R.Canonicus. de offic.delegat* & *ibi* ſcribentes. *& in cap.ſtatutum, de reſcript. in 6.* Aretin. *in § nouiſſimè. Inſtit.de ſuſpect.tutor.num.1.* Felinus *in cap.repellantur, de accuſat.* Vantius *in tract. de nullit. ex defect.iuriſdict.num.165.* Bart. *in l.ſciendum. §.acceptatio. ff.de leg.1.*

334 Nec poterit dici contumax eo caſu, † ſi non comparuerit legitimo rempore, id eſt, præfixo. quia non ſibi imputarur mora, cùm eius culpa non euenerit. vt ex gloſſa *in dicto §.Piſana.* Francus *in cap.ex parte,num.10.* poſt Hoſtienſ. & Imol. & probant ex Baldo, qui hoc *in l.2.num.7.C. de Epiſc. & cleric.* probare videtur.

335 Quæritur vlteriùs, † an ſint aliæ cauſæ, ex quibus quis excuſetur à non comparendo, cùm ſit citarus.

Reſpondeo quòd ſic, nempe ſi tempore comparitionis ſuperueniat peſtis, iuxta text. *in Clement.1.de foro compet.cap.ex parte el 1. de appellat. cap. accedens lo 2. vt lite non conteſt.* Pragmat.Sanctio *in tit.de auctor.generalis conſilij. verbo, peſtis. fol.23.*

336 Vlteriùs quæritur, † an citatio notoriè nulla arctet citatum vt teneatur comparere, ſaltim ad deducendum nullitatem citationis.

Reſpondeo quòd non, ex communi ſcribentium ſententia, relata à Viuio *commun. opin. opinione 226. fol.126.* ſequitur Cornel. *conſil.159.col.3.vol.1.*

337 Quæri poteſt, † quot modis non dicatur
tutus acceſſus, vt quis excuſetur ab obliga-
tione, ſub qua tenetur, hos refert Iacobus
Laurentius *in tract.de iudic.ſuſpect.c.13.n.15.*
referens quinque eſſe caſus, in quibus quis
dicere poteſt, ſe non eſſe ſecurum. Primò,
338 † propter capitales inimicitias, ex notaris *in*
l.de ætate.ff.ad Trebell. Secūdò propterea quòd
339 † timet ab ipſamet ciuitate moleſtari, & op-
primi, ex notatis à Felin. *in c.cum R.Canonicus,*
340 *de off.deleg.* Tertiò † quando ad locum iudicij
properari nō poteſt, niſi tranſeundo per loca
vbi inimici ſunt, vel periculum imminens
341 exiſtit. quia † ſecuritas non ſolùm debet eſſe
eundo, ſed etiam redeundo. *l. vtimur. ff. de*
ſepulc.viol. notant ſcribentes *in dicto cap. acce-*
342 *dens.* quia † non dicitur venire ſecurè, qui
ſecurè redire nō poteſt, *l ſciendum.ff.de lega.1.*
l. de ætate. ff ad Trebell. tenet hoc Bart. *in l.re-*
legati.ff.de pœnis. Felin. *in cap ego.num.8. de iu-*
reiuran. Menoch. *de arbitrar.caſu 336.num.12.*
Quartò, quando citarus eſt alterius affe-
ctionis. Quintò (vt diximus) † ſi peſtis ſu- 343
perueniat. *Clemen.ne in agro* & *ibi* gloſſ.*verbo*
rationabili, de ſtatu monach. Felin. hoc idem
onartat *in c. accedens lo 2.num.1.in princ.vt lite*
non conteſtat.

Sed quæri poteſt, † an quando non eſt 344
notorium impedimentum tuti acceſſus, te-
neatur reus comparere, & allegare per Pro-
curatorem non tutum acceſſum.

Reſpondeo, quòd ſic, vel lapſo tempo-
re citationis debet comparere, & allegare
impedimentum, quod ſuperuenit, vt norant
ſcribentes *in l quæſitum ff.de re iudicat.* ex *l.fin.*
ff.de in integrum reſtit. quo caſu, † conſtito de 345
impedimento legitimo, ſi proceſſus factus
fuerit, declarabitur nullus. Ripa *cap 3. n.27.*
Franciſc Marc. *deciſ.124.* ex gloſſ. *in cap quiſ-*
quis.4.quæſt.5.

Quæri poteſt, † an exceptio hæc non tuti 346
acceſſus, poſſit à quocunque abſque manda-
to allegari.

Reſpondeo quòd ſic, ex Bart. *in l. penult.*
§.ad crimen,num.18.ff. de public. iudicijs. ſi ex-
ceptio ſolùm allegatur cauſa tuti acceſſus,
nam † ſi aliæ exceptiones eſſent opponen- 347
dæ; tunc ſine mandato non admitterentur.
ita Franciſc.Marc. *deciſ Delfin.626.2 part n.1.*
Couarr. *in cap alma mater.1.parte §.5.num.fin.*
verſ.quòd ſi abſentiæ.

Sed quæritur, † an exceptio hæc non tuti 348
acceſſus, ſit dilatoria, vel peremptoria.

Reſpondeo, hanc exceptionem dilatoriam eſſe, vt infrà dicetur ſuo loco.

Quæritur vlteriùs, † an ille, qui citatus 349
eſt ad non tutum locum, aliquam diligen-
tiam teneatur facere, ne citatio ſibi in expen-
ſis, vel in alia re præiudicet.

Reſpondeo quòd tutius eſt coram teſti-
bus in actu præſentationis, vel poſtea, per
ſcribam faciat continuare inſtrumentum,
quo dicat, ſibi ex non tuto acceſſu eſſe ſuſpe-
ctum locum citationi deſtinatum, narrando
cauſas non tuti acceſſus, & illis narratis, pro-
teſtatio illa, † ſi cauſæ legitimæ ſunt, ab ex- 350
penſarum condemnatione, tum etiam, & à
contumacia illum excuſabit, vel poterit ap-
pellare à tali citatione, inſerendo cauſas ap-
pellationi. Ioan. Monach. *in cap.concertationi,*
de appellat. in 6. Francus *in dicto cap. ex parte,*
num.13. in princip. Rota *deciſ.6. de appellat. in*
antiq. eadem Rota *deciſ 5. in antiquis, de dolo*
& contumac.

Quæſitum fuit, † an liceat, & quomodo, 351
citare per edictum.

Reſpon

Respondeo iudicibus delegatis à Summo
Pontifice,non licere, nisi specialiter in com-
missione fuerit specificatũ. *Clem.* 1. *verbo spe-
cialiter. de iud.* Dec *cons.*440.*num.*26. Vant.*de
nullit.ex defect.citat.n.*124. Maranta *de ord.iu-
dic.* 6. *parte membro* 1.*quomodo concipiatur cita-
tio, num.*84. Bart.*in extrauag. ad reprimendum.
verbo per edictum,& in auth.qui semel.C.quomo-*
352 *do & quãdo iudex.* ait quòd † citatio per edi-
ctum solùm in delegatis à Principe locum
habet,non verò in aliis,iuxta text.*in auth.qui
semel. C. quomodo & quando iudex.* Rebuff. *in
tract.de citat.in præfat.q* 4.*n.*94.*tom.*3. De iure
353 verè Canonico † nullus ordinarius per edi-
ctum citare potest,iuxta dictã Clementinam
primam, nisi specialiter à Papa hoc ei sit in-
dultum, nisi ipse qui citandus est latiret, &
dolosè se occultet. quia latitando, seu dolo-
sè se occultando, ordinarius per edictum il-
354 lum citare poterit. dummodo priùs † iudex
per informationem coram se receptam cer-
tioretur de latitatione citandi. quia recepta
informatione,& constito,quòd latitet, pote-
rit rectè ordinarius per edictum illum citare.
Vant.*de nullit.ex defectu citatio.n.*127. Capyc.
*decis.*87. *n.* 2. quæ citatio per edictum solùm
355 erit notificanda † in loco vbi citandus solitus
est habitare, iuxta text. *in Clement. causam.
§.verum.de elect.* latè de his Felin.*in c.quoniam
frequenter, n.*13. *cum seq. vt lite non contest.* fa-
ciunt tradita per Vant. *de nullit. process. ex de-
fectu citat. à num.* 127. *cum seq.*

356 Quæritur, quid faciendum sit, † quando
citatio fit per edictum.

Respondeo quòd litteræ sunt affigendæ
in valuis,vbi citatio publicatur. ita deciditur
in decis. 8. *Rota in antiq. de dolo & contumac.*
Francisc.Marcus *decis.*121.*n.*6.*part.*2. Felin.
*in c.gratum col.*2.*vers.Adde tamen,de offic.deleg.*
357 & † in parte affigi debent litteræ citatoriæ,
vbi possint legi, Notariúsque debet facere
fidem de litteris citatoriis comprobatis cum
originalibus,& continuare,quòd dictæ litte-
ræ fuerunt affixę post earum publicationem.
Cassad. *decis.* 1.*de appellat.n.*2.*Clem.* 1. *de iudic.*
Felin. *in c.ex parte lo* 3.*num.*7.*de rescript.* Afin.
in sua praxi.§.8.*cap.*1.*num.*9.*cum seq.*

358 Quæritur, † qualiter testes deponere te-
neantur de non tuto accessu.

Respondeo ex *decis.*5. *Rota in nouis*, quòd
sufficit,quòd testes dicant se exequi non au-
dere præsentationem citationis, & satis esse,
quomodocunque non tutum accessum pro-
359 bare,vt dicant testes,† quòd impossibile esse
credunt, vel quòd in domo non sit tutus.
Rota *decis.*22.*n.*2.*de rescript.in antiq* Cassador.
dicta decis. 2. *de dolo & contumac.* Felin. *in cap.
quoniam frequenter, n.* 16. *vt lite contest.* dum-
modo deponant, nullum accessum esse tu-

Acac. Ant.de Ripoll Resol.var.

tum, Socin.*in c.accedens,n.*4.*vt lite non contest.
decis.*13. *in fine* 2.*parte in decisionibus diuerso-
rum nouissimis.*

Quæri etiam potest, † quot testes requi- 360
rantur.

Respondeo (vt latiùs *in cap. de testamentis*
dicemus) quòd cùm in Catalonia duo testes
sufficiant ex Vsat. *testes.* idem numerus ad
probandum non tutum accessum requiritur,
† nec iuramentum suppletorium hoc casu 361
esse admittendum attestatur Bald. *in l. no-
stram,n.*10.*C.de testib.* Rota *in decis.*22.*de dolo
& contumac.in antiquis*,de iure communi tres
testes requiri voluit, licèt duo sufficiant, ex
Menoch. *in tract.de recuper.poss.remed.*8.*n.*114.

Quæritur, † an nuncio relationem fa- 362
cienti de non tuto accessu credatur.

Respondeo quòd non, ex Dec. *consil.*460.
& ex traditis à Iacobo Laurentio *in tract. de
iudice suspecto. cap.*13. *num.*42. *in fine*, ex aliis-
que autoribus,quos *ibi* citat,asserens,nuncio
non credi in tali relatione.

Quæritur,† an credendum sit Notario as- 363
serenti, sibi mãdatum factum fuisse à iudice,
de cõtinuanda aliqua scriptura,vel citatione.

Respondeo quòd non, iuxta tradita per
Vant. *tit.ex defectu citat.num.*47.quia testatur
hanc esse communem sententiam, secun-
dùm Alex. *consil.*213.*viso, lib.*2. Guido Papæ
*decis.*126. & pluribus fundamentis hanc re-
latam sententiam attestatur.

Quæritur, † cuius expensis copia citatio- 364
nis danda sit.

Respondeo quòd expensis partis instan-
tis. ita refert & confirmat Vantius *in tract.
de nullit process.ex defectu citationis,n.*151. *vers.
si verò executor voluerit*, & *ibi* latè per eum re-
soluitur.

Euenit † casus in anno 1626. de mense Ia- 365
nuarij,quòd Serenissimus Rex Philippus IV.
nunc feliciter regnans(cui Altissimus longæ-
uos vitæ terminos statuat,successores mascu-
los det,prosperósque ac felicissimos euentus
tribuat,regnorúmque augmentum cõcedat)
conuocauit curias pro Catalanis in ciuitate
de Leyda,designauitque diem decimã quin-
tam Ianuarij dicti anni. Magna fuit orta ad-
miratio inter plurimos,quòd conuocatio cu-
riarum fieret,† antequã dominus Rex iuras- 366
set,intra ciuitatem de Barcelona,iuxta priui-
legia,per Serenissimos Reges suos prædeces-
sores,prædictæ ciuitati concessa.Dubitando,
ne ex præsentatione dictarum litterarũ præ-
iudiciũ fieret priuilegiis, & immunitatibus,
huic principatui concessis. & sic, circa hanc
dubitationem,varia colloquia fuerunt.Qui-
dam existimabant, talem citationem fieri
non posse, stantibus diuersis fundamentis,
quę allegata fuerunt,in allegationibus factis,

in ingressu sui regni, quando fuit prætensum, ante eius iuramentum non posse nominare Locumtenentem generalem. quæ hîc referre esset longissimam commentationem
367 facere. Alij dicebant, † expeditionem dictarum litterarum fieri potuisse, asserentes, conuocationem curiarum non esse actum iurisdictionis, existente me in huiusmodi colloquiis, & perquirentibus aliis.

Respondi, potuisse dominum nostrum Regem tales litteras citatorias prouidere, asserendo prius, dictas litteras verè citatorias esse, cùm citentur Prælati, milites, & omnes, qui in curiis locum habent, vt compareant tali die. Ex qua forma clarè apparet,
368 vim meræ citationis † dictas litteras conuocatorias continere. ex *l. cùm clericus. l. omnes. §. si verò apparitor. C. de Episc. & cleric. l. 1. ff. de in ius vocan.* Bart. *in l. extra territorium ff. de iurisd. omnium iudic.* Guido Papæ hæc confirmans
369 *decis. 275. num. 2.* tum, † quia earum expeditio iudicialis actus iudicatur. cum earum virtute, die sequenti termini assignari ad comparendum, contra non comparentes allegatur contumacia. ex qua allegatione conuocati non comparentes, & accusata contra eos contumacia, postea curiam ingredi non possunt. iuxta tradita per Mier. *in tit. de celebrat. curia. cap. 26. collat. 2.* curiarum Regis Petri II. in curia Barcinonæ
370 *num* 8. Actus † igitur iurisdictionalis est, ex supradictis. tum etiam, quia per dictas litteras instruitur, & certioratur ad quid citetur, nempe vt curiis intersit, & sic illa citatio litis pendentiam inducit, iuxta *Clement. cum lite. vt lite pendent nil innou.* iuncta gloss. *verbo ad partem.* latè Mynsinger *singular. obseruat. centur. 4. obseruat. 26. in princip.* & dato hoc pro constanti, consului ne turbarentur eorum animi. quia dato quòd luce meridiana clarius esset, quòd secundùm priuilegia
371 mentionata † dominus Rex non posset actus iurisdictionales exercere in Catalonia, ante præstationem sui iuramenti, vt in simili notat Bellug. *in speculo Princip. rubric. 1. num. 9. circa finem.* non eramus in dicto casu. nam principatus iam admiserat administrationem iustitiæ Serenissimi Domini Regis, eius Locumtenentis generalis nominationis, de
372 persona Illustrissimi, & Excellentissimi Don Ioannis Sentis, Episcopi Barcinonensis, & Regiorum Senatorum, & aliorum officialium Regiorum, & sic cùm dominus Rex iam in exercitio iurisdictionis, ex consensu & prorogatione principatus existeret, non absque fundamento expeditionem dictarum litterarum conuocatoriarum fieri iusserat. & licèt daremus, quòd prorogatio, & admissio prædicta, à principatu facta fuisset, cum protestatione, & sine præiudicio priuilegiorum, & exemptionum, adhuc dictarum conuocatoriarum litterarum † expeditio non 373 esse huic principatui non poterat. Nam præsentatio prædicta nil noui tribuebat, quàm exercitium iurisdictionis concessæ ex noua admissione, & prorogatione, & sic intrepidè, mera veritate inspecta, dixi, dictam præsentationem iuridicè, & in casu à iure permisso, factam fuisse.

Vlteriùs asserebam, † insipidam esse reso- 374 lutionem, quam aliqui fiendam fore dicebant, quòd ciuitas de Barcelona, tanquam caput stamenti Regalis, non compareret in curiis, tanquam si non fuisset legitimè citata, irridebam siquidem eos, qui tale dicebant. quia licèt † nulla citatio non liget citatum, 375 *cap. gratum, de offic. deleg.* gloss. *in cap. de causis, eod. tit.* Afflict. *decis. 369. n. 16.* DD. *in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit.* tamen quando citatio emanat à iudice, qui iurisdictionem habere potest, citatio ligat citatum, vt compa- 376 reat, saltim ne reddatur contumax, per *l. contumacia, in fine.* & *ibi* DD. *ff. de re iudicat.* Bolognet. *ibidem.* quemadmodum, si dubium est probabile, an citatus possit eximi à iudico citante, tenetur sic citatus comparere, & allegate de suo prætenso iure, vt tradit Mynsinger *centur. 6. obseru 7. num. 7.*

Quanto magis, † quòd dato quòd esset 377 nullitas, necessariò debebat proponi in conuocatione curiarũ, in introitu, & ante omnia. quia cùm dubietas, quæ oritur ex dicta præsentatione, sit respectu domini Regis, clarum est, quòd inferiores nõ possunt de dicta prætensa † nullitate cognoscere, sed illam, aut 378 dominus Rex solus, ex sua suprema iurisdictione, aut in curia, debet declarare. iuxta tradita per Calic. *in extrauagato. curia. cap 7. à num. 18. cum seq.* quem vide.

Monasterium † de Montserrat faciebat 379 capibreuiate suos emphyteotas, in præsenti ciuitate Barcinona, habens aliquos redditarios in villa de Piera, quæ est iurisdictionis Abbatissæ de Pedralbes, cupiens œconomus dicti Monasterij citati facere dictos vasallos de Piera, tanquam emphyteotas de Montserrat. dubium extitit, quomodo citationes essent exequendæ, cùm essent in alieno territorio, quæsitum fuit hoc dubiũ à me.

Respondi quòd † nuncius ordinarius de- 380 putatus ad dictam causam capibreuiationis, poterat se conferre ad dictam villam de Piera, & præsentare dictas litteras, siue citatoria cartella, ad dictam capibreuiationem faciendam, absque eo quòd querela aliqua posset fieri per dictam Abbatissam. motus fui ex traditis per Solsona *in suo libro de stylo capibreuiandi fol. 17.* vbi, postquam in fine cœpit hunc

hunc articulum tractare,& tradens tres modos, quomodo hæc citatio esset exequenda, resoluit ex doctrina Cyni, quē allegat, quòd
381 potest † nuncius, cū litteris, vel fine litteris, se conferre in locum alterius iurisdictionis vbi habitant emphyteotæ alterius domini,& ibi eos citare. quia ait, quòd illa citatio non afficit dominum territorij, & hoc practicari, & esse seruandum, iuxta *consil. Oldra.* 88. & Aretin. *consil.* 58. & Iaſ. *in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic.* & sic fuerunt prædicta cartella citatoria emanata, & notificata aliquibus emphyteotis,in dicta villa de Piera commorantibus.

382 Existente † me Aſſeſſore in Baiulia generali, fuit empara quædam realis per me prouiſa, contra decimas, quas recipiebat certus dominus in Catalonia, quas tenebat in feudum pro domino Rege. fuit querimonia magna facta, quòd facto primo monitorio, & ei præſentato,ipſo comparente,& non firmante de iure, non ei notificaretur ſchedula ex parte fiſci, reproducendo omnia procedimenta facta, & iuſtificato feudo dictarū decimarum, per duas inueſtituras ſuorum prædeceſſorum. Aduocatus prætendebat, quòd illa prouiſio, qua fuit prouiſum expediri litteras prædictas, firmæ iuris priùs erit
383 intimanda,†antequam apponeretur empara realis. ego verò reſpondi,talem prouiſionem non eſſe notificandam, quia tanquam notabile, & menti tenēdum Guillermus de Valleſica ad Vſat. *ſi quis ſuum feudum num.* 22. *mihi pag.* 89. tradit, quòd ad emparam realem faciendam, non ſunt vocandi detento-
384 tes, ſeu poſſeſſores feudorum. quia † dominus,vt pars feudi, omni ordine iuris prætermiſſo, procedit ad dictam emparam faciendam. ex qua doctrina apparet, & ex ea infertur, quòd præſentatis litteris citatoriis, vt recognoſcat feudum, & reproductis pro parte fiſci Procuratoris litteris cum pręſentatione,conſtito per inueſtituras rem eſſe feudalem, petito pro parte dicti fiſci Procu-
385 ratoris,†quòd apponatur empara realis,non comparente citato, vel comparente, & non firmante,de iure ſolet prouideri,quòd apponatur empara realis,& talis prouiſio non intimatur,ſed executioni mandatur.

386 Quidam † emphyteuta Monaſterij beatæ Mariæ de Monſerrat de Piera, fuit citatus per iudicem emphyteuticarium dicti Monaſterij. ipſe comparuit coram Vicario Villæfrancæ, firmauitque ius, & de iure coram eo,& petiit litteras citatorias,& inhibitorias prouideri, contra dictum iudicem, quæ per Vicarium prædictum, & eius Aſſeſſorem fuerunt expeditæ, & præſentatæ. quæſitum fuit, an dictæ litteræ afficerent ipſum iudicem emphyteuticarium, & quid faciendum eſſet.

Reſpōdi cùm eſſem Aduocatus dicti Monaſterij, vltra ea quæ dicta ſunt *num.* 207. *cum ſeq.* quòd dictæ litteræ nullius erant momenti, & quòd tanquam emanatæ à iudice non habente iuriſdictionem non retardabant quin ad vlteriora in cauſa †capibreuia- 387
tionis iudex emphyteuticarius proſequeretur, ex traditis per Solſona *in ſtylo capibreuiandi fol.* 28. *pag.* 2. *in fine*, & quòd poterat dicto Vicario & Aſſeſſori præſentari quædam querela, quòd deleret à regeſtris dictas litteras, cum comminatione, quòd in iudicio tabulæ ei offerretur querela de tali grauamine, & ſic factum fuit, tanquam contra perturbantem iuriſdictionem alterius ordinarij iudicis, cùm iudices capibreuiationum tanquam ordinarij regulentur in Catalonia, cùm à lege ſint creati, licèt à partibus nominentur, & ſic acquieuit dictus Vicarius inſequendo doctrinam Solſonæ vbi ſuprà *fol.* 29.

Quæritur vlteriùs,†an alius caſus ſit præ- 388
ter prædictos, in quibus non ſit neceſſaria citatio.

Reſpondeo quòd ſic. nam licèt regula ſit, quòd regulariter non poſſint in aliqua cauſa recipi teſtes,ſine citatione partis, cuius intereſt, vt *in l. ſi quando.* 15. & *ibi* gloſſa *verbo noluerint*, & in aliis iuribus. tamen ad probandum caſum fortuitum, ſufficiet ſine citatione partis, recipere teſtes coram iudice illius loci vbi caſus contigerit. ex *l.* 2. *C. de naufragys*, & *ibi* Barr. *num.*4. & *ibi* communiter ſcribentes. Hippolyt. *ſingula.*24. *num* 2. facit text. *in l. ſcire oportet.* 15. § *conſequens. ver. ſi enim quis propter ægritudinem. ff de excuſat tutor.* vbi ait quòd † probatio caſus for- 389
tuiti ſufficit probare ex naturali iuſtitia.

Mortuo † Petro Ferrer. mercatore relictis duabus filiabus ſuis, ipſæ fuerunt traditæ Margaritæ Planellæ earum auiæ maternæ, in cuius domo habitabant in loco de Tona vicariæ Vicenſis. Earum mater conuolauit ad ſecundas nuptias cum Baudilio Michaële Souies mercatore Barcinonæ. timens dicta Souies mater dictarum pupillarum de earum periculo cauſa latronum & graſſatorum hominum qui circumibant dictum locum de Tona, petiit dictæ pupillæ poſſent educari in præſenti ciuitate, & quomodo ad id eſſet procedendum,quam(familiaritatis cauſa & obligationum nexu, quibus dicto Souies variis ex cauſis ſum adſtrictus) conſului quòd offerretur ſupplicatio in Regio Conſilio,qua narraretur dictū periculum, de eóque daretur informatio, petendo ipſas pro manifeſto Regiæ audientiæ capi, & ſub 390

sub tuto poni & sequestrari,& sic fuit oblata supplicatio, & causa fuit commissa Magnifico Hieronymo Astor. per quem fuit prouisum quòd reciperetur informatio, qua recepta per dictum Relatorem, facto verbo in aula Magnifici Regentis Regiam Cancellariam die 27. Septembris 1627. quòd dictæ puellæ secretè apprehenderentur pro manifesto Regiæ audientiæ, & quòd per aliquem Alguaçirium, seu commissarium ducerentur ad præsentem ciuitatem, & quòd ad dictum effectum expedirentur litteræ opportunæ.quæ expeditæ fuerunt, & earum vigore fuerunt traditæ Nobili Annæ Dusay, & de Aragall de dicta prouisione pro parte auiæ & curatorum dictarum pupillarum fuit supplicatum ad aliam aulam, & causa fuit commissa Magnifico Francisco Mijauila & Franqueça, in qua causa per dictam auiam & curatores fuit prætensum prouisionem per dictum Astor factam esse nullam ex defectu citationis dictorum auiæ & curatorum.

391 Dubium igitur † quod in dicta causa supplicationis coram dicto Mijauila fuit, an citatio requireretur in dicta prouisione primæua, & cùm dicta causa verteretur in aula admodum Reuerendi Cancellarij, ipse & Magnificus Raymundus Rubi fuerunt in voto quòd citatio erat necessaria, Magnifici autem Hieronymus Seniust, & dictus Mijauila Relator fuerunt in voto quòd citatio non erat necessaria, & cùm essent pares in voto, Excellentissimus Locumtenens adhæsit voto dictorum Cancellarij & Rubi,& sic lata fuit sententia per dictum Mijauila die 13. Ianuatij 1628. qua dicta prima prouisio ex defectu citationis fuit nulla declarata.

A dicta sententia pro parte dictæ Souiæ fuit supplicatum in tertia aula, & commissa Magnifico Ioanni Magarola, per quem insequendo conclusionem in Regia audientia factam, fuit reuocata sententia lata referente dicto Magnifico Mijauila & Franqueça, & confirmata prouisio facta per dictum Magnificum Astor. Moti fuerunt ex eo quòd licèt sequestrum fuisset factum ad partis instantiam, magis tamen dicebatur factum ex iudicis ex officio, qui causa periculi imminentis potest procedere, iuxta tradita per

392 Menoch. *de arbit. casu* 457. Prædicta † enim prouisio propriè non dicitur sequestri, sed quasi sequestri, iuxta glossam *in c.cùm locum, de sponsal.* vbi est textus quòd iudex potest ad suas manus apprehendere, super quibus est aliquis timor, aut suspicio, & ponere in tuto donec causa principalis termineretur. *cap. ex trāsmissa.de restit.spoliat.* & si iudex ita non procederet, posset ab eo appellari. gloss. *in*

393 *d.cap.cùm locum.ver.nil.* nec potest dici † quòd pars priuetur sua possessione per sequestrū, iuxta tradita per Menoch *de retinen. poss. remed.* 5.*num* 87. Mohedan. *decis.* 14. *de restit.spoliat.* plures refert & sequitur Garçia *de benef. part* 5. *c.*6. *n.*18. iuxta quæ fuit similis sequestratio facta de persona filiæ Nobilis Raphaëlis Granollachs,ad instantiam Nobilis Eleonoræ eius matris, referente Magnifico Ioanne Gallego, anno 1622. quæ fuit confirmata, referente Magnifico Hieronymo Seniust die 21. Iunij 1622. fuit lata sententia per dictum Magnificum Ioannem Magarola die 4. Martij 1628. scriba causæ Payssa, Regius scriba mandati. Ex quibus habetur † in cau- 394
sa sequestri procedendi citationem non esse necessariam.

CAPVT IV.

De exceptionibus.

SVMMARIA.

1 *Religiosus an & quomodo possit esse Procurator.*

2 *Exceptio non legitimi Procuratoris an sit dilatoria,vel peremptoria.*

3 *Exceptio incompetentiæ iudicis quomodo declaretur.*

4 *Exceptiones friuola an sint admittendæ.*

5 *Exceptionibus pluribus competentibus an si vna opponatur aliæ exclusæ censeantur.*

6 *Exceptiones dilatoriæ de iure communi an habeant tempus certum vt proponantur.*

7 *Exceptiones peremptoriæ an comprehendantur in termino dilatoriarum*

8 *Exceptiones respicientes personas litigantium an comprehendantur sub peremptorijs, vel dilatorijs.*

9 *Exceptiones quæ respiciunt iudicis personam qua iudicentur.*

10 *Excipiens an confiteri videatur ea quæ includuntur in exceptione.*

11 *Dilatio à iudice concessa ad opponendum exceptiones dilatorias an sit præcisa, an verò non.*

12 *Expensæ an veniant in declaratione facta circa exceptiones, & quomodo.*

13 *Expensa quando non possint peti à parte.*

14 *Iudex secularis an cognoscat de exceptione non legitima absolutionis iuramenti.*

15 *Iudex secularis non tenetur obedire iudici Ecclesiastico non procedenti iuridicè.*

16 *Exceptio fori declinatoria quando sit proponenda.*

17 *Clericus non opponens exceptionem fori declinatoriam coram iudice seculari venit in expensis condemnandus.*

18 *Ex*

81 *Exceptio rei iudicatæ quē effectum producat.*
82 *Exceptio rei iudicatæ vt perēptoria proponitur.*
83 *Exceptio rei iudicatæ vt dilatoria proponitur.*
84 *Exceptio rei iudicatæ quomodo sit proponēda.*
85 *Exceptio rei iudicatæ quādo repellat actorem.*
86 *Exceptio rei iudicata quando non obstet.*
87 *Iudex quādo de nouo cognoscat de re iudicata.*
88 *Iudex debet declarare ex rebus quas vidit.*
89 *Sententia in rem iudicatam transacta potest reuideri de consensu partium.*
90 *Rex quas exceptiones possit tollere.*
91 *Exceptiones an statim declarandæ sint, vel reseruari possint, & num. seq.*
92 *Exceptiones respicientes personas statim sunt declarandæ.*
93 *Exceptiones personales non reseruantur ad definitiuam.*
94 *Exceptiones quæ respiciunt merita causæ quando sint declarandæ.*
95 *Exceptiones dubiæ requirentes indaginem superiorem quando sint iudicandæ.*
96 *Exceptio dilatoria parte aduersa tacente an extra tempus opponi possit.*
97 *Exceptio ne continentia causæ diuidatur quādo proponi possit.*
98 *Exceptio dilatoria quæ processum reddit retra nullū, non opposita in causa primæ instantiæ, potest proponi in causa secūdæ instātiæ.*
99 *Exceptio solutionis non exposita in prima instantia, potest opponi in secunda.*
100 *Exceptio præuentionis iudicij an sit dilatoria, & quando sit proponenda.*
101 *Exceptio de nouo superueniens denunciato processu vt dilatoria non potest opponi.*
102 *Cōstitutio si tit de excep. corrigit omnes alias.*
103 *Except. dilatoriæ qua forma ꝓponātur. & seqq.*
104 *Exceptiones dilatoriæ intra quod tempus sint probandæ.*
105 *Exceptionibus quomodo contradicatur.*
106 *Exceptiones quæ consistunt in facto debent probari.*
107 *Compulsoriæ litteræ ad probandum exceptiones debent statim tradi per Notarium.*
108 *Exceptiones dilatorias opponens debet salarium intra triginta dies deponere.*
109 *Exceptiones dilatoriæ habentur pro non oppositis si non deponatur salarium.*
110 *Supplicari quomodo liceat à prouisione facta super exceptionibus oppositis.*
111 *Supplicari non licet à secunda prouisione facta super exceptionibus.*
112 *Litteræ cōpulsoriæ ad probandas exceptiones dilatorias quādo dari debeāt, & 113. cū seq.*
114 *Interrogatoria quando sint danda.*
115 *Constitutio vna per aliam declarari potest.*
116 *Lex vna per aliam declaratur.*
117 *Dispositum censetur in casu omisso quod est dispositum in alio simili.*
118 *Salarium est deponendum intra 30. dies per eum qui opponit exceptiones.*
119 *Moræ purgationi quando sit locus, & 120.*
121 *Reconuentio non fit pendentibus exceptionibus dilatorijs.*
122 *Salarium an integrè sit deponendum, vel sufficiat media pars, & 123.*
123 *Salarium quando sufficiat deponi non integrum, cum num seq.*
127 *Salarium depositum per eum qui non tenebatur deponere prodest aduersario.*
128 *Exceptiones quando veniant declarandæ ob non depositum salarium, & 129.*
130 *Supplicari quomodo debeat à prouisione super exceptionibus peremptorijs in vim dilatoriæ oppositæ.*
131 *Supplicari quando possit à prouisione facta in causa contrarij imperij.*
132 *Exceptio periurij an sit dilatoria, vel perēptoria.*
133 *Exceptio periurij non opponitur denunciato processu, etiamsi de nouo peruenerit ad partis notitiam.*
134 *Verba illa, habeantur pro non appositis, quomodo intelligantur, & 135.*
136 *Pœna ab statuta imposita quomodo accipiatur.*
137 *Exception opposita quomodo declarari petātur.*
138 *Exceptiones dilatoriæ coram arbitris sunt proponendæ ante litem contestatam.*
139 *Exceptio dilatoria quæ culpa rei conuenti venit contestata lite non proponitur.*
140 *Exceptio excommunicationis non censetur sublata per constitutionem, etiam si auferrentur omnes exceptiones.*
141 *Exceptio excommunicationis dolo omissa potest opponi in quacumque parte iudicij.*
142 *Tertius an possit opponere exceptiones dilatorias in quacumque parte iudicij comparuerit, cum numeris seqq.*
143 *Tertius voluntarius comparens, differt à tertio comparente necessariò.*
144 *Except. dilatoriæ parum solent esse præiudicij.*
145 *Exceptiones dilatoriæ quando possint proponi per tertium.*
146 *Tertius non potest opponere exceptionem fori declinatoriam.*
147 *Exceptio dilatoria opponitur quandocunque vbi litis contestatio est nulla.*
148 *Exceptio solutionis quandoque opponitur vt dilatoria, quandoque vt peremptoria.*
149 *Exceptio solutionis quandoque opponitur ad extinguendam actionem, quandoque ad differendum iudicium.*
150 *Renunciās exceptionib. de quib. intelligatur.*
151 *Renunciatio generalis exceptionū nō valet.*
152 *Renunciatio est stricti iuris.*
153 *Renunciatio censetur facta de his quæ verosimiliter est habuisse scientiā renunciantē.*
154 *Exceptio, tua non interest, an sit dilatoria, vel peremptoria, & num. 155.*
156 *Exceptio quòd res nō est cōmunis est dilatoria.*
157 *Exceptio ne quis veniat contra factum suum est dilatoria.*

158 *Exce*

158 *Exceptio, dolo facis, quòd petas id quod restituturus es, dilatoria est.*
159 *Exceptio ex pacto nudo est dilatoria.*
160 *Exceptionem allegans tenetur eam probare, & num.170.*
161 *Negatiuam allegans tenetur eam probare.*
162 *Exceptio proposita coram iudice laico quæ venit probanda coram Ecclesiastico, an & quomodo probanda sit.*
163 *Iudex secularis an possit statuere terminum vt causa Ecclesiastica terminetur.*
164 *Iudex secularis an possit procedere in sua causa si aliquis articulus illius pendeat coram iudice Ecclesiastico.*
165 *Exceptio falsi Procuratoris per quem sit probanda.*
166 *Exceptio requirens altiorem indaginem quando sit tractanda.*
167 *Exceptio ordinis est dilatoria.*
168 *Exceptio declarata in vno iudicio non potest in alio refricari.*
169 *Exceptio quæ oritur post primam causam potest opponi in causa appellationis.*
170 *Excipiens quando teneatur probare exceptionem.*
171 *Exceptio quæ respicit principale negotium per quem probanda.*
172 *Obtinens rescriptum debet probare illius narrata.*
173 *Exceptio non tuti accessus an sit dilatoria.*
174 *Exceptionem habens, illam proponere retardans condemnatur in expensis.*

1 RELIGIOSVS † sine expressa licentia sui superioris Procurator alicuius particularis esse non potest. *Clement. religiosus, de procurat. cap. cùm I. & A. de re iud.* & *ibi* Innocent qui in religiosis profitentibus tria vota substantialia procedere attestatur. Ioann. Baptist. Ferr. *cons. 234. num. 5.*, quo præsupposito quidam religiosus inchoauerat & prosecutus fuerat quandam causam cuiusdam fratris sui, vti ipsius Procurator. aduertit pars contraria licentiam sui superioris in mandato non inter-
2 uenisse, quæsitum fuit, † an talis exceptio vt dilatoria, vel vt peremptoria esset proponenda.

Respondeo exceptionem falsi Procuratoris, vel non legitimi Procuratoris vti peremptoriam esse proponendam. gloss. *in dicta Clement. religiosus, verbo suscipere*, & *ibi* Card. *n. 5.* Capell. Tólos. *decis. 124.*

3 Si † exceptio incompetentiæ iudicis fuerit opposita per partem, quæritur quomodo ad eius declarationem procedatur.

Respondeo eundemmet iudicem declarare super dicta exceptione, ita contra gloss. *in cap. statutum. § sancimus. vers. copia, de rescript. in 6.* & contra Bart. Castrens. & Roman. *in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit.* ibidem tenet Ias. *num. 24. vers. tu ne contrarium, etiamsi ex mero officio iudex procederet.* idem tenent Abb. & Gemin. *in dicto cap. super litteris.* Abb. *in cap. sollicitudinem, colum. 3. de appellat.* Imol. *in dicta l. quidam consulebant.* Bart. *in repetit. l. 2. col. 3. ff. si quis in ius.* Felin. *in cap. super litteris. num. 29.*

Quæsitum fuit, † an si per partem opponatur aliqua exceptio quæ appareat quòd opponitur magis animo dilatandi iudicium, quàm ex iusta causa, quid faciendum sit. 4

Respondeo quòd talis exceptio non habetur pro opposita, sed ac si nõ fuisset opposita, potest iudex ad vlteriora in causa procedere, Innocent. & Abb. *in cap. ex parte, notab. 2. de offic. deleg.* & *ibi* DD. moderni *cap. pastoralis. §. quia vero, col. 2. vers. & nota bene hanc gloss. eodem titulo, & in cap. nullus, in fine, vers. ego dico, de præsumpt.* pro qua allegatur text. *in l. satis apertè. C. de fals.* gloss. *in cap. super eo, verbo teneat, de offic. deleg.* facit aliud dictum Innocentij *in cap. cùm speciali, de appellat.* & *ibi* Abb.

Quæro, † an si vnus habens plures exceptiones, vnam proponat, & in ea succumbat, possit postea aliam proponere. 5

Respondeo quòd sic, dummodo opponat intra terminum statutum, vt *in §. quod autem. Instit. de excusat. tut.* Si exceptiones intra se non sint contrariæ, quia si contrariæ fuerint, non admittuntur. *l. contra maiores C. de inoffic.* refert gloss. *in cap. pastoralis, de except. verbo audiantur.* & gloss. *in eodem cap. verbo, postmodum.*

Quæsitum fuit, † an exceptiones dilatoriæ de iure communi habeant terminum præfixum, intra quem debeant proponi. 6

Respondeo, quòd non, sed à iudice parti præfigitur terminus, intra quem proponantur, est text. *in cap. pastoralis, de appellat.* ibi, *vt infra certum tempus à iudice assignandum.* & ibi gloss. *verbo dilatoria, & verbo audiantur, & verbo de nouo.* faciunt tradita per Speculat. *in tit. de exceptionibus, num. 1.* vbi dicit quòd ex eo quòd non est terminus certus de iure præfixus, quòd inde fit quòd plures Aduocati hodie vnam, cras aliam solent proponere.

Quæsitum vlteriùs fuit, † an statuto termino ad proponendum dilatorias exceptiones censeatur etiam in dicto tempore comprehendi peremptorias exceptiones, si in vim dilatoriarum opponatur, & 7

Respondeo quòd non, quia exceptiones peremptoriæ post libelli obligationem vsque ad sententiam latam opponi possunt Lancel. *in sua praxi. lib. 1. cap. 9. de prætore. §. secundo.* Bertran. *consil. 75. num. 4. volum. 1.* per text. *in l. peremptorias.* vbi Bald. & alij DD. *C. sentent. rescindi*

rescindi non posse. Maranta *de ord iudicio.6.part. pr.ne membr.9.n.16.* Paul. de Castro *cons.166. vol.3.n.3* Dec.*in rubr.C.de edend. num.9.*

8 Quæsitum fuit, † an exceptiones, quæ respiciunt personam alterius litigantium, computentur inter dilatorias, vel peremptorias.

Respondeo quòd inter dilatorias, & sic vt dilatoriæ erunt proponendæ intra tempus à constitutione præfixum, iuxta text. *in l.licèt, & in l.ita demum. ff. de procur.* tenet Ferrat. *in sua praxi tit.forma interlocutoria super legitimatione personarum, num.1.* idem tenet Speculator *in tit.de exceptionibus §.1.num.12.* dicens,

9 † quòd exceptiones quæ respiciunt personam iudicis debent proponi intra terminum assignatum, & quòd si ipse qui talem exceptionem habeat, eam non proponat, quòd postea non poterit proponere.

10 Quæri potest, † an si excipiens excipiendo aliqua deduxerit, an videatur confiteri ea, quæ in exceptione includuntur. veluti petitur à me quædam hæreditas, seu fundus, ego excipio quòd illum possideo ex causa, seu titulo permutationis, dubium est, an cùm includatur in titulo permutationis, quòd ille, qui permutauit, erat dominus, an ex tali confessione includenter censeam me confessum fuisse aduersarium fuisse verum dominum.

Respondeo quòd non, ex *cap. cùm venerabilis. 6. de except.*& *ibi* gloss. & ordinariè scribentes.

11 Quæro, † an terminus præfixus ad opponendum dilatorias exceptiones à iudice intelligatur præcisus & peremptorius.

Respondeo quòd peremptorius, etiam si iudex in prouisione hoc non exprimat. ita Panorm. *in cap.de exceptio num 4.* confirmans suum dictum ex glossa *ibidem verbo,peremptorio*, & ex *l.fin.de ferijs.*

12 Quæritur vlteriùs, † an si is qui opposuit exceptiones, succubuerit in eis, & non fuit condemnatus in expensis, possit postea peti quòd condemnetur.

Respondeo quòd aut petitæ fuerunt per partem, vel non: si petitæ fuerunt, & iudex super illis non pronunciauit, facit litem suam, & tenetur illas de propriis suis bonis soluere. ita Speculator *in tit. de expensis § postremo, num. 5.* si iam non reseruauit earum condemnationem, pro vt potest reseruare:

13 † Si autem petitæ non fuerint per partem, tunc facta prouisione super exceptionibus non est locus petitioni expensarum. ita Specul. *ibidem, & in tit.de exceptio. §. nunc videndum, n.20.* & imputet sibi si non petiit eum condemnari. argum. *l.terminato.C.de fruct. & lit.expens.*

Quæsitum fuit, † an si exceptio opponatur contra absolutionem iuramenti quòd non fuerit legitimè obtenta, sed dolosè, an possit iudex secularis de ea cognoscere. 14

Respondeo cum Anchar. *cons. 382.* quòd sic, quia attestatur pro fundamento † quòd 15 iudex secularis non tenetur obedire Ecclesiastico, nisi quando Ecclesiasticus iudex iuridicè processit, & sic secundùm hanc sententiam pluries fuisse decisum, refert Marthæus de Afflict. *decis.120. num.9.* tenet hoc Viuius *commun opin.lib.2.opinione 1.incipiente, absolutio iuramenti.* Crauet.*consil.7.n.12.*Bald. *cons incipien permittent.col.3.lib.4.* Felin. *in c.1. num.18.de iureiurand.*

Quæro † quando sit opponenda exceptio 16 fori declinatoria.

Respondeo quòd ante omnia est proponenda, iuxta tradita per Marant.*de ord.iud.4. part. disput.20.à n.17.* Afin. *in sua praxi. §.13. vers secundò sublimitatur. mihi fol.100. & vers. octauò principaliter, & dicto §.13. cap.8. de except.declinato. & §.18.c.1.à num.5.* quia si non proponatur, etiamsi reus aliàs opponat exceptiones, censetur illi renunciasse. ita Roman. *cons.169.* & Anchar. *cons.16.* Francisc. de Aretin. *cons.33.* Angel. *cons.214.ex l.si susceepit, in princ. ff. de iud.* Ferrat. *in sua praxi in forma libelli declin. iuris, num.1.* ex quibus fit, quòd † clericus citatus coram iudice secula- 17 ri non opponens fori declinatoriam exceptionem, venit eo ipso in expensis condemnandus per eundem iudicem secularem, quæ recuperantur † per iudicem Ecclesiasticum 18 ad instantiam iudicis secularis, de qua obseruantia attestatur Michaël Ferrer. *3 part obseruat. cap.205.* faciunt tradita per Aufrer. *in additi.ad Clem.1.de offic.ordin.in tit. de offic. potest secula.*

Sed quæri potest, † an hæc exceptio fori 19 declinatoria, quam quilibet priuatus proponit, habeat locum quando hæc exceptio proponitur per vniuersitatem, veluti per Syndicum alicuius Collegij: vt si opponatur per Syndicum Collegij Alcaldorum de la Seca.

Respondeo quòd idem ius est seruandum, nempe quòd proponantur vt dilatoriæ. iuxta obseruantiam Regij Consilij, de qua Nobilis à Peguera *in sua praxi rubr.9.de exceptio. litis ingressum impedi. num.7. ampl. 1.* & ante eum retulerat Michaël Ferr.*3.p obseru.c.327. per totum.*

Datur † autem & exceptio litis penden- 20 tiæ. de cuius natura antequam disputemus, sciendum est litis pendentiam introduci ex quinque modis. Primò per libelli oblationem. *l.2.& 4. C. vt lite pendent.* Secundò per appellationem, vt *ff nil noua.appellat. pendent.*

Tertiò

Tertiò per consultationem factam superiori per iudicem, vt *in l. ex illo tempore. C. de appellat.* Quartò per iudicis recusationem, vt *in cap. secundò requiris, & in cap. cum specialis, de appellat. & in l. apertissimi. C. de iudicijs.* Quintò quando beneficio restitutionis in integrum petitur spolium, vt *in l. 1. C. de in integrum restit. post ill. nil nouari.*

21 Quo præsupposito, quæritur, † quem effectum producat exceptio hæc litis pendentiæ.

Respondeo quòd eundem, quem parit exceptio rei iudicatæ. *l. fundi. & l. fundum. ff. de exceptionib.* Ferrat. *in sua praxi. in forma responsione rei. verbo exceptionem litis pendentia.*

22 hæc tamen † ante litis contestationem opponi debet. nam lite contestata non admittitur. ita Bald. *in l. peremptorias, quæst. vlt. n. 55. C. sentent. rescindi non posse.* Ias. *in l. ita demum, num. 2. vers. quartò adde. C. de procuratoribus.*

23 Quæri potest, † quæ dicantur exceptiones emergentes.

Respondeo quòd illæ, quæ ortæ sunt inchoato iudicio, veluti falsi testis, vel respectu Procuratoris, vel dilationis non dandæ,

24 vel concedendæ. Incidentes † autem sunt quæ respiciunt iudicium & causam vetustiorem respicientẽ merita causæ principalis. ita gloss. & DD. *in l. quod iussit. ff. de re iudic. l. 1. ff. de ord. iudicio.* Ferrat. *in praxi forma excipien. contra positio. verbo petens, ante num. 2.*

25 Militibus † concessum est vt in prima citatione eis præfigatur terminus viginti sex dierum, vt supradictum est. quæritur nunc, an si miles citetur cum termino ordinario decem dierum qui plebeiis datur, contra talem citationem possit aliqua exceptio opponi, & quomodo.

26 Respondeo † posse militẽ talem exceptionem opponere, & debet in ea audiri, dum tamen eam opponat in vim dilatoriæ exceptionis ante litis contestationem, & sic iuxta nostras constitutioneſ intra octo dies post oblationem libelli, aliàs si postea opponeretur de ea, non haberetur ratio aliqua, quia hæc exceptio dilatoria est, & vt talis iudicata fuit in nostro Regio Consilio, vt de anno 1535. refert Nobilis Ludouicus à Peguera *in sua praxi ciuili tit. de except. imped. litis ingressum num. 7. ampliat. 2.*

27 Exceptio † excommunicationis quando opponi possit quæritur.

Respondeo, quòd si respicit personam actoris, regulariter debet in vim dilatoriæ opponi. iuxta tradita per Speculat. *in tit. de exceptio. §. nunc videndum, num. 9.* Si verò re-

28 spiciat † personam iudicis, in quacunque parte iudicij poterit proponi, & reddit iudicium retro nullum. *cap. ad probandum, de re iudicat.* faciunt tradita per Speculat. *in tit. de actore. vers. item quod excommunicatus.* Feder. *cons. 118.* quem terminum octo dierum agnouit ius canonicum, iuxta gloss. *in cap. prudentiam. §. sexta, in verbo, competentem, de offic. & potest. iud. deleg.*

Constitutione prima huius tituli, quæ erat Regis Ferdinandi II. in secunda curia Barcinon. cautum erat quòd habens † exceptio- 29 nes dilatorias litis ingressum impedientes, teneretur eas proponere intra octo dies, intra quos etiam † reconuentio esset proponenda 30 per reum citatum, cui reconuentioni actor teneretur respondere, si vellet, intra alios octo dies, quæ exceptiones debebant declarari intra quindecim dies, dummodo non appareret necessaria maior dilatio Regio Consilio, quæ per Consilium erat tribuenda, dummodo non excederet tempus sexaginta dierum, ne cursus causæ retardaretur.

Iuxta quam constitutionem est aduertendum, quòd † per constitutionem finalem 31 huius tituli, quæ est Philippi II. in curiis Montisoni anni 1585. cap. 70. præfixus est modus proponendi, probandi & decidendi prædictas exceptiones, vt infrà dicemus. remansit solùm dispositio huius constitutionis in hoc quòd proponantur intra octo dies postquam libellus est oblatus, & etiam quòd reconuentio debeat proponi intra eosdem met octo dies.

Iuxta cuius tenorem primò quæritur, † an 32 si exceptio orta fuerit post dictos octo dies, an tunc possit proponi cùm lapsum videatur tempus prædictum à constitutione præfixum. Gutier. *pract. quæst. lib. 1. quæst. 53.* differentiam constituit inter exceptionem dilatoriam & peremptoriam, dicens quòd peremptoria potest opponi si de nouo ad notitiam peruenerit, dilatoria verò non. Contrarium tamen tenet Speculat. *in tit. de exceptio. § nunc videndum, num. 3.* dicens quòd est audiendus, † dummodo antea notitiam dictæ exceptio- 33 nis non habuerit, de qua scientia, vel ignorãtia constabit per partis iuramentum, quod probat idem Speculat. *in dicto num. 3.* ex text. *in cap. pastoralis, de exceptio. cap. fin. qui matrim. accusar. poss. & in c. insinuante, de testibus,* & hæc est sequenda sententia.

Quæritur vlteriùs, † an & quando possit 34 opponi exceptio quòd actori non competit ius ad id, quod petit, an vt dilatoria, an verò vt peremptoria possit opponi.

Respondeo, quòd & in vim dilatoriæ & in vim peremptoriæ potest talis exceptio opponi, cæterùm si opponatur in vim dilatoriæ, debet opponi intra octo dies à die quo libellus est oblatus, & impedit litis ingressum; si verò in vim † peremptoriæ, in 35 quacum

quacumque parte iudicij potest proponi. nã quælibet exceptio, per quam concluditur, actori ius non competere de sui natura impedit litis ingressum, iuxta doctrinam Bart. Bald. Alex. & communiter scribentium *in l. prætor. in princip. ff. de iureiuran.* Bart. *in l. cùm quærebatur. & in l. vir bonus.* sequitur *ibidem* Alex. *ff. iudic. solui.* Nec obstat quòd in vim dilatoriæ hæc exceptio opponatur, vt etiam peremptoriæ effectum producat, iuxta tradita per Cyn. *in l. 1. C. de litis contestat.* Bart. & alios Doctores *in dicta l. cùm quærebatur.* Matin. Socin. *in cap. 1. num. 7. principali articuli vers. secundò principaliter quæro. de lite contest.*

36 Quæritur † exceptio dilatoria quando opponi debeat si lis non contestatur.

Respondeo quòd est proponenda post primum actum qui fit eo loco, quo fienda esset litis contestatio. nam quando non contestatur lis, primus actus post reproductionem citationis habetur pro litis contestatione, iuxta gloss. notabilem *in cap. 1. verbo absentia, de elect. in 6.* ita Anton. de Buttio *in cap. cùm M. de constit. l. nulla,* vbi notat Bart. Imol. & Alex. *C. de procurat.* Afin. *in sua praxi. § 13. cap. 2. num. 8.*

37 De † exceptione discussionis quo ad eius effectus plura referam infrà *in cap. de executio. censual. & violat.* Sed quo ad præsens caput quæri potest an hæc exceptio sit opponenda vt dilatoria, vel vt peremptoria.

Respondeo quòd tanquam dilatoria est opponenda, & sic iuxta hanc constitutionem 1. intra octo dies, & ita fuit declaratum in Regia audientia, referente Magnifico Antonio Oliba, in causa quæ vertebatur inter Vicecomitem de Caneto ex vna, & Raphaëlem Landes ex altera, 26. Februarij 1592.

38 Hæc eadem † exceptio discussionis competens tertio possessori debet ab eo proponi si conueniatur actione hypothecaria intra dictos octo dies, & sic ante litis contestationem. Negusant. *de pigno. 1. membr 8. part. princip. num. 39. cum duob. sequent.* Guid. Pap. *decis. 39. & 431. col. 3. vers. an hæc exceptio.* Crauetta *cons. 263. num. 5.* Salycet. *in l. exceptionem. num. 13. ad medium. vers. si inter diuersas personas. C. de probat.* Bertran. *cons. 143. num. 6. & 8. lib. 2.* Afin. *in praxi. §. 13. num. 7.*

39 Quæsitum fuit, † ad quid sit inuenta exceptio discussionis.

Respondeo quòd non fuit inuenta ad impediendum ortum obligationis, & actionis hypothecariæ, sed solùm ad impediendum illius exercitium, & sic si non opponatur intra prædictum tempus, censeatur ei renunciatum, iuxta tradita per Alex. *cons. 29. n. 24. in fine, & 25. lib. 7.* Alex. *cons. 220. n. 10. lib. 6.* Crauetta *cons. 148. num. 6.*

Quæritur vlteriùs, † si aliquis sub patriæ potestate constitutus litem inscio patre mouerit, reus verò contra eum excipere voluerit quòd est filiusfamilias, & sic quòd non est legitima persona standi in iudicio, an talis exceptio sit dilatoria. 40

Respondeo, quòd hæc ordinariè habetur pro dilatoria. Hippol de Marsil. *in l. si quis, ne quæstio, n. 47. ff. de quæstio.* & *ibi* Castr. quandoque peremptoria iudicatur, quãdo retro reddit processum nullum. Hippol. *ibidem, n. 49.*

Quæritur vlteriùs, † an exceptio litis finitæ sit dilatoria, vel peremptoria. 41

Respondeo dictam exceptionem esse dilatoriam, quia de sui natura impedit litis ingressum. ita Dec. *in l. fratris tui, num. 10. C. de transact.* & *ibi* Riminald. *num. 1.* & sic proponenda erit intra octo dies, iuxta suprà tradita.

Quæri potest, † vtrùm si minor non opposuerit intra legitimum tempus, nempe intra prædictos octo dies exceptiones dilatorias litis ingressum impedientes, possit in integrum restitui ad eas proponendas. 42

Respondeo quòd cùm hæ exceptiones sint modici præiudicij, non restituitur minor, iuxta tradita per Castrens. *in l. de die. §. si seruus, ff. qui satisd. cogantur.* Bart. *in l. 1. §. renunciatio. ff. de noui oper. nunciat.* Guido Papæ *decis. 53.* Ioan. Gutier *pract. quæst lib. 1. q. 52.* & ita fuit decisum in Regia audientia, ad relationem Magnifici N. Gort die 28. Iunij 1528. in causa Monasterij de Montalegre ex vna, & Retnardi Riera ex altera.

Si verò † minor, vel Ecclesia læderetur, certè esset illis danda restitutio in integrum, iuxta tradita per Afin. *in sua praxi. §. 13. cap. 2. in septima limitatione, num. 1.* referens plura fundamenta in confirmationem huius opinionis. 43

Quæritur vlteriùs, † si statuto caueatur quòd non admittantur exceptiones, de quibus exceptionibus sit tale statutum intelligendum, & an valeat tale statutum. 44

Respondeo quòd non censentur exclusæ illæ, quæ ex visceribus instrumenti, vel contractus oriuntur. ita Bart. *in l. 1. §. & parui, n. 3. ff. quod vi aut clam.* & sic valet statutũ reiiciens exceptiones, vt infrà dicemus *in cap. de executio. censualium & violatio.* & si plura videre cupis, recurre ad Menoch. *de præs. lib. 2. præsumpt. 48. per totam.*

Quæsitum fuit, † an opposita exceptione dilatoria iudex ad vlteriora procedens censeatur eam reiecisse. 45

Respondeo quòd si est de minimis & friuolis, quæ non releuat, si ea opposita iudex ad vlteriora processerit, censetur sic eam reiecisse. Zabarella *in cap. ex parte lo 2. de appell.*

Felin.

Felin. *in c. suborta, n. 4. vers. habes ex his, de appell.*
Menoch. *de praesumpt. lib. 2. praes. 64. n.* 10. quan-
46 do verò † exceptio opposita est conside-
rationis & momenti, qualis est defectus iu-
risdictionis, tunc per vlteriora procedimenta
facta à iudice non censetur tali exceptioni
iudicem renunciasse, quia in tali exceptione
requiritur expressa iudicis pronunciatio. gl.
in c. dispendia, de rescript. in 6. Menoch. *vbi suprà*
47 *n.* 2. quemadmodum † non censetur reiecta
exceptio suspicionis iudicis, etiam si iudex
48 ad vlteriora procedat, neque † censentur re-
iectae exceptiones quae processum reddunt
nullum, etiam si iudex ad vlteriora procedat.
Felin. *in c. suborta, n. 5. de iudicijs.* latè hunc ar-
ticulum, nempe quando exceptiones per iu-
dicem ad vlteriora procedentem censeantur
exclusae, refert Menoch. *d. praes. 64. per totam.*
49 Quaeritur, † quando quis censeatur re-
nunciasse exceptioonibus.

Respondeo quòd ex lapsu temporis cen-
setur reum exceptionibus dilatoriis renun-
ciasse, si eas intra legitimum tempus non op-
posuerit. *c. inter monasterium, de re iud. cap. cùm
causam, de appell. l. ita demum. C. de procur. l. sanci-
mus, in fin. C. de iud.* ita Ias. *in l. si arrogator, n.* 59.
de adoptio. Ruin. *consil. 71. n. 3. vol. 5. & cons.* 98.
num. 4. *vol.* 5. Parisius *in cap. exceptionem, n.* 4.
cum sequent. de except. Felin. *in cap. insinuante,
n.* 1. *de offic. deleg.*

Quaeri etiam potest de iure communi,
50 † an sufficiat intra tempus praefixum allega-
re exceptiones dilatorias, an verò necesse sit
illas probare etiam.

Respondeo quòd excipiens vtrumque fa-
cere tenetur, & exceptiones deducere, & eas
probare, quia ex sola allegatione iudex ratio-
nem habere non potest, sed de probatione,
vt attestatur Bald. *in l. exceptionem. col. 2. C. de
probat.* refert Cepolla *cons.* 64. *n* 4. quod prae-
sensit Bald. *in d. l. exceptionem. col. 2. in fine.* Sa-
lic. *in d. l. exceptionem, col. vlt. in princ. vers. ad co-
gnitionem autem. C. de probat.*

Disponitur etiam in constitutione 1. hu-
51 ius tituli, quòd † reconuentio debeat fieri
intra dictos octo dies praefixos ad dilatorias
exceptiones opponendas, quae decisio loqui-
tur & intelligenda est in causis plenariis, &
quae ordinaria tela tractantur.
52 Quaeritur vlteriùs, † an reconuentio lo-
cum habeat in causis executiuis.

Respondeo quòd non, quia reconuentio
non concernit negotium executionis, sed
quid diuersum, vt latissimis fundamentis
tradit Ioann. Gutier. *pract. quaest lib. 1. cap.* 112.
per totum. Nisi iam actor confiteretur de pla-
no debitum petitum in reconuentione, quia
cùm confessio dicatur probatio probata,
quidquid per confessionem constat, est vel-

uti eadem veritas. Vel † si reconuentio fie- 53
ret alio instrumento habente paratam exe-
cutionem, quia hoc casu in vim reconuen-
tionis posset agi, etiam si causa sit executi-
ua, vt latè Gutier. *ibidem num.* 3. & secundùm
primam resolutionem quòd non admittatur
reconuentio in causis executiuis, refert de-
cisum fuisse in Regia audientia Fontanella
de pact. nupt. tom. 1. claus. 3. gloss. 2. num. 54.

Quaeritur vlteriùs, † an tertius in causa 54
possit exceptiones sibi cōpetentes opponere.

Respondeo quòd tertius oppositor vo-
luntarius non poterit eas opponere, cùm
non dicatur legitimus contradictor: si tamen
sit oppositor necessarius, veluti quòd sit au-
ctor laudatus citatus in iudicio, poterit ex-
ceptiones opponere, per text. *in l idémque. §.
generaliter ff. mandat.* & *ibi* communiter scri-
bentes, dummodo intra dictos octo dies illas
opponat, elapsis enim illis non posset, vt tra-
dit Michaël Ferr. 3 *p. obseru cap* 459. *n* 2.

Quaeritur vlteriùs, † an reconuentio pos- 55
sit fieri lapso tempore à iure praefixo.

Respondeo quòd aut actor consentit se
reconueniri, aut contradicit. Si actor con-
sentit, valebit reconuentio, propter eius con-
sensum; si verò contradicit, tunc non vale-
bit reconuentio. faciunt tradita per Marian.
Socin. *in cap. ex litteris, de mutuis petitio. n.* 97.
quia cùm ipse actor non subsit iudici coram
quo litem inchoauit, in eum non censetur
prorogasse, nisi in quantum ius terminum
praefixit, vt reconueniri possit, vnde lapso
tempore non erit locus. Maranta *de ord. iud.
4 p. dist. 6. n* 6.

Sed quaeri iuxta praedicta potest, † an mi- 56
nor, vel Ecclesia restituantur ad reconuen-
tionem proponendam.

Respondeo quòd regulariter cùm in ter-
mino elapso ad reconuentionem faciendam
nulla laesio considerari possit respectu Eccle-
siae, vel minoris, non restituentur ad dictum
effectum. quod dubium cùm euenisset in Re-
gio Consilio die 9. Nouemb. 1590 referente
Io Suuyer, fuit visum Doctoribus aulae Ma-
gnifici Regentis Regiam Cancellariā in cau-
sa, quae ducebatur inter Hieron de Odena ex
vna, & Administratores Hospitalis pauperū
infirmorum ciuitatis de Leyda, qui nomine
dicti Hospitalis petierunt restitutionem in
integrum aduersùs lapsum temporis praefixi
ad reconueniendum. & fuit decisum quòd
non erat concedenda restitutio in integrum
petita, quia sicut † non datur aduersùm la- 57
psum temporis praefixi ad opponendum ex-
ceptiones dilatorias, quia modica consi-
deratur laesio in iis, secundùm Bald. *in l. scio, ff.
de restit in integr. & in l. peremptorias, col 4 vers.
sicut minor. C. sentent. rescindi non posse.* Felin. *in*

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var. L *cap.*

cap fraternitatis col.4.vers.fallit secundò. de testibus, cum aliis relatis per Capyc. *decis.* 13. & per Couarr.*pract.quaest.cap.*26.*n.*4.ita & in reconuentione,in qua modicè lędi possunt Ecclesia, vel minor, non est danda restitutio, maximè quia iam habent remedium ordinarium, oempe totentare nouum iudicium per
58 viam actionis.Si † verò esset casus in quo Ecclesia, vel minor non modicè læderentur, veluti quia clericus agit contra minorem, qui poterat reconuenire clericum coram iudice laico. iuxta text *in cap at si clerici, de iud.* Afflict. *decis.*173. & nos diximus suprà *cap.*1. *de iurisd. omn. iud.* si ipsum clericum non reconuenerit intra prædictum tempus præfixum, tunc quia minor valde læditur, poterit restitutionem implorare, & ea obtenta ipsum clericum reconuenire, iuxta tradita per suprà citatos autores.
59 Sed quæro, † an reconuentio mutet naturam causæ, veluti si minor sit in petitione quadrigentarum librarum, quo casu potest decidi per vnum Doctorem Regiæ audientiæ, iuxta constit. final. *tit. de commissions de causes.* an si reconuentio fiat in mille libris, hæc reconuentio mutet ipsius naturam, ita vt causa maior iudicetur, & cùm hæc dubitatio fuisset agitata in Regio Consilio, vt refert Michaël Ferr.1.*p.obseru. de euocatio.causarum cap.* 4. tandem larga disputatione habita
60 fuit conclusum quòd † reconuentio non mutat naturam causæ quoad euocationem, commissionem, & decisionem, quia si iuxta petitionem causa minor sit trecentarum librarum,etiamsi maior sit respectu reconuentionis, non poterit euocari ad Regiam au-
61 dientiam, & sic † si minor sit quadringentari librarum in petitione, licèt maior sit in reconuentione, poterit à solo relatore, cui commissa est,decidi,iuxta tradita per dictum Ferrer.*d c.*4. & ita fuit decisum in Regia audientia 5. Septembris 1534. referente Francisco Montaner facto verbo in causa Elizabetis Grau, & Consulem artificem Barcinonæ. Idem per dictum Montaner 12. Decembris 1537. in causa Reuerendissimi Episcop. Ilet, & Elizabetis Botella, moti ex doctrina Bart.*in auth.& consequenter.col.*5.*de mutuis petitio.* Abb.*in cap.*2.*super gloss.*1.*col.*1.*eod tit.*au-
62 get † tamen reconuentio salarium. ita Mier. *cap.*8.*de salarijs col.*9.*num.*23. *addit. ad Michaël. Ferrer. dicto cap* 4.
63 Reconuētio † quæ nō fuit opposita in causa primæ instantiæ, an proponi & deduci possit in causa appellationis,vel secundæ instantiæ.

Respondeo quòd non,ita etiam tenet Speculat *in tit.de reconuentione.* §. *nunc videamus, vers.sed nunquid coram iudice appellationis* sequitur Guido Papæ *decisione* 436. *num.*102.

Quæritur vlteriùs, † an reconuentio admittatur in causis summariis. 64

Respondeo quòd si reconuentio potest in continenti probari, admittetur; si verò non possit probari in continenti, sed requirit probationes longiores, tunc non admittetur reconuentio. iuxta tradita per Bart.*in l.*1.*C.vbi causa status*,& *ibi* communiter scribentes.

Reconuentio † an locum habeat coram iudicibus de Paribus curiæ quæritur. 65

Respondeo quòd sic, quia iudices dicuntur ordinarij, cùm à lege creati sint, & sic coram eis potest reconuentio de plano fieri, ita *in c.*1.§.*praeterea,de prohibita feudi alienat & ibi* scribentes, Andr.de Iser.§ 1 *in vsibus feud.* refert & sequitur Gail *pract. obseruat.lib.*1.*obseru.*1.*n.*57 quod intelligendum est;si reconuentio concernat merita rei feudalis, aliàs non est admittenda, prout prædicta declarat Mynsing.*cent* 4 *obseru.*90.*num.*1.*&* 2.

Quæro, † an reconuentio locum habeat coram arbitro. 66

Respondeo quòd aliqui dixerunt quòd non, quia licèt ad instar iudiciorum redacta sunt, tamen cùm extra compromissi limites iudices nullam iurisdictionem habeant,*l.*1.& *ibi* Bart.*ff.de arbit.* text.*in cap.cùm dilectus, de arbit.* Bart *in auth & consequenter, in fine. C. de sent.& interl.* Specul.*in tit de reconuent.* §.1. *in princ.* Abb. *in c.*1.*col.*1. *& pen.de mutuis petitio.* Sed non ita de plano hæc resolutio est tradēda,sed iuxta disputationem quam de hoc articulo facit Marcus Ant. Blancus Paraninus *in suo lib.de compromissis, in tit de causis compromiss.q* 4 *n* 23 *verb.causa reconuentionis*, constituens † differentiam inter arbitros qui eli- 67 guntur ad solam partium voluntatem,vel ad nominationem partium, cum auctoritate tamen legis,& ipsius dispositione, quia coram arbitris electis ex forma statuti locus est recōuentioni, ita Marian.Socin.*in c.*1 *de mutuis petit.* & quamuis d.Ant. Blancus ibi dicat in huiusmodi arbitris esse ponderanda verba statuti,per text.*in c porrò,de priuil* tamen dicit *ibid.* Soc.quòd in dubio vera est opinio Abb. nisi verba statuti repugnarent,& sic,nisi verba compromissi repugnent,† locum habebit 68 reconuentio, quia iudices electi ex forma statuti assumunt iurisdictionem amplam,vel strictam, secundùm quòd partes cōueniunt, & quòd hoc casu reconuentio fiat coram arbitris, sequitur Felin.*in c.fin.de re ind.* Abb.*in cap.cùm dilectus,col* 2.*vers.quaero,de arbitr.* Dec. *in l. est receptum, in fine. ff de iurisdict. omnium iudic.* Isti enim † arbitri à iure nominati ha- 69 bentur loco ordinariorum, & assumunt iurisdictionem ordinariam, perindéque est ac si procederetur coram iudice ordinario, cùm verè sint ordinarij iudices, vt latè ex pluribus

pluribus iuris fundamentis,& grauissimorum Doctorum auctoritatibus refert dictus Patauinus *in d.tract. de compr.quaest.6.n.4. vers. sed ego in tanta difficultate.* secus verò est in arbitrariis iudicibus à sola parte nominatis.

70 Quæri potest,† si reconuentio proponatur coram iudice, & fiat intra octo dies præfixos ex dicta constitutione, & hæc parti non intimatur intra dictum tempus, sed lapsis octo diebus, an valeat talis reconuentio.

Respondeo quòd sic, & ita fuit decisum per Magnificum Dalmau in causa Maris Piquer, & similiter in vtraque aula in causa Antici Andreæ contra Doctorem Ioannem Nogues, & Franciscum Doms villæ de Perpinya de mense Nouembr. 1537. quia verba dictæ constitutionis,quòd intra octo dies fieri debeat reconuentio, non diriguntur ad partem, ita vt pars debeat notitiam habere quòd fiat intra dictum tempus intimatio, sed solùm quòd fiat reconuentio. quæ verba magis ad iudicem, quàm ad partem referuntur, iuxta notata per gloss. notabilem *in l.2. C. de noxa.l.fin.§.licentia.C.de iure deliberan.* faciunt tradita per Gutier.*pract.quaest.lib.2.q.89.*

71 Quæritur vlteriùs,† an actor possit causæ à se introductæ renunciare in præiudicium reconuentionis.

Respondeo,quòd aut reconuentio est iam deducta in iudicio, aut adhuc non est deducta. nam si actor renunciet liti antequam reconuentio in iudicio deducatur,poterit causæ renunciare,quia respectu rei conueniri res ex parte actoris dicitur integra, & sic potest renunciare;secus verò si res nō est integra,quia si per reum oblata sit schedula reconuentionis in odium rei, non poterit actor causæ renunciare,iuxta tradita per Specul.*in tit. de reconuent.§.fi.*ex *l.si post mortem.§.fi.ff de bon.poss. contra tabulas* faciunt notata per Ias.& DD.*in l.3.in princ.ff quod quisque iuris.*Bald.*in l petendæ.C.de temp.in integr.restit.* tenet Maranta *de ord.iud p.4.dist.6.num.17.*

72 Quæritur vlteriùs, † an possit fieri reconuentio coram iudice habente limitatam iurisdictionem in certa quantitate, si reconuentio excedat summam, iuxta quam habet iudex iudicandi potestatem.

Respondeo quòd sic,quia licèt principaliter iudex non possit cognoscere de maiori quantitate,quàm ei permissum sit,incidenter tamen poterit cognoscere,vt notant scribentes *in l quoties.C.de iud.*Bald.& Paul.de Castr. *in l.solemus.§.latrunculator ff.de iud.*Certum est

73 autem † causam reconuentionis non principaliter in iudicio deduci, sed incidenter,iuxta tradita per Panor. *in c.1.col.6. vers.ite iurisd. de mutuis petitio.* & sic poterit iudex etiamsi respectu petitionis limitatam habeat iurisdictionem in maiori quantitate reconuentionis causam terminare vnica quidem sententia, non verò separatim,quia tunc non diceretur coniunctim iudicem cognoscere, sed disiunctim. causa autem †reconuentionis vnà cum 74 causa principali terminari & finiri debet, iuxta tradita per Bart.*in auth cōsequenter col.2. vers.item dicta causa. C. de iud.* faciunt quæ in huius rei confirmationem tradit Marant. *de ord iudic.4.p.dist.6.num.10.per totum.*

Quæritur vlteriùs,† an in causa summaria 75 possit reconuentio fieri.

Respondeo quòd aut reconuentio requirit breuem discussionem, aut longam. Si breuem, poterit fieri; si verò longam, tunc non erit admittenda,iuxta tradita per Bar.& DD. *in l.1. C. vbi causa status*, & cæteri scribentes. plura tradit Marant.*de ord.iud.4 p.dist.6.n.38.*

Quæritur, † an in causa spolij admittatur 76 reconuentio.

Respondeo quòd si reconuentio fiat de aliqua re, quæ concernat proprietatem rei, non admittetur, quia est separata & diuersa causa, & † spolians non est admittendus ad 77 probandum, nisi priùs spoliatum restituerit in spolio. *c.frequens, de restit. spolia.lib.6. c.cùm dilectus, de.ord.cognit.cap.super spoliatione,* & *ibi* Panorm.*de ord.cognit.* Si autem reconuentio fieret de alio spolio commisso per actorem, tunc cùm esset de æquali re, posset fieri reconuentio absque dubio. Specul. *in tit.de reconuentio. §. nunc dicamus. vers.item excepta. & in vers.sequent.*

Clerici †an & quando possint reconueniri 78 coram iudice laico, iam fuit traditum suprà *c.1.de iurisd.omn.iud.à n.149.cum seq.* & ad ibi notata recurrendum est, & vltra ibi tradita, ad notata per Viuium *dec.49 à n.4 & 5.*Mart. *de iurisd.2.p.cent 2.casu 107.à n.7 cum seq.* Farinac.*de inquis q.8.à n.99.* Bobadilla *in sua politi.lib.2.c.18.n.62.casu 72.* Greg. Lopez *l 57. tit.6.part.1.gloss 4 verbo,deue responder.* Anton. *thesaur.lib.1. quaestio.foren.q 98.prope finem.*

Exceptionem † rei iudicatæ tanti esse va- 79 loris, quàm tres sententias, refert Michaël Ferr.4 *p observ.c.67.n.7.*ex *c.cùm dilectus.in fin. de electio. c.cùm inter,de sent. & re iudic.* iuncta: *Clem.1.de sent. & re iudic.* ex qua aliquæ resolutiones duci possunt.

Quæro in primis, † quæ requirantur vt 80 exceptio rei iudicatæ locum habeat.

Respondeo quod prius requiritur, est quòd sit finitum tempus ad appellandum, iuxta tradita per Dec.*consil.436.n 3 1.* & quæ notant Bart.& cæteri scribentes *in l.1 ff.de except.rei iud.* Bart.*in l.nam & postea ff.de iureiur.* Doctores *in cap. 1. de litis contestat.* Hæc autem exceptio rei iudicatæ quandoque opponitur vt dilatoria, quandoque vt perem-

Acac.Ant.de Ripoll Resol.var. L 2 ptoria,

ptoria, iuxta tradita per Marant. *de ord. iud. 6. p. membr. 9. num. 11.*

81 Exceptio † rei iudicatæ quem effectum producat, quando vt dilatoria, vel quando vt peremptoria opponitur.

82 Respondeo quòd † quando hæc exceptio opponitur tanquam peremptoria, tunc ad merita causæ censetur opposita, & tûc in definitiua iudex de ea poterit habere rationem, vt declarat Bald. *in l. postquam liti. C. de pact. col. 2. & in l. exceptionem, in fine. C. de probatio.* Bart. Alex. & communiter omnes *in l. nam*

83 *postea, in princip. ff. de iureiur.* quando † verò vt dilatoria opponitur, ante litis contestationem deduci debet, & tunc ad impediendum litis ingressum censetur opposita. *c. 1.* vbi omnes Canonistæ, *de litis contestat. in 6.* Cuman. *cons. 39 n. 5.* Afin. *in sua praxi. §. 13. num. 5.*

84 Quæsitum fuit, † qua forma exceptio rei iudicatæ proponi debeat vt omnino actorem à iudicio repellat.

Respondeo quòd reus statim in tempore præfixo octo dierum debet omni meliori modo loco exceptionum litis ingressum impedientium deducere, & allegare quòd de re de qua lis mouetur iam fuit dictû, & sentêtia lata, de qua omni meliori modo opponit. Sic

85 † enim opposita exceptione omnino repellet actorem à iudicio, & obstabit rei iudicatæ exceptio. iuxta text. *in cap. 1. de litis contest. lib. 6.* & quæ *ibi* notant DD. Si autem reos, qui in sui fauorem habet prædictam exceptionem, non opposuerit in initio causæ, sed passus fuerit ingredi ad merita, & ea disceptari, & in iustificatione in discursu causæ pro sua intentione sententiam in rem iudicatam

86 transactam opposuerit, tunc † censetur de re iudicata consentire quòd iterum cognoscatur, & ipsa iterum iudicio nouo subiiciatur, &

87 sic non obstante tali exceptione † iudex de meritis cognoscet, ita elegantissimè Innoc. quem sequuntur alij *in cap. cùm dilecta, in fin.* gloss. mag. *de rescript. & in c. fraternitatis, de frigidis & malefici. c. cum Bertholdus. de re iudic.* faciunt tradita per Afin. *in praxi. § 13. cap. 6. n. 7.*

88 quia † iudex iudicare debet de rebus quas in processu videt. *l. de qua re. ff. de re iud. c. cum super. de causa possessio. & propriet.* Alex. *consil. 63. stantibus his, colum. penult. volum. 4.* Ludouic. Roman. *in l. admonendi. vers. nonò fallit, de*

89 *iureiurando.* quia † ex consensu partium de sententia cognoscitur. quo casu sententia contra sententiam valet. *l. duobus. ff. de except. rei iud.* Castrens. *in l. post rem, circa finem. vers. ego dico. ff. de transact.* Bald. Salycet. & Alex. *in l. fratris. C. de transact.*

90 Quæri potest, † an Princeps possit exceptiones tollere.

Respondeo quòd exceptiones quæ respiciunt ordinatoria iudicij, & in quibus paruum præiudicium partibus inferri potest, poterit Princeps tollere; secus verò quoad exceptiones quæ respiciunt merita & intereste principale partiû, quia non poterunt per Principem tolli. ita ex *l. ita nobis pudor, & l. quoniam Alexandrum. C. ad legem Iul. de adult. cap. pastoralis, de re iud. in clem.* & ex aliorum iurium fundamentis tradit Iacobus à Calicio *in tractatu extrauagato. curiarum, prærogatiua Regia 208 per totam.*

Quæri etiam potest, † an iudex statim super exceptionibus debeat declarare, aut ad definitiuam possint reseruari. hanc quæstionem de iure communi tractat latè Afin. *in sua praxi. §. 18. cap 3 per totum,* resoluens eam, 91

dicens quòd † aut exceptiones respiciunt personas ipsorum litigantium, veluti respectu iurisdictionis, vel mandati, & similium, & tunc necessariò statim super his ius est dicendum, iuxta notata per Ioan. Andr. & cæteros DD. *in c. 1. de ord cognitio. & in l. 1. C. de ord. iud.* 92

nec † potest iudex merita harum exceptionum ad definitiuam reseruare, iuxta tradita per Grammat. *decis. 65 n. 85* per text. *in cap. si clericus laicum, de foro compet.* & latioribus fundamentis hoc confirmat dictus Afin. aut 93

† tales exceptiones respiciunt merita causæ, & eo casu aut sunt claræ & in promptu ad probandum, & tunc etiam super eis ius est dicendum, & non debent reseruari ad merita causæ. Bart. & alij *in l. fin. ff. de iureiur.* aut sunt dubiæ, & † requirunt altiorem indaginem, & tunc aut iuris ordo illas reseruando peruerteretur, & reseruari non possunt, vt tradit Host. *in cap cùm contingat. de off. deleg.* & *ibi* Felin. *n. 4. ver. credo.* aut iuris ordo non peruertitur, & tunc possunt tales exceptiones ad merita causę reseruari, vt voluit gl. & sequuntur DD. omnes, & præsertim Bart. & Ang. *in l. ille à quo, num. 3. §. si de testamento. ff. ad Trebell.* Grammat. *decis. 65. n. 83. & 85* Afflict. *dec 63. per totam.* Capyc. *decis. 20. n. 19* & plures allegati per Afin. *vbi suprà.* quid autem sit de iure constitutionum in exceptionibus dilatoriis infrà dicam. 94 95

Quæritur vlteriùs, † si exceptio dilatoria opponatur extra tempus parte actoris tacente, & non contradicente, an hoc casu talis exceptio dilatoria extra tempus opposita locum habeat. 96

Respondeo quòd sic, ex traditis à Panorm. *in cap. cùm contingat. n. 11. vers. idem putarem. de off. & potest. iud. deleg.* Socin. *reg. 171. limitat. 9.* Socin. *in c. inter monasterium, n. 29. de re iud.* Felin. *in c. exceptionem, num 24. de exceptio.*

Quæri vlteriùs potest, † an exceptio, ne continentia causæ diuidatur, quæ dilatoria est, possit in quacumq; iudicij parte proponi. 97

Respon

Respondeo quòd sic, iuxta tradita per Iaf. *in l.ita demum, n. 5. verf. 16. limit. C. de procurat.* Alex. *in l.nulli, n. 6. C. de iud.* & ex aliis, quos refert Afin. *in fua prax. §. 13. c. 2. lim. 18. per totam.*

98 · Quæritur vlteriùs, † an abfolutè verum fit quòd exceptio dilatoria, quæ non fuit oppofita in caufa principali, nec poffit opponi in caufa appellationis.

Refpondeo quòd fi exceptio dilatoria non habeat aliam naturam, quàm litis ingreffum, impedire tunc non oppofita in caufa primæ inftantiæ, nec poterit proponi in caufa fecundæ inftantiæ, vel appellationis. Si autem talis exceptio dilatoria fit talis naturæ quòd iudicium retro nullum reddat, etiam fi non fuerit oppofita in caufa primæ inftantiæ, poterit in caufa fecundæ inftantiæ, feu appellationis proponi. Bald. *in l. ita demum col. 1. n. 3. C. de procur.* per text. *in cap. fin. de appellat. in 6.* Philippus Francus *in cap. cum ceffante, num. 29. de appell.* Felin. *in cap. ad audientiam lo 2. n. 27. de refcript.*

Et non folùm prædicta exceptio dilatoria, quæ proceffum retro reddit nullum,

99 † non oppofita in caufa primæ inftantiæ, poterit proponi in caufa appellationis, fed etiam exceptio folutionis. quæ fi non fuerit oppofita in caufa primæ inftantiæ, poterit in caufa fecundæ inftantiæ deduci, & probari, vt tenet Afin. *in fua praxi. §. 13. cap. 2. limit. 5.* quam præfenfit Affliċt. *in conftit. Neapol. rubr. 18. n. 8. lib. 2.* & ante eum Panorm. *in cap. cum Ioannes Eremita, de fide inftrument.* Bald. *in Margarit. fua.* fuper Innocent. *verfic. exceptio.* Innocent. *in cap. paftoralis, de exceptio.* Salycet. *in l. exceptionem. C. de probatio* Felin. *in dicto cap. exceptionem, col. 9. de exceptio.*

100 Quæritur, † an exceptio præuentionis iudicij fit dilatoria, vel peremptoria.

Refpondeo effe dilatoriam, vt inquit Bald. *in authent. fed nouo iure, col. pen. num. 9. verf. fed pone quòd in ciuitate Perufij. C. de feruis fugitiuis.* Iaf. *in l. ita demum, n. 2. verf. 5. C. de procur.* quæ non oppofita in caufa principali, nec in caufa appellationis opponi poterit, vt ex prædictis refoluit Afin. *in fua praxi §. 13. cap. 2. ampliat. 4.*

101 Quæritur vlteriùs, † an exceptio dilatoria, quæ oritur denunciato proceffu, poffit proponi tanquam perueента de nouo ad partis notitiam.

Refpondeo quòd non, quia, vt atteftantur quamplures DD. iudex denunciato proceffu, feu conclufione in caufa facta, quod idem eft, non poteft iam cognofcere, nifi definitiuè: fuper exceptione autem oppofita iudex pronunciare deberet. ita Ioan. Andr. *in c. cùm dilectus, de ordine cognitio.* per text. *in c. auditis. de proc. & in c. paftoralis, de caufa poffeffio. & proprietat.* quos refert Ludou. Rom. *fingul. 356. incipiente, Tu fcis.* Ruin. *confil. 98. num 4. lib. 5.* Acac. Ant. de Ripoll Refol. var.

Conftitutione † quinta, fub titulo hoc, *de exceptions y reconuentions*, eft de iure Cataloniæ ftatuta forma & terminus ad ponendum exceptiones dilatorias, in & cum qua limitata fuit conftitutio 4. curiarum anni 1547. quæ nunc eft conftitutio 3. eiufdem tituli, & cæteræ omnes conftitutiones de exceptionibus loquentibus, vt ex tenore dictæ conftitutionis finalis deprehenditur, in illis verbis, *Declarant & limitant*, &c. de cuius fingularibus capitibus hæc defumitur refolutio. 102

In primis ftatuitur, † quòd exceptiones omnes dilatoriæ litis ingreffum impedientes debeant deduci cum fupplicatione & articulis, fi factum tale fit quòd articulos requirat, aliàs fi factum non requirat articulos cum fola fchedula, vel fupplicatione, poterunt exceptiones dilatoriæ litis ingreffum impedientes proponi. 103

Ad † probationem autem prædictarum exceptionum ipfo iure & facto, & abfque alia prouifione currût 30. dies præcifi & peremptorij, qui vtrique parti funt communes. 104

Actor † autem prædictis exceptionibus poteft refpondere non habere locum, aut cum fupplicatione fola, aut cũ fchedula, aut cum articulis, fi factum tale fit quod probationes requirat, veluti fi caufa fuerit euocata attentata maioritate trecentarum librarum, vel attenata pupillaritate, vel viduitate, vel ex alia caufa, quæ in facto cõfiftat: è contra verò reus prætendat non effe maiorem, fed minorem, tum vel non effe pupillarem, vel viduæ, tunc † cùm hæ exceptiones confiftant in facto quod debet probari, articuli requiruntur, vt factum per teftes fuper illis miniftrandis, & recipiendis probetur. Scriba autem abfque alia prouifione teftes recipiet, fi funt præfentes, vel fi extra vrbem fint, † litteræ compulforiæ erunt miniftrandæ, non expectata alia prouifione, nec alio iuris præcepto, feu ordine. 105 106 107

Non funt admittendę aliæ fupplicationes, feu fchedulæ: tenetur † tamen pars, quæ dilatorias exceptiones opponet, intra dictos triginta dies falarium deponere, quod eft tertia pars falarij caufæ principalis, aliàs fi non depofuerit falarium, prædictæ † exceptiones habeantur pro non oppofitis, & quòd contra partem fuccumbentem currant tempora cõftitutionum. Vlteriùs eadem conftitutione finali difponitur † quòd à prouifione quæ per relatorem fiet circa admiffionem, vel repulfionem prædictarum exceptionum, non poffit fupplicari, nifi ad eandem aulam, etiamfi dicta prouifio fuerit facta facto verbo in eadem aula. Et † quòd à prouifione, quæ fiet in caufa fupplicationis prædictæ, 108 109 110 111

 aut

aut sit confirmatoria, aut reuocatoria alterutrius, non possit vlteriùs supplicari, etiam beneficio restitutionis in integrum.

Hæc est dispositio prædictæ constitutionis, iuxta quam plures difficultates resoluendæ proponi poterunt, quæ infrà tradentur.

112 Quæritur iuxta prædicta, † an hoc quod dicitur quòd statim per scribam causæ sint absque alia iudicis prouisione litteræ compulsoriæ tradendæ, simpliciter sit intelligendum, vel cum aliquo temperamento.

Respondeo quòd dictio illa, *y lo notari sens*
113 *altra*, sunt accipienda, † vt à die quo exceptiones deducuntur ad diem quo litteræ compulsoriæ tradantur, vel testes recipiantur, tenentur labi dies octo, nempe tres dies intimæ & quinque pro interrogatoriis secre-
114 tis dandis, † iuxta dispositionem constitutionis secundæ titulo *de dilations y terminis probatoris.* Licèt enim constitutio finalis hoc tit. non præfiniat tempus ad interrogatoria danda, cùm tamen vbicumque testes recipiendi sint, interrogatoria de iure dari pos-
115 sint, debet † constitutio hæc finalis circa prædictum casum regulari per prædictam constitutionem secundam, sub titulo *de dilations*, quia non est nouum quòd vna consti-
116 tutio per aliam declaretur, sicuti † vna lex per aliam interpretatur, iuxta tradita per Hippol Riminald. *conf.* 15. *num.* 35. *cum duob. sequent.* Imol. *in l. si verò.* §. *de viro. ff. solut. matrim.* idem Hippol. Riminal. *conf.* 38. *n.* 16.
117 vbi ait † quòd dando statum nouum non disponit in aliquo particulari casu, id quod debebat disponere, si in alio consimili casu dispositum est, hoc debet seruari in casu omisso.

In dicta constitutione (vt dictum est) cauetur quòd pars quæ opposuit exceptiones
118 prædictas intra triginta dies, † debeat deponere salarium, aliàs quòd tales exceptiones habeantur pro non oppositis, si salarium non deposuerit. iuxta quam dispositionem quæri potest in primis, an si lapsis dictis triginta diebus pars deposuerit salarium, dictæ exceptiones habeantur pro non oppositis. Hanc dubitationem latè tractat Nobilis à Peguer. *in sua praxi ciuili. c. de exceptio. num.* 8. tractans
119 quæstionem illam vulgò tritam, † an locus sit purgationi moræ, & post largam disputationem resoluit quòd si pars deponat salarium, etiam lapsis triginta diebus, nulla facta interpellatione per actorem, seu contradictione, valebit tale depositum, & iudex tenebitur super exceptionibus declarare: si autem lapsis triginta diebus pars deduxerit, lapsos ipsos fuisse, & prædictas exceptiones pro non oppositis haberi, tunc depositum

factum post dictam contradictionem nullius erit momenti, nec iudex de illis habere poterit rationem, quia iam res non erat integra quando depositum fuit factum, quia † non est locus purgationi moræ, iuxta notata *in l. et si post tres. ff. si quis cautio.* per ea quæ notant Bart. & Ripa *in l. si insulam. ff. de verb. oblig.* & hæc est certa resolutio. 120

Quæri vlteriùs potest, † an pendente iudicio super dictis exceptionibus, currat tempus ad reconuentionem fiendam. 121

Respondeo quòd non, imò dormit reconuentio donec ius sit dictum super reconuentione. ita tenet Nobilis à Peguera vbi suprà *num.* 9. quod attestatur sic fuisse dispositum per constit. 13. *sub tit. de dilat. in fine*, quæ fuit Reg. Ferdinandi in secunda curia Barcinonen.

Quæri etiam vlteriùs poterit, † an si pars, quæ debet salarium deponere, non deponat illud integrum, sed partem, satisfecerit deposito quantum ad hoc, quòd teneatur iudex declarare super exceptionibus, eas admittendo, vel repellendo; an verò salarium habeatur pro non deposito, sed solùm declaretur super desertione. 122

Respondeo, quòd supradictum, nempe quòd salarium habeatur pro non deposito, ita intelligendum est, si non fuit deposita maior pars salarij, videlicet plusquam dimidia, quia † si deposuit plus quàm est dimidia salarij, depositum habetur ac si fuisset integrè factum; si verò non deposuit plusquam dimidiam partem salarij, salarium est ac si non fuisset depositum. faciunt notata per Cancer *lib.* 3. *variar. cap.* 18. *num.* 142. loquens de deposito salarij in causa contrarij imperij, iuxta constitutiones Cataloniæ. 123

Sed quæri potest vlteriùs, † quid faciendum sit in depositione salarij, quando id quod petitur non est certum, quantum salarium sit deponendum. 124

Respondeo quòd cùm dispositio huius constitutionis quantum ad depositionem salarij reguletur iuxta dispositionem constitutionis quæ loquitur de supplicatione contrarij Imperij, in qua intra decem dies etiam deponi debet salarium, quod eius respectu decisum est, hoc idem hîc seruandum erit. Quare dico † quòd cùm hoc dubium euenisset in aula admod. Reuerendi Cancellarij ad relationem Magnifici Hieronymi Tornet, fuit intellectum in causa vertente inter N. Coll de Sans ex vna, & Petrum Tort ex alia parte, scriba causæ Stephanus Colell die 2. Iulij 1614. ita quòd si pars quæ tenetur deponere salarium legitimo tempore, non deposuerit, causa sit deserta, est quando salarium est liquidum, quia quantitas quæ petitur, 125

petitur, est certa & determinata, quia tunc est in mora quòd non deposuerit integrè; se-
116 cus † quando est incerta quantitas quæ petitur, nempe quia non est certa quantitas quæ petitur, & sic cùm in dicta causa esset certa quantitas quæ petebatur, iuxta quam salarium erat regulandum, fuit causa deserta, quia non deposuit quantitatẽ salarij integram, habita ratione ad quãtitatem petitam.

117 Quæritur vlteriùs, † an si pars alia, quæ nõ tenebatur salarium deponere, illud deposuerit, & postea lapsis triginta diebus petat exceptiones pro non oppositis haberi, quia qui eas opposuit non deposuit salarium, an sit admittendus.

Respondeo quòd non, sed quòd tunc est habenda ratio ipsarum exceptionum, & ita fuit decisum in aula adm. Reuer. Cancella-
118 rij die 19. Martij 1588. quia † diligentia illius qui salarium deposuit intra præfixum tempus prodest ei, qui exceptionem opposuit, iuxta tradita per Gomez *de annal possess. quæst. 65. & reg. de triennali possessore, quæst. 39. in fine*, & si cauta sit pars in non deponendo salarium intra tempus à iure præfixum, sed expectet quòd tẽpus labatur, & eo lapso de-
119 ponat salarium, tunc † non habebitur ratio de exceptionibus, sed de desertione ipsarum ob non depositum salarium.

130 A † prouisione quæ fit super exceptionibus litis ingressum impedientibus statuitur, non licere supplicare, nisi ad eandem aulam, quæri potest, cùm prædicta constitutio loquatur de exceptionibus dilatoriis, quid dicendum erit casu quo prouisio fiat super exceptionibus peremptoriis in vim dilatoriarum oppositis, vel super exceptionibus quæ magnum partibus præiudicium afferunt, an tunc possit supplicari in alia aula, inuestigaui an similis aliquis casus decisus reperiretur in consilio, & à pluribus Senatoribus id quæsiui, & in nullius memoria extitit: de iure autem cõmuni reperiuntur plura fundamenta ad probandum quòd prædicto casu non obstante hac constitutione possit supplicari ad aliam aulam. Sed, salua pace, existimo nullo modo posse supplicari ad aliam aulam, quia quando prædictæ exceptiones opponuntur tanquam dilatoriæ, in modo deducendi & probandi tractantur tanquam dilatoriæ, vnde etiam in modo decidendi tanquam dilatoriæ tractandæ erunt, cùm nulla diuersitatis ratio considerari possit.

131 Quæritur vlteriùs, † an detur aliquis casus in quo à prouisione facta contratio imperio siue confirmatoria, siue reuocatoria primæ prouisionis possit supplicari.

Respondeo quòd sic, si in secunda prouisione, quæ in causa contrarij imperij fit, adsit nouum caput declaratum, quia tunc ex nouo illo capite licet supplicare, iuxta obseruantiam & interpretationem Regij Consilij, quam pluribus fundamentis corroboratam refert Michaël Ferr. *2. part obseru. cap. 7. n 29.*

Exceptio † periurij quæritur an sit dilatoria, vel peremptoria. 132

Respondeo quòd hæc exceptio litis finitę dicitur, iuxta tradita per Hippol. de Marsil. *consil. 107. num. 9. lib. 2.* & per DD. *in cap. 1. de litis contest. in 6. & in l. 1. & in l. non erit, ff. de iureiurand. §. dato.* & sic vtriusque naturæ participat, & in qualibet parte iudicij proponi potest, dummodo ante processus denunciationem & conclusionem in causa proponatur. nam † si processus sit denunciatus, & in 133 causa conclusum, licèt de nouo perueniat eius noritia, non poterit proponi. Abbas *in cap pastoralis, col. 5. de except. ver. item quaritur.* & *ibi* Ant. de Butrio *col. 7.*

Quæritur vlteriùs, † an illa verba cõstitu- 134 tionis, quibus cauetur, quòd dictæ exceptiones habeantur pro non oppositis, intelligantur ita quòd absque aliqua prouisione habeantur pro repulsis, vel requiratur iudicis prouisio.

Respondeo, † quòd necessariò requiritur 135 iudicis prouisio vt dictæ exceptiones pro repulsis habeantur, prout notauit Alex. *in additionib. ad Bart. in l. imperator, circa medium additionis, ff de iure fisci.* faciunt tradita per Abbat. *in cap. si diligenti, in penult. not. de foro compet.* faciunt relata per Pegueram, vbi suprà *n. 8. ver. ampliatur secundò, circa medium*, dicentem quòd † quotiescumque lex, vel statutum 136 imponunt aliquam pœnam, non intelligitur ipso iure, nisi lex, vel statutum expresſè hoc dicat, iuxta plures relatos per Peguer. *ibid.* & sic Aduocatus partis instantis cum schedula debet petere † quòd processus portetur, & declaretur exceptiones pro non oppositis haberi, & iudex facit prouisionem in translato quòd viso processu prouidebitur, & pars quæ instat lapsis dictis triginta diebus, debet deponere salarium, id est, tertiam partem salatij principalis, quę est salarium primi altercati in causa suscitati. 137

Quæritur vlteriùs, † an exceptio dilatoria coram arbitris sit etiam proponenda ante litis contestationem. 138

Respondeo quòd sic, iuxta tradita per Ludouicum Romanum *singul. 356.* Franciscum Curtium *in l. si quis in conscribendo, in fine, C. de pact.* gloss. *in l. 1. ff. de arbitr.* Saliçet. & Ludou. Roman. *in dicta l. 1.*

Quæri vlteriùs potest, † an si exceptio de 139 nouo perueniat post litem contestatam, culpa ipsius, possit ex tunc per ipsum opponi.

Respondeo quòd non, vt notant DD. *in*

l. naturaliter, §. *nil commune, ff. de acquir. possess.* & *ibi* Ludou. Bolognet. *num.* 82. *& sequent.* Alex. *num.* 314. & licèt sint qui contrarium defendant, tamen hanc sententiam absolutè esse amplectendam, refert Asin. *in sua praxi* §. 13. *cap.* 2. *sublimitat.* 2. *per totam.*

140 Quæri etiã potest, † an sublatis exceptionibus per constitutionem censeretur sublata exceptio excommunicationis.

Respondeo quòd non. ita Felin. *in cap. ex parte, lo* 2. *fallent.* 4. *de off. deleg.* faciunt notata per Bart. *in l.* 2. *in fine, C. de edict. diui Adr. toll.* & *in l.* 3. § *ibid. ff. ad exhibend.* August. Beroius *in cap. item cùm quis, num.* 28. *de restitut. spoliat.* per ea, quæ notat Bart. *in l.* 1. §. *denique, ff. quod vi aut clam.*

141 Exceptio † excommunicationis non solùm in vim dilatoriæ potest opponi in principio causæ, sed etiam in quacumque parte iudicij, etiam si dolosè pars eam opponere volens non opposuerit, est text. *in cap. exceptionem.* & *ibi* gloss. & Felin. *de except. num.* 13. *ver. sextò & præcipuè.* hoc tenet Prosperus Carauita *super ritibus magnæ Curiæ, ritu* 236. *n.* 8. & hoc est tenendum.

142 Sed fuit quæsitum, † an tertius comparens pro suo interesse in causa, possit in quacumque iudicij parte, in qua comparuerit, exceptiones dilatorias opponere, in quo articulo vt respondeam resolutiuè dico, constituendam esse differentiam inter tertium voluntariè comparentem pro suo interesse,
143 à † tertio comparente necessariò tanquam si fuit citatus, vt quando necessarius non est, id est, voluntariè comparet, tunc non est locus lite contestata ad exceptiones dilatorias opponendas, quia cùm voluntariè comparet, sibi imputetur litigare in eo iudicio, in quo comparuit, maximè cùm frequentius
144 fit † quòd exceptiones dilatoriæ parui sint præiudicij, vt supradictum est; sed quando ipse tertius comparet necessariò tanquam
145 actor laudatus, † tunc poterit talis tertius deducere tales dilatorias exceptiones in quacumque iudicij parte.. ita Angel. *in l. si quis libertatem, in princip. col.* 3. *num.* 2. *ver. sed Bartolus hîc, ff. de petit. hæred.* & *in l. si venditor, num.* 1 *ff. de iudic.* Ruin. *consil.* 98. *num.* 4. *in fin. lib.* 5. Felin. *in d. cap. exceptionem, num.* 18. vbi pluribus comprobat hanc opinionem. Ias. *in l. ita demum, n.* 5 *ver. quintò limitatur, C. de procur.* Felin. *eod. cap. num.* 11. Barbat. *in cap. cùm M. Ferrariensis, num.* 39. *de constit.*

146 Licèt autẽ † tertius possit opponere exceptiones dilatorias in ea parte iudicij, in qua comparet, non habet locum prædicta resolutio in exceptione fori declinatoria, quia licèt dilatoria sit, non poterit per tertium comparentem opponi, vt ex mente Angel. *in dicta l. si libertatem.* & Aneharan. *consil.* 333. *num.* 2. & ex Felin. *in cap. exceptionem, num.* 18.

Vlteriùs quæritur, † an exceptio dilatoria possit opponi lite iam contestata, si litis contestatio nulla sit. 147

Respondeo quòd sic, quia existente nulla litis contestatione perinde est, ac si litis contestatio foret fienda, iuxta text. *in l. licet.* glos. magna, *verbo inuentatur, C. de proc.* & glos. *in l. si pater, verbo status, C. ne de statu defuncto.* gloss. *in auth. offeratur, verbo pro nihilo, C. de litis cont.* Alex. *in l. ita demum, num.* 7. *C. de procur.* & Felin. *in dicto cap. exceptionem, num.* 21. *vers. fallit nonò, de exceptio.* Paul. Castrens. *in d. l. ita demum, C. de procur.*

Quæro, † an exceptio solutionis possit, cùm dilatoria sit, in quacumque iudicij parte proponi. 148

Respondeo cum distinctione, quam tradit Panorm. *in dicto cap. exceptionem, num.* 12. *vers. alij dicunt quod satis est* aut enim hæc exceptio solutionis ad processum impediendum opponitur, & tunc certum est quòd debet opponi ante litem contestatam: aut verò † opponitur ad merita causæ, videlicet ad 149 extinguendum in totum ius actoris, vt sine actione agere videatur, & tunc in toto discursu causæ opponi poterit. tenet hoc Angel. *in* §. *appellantur, n.* 35. *Instit. de except.* Barbat. *in d. cap. cum M. Ferrariensis, n.* 36. *vers. octauò, de constit.* Capella Tolosa. *quæst.* 279.

Quæri potest vlteriùs, † an si quis dixerit quòd non intendit proponere exceptiones, quia ipsis renunciat, censeatur renunciasse omnibus, vel illis, de quibus notitiam habebat. 150

Respondeo quòd solùm censetur renunciasse illis, quæ sibi competebant, de quibus renuncians habebat scientiam, & hanc amplectitur sententiam Speculator *tit. de except.* 1. *part. n.* 2. quod dictum confirmat ex *l. te mater, ff. de inoff. l. tres fratres, ff. de pact.* quia † generalis renunciatio exceptionum non valet 151 nisi specialiter exprimantur. *l. sed si quis, ff. si quis cautio.* § *quæsitum.* quia cùm † renunciatio sit stricti iuris, non est extendenda. quia 152 solùm † debent comprehendi in renunciatione ea, quæ verosimiliter apparent esse de 153 mente ipsius renunciantis. iuxta tradita per Palat. Rubi. *in rubr. de donat. inter virum & vxorem*, §. 70. *num.* 10. Alex. *in l. si ab hostibus, num.* 15. *ad finem, ff. solut. matrim.* Ruin. *consil* 60. *num.* 17. *vol* 3. Magon. *decis. Florent.* 64. *num* 67.

Quæri potest vlteriùs, † an exceptio, tua non interest, sit dilatoria, vel peremptoria. 154 hæc fuit magna dubitatio inter Doctores, & pro vtraque parte adsunt grauissimi, quos longa

longa commentatione refert Asin. *in sua praxi in* §. 13. *cap.* 6. & licèt dicat quòd Curtius iunior *in l.* 1. *num.* 8. *ff. de inoff. testament.* ex mente aliquorum dicat ipsam absolutè esse
155 peremptoriam, tamen † fœdere distinctionis per ipsum propositæ existimo longè verius esse dicendo quod diximus de exceptione solutionis, nempe quòd aut dicta exceptio, Tua non interest, opponitur absoluiè vt pronuncietur nullum ius ipsum actorem ad rem habere, & hoc casu dicta exceptio est peremptoria: aut opponitur solùm animo dilatandi iudicium, & tunc si ad illud agi ipsius actoris non interrat, tunc in vim dilatoriæ habenda erit.
156 Quæritur, † an si aliquis intentauerit litem contra aliquem possessorem alicuius fundi, & petat dimidiam partem ipsius fundi sibi adiudicari, reus verò prætendar fundum non esse communem, sed proprium, & sic neget communionem, velitque hanc exceptionem opponere, teneatur illam tanquā dilatoriam, vel peremptoriam deducere.

Respondeo quòd talis exceptio dilatoria est, iuxta tradita per Asin. *in sua praxi* § 13. *cap.* 9 *num.* 5. ex Socin. seniore *consil.* 300. *n.* 4. *vol* 2, quia, vt ipse attestatur, ex quo reus possidet, & communionem negat, iudicio diuisorio agere non poterit.
157 Sicuti † exceptio ne quis contra suum factum, vel defuncti veniat, impedit litis ingressum. iuxta tradita per Hieronym. Gratum *consil.* 91. *num.* 7. *vol.* 1. & tradunt DD. *in l. eleganter*, § *si post. ff. de condict. indeb.*
158 Exceptio † etiam, dolo facit quòd petas id quod restituturus es, dilatoria reputatur, & litis ingressum impedit. Bald. *in l. emptor, C. de hared. vel actio. vend.* per text. *in l. apud*, § *is qui, ff. de except. dol.* Socin. senior *consil.* 38. *n.* 23. *lib.* 1. iunior *consil.* 80. *lib.* 3. *n.* 7. *& consil.* 69. *num.* 11. *cum seq.*
159 Quæritur vlterius, † an exceptio quæ ex pacto nudo oritur, sit dilatoria.

Respondeo quòd sic, veluti si pacto nudo liti renunciatum sit. nam ex tali simplici pacto oritur exceptio quæ litis ingressum impedit, iuxta text. *in l. postquam liti, C. de pact.* Guido Papæ *consil.* 74. *num.* 2. Riminald. *in d. l. postquam liti.*
160 Sed quæri potest, † an allegans exceptionem teneatur eam probare, vel onus probandi contra exceptionem spectet ad eum, contra quem exceptio est proposita.

Respondeo exceptionem esse probandam ab eo, qui illam allegat, cùm sit fundamentum suæ intentionis, ex *l. generaliter*, & *ibi* gloss. *ff. de except.* & *ibi* Bart. & Paul. de Ca-
161 stro, & communiter scribentes. etiam † si exceptio sit negatiua facti, quia fundans se in negatiua facti, tenetur eam probare, *l. in illa, ff. de verb. oblig.* Abb. *in c. bona, de postul. prael.* Surdus *decis.* 104. *num.* 4.

Quæri vlteriùs potest, † si coram iudice 162
laico opponatur aliqua exceptio, quæ ex sui natura debet decidi per iudicem Ecclesiasticum, veluti quòd proponatur exceptio vsurarum quoad iuris articulum, an eo casu possit index laicus præfigere terminum, intra quem talis exceptio sit declaranda.

Respondeo † non posse iudicem secula- 163
rem iudici Ecclesiastico statuere terminum, intra quem declarare teneatur, quia iudex laicus quoad hoc nullam habet iurisdictionem, *cap. ex insinuatione, de appellat.* attestatur Ias. *in l.* 2. *num.* 12. *ff. de re iudic.* & *ibid. num.* 15. dicit hanc esse communem & receptam sententiam. Bene tamen potest statuere terminum parti, ad hoc vt deducat in iudicio Ecclesiastico quidquid deducere in suum fauorem prætendat, & ipse iudex secularis possit inspicere † an probata releuent, & si non 164
releuant, ad vlteriora procedere, & hoc semper esse menti tenendum ex sententia Alex. *in dicta l. Titia, col.* 3. *num.* 9. *ff solut. matrim.* refert & sequitur Mascard. *de probat. concl.* 689. *num* 4. Exceptio † falsi Procuratoris debet 165
probari ab eo, qui eam allegat. gloss. *in l. licet in principio, verbo inuenlatur.* & *ibi* Alex. *num* 4. *& num.* 5. *C. de procur.* gloss. *in l. Pomponius*, § *ratis, ff. eod.* & hanc dicit esse veriorem Alex. *vbi supra.*

Quæro quid dicendum sit de † exce- 166
ptione quæ requirit altiorem indaginem, si in vim dilatoriæ opponatur.

Respondeo quòd debet teseruari & tractari vt peremptoria, iuxta tradita per Bart. *in l. cùm quærebatur, C. de iuris & facti ignor.* Alex. *in l. vir bonus, in addition. ad Bart. ff. iudicatum solui.*

Quæritur, † an exceptio ordinis sit dila- 167
toria, vel petemptoria.

Respondeo quòd in se est dilatoria. Cyn. Bald. & Salicet. *in l. exceptionem, C de probat.* Salicet. *in l.* 2. *C. communi diuid.* Castrens. *in l. decem, ff. de verb. oblig.* Rolan. *consil.* 79. *col.* 1. *num.* 4. *lib.* 1. Magon. *decis. Flor.* 45. *num.* 6.

Quæritur vlteriùs, † an si inter partes 168
fuerint disceptata merita alicuius exceptionis, possint iterum in alia causa refricari, an verò reiicienda sint, & standum declarationi iam factæ.

Respondeo quòd si inter partes fuerit opposita exceptio aliqua, & merita illius fuerint discussa, non possunt vlteriùs de dictis exceptionibus rationē habere, sed declaratio in vna causa facta faciet iūs quoad aliam, iuxta tradita per Lancellot. *de attentat* 2. *part. cap.* 17. *de attent. null. pendent. num.* 151. Ripa *in*

in l. qui Romæ § duo fratres, num. 58. *de verbor. obligat.* Paul. Castrens. *ibidem.* Magon. *decis. Florent.* 94. *num.* 1.

169 Quæri vlteriùs potest, † an si exceptio, quæ non fuit opposita in prima instantia, possit opponi in causa appellationis quoties de nouo postea oritur.

Respondeo quòd sic, ex doctrina Bald. *in l per hanc, num.* 29. *C. de tempor. appellat.* vbi dicit quòd quando noua exceptio, vel allegatio oritur ex facto aduersarij, tunc potest deduci coram iudice appellationis ad iustificandam, vel impugnandam appellationem ab interlocutoria, ex text. expresso *in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact.* vbi pactum factum de stando sententiæ primi iudicis potest opponi, si non pareat coram iudice appellationis. faciunt tradita per Sesse *decis. regni Arragon. tom.* 1. *decis.* 92. *num.* 20.

170 Dubium extat, † an semper allegãs exceptionem teneatur illam probare, vel actor habeat pro se probatam præsumptionẽ. quem articulum tangit & decidit Nicol. Boër. *tomo* 2. *decis.* 344. *num.* 9. dicens, quòd si exceptio dirigatur ad causæ merita, siue opponatur in vim dilatoriæ, siue peremptoriæ, † opponens tenetur eam probare, ex text. *in l. si quando, C. de dilat. cap. ei autem dilatio,* 3. *q.* 3. & idem, si opponatur dilatoria, non afficiens principale negotium, veluti excommunicatio actoris, vel taciturnitas in impetratione rescripti. quia ait Boërius quòd hoc casu excipiens assumit penes se partes actoris. Si verò † qui excipit non opponat exceptionem per affirmatiuam, veluti si dicat quòd is (verbi gratia) qui obtinuit aliquod rescriptum, narrauit falsum, tunc ille, qui illud obtinuit, debet probare factum verum, quia cùm fundamentum validitatis rescripti sit veritas narrata, ideo debet ab eo, qui illud obtinuit, probari veritas illius.

171

172

173 Sed quæro, † an exceptio non tuti accessus sit dilatoria, vel peremptoria.

Respondeo prædictam exceptionem esse dilatoriam; quandoque tamen etiam lite contestata posse opponi, & sic etiam vt peremptoriam regulari. ita ex mente Felin. *in cap. accedens, num.* 15. *de except.* & ex Archid. *in cap. hortamur,* 3. *quæst.* 9. & ex aliis fundamentis resolutum tradit Iacobus Laurent. *de iud. suspect. cap.* 13. *num.* 23.

174 Sed quæri etiam potest, † an si aliquis habeat exceptiones, & sit tardus in illis proponendis, veniat in expensis condemnandus.

Respondeo quòd sic, ex *cap. exceptionem, de exceptio.* Felin. *in cap. accedens,* hoc declarat *eodem tit.* & *ibi* Ripa *num.* 17. Capell. Tolosa. *decis.* 203. *num.* 4. & 5. Bellam. *decis.* 226. loquens in clerico, qui ob retardatam fori declinatoriam exceptionem in expensis est condemnandus.

CAPVT V.

De dilationibus, & temporibus probatoriis.

SVMMARIA.

1 *Dilatio à statuto data peremptoria est, etiam si statuto id non exprimatur.*
2 *Dilatio an sit communis vtrique parti.*
3 *Dilatio concessa ex beneficio restitutionis in integrum an sit communis.*
4 *Restitutio in integrum concessa vni an prosit alteri.*
5 *Renunciare an possit obtinens dilationem in præiudicium alterius.*
6 *Restitutio in integrum concessa vni non potest ab eo renunciari in præiudicium alterius.*
7 *Renunciatio non valet si fiat in præiudicium alterius habenti ius quæsitum.*
8 *Replicatio dicitur perpetua sicuti exceptio.*
9 *Dilatio an currat si maior pars sit feriata.*
10 *Dilatio an currat contra impeditum.*
11 *Impedimentum iustum quid sit.*
12 *Impedimentum quomodo probetur.*
13 *Dilatio an currat stantibus partibus in concordia.*
14 *Dilatio quando dormiat & quomodo, & numero* 15 *&* 16.
17 *Renunciare contra ius publicum non permittitur.*
18 *Prorogare dilationes an possint partes.*
19 *Abbreuiari lites expedit iuri publico.*
20 *Prorogatio termini probatorij cum iuramento an valeat.*
21 *Prorogare terminos causæ in secunda instantia an possint partes.*
22 *Dies termini an computetur in termino, cum sequent.*
23 *Certa regula in computatione temporis non potest statui.*
24 *Tempora ordinariè sunt continua.*
25 *Dilatio omnis legalis est continua.*
26 *Iurare quòd dilatio non petitur malitiosè an quis compelli possit.*
27 *Iuramentum calumniæ differt à iuramento quod particulariter petitur ad certum finem.*
28 *Compelli quando quis possit iurare quòd non petit malitiosè dilationem.*
29 *Dilationes statutariæ quando abbreuiari possint.*
30 *Dilationes abbreuiantur ex iusta causa.*

31 *Testes*

101 *Testes non recepti super interrogatorijs quãdo non possint de nouo interrogari.*
102 *Interrogatoria ad quid sint inuenta.*
103 *Interrogatoria si non exigantur à testibus, an dicta eorum valeant.*
104 *Interrogatoria in causa criminali an dari possint.*
105 *Interrogatoria in causa criminali an dentur in Catalonia.*
106 *Interrogatoria an contineant confessionem.*
107 *Interrogatoria & positiones in quibus differant.*
108 *Confessio non inducitur ex contentis in interrogatorijs.*
109 *Interrogatoria concipiuntur per verba incerta.*
110 *Articuli concipiuntur per verba disponentia & affirmatiua.*
111 *Interrogatoria nullo modo parti aduersæ sunt communicanda.*
112 *Interrogatoria circa quæ concipiantur.*
113 *Interrogatus de propria turpitudine quando teneatur veritatem respondere.*
114 *Interrogatus non tenetur proprium factum propalare si sit occultum.*
115 *Interrogatorijs omissis an testium dicta admittantur.*
116 *Testes si omittantur interrogari super interrogatorijs quoad alia nil probantur.*
117 *Interrogatoria omnia an sint admittenda.*
118 *Interrogatoria impertinentia qualiter cognoscantur.*
119 *Interrogatoria captiosa an admitti debeant & quomodo, cum sequent.*
120 *Interrogatoria captiosa quando possint admitti iudicis arbitrio relinquitur.*
121 *Interrogatus de defectu suorum testium an teneatur dicere veritatem.*
122 *Minor an restituatur ad dandum interrogatoria.*
123 *Dilatio actori ad articulandum & probandum qualis concedatur.*
124 *Dilatio reo ad articulandum & probandum qualis sit.*
125 *Interrogatoria per reum quãdo sint danda.*
126 *Dilatio maior quare detur reo quàm actori vnius mensis.*
127 *Articuli & positiones an sint idem.*
128 *Articuli an & quando admittendi, vel repellendi.*
129 *Articulos offerens quando censeatur approbare contenta in eis.*
130 *Articuli similes an possint de nouo dari.*
131 *Ecclesia & minor quando possint offerre similes articulos.*
132 *Verba ipso iure quid importent.*
133 *Iudex quando non sit necessarius.*
134 *Dilatio vltramarina quanta sit, & quando petenda.*
135 *Dilatio vltramarina ad Indias quanta sit.*
136 *Dilatio vltramarina an possit peti lapsis decem diebus, cum sequent.*
137 *Dilatio vltramarina quando sit concedenda si petatur extra tempus præfixum.*
138 *Dilatio vltramarina quando computari debeat.*
139 *Dilatio vltramarina an concessa dicatur ad reportandum instrumenta.*
140 *Probationis verbum est generale.*
141 *Dilatio vltramarina an possit ex causa prorogari.*
142 *Impeditus debet protestari ne tempus ei labatur.*
143 *Dies quomodo computentur in dilatione.*
144 *Dilatio legalis in quo differat ab ea quæ à iudice datur.*
145 *Dilatio vltramarina an ex causa possit prorogari.*
146 *Iurisdictionis effectus est insanabilis.*
147 *Dilatio vltramarina an detur stante tempore præfixo certo ad probandum.*
148 *Iuramentum calumniæ an differat à iuramento quod præstatur pro dilatione vltramarina.*
149 *Restitutio in integrum an detur ad dilationem vltramarinam.*
150 *Restitutio semper Ecclesiæ & minori datur vbi adest læsio.*
151 *Dilatio vltramarina quanta sit quando datur causa restitutionis in integrum.*
152 *Dilatio semper debet esse congrua.*
153 *Dilatio vltramarina beneficio restitutionis est iudici arbitraria.*
154 *Dilationem vltramarinam fraudulenter petens in quo puniatur.*
155 *Dilatio an danda sit vbi causa committitur sola facti veritate inspecta.*
156 *Dilatio concessa ob causam cessat cessante causa.*
157 *Dilatio legalis prouisa ex causa cessat cessante causa.*
158 *Dilatio quanta competat reo ad probandum suos articulos.*
159 *Testes an sint indigendi in scriptis intra dilationem, vel sufficiat quod sint iurati.*
160 *Articuli an absolutè sint admittendi etiam prouisi per iudicem, cum sequent.*
161 *Articuli quando sint intimandi.*
162 *Instrumenta quomodo soleant exhiberi.*
163 *Articuli qualiter sint concipiendi.*
164 *Instrumenta quousque producantur.*
165 *Publicatio testium an per iudicem sit fienda, cum sequent.*
166 *Publicatio testium de iure Cataloniæ ipso iure censetur facta.*
167 *Obiectio testium intra quod tempus fieri debeat.*
168 *Dilatio vltramarina an detur, & quanta.*

169 *Arti*

VÆRI potest, † an dilatio, quæ 1
datur ex dispositione statuti, sit
peremptoria, ita vt postea pars
non audiatur.
Respondeo quòd, etiamsi per
statutum non dicatur, quòd dilatio sit per-
emptoria, nihilominus vt talis iudicatur, &
sic non est necesse, apponere in statuto clau-
sulam, vt postea non audiatur. Cassanæus
in consuetud. Burgund num. 1. & 2. idem atte-
statur Abb *in cap. consuluit, n. 55. de off. deleg. &
in cap. 1. n. 6. de dilat. & in cap 4. n. 3. de except.*
Natta *cons. 251. n. 1. & 2.* Abb. *in c. licet causam,
de probat.* Ias. *in l. contra maiores, n. 6. C. de inoff.*
Quæritur vlteriùs, † an dilatio, quæ da- 2
tur in dispositione statuti certa, vel à iudice
arbitraria, petita ab vna parte ex litiganti-
bus, sit communis vtrique parti.
Respondeo quòd vtroque casu, siue dila-
tio sit statutaria, siue aliàs à iudice ad petitio-
nem alterius ex litigantibus concedatur,
semper est communis. Paul. de Castr. *con-
sil. 233. viso casu, num 2. lib. 2.* Doct. *in l. pe-
tenda, C. de temp in integrum restit. & in l. fin.
C. de lit. & fruct. expens.* Asin. *in praxi § 22. c. 10.*
Circa dicta quæri potest, † an si dilatio 3
concedatur, virtute restitutionis in inte-
grum, similiter communis vtrique parti sit.
Respondeo quòd sic. ita Fel. *in c. consilium
prouidentia, in princ. de plus petit.* Ant Gomez
alios allegans *var. resol. tit. de restit. in integ. n. 9.*
Quæritur vlteriùs, † an si duo litigent, & 4
alter ex illis sit minor, obtineátque ad pro-
bandum restitutionem in integrum, cuius
beneficio dilatio concedatur, si postea vidẽs
eam communẽ, ne aduersarius ea vti possit,
& sic probare, quæ aliàs probata nõ erãt, præ-
dicto † beneficio renunciare velit, an possit. 5
Respondeo quòd non. Bald. *in l. si arroga-
tor, in fine, ff. de adoptio. & in l postquam liti,
col. vltim. quæst. 7. num. 13. C. de pact.* Tiraquel.
de retract. lignager, in fine tit. num. 27. Gutierr.
practic. quæst. lib. 2. quæst. 22. num. 3. quinimò,
etiam si † de facto renunciauerit impetrans, 6
poterit nihilominus aduersarius prædicto
beneficio vti, & probare. vt per Gutier. *dicto
cap. 22.*

cap.22.num.4. quia ex concessione dilationis, virtute dicti beneficij restitutionis in integrum, cùm ipso iure, vt suprà in principio dictum est, dilatio fit vtrique parti communis,
7 ius † dicitur quæsitum alteri ex litigantibus, cui per alterum præiudicium aliquod non potest inferri, vt ex pluribus fundamentis tradit & confirmat Antonius Gomez ad *l.22.Tauri,n.24. vers.tertiò facit ratio notabilis.*
8 Quæri potest, † si dilatio quædam concedatur, ad aliquam exceptionem proponendam, & pars cautelosè illam opponat vltima die, an lapso termino possit actor teplicationem proponere.

Respondeo quòd sic, quia tetatdatio exceptionis non potest imputari actori, nec illius ius diminuere, eo quòd replicatio semper dicitur perpetua, sicuti exceptio. *l. purè, §.fin ff.de doli mali & metus except.* faciunt tradita per Ioan.Gutier.*lib.pract.quæst.109.n.4.*
9 Vlteriùs quæritur, † an si maior pars dilationis sit feriata, currat ipsa dilatio.

Respondeo quòd non. ita Michaël Ferrer. *3.part. obseru.cap.297.* & idem attestatur *cap.2.part.2.num.11.* quod præsensit in simili Gail.*pract.obseru. lib.1. obseru.140. num.4.* vbi quærens, si ad appellandum terminus sit præfixus, vt ipse labatur, & in fine termini, cùm sit tempus feriatum, ipse appellet, an tunc valida sit appellatio. & respondet quòd de rigore tempus esset elapsum, tamen admittitur appellatio, si feriæ non absorbeant maiorem partem termini. vt *ibidem num.6* confirmans suum dictum, ex *l.2.§.fin.ff.si quis in ius voc non ierit.*
10 Quæri etiam potest, † an dilatio currat contra impeditum.

Respondeo quòd non, quotiescunque impedimentum est legitimum. Mier.*c.3.super 2. curia Regis Iacobi in ciuitate Barcinon. num.70.* probatur idem ex *c.1. & cap.illud,de præscript. cap.quia diuersitatis,de conceß. præbend cap.si electiò,de elect.in 6. Clement.sicut,in fine,de appell.* Bald. *in l.intra, ff.de minor.* & ibi gloss. quem allegat Socar. *in consuetud. Cataloniæ, mihi pag.45.num.10.*
11 Sed quæri potest, † quale dicatur iustum, & legitimum impedimentum.

Respondeo illud legitimum, & sufficiens impedimentum esse, quod nullo modo euitari potuit, vt probatur ex text. *in l.sed etsi per prætorem, §.2.ff.ex quib.caus.maior.* & ibi Bart. idem Bart. *in l.quibus diebus.* & ibi Socin.*n.3. ff.de cond & demonstr.* Decius *in l.1.in fine, C. de bon poss secund.tab.& consil.677.n.4.* faciunt tradita per scribentes ordinarios *in l.1.& toto tit.ff.si quis caution.in iudicio sistendi.* Menoch.
12 *de arbitr.lib.2.casu 118.per totum.* vbi † de modo probandi impedimentum, & quando sufficiat iuramentum, & *ibi in num.fin.* dicens, quòd vltra id, quod probet impedimentum, tenetur probare, se fecisse quãtum in se erat, ad impediendum, vel fugiendum à dicto impedimento. arg.*l.qui commeatus, ff.de re milit.* faciunt circa materiam impedimenti, quæ refert Menoch. *ibid.* & Mascar *de probat.conclus.1281.per totam.* quod declarat Pegueta *tomo 1.decis.182.circa med.* dicens, † quòd tempota communia vtrique parti dormiũt stantibus ipsis ad concordiam; secus verò esse, quãdo tempus datur tantùm vni parti, veluti decem dierum, ad appellandum parti grauatæ, quia currunt dum sunt in concordia, & ita decisum refert. vnde grauatus etiam si concordare velit, debet appellate ne decem dies ei labantur. 13

Quæri etiam potest, † an dilatio, siue à lege, siue à iudice concedatur, currat quando partes adinuicem tractant de concordando litem. 14

Respondeo quòd non, ex proximè dictis, *& Clem quandiu,de appell.* & ibi gloss. *in verbo, vel aliàs,& verbo,currere,* docens quòd † tempora solùm dormiunt, dum partes concordant, & inde fit, quòd si in medio cursus temporis partes incipiant cõcordare, & non concordent, non incipit postea dilatio de nouo currere, sed curritur residuum dilationis, & sic coniunguntur hæc duo diuersa tempora, & pro vnica dilatione habetur iuxta text. *in Clement. vnic. de restit. in integrum,* suprà idem tradit Peguer.*tom.1.decis.182.* 15

Quæri etiam potest, † an tempora dilationum ex consensu partium possint abbreuiari. ita Maranta *de ordin iud.5.part in princ.n 22.* & licèt causam exprimat, quare partes possint tempora probatoria abbreuiare, salua tamen tanti viri pace, non potest dicta causa adæquari, nam ait, quia attestatur quòd breuiatio tendit ad fauorem publicum, vt citiùs lites finiantur, quæ ratio si subsisteret, non possent partes renuntiare contra ius publicum, quia † iuri publico priuatorum pacto ionibus non potest derogari. *l.ius publicum,ff de pact.* Vnde verius est, quòd tempora probatoria non ius publicum respiciunt, sed particulare interesse partium, vt intra ea vnaquæque pars suam probet intentionem, & sic poterunt partes abbreuiare. 16 17

Circa prædicta est quærendum, † an sicut partes possunt ex consensu suo abbreuiare terminum, an ita possint prorogare, & extendere. 18

Respondeo quòd non, ex gloss. *in l 2.§.sed etsi iudex,ff.de iud. verb.inhibita,* & ex *l.properandũ, C.de iud.* tempora enim legalia prorogari non possunt. & licèt rationem non assignent iuridicã, tamen existimo eã esse, quam

19 dicto loco assignauerat Matanta, quia † iuri publico congruit, vt lites breui termino finiantur. iuxta tradita per Ludou. Roman. *in l.2.ff.de re iudic.* Alex. *in d.l. properandum*, & *ibi* Bart. & communiter cæteri scribentes.

20 Et † quòd non valeat prorogatio termini ad probandum, de consensu partium, etiam confirmata prorogatione cum iuramento, adhuc etsi pœna apponatur, tenet Matanta *dicta parte 5. num.23.* referens ita tenuisse Bart. & Alex. *in l. Seius, & Agerius, ff. ad legem Falcidiam.* Abb. & Felin. *in cap. venerabilis, de iudic.* Alex. *consil. 138. col. 1. in fine, & sequent. volum.2.* faciunt tradita per eundem Marantam *tit. & quandoque appellatur, n.236.* circa tempora causæ in prima in-

21 stantia, vbi *num.237.* † de termino in causa appellationis prorogando. Fontanella post hæc visus *in tomo 1. clauf.15. à n.160. cum sequent.*

Quæri potest circa materiam dilationum, tam ex dispositione legis, quàm ex prouisio-

22 ne hominis, † an dies termini computetur in termino.

Respondeo quòd cùm dies, seu dilatio concedatur, cum adiectione harum dictionum à, vel ab, difficilè resolutio potest tradi, quia circa harum dictionum inclusionem, vel exclusionem, certa non potest statui regula, vt constat ex traditis per Magon. *decis. Florent. 8. num.32.* Oldrad. *consil. 94.* Bald. *consil. 457. num.3. lib.1.* Tamen iuxta tradita per

23 Magon. *dicta decis. 8.* dico, † quòd regulariter dies termini non computatur in termino, ex *l.1.* & *ibi* Iaf. post alios, qui de communi attestantur, *col. penult. vers. secundo modo, ff. si quis cautio.* quia dictiones prædictæ à, vel ab, ordinariè excludunt. Castrens. *dicta l.1. ff. si quis cautio. num.1.* & *ibi* Alex. *num.18.* Tiraquel *de retract. consanguin. §.5. gloss. 87. num.11. & sequent. & n.52.* faciunt tradita per Ioan. Baptist. Marchesam *in suo lib. commissio. vtriusque signaturæ, 2. part. cap.11. à num.47.* quia ta-

24 men † regulariter tempora sunt continua, existimo diem termini computari in termi-

25 no. quia † omnis dilatio, & omne tempus legale est continuum, & computatur de momento, ad momentum, iuxta tela ta per Anton. Gomez *ad l.70. Tauri, num.25.* confirmans suam opinionem ex *l.3. § minorem, ff. de minor.* vbi gloss. ordinaria & alia iura per eum allegata, quæ hîc non referuntur consultò, ne in infinitum protrahatur.

26 Quæri potest, † si aliquis dilationem aliquam petat, ad aliquid probandum, vltra iuramentum quod præstat de calumnia, an compelli possit iurare expressè, quòd non petit dilationem, animo immortalizandi litem.

Respondeo quòd sic, ex his quæ tradit Afin. *in sua praxi §.21. cap.3. num.3.* constituens differentiam inter † iuramentū quod 27
calumniæ causa præstatur, quod vna solùm vice terminatur, iuxta text. *in authent. hoc sacramentum, C. de iurament. calumn.* à iuramento, quod petitur præstari, ne dolosè petat dilationem, & sic hoc (non obstante primo iuramento) præstari potest, & † ad id compelli 28
pars, quæ dilationem petit, vt notatur *in c.1. de iurament. calumn. in 6.* Cardinal. *in Clement. sæpe, §.1. quæst.7. de verbor. signific.* Cassadorus *in suis decis. tit. de dilatio. decis.3. num.1.* iuxta ea, quæ tradit Innocent. *in cap. post electionem, de concessio prabend.* Bald. *in l. iudices, C. de fide instrument.*

Quæsitum fuit, † an dilationes concessæ 29
à iure, certæ & termino præfinitæ, debeant ad vnguem seruari.

Respondeo quòd non, veluti si agatur de causa alicuius officialis temporalis, circa idem officium, quia, quoties instātia tempore est finita, non seruantur tempora statuta. quia adeò lis in futurum dilationibus protraheretur, quòd antea finiretur officium, de quo altercatur, quàm tempus adimpleretur. & sic † in omnibus causis, in quibus in- 30
stantia tempore est peritura, non obseruantur tempora probatoria, sed dilationibus arbitrariis in causa proceditur. argument. text. *in l.1. §. sed excipiuntur, ff. de feriis.* vbi postquam in principio legis statuit, feriarum tempora esse priuilegiata, & in eis cessare omne iudicium, excipit *in d. § & in l. sequenti* casus, in quibus dilatione possent res perire, sequuntur omnes scribentes *in d.l.1. §. sed excipiuntur.*

In † quadam causa, quæ verbaliter tracta- 31
batur coram quodam Assessore, inaduertenter non data dilatione, fuerunt testes ministrati, & recepti. postea instante informando, allegabat pars aduersa, de dictis testibus nullam rationem haberi posse, tanquam informiter, & nulliter receptis. quæsitum fuit, quid dicendum.

Respondi, quòd dato quòd iuris solemnitas in testium receptione seruata erat, nempe citatio, & iuramenti præstatio, quòd de dictis testibus ratio erat habenda, iuxta eorum dicta. quia testium dictum, receptum etiam sine dilatione, valet, & sustinetur. iuxta Canonistarum communem sententiam *in c. licet causam, de probat.* & *ibi* expressè Anton. de Burrio. Bart. *in l. in crimine, ff. de adult.* Viuius *tom.1. decis.235. num.2.* vbi *num.3.* reddit rationem.

Quæri potest, † an comparens, vel fa- 32
ciens aliquem actum intra tempus sibi præfixum, postea possit remorare residuum temporis,

poris, veluti, si cui competebat viginti dierum spatium ad comparendum, compareat intra dictos dies, an tunc censeatur sibi præiudicasse quoad reliquos.

Respondeo quòd sic, quia per comparitionem renunciare videtur residuo tempori, & dilatio sine dubio finita dicitur. ita Bart. *in l. filia, §. alumno, ff. ad Trebell.* refert Viu. *tomo 1. decis.* 107. *num.* 22.

Cùm causæ per dilationes à iudice con-
33 cessas tractentur, quæsitum fuit, † an absolutè datis tribus dilationibus, si quarta petatur, sit à iudice concedenda.

Respondeo, quòd priùs iudex debet se certiorari, quòd sit legitimum, quia esset nulla talis dilationis concessio. ex *l. fin. ff. de*
34 *fer.* & *ibi* Ias. *num.* 27. quia cùm † omnis dilatio sit peremptoria, non debet quarta dari, sine causæ cognitione, ne lites fiant immortales. *l. properandum, C. de iudic. cap. finem litibus, de dolo, & contum.* Castrens. *in l.* 1. *de dilat.* quo casu, certiorato nempe iudice, de legitimitate prædicta, dabit quartam dilationem. *l. oratione, ff. de fer. authent. de testibus, §. quin verò, & in authent. atqui semel, C. de probat.* & *ibi* Bart. *num.* 1. & 10. *cap. in causis, & cap. pen. de testibus.* Beninten. *decis.* 45 *à princip. cum num. seq.*

35 Sed quæri potest, † quo modo debet constare de iusta causa concedendi tertiam dilationem.

Respondeo, quòd iudex tenetur stare iuramento partis. *cap. pastoralis, de except.* faciunt tradita per Gail *practic. obseru. lib.* 1. *obseru.* 1. *num.* 5. si simus in quarta dilatione, non sufficiet iuramentum partis allegantis impedimentum, sed debet probari, iuxta tradita per Beninten. *decis.* 45. *num.* 3. & 4.

36 Quæri potest, † an dilatio aliquando dormiat.

Respondeo quòd sic, quoties per iudicem stat, quin minus pars dilatione vtatur. text. *in authent. si appellatione. de appellat. & intra quæ tempora, § ad hæc sancimus.* & *ibi* gloss. *verbo si quando, cap. ex ratione, de appellat.* & *ibi* gloss. *verbo impotentiam.* Alex. *consil.* 72. *num.* 3. & 4. *vol.* 3.

37 Quæri etiam potest, † an tale iuramentum, ad petendum quartam dilationem, debeat præstari per principalem, an verò sufficiat præstari per Procuratorem, & quomodo.

Respondeo quòd sufficit tale iuramentum præstari per Procuratorem. gloss. *in cap. penult. de testib. verbo iuramentorum etiam.*
38 quia † speciale mandatum requiritur pro iuramento in animam sui principalis præstando. *Clement. non potest, de procurat. cap. fin. de iurament. calumn. in* 6. & *ibi* Philippus Francus. & sufficiet generale mandatum, ad quodcumque iuramentum præstandum, absque hoc, quòd specialiter pro hoc casu tribuatur, ex *cap. qui ad agendum, de procur. in* 6.

Quæsitum fuit, † an si causa committa- 39
tur, vt de plano, & summariè, sola facti veritate inspecta, decidatur, dilatio sit concedenda, nécne. & licèt varia scripserint Doctores, inter se dissidentes, alij in vnam, alij in aliam euntes sententiam; verius tamen existimo, quòd dilatio est concedenda partibus, vt vnaquæque, quod sibi intersit, deducere, allegare, & probare possit. nam aliàs quomodo iudex de iustitia partium poterit certiorari. Verba illa, † *vt summariè, de plano, & sola* 40
facti veritate inspecta, procedatur, solùm denotant, breuitatem in causa desiderari, & hanc sententiam tanquam contrariam retulit Afin. *in sua praxi* §. 3. *cap.* 9. *à princ.* & defendendam esse attestatur *in eodem cap.* 9. *num.* 4 *per totum.* faciunt tradita per Ioan. Baptist. Marchesam *in suo libro commissio. vtriusque signaturæ, tomo* 1. *cap.* 8. *num.* 51. *cum seq.*

Quæro, † an absolutè sit concedenda se- 41
cunda dilatio in prima instantia.

Respondeo quòd non, sed debet pars, quæ petit eam, saltim ministrasse aliquem testem. nam si pars omisit primam dilationem labi, absque hoc, quòd testem aliquem ministrauerit, si petat secundam dilatiónem, non debet obtinere, iuxta tradita per Speculatorem *in tit. de probat.* §. 1. & Bald. *in addition. ad eum, tit. de dilatio.* Beninten. *decis.* 45. *num.* 4. vbi assignat huius dicti rationem, dicens, † quòd 42
vigilantibus, & non dormientibus iura subueniunt, & quòd ex hoc fundamento hoc idem tenet Abb. *cons.* 64. *vol.* 2. *col.* 3.

Quæri potest, † an quælibet dilatio cur- 43
rat, vbi reus tenetur edere actori aliquod instrumentum, maximè in Catalonia. iuxta textum in Vsat. *item prouida, tit. de testibus.*

Respondeo quòd non, iuxta tradita per Afin. *in sua praxi* § 2. *c* 11. *n.* 17 Tiraquel alios citans *de vtroque retractu tit.* 1. *gloss.* 1. *num.* 5.

Quæri etiam potest, † an expirato termi- 44
no dilationis, aliquis effectus resultet.

Respondeo quòd sic. quia lapsus termini probatorij habet vim prouisionis interlocutoriæ, & sic ad probandum quis non admittitur, nisi ex noua, & iusta causa, vel remedio restitutionis, de quo infrà dicam. Cardinal. *in Clement.* 4. §. 1. *quæst.* 6. *in fine, cum duobus seqq. de elect.*

Circa verba constitutionis nostræ primæ, sub hoc titulo *de dilationibus, verbo dins vuit dies*, quæri potest, † quando actori currat 45
tempus ad articulandum.

Respondeo quòd actori non currit terminus ad deducendum, & probandum, dum reus tempus habet ad aliquid faciendum.

46 nam † rei mora saluat ipsum actorem, nec ei aliquid damni inferri potest, quia ex eo quod reus est facturus, vel dicturus, actor ignorat quid teneatur facere. ita tenet Bald. *in l. si cùm ipse, ff. de excus. tut.* Neuisan. *cons. 42. num 6.* Afin. *in sua praxi* §. 2. *cap.* 11. *num.* 62. & §. 19. *cap.* 19. Viu. *dec.* 175. *num.* 6.

In eadem constitutione disponitur, quòd
47 pars † teneatur respondere, si apparuerit in præsentia relatotis. circa quam materiam personalium responsionum, multa sunt hîc resoluenda, cùm peculiaris sit responsionum personalium locus.

48 In primis quæri potest, † quomodo fiendæ sint responsiones personales.

Respondeo quòd affirmatiuè, vel negatiuè. & in primis resolutiuè dico, quòd responsiones debent fieri per principalem, & non per Procuratorem, maximè, si pars in hoc insistat. quia Procurator etiam cum speciali mandato non satisfaciet respondendo;
49 sed Procurator † debet traducere suum principalem ad respondendum. & sic conclusum fuisse in Rota tradit Beninten. *decis.* 24. *in princip.* ex notatis per Bart. *in l. si actor, in fine, ff. de procur.* & *ibi* Paul. de Castr. *col. vlt. vers. & nota.* & clariùs attestatur hoc *ibi* Bald. *col.* 2. *vers. quæro vlteriùs.* idem Bart. *in l. quæ bona, § si aliena, ff. de damn. infect.*

50 Quæri potest, † an si Deus contradicat venire ad respondendum personaliter, currant tempora.

Respondeo quòd de iure communi non currunt. iuxta tradita per Bald. *in l. fin. col. penult ff. de fer.* gloss. *in Clement. sæpe, verbo post dationem, de verb signific.* Bald *in l.* 1. *col.* 2. *C. de iurament. calumn.* De iure verò Cataloniæ, absque dubio existimo, tempora currere contra recusantem, ex eo quòd cùm de iure teneatur personaliter respondere, ipso recusante, si iudex declararet formiter, certum est quòd contra eum pronunciaret, & sic
51 succumberet; contra verò † succumbentes in altercato currunt tempora constitutionum. iuxta text. *in constitutione finali, sub tit. de altercatis, in fine.*

52 Quæro vlteriùs, † an si responsio fiat dubiè, possit eo casu respondens compelli, quòd clariùs respondeat.

Respondeo quòd sic, quia non dicitur bene respondere, qui clarè, & perspicuè non respondet. iuxta text. *in l. de ætate, § quod autem ait prætor, ff. de interrog. act.* & *ibi* communiter scribentes, & ante eos gloss. *in d. § quod autem ait prætor, verbo non respondit.*

53 Quæri potest, † an statim in introductione causæ responsiones personales fieri debeant, an verò in toto causæ discursu.

Respondeo quòd de iure communi possunt in quacumque iudicij parte peti, & fieri; quia dicunt quòd responsiones personales non dicuntur probationes, sed probationum releuationes, iuxta tradita per Ioan. Andr. & Anton. de Butrio *in rubr. de probat.* Afin. *in sua praxi* §. 22. *cap.* 3. *num.* 2. Bald. *in rubr. C. de probat. col.* 3. *vers. ego aliter.* Paul. de Castro, & de obseruantia Cataloniæ idem esse attestatur Nobilis à Peguet. *in sua praxi tit. de denunciat. processus, num.* 10. *limit.* 5.

Quæro, † an si respondens positionibus 54
actoris dicat, se non credere, prout narrantur in articulo, vel schedula, super qua enarratur, legitimè respondisse dicatur; † an 55
verò possit compelli, ad clariùs se declarandum. hoc dubium tetigit Ferrarius *in sua praxi, in tit. de forma responsionis rei, verbo, narrata prout narrantur, vers. an ergo poterit*, adducens rationes pro vtraque parte, in fine resoluens, quod cogitandum reliquit, quia ipse nunquam practicauit. Praxis autem huius nostri principatus, in Regio nostro supremo Senatu hæc est, † quòd ferè semper solent respon- 56
dere cum iuramento, quòd non credant prout ponitur. fortasse regulando eorum dictum ad veritatem, quæ secundùm positionem forsan non tenetur affirmatiuè respondere, etiam si contineat veritatem, quia qualitas illa, sub qua exprimitur, forsan alterat dispositionem articuli. Vnde etiam dico, quòd † si articulus clarus sit, absque aliqua 57
circumstantia, quæ alterare posset dispositionem, & reus respôderet cautelosè, existimo ipsum cogi posse, vt iteratò clarè respondeat, ad hoc, vt actor percipiat intentionem ipsius respondentis, quia clara, & perspicua debet esse, vt suprà dictum est, non enim est nouum, vt is qui positionibus respondit, ad iteratò † respondendũ compellatur. Rota *in* 58
antiq. decis. 229. quam refert & sequitur Surdus *decis.* 17. *num.* 8.

Quæri etiam potest, † an absolutè mulie- 59
res teneantur respondere articulis oblatis in causa mota contra eas.

Respondeo quòd aut responsiones fiendæ concernunt merum factum proprium, sine mixtura aliqua articuli iuris, & tunc tenentur respondere solæ, & sine instructore. iuxta tradita per Iosephum Ludouic. *decis. Perus.* 81. *num.* 6. aut responsiones concernunt factum alienum, seu antiquum, aut inuolutum in iuris articulo, & tunc † non possunt cogi re- 60
spondere sine Aduocato, seu Procuratore, aut aliquo instructore. ex notatis per Bart. *in l. ornamentorum, ff. de auro, & argent. legat.* Practic. Papien. *tit. de forma excipiendi contra positio.* Iosephus Ludouicus *dicta decis.* 81. *num.* 8.

Quæro, quid dicendum sit in rustico, † an 61
nempe

nempe rusticus teneatur respondere sine instructore.

Respondeo, quòd licèt rusticus, & mulier, non æquiparentur, nisi in casibus à iure expressis, *l. fin. C. de iuris, & facti ignor.* docet Ias. *in l. 1. §. edenda, num.* 4. hoc tamen casu æquiparantur ex identitate rationis, & sic, si rusticus sit idiota, poterit petere sibi associari

62 suum Procuratorem, seu Aduocatum. si † autem rusticus sit sagax, nec idiota, tunc non poterit petere sibi associari Aduocatum, nec Procuratorem. faciunt tradita per Menoch. *de arbitrarijs casu* 194. *num.* 77. *lib.* 2. *cent.* 2. Maranta *de ord. iudic.* 6. *part. tit. de depositione, seu articulorum probatione, num.* 16. decis. Rotæ Auenio. Hieronymi Laurent. 79. *per totam.* An autem rusticus sit idiota, & indigeat assistentia sui Aduocati, vel Procuratoris, arbitrio iudicis relinquendum est. iuxta tradita per Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 81. *num.* 4.

63 Quæri etiam potest, † an mulieres teneantur comparere in iudicio, ad responsiones personales faciendum, an verò sit eundum ad domus earum, pro responsionibus habendis.

Respondeo, quòd si mulieres nobiles sint, non tenentur in iudicio comparere. iuxta tradita per Thesaurum *decis. Pedemon.* 210. *n.* 1. sed mittitur scriba causæ, vt responsiones ac-

64 cipiat; si verò † persona sit egregia, & Nobilis, tunc si iudici dedecus non esset, accedere ad domum illius, iudex poterit accedere, & responsiones exigere personales. iuxta tradita per Thesaurum *dicta decis.* 210. facit text. *in l. ad egregias ff. de iureiur.* & *ibi* communiter scribentes.

65 Sed opportunè quæri potest, † quæ personæ dicantur egregiæ.

Respondeo, quòd aliquas enumerat gloss. *in dicta l. ad personas egregias. verbo ad egregias.* Sed certè verius est hoc à iure certò non fuisse definitum, refert Menoch. *de arbitr.*

66 *lib.* 3. *cent.* 2. *casu* 71. *num.* 2. cùm enim † mulier honesta egregiæ personæ æquiparetur, ex *l.* 1. *C. de aduoc. diuers. iudic.* existimo iudicis arbitrio hoc esse relinquendum. iuxta sententiam grauissimorum Doctorum, quos refert Menoch. *dicto lib.* 2. *de arbitr. cent.* 1. *casu* 67. *num.* 3. licèt *num.* 40. afferat nobilitatem mulieris ex consuetudine patriæ desumi. plura recenset

67 *casu.* 68. *per totum*; in † hoc verò principatu, cùm quo ad congregationem curiarũ, egregij, qui propriè Comites sunt, Nobiles, qui *Dons* cognominantur, & milites vnum brachium efficiant, & constituant vnum corpus, existimo mulieres eorum æquiparari, vt ad domos eorum (si decenter fieri possit) iudex accedere teneatur.

68 Quæritur etiam, † quid de infirmo.

Respondeo quòd quomodocumque sit persona hominis, vel mulieris, nobilis, vel plebeiæ, ad illius domum erit accedendum, pro responsionibus personalibus recipiendis. iuxta text. *in l. ad personas egregias. ff. de iuretur.* ibi, *eósque qui valetudine impediuntur. l.* 2. *§. si non propter valetudinem*, & *ibi* Barr. & communiter scribentes. *ff. si quis cautionibus.*

Quæri potest, † an si reus recuset respondere, possit peti, vt compellatur respondere, aut quòd habeatur propter recusationem pro confesso. 69

Respondeo ex text. *in cap.* 2. *per totum, de confessis lib.* 6. quòd sic, vt notat *ibi* glossa, *verbo, pro confesso*, dicens, † resecatis aliis opinionibus, pro confesso haberi in his, quæ sibi præiudicialia sunt. nam in his, quæ fauorabilia possunt esse, habetur pro negante. quod confirmat dicta gloss. *in l. de ætate.* §. 1. *l. non alienum. ff. de interrogat. action.* 70

Quæri vlteriùs potest, † an indistinctè omnibus, & singulis positionibus, factis per actorem, reus teneatur respondere, vel an possit se ab aliquibus abstinere. 71

Respondeo, quòd cùm in articulis plura deduci possint, quæ non faciunt ad causam, alia, quæ impertinentiam continent, alia quæ detegunt turpitudinem, alia quæ alias exceptiones continent, hæc materia ampla est: sed quia resolutiuè refertur à Mascardo *de probat. concl.* 1282. octuaginta numeris regulata, ad ibi tradita recurendum erit, ne transcribere videar.

Quæritur, † an absens compellendus sit ad personaliter comparendum, vt articulis aduersariis respondeat. 72

Respondeo, quòd si distat vltra vnam dietam, non potest compelli; sed ad illum mittendæ sunt litteræ compulsoriæ, directæ iudici ordinario, † vt exacto solito iuramento, personales responsiones recipiat. iuxta notata per Bart. & Alexand. *in l. in pecuniarijs C. de procuratoribus.* & hoc iure vtimur in hoc supremo nostro Senatu. vbi etiam peti solet, quòd scriba causæ se conferat ad responsiones personales recipiendas. 73

Sed quæri potest, † cuius expensis responsiones personales ab absente recipi possint. 74

Respondet Maranta *de ordine iudiciorum, in fine, in commentarijs ad l. si actor. ff. de iudicijs, num.* 64. refértque contrarias fuisse sententias, aliorum quòd expensis partis petentis, aliorum quòd expensis absentis, & quòd secundùm hanc fuit iudicatum in Consilio Neapolitano. Tamen certius est, † quòd si Procurator eius, à quo responsiones personales exiguntur, habeat in mandatis clausulam respondendi, & iurandi in animam sui principalis, & iste non contentietur, quòd per 75

cum responsiones fiant, tunc expensis partis
petentis, responsiones recipiendæ erunt. &
ita obseruatur in hoc supremo Regio Consi-
lio, faciunt tradita per Capell. Tolosan. & *ibi*
Aufrer. *decis.* 173. *&* 371. Catauita *super riti-*
bus magnæ curiæ, ritu 153. Ioseph. Ludouic.
decis. Perus. 74. Ioann. Gutier. *pract. quæst. lib...*
quæst. 63. Zabarell. *in Clem. vnic. §. cæterùm. q.* 4.
de iure patron.

76 Sed quæri potest, † an si ab aliquo petan-
tur responsiones personales, & ipse petat
sibi terminum dari ad deliberandum, sit ei
concedendum.

Respondeo, ex traditis per Speculatorem
in tit. depositio. §. 6. *vers. quid si interrogatus,*
quòd aut id, de quo interrogatur, respicit
factum proprium ipsius iurantis, aut proba-
biliter iudici apparet, quòd ipse est edoctus
in eo, in quo interrogatur, & tunc nulla est
dilatio concedenda, cùm præcisè aduerare
medio iuramento teneatur, an credat, vel
non credat. aut ea de quibus interrogatur,
respiciunt factum alienum, vel est res, de cu-
ius memoria dubitari potest. tunc, absque
dubio, ad euitandum periurium, danda est
ei dilatio, vt memoriam illius renouet. iuxta
text. *in l. qui interrogatur. ff. de interrog. actio. l. si*
curatoris. C. de iure deliber. cap. penult. de iura-
ment. calumn.

77 Sed quæri potest, † si Procurator petat
sibi terminum concedi ad consulendum
suum principalem absentem, antequam ar-
ticulos offerat, & protestetur, interim non
currere tempora constitutionum, an sit ei di-
latio concedenda.

Respondeo quòd sic, & tunc iudex arbi-
trabitur, quanta dilatio sit concedenda, vt
consulat principalem, & ab eo responsionem
78 exigere possit, si † Procurator qui compa-
ruit non habebat iam mandatum sibi con-
cessum, antequam lis contra suum princi-
palem moueretur. si verò mandatum ei fuit
firmatum post citationem causæ, tunc non
est ei danda dilatio ad consulendum. quia
79 † sibi imputetur, quòd videns se citatum,
Procuratorem non constituit instructum, &
videtur eo casu dilationem petitam, ani-
mo differendi litem. quod probatur ex *cap.*
pertractandis, de iuram. calumn. cap. 1. *vt lite non*
contestat. cap. pro vt, de dolo & contum. faciunt
tradita per decis. Rotæ nouæ 31. aliàs 395.
sub tit. *de procur.*

80 Quæri etiam potest, † an si is qui respon-
dit positionibus, velit confessiones suas re-
uocare, sit audiendus.

Respondeo hoc dubium tractari à Ferra-
rio *in sua praxi,* in duobus locis, nempe *in tit.*
forma exceptio. contra positiones rei §. 1. *quòd pu-*
blica vox & fama, n. 3. *& in tit. in forma in actio-*
ne reali § compellatis, n. 8. qui in his differen-
tiam constituit, dicens, quòd † aut confessio 81
emittitur in his, quæ naturæ resistunt, & tunc
ipso iure nulla est confessio: aut fit quando-
que super his, quæ consensum proprium in-
ducere possunt, & tunc attestatur, talem
responsionem non posse corrigi. *l.* 3. *§. in adi-*
menda. l. si quis vi. §. differentia. ff. de adquir. pos-
sess. aut responsio facta fuit super his, quæ
consensu induci non possunt, & potest reuo-
cari. ex *l. cùm falsa, secundùm primam lecturam.*
C. de iuris & fact. ignor. Sed ex dictis non re-
soluitur clarè dubium. quare respondeo,
† quòd si responsio facta fuerit per principa- 82
lem, vel per Procuratorē, poterit per quem-
libet eorum reuocari, † re tamen existente 83
integra, id est, quoties non fuerit acceptata
responsio per aduersarium. iuxta text. *in l. cer-*
tum. §. si quis absente. ff. de confessis. maximè, si
error consistat in facto. quod secus esset, si
error esset iuris. *l. non fatetur ff. eod. l. ignoran-*
tia. ff. de reg. iuris. in errore enim causato ex
certa causa, solet succurri respondenti. *l. de*
ætate. §. ex causa ff. de interrogatorijs actio. &
in Catalonia, † in quacunque parte proces- 84
sus possunt corrigi responsiones, cùm totus
processus habeatur pro libello, ex constitu-
tione in hoc titulo *de dilatio.* Si † tamen ac- 85
ceptatæ fuerint per partem, tunc reuocari
nullo modo possunt responsiones, neque in
totum, neque in parte *l. cùm precum. C. de libe-*
ral. causa. faciunt notata per Anton. Oliba. *de*
actio. 1. *p cap.* 11. *num* 24.

Quæri etiam potest, † an si articulus su- 86
per quo fiunt responsiones personales, in
parte contineat veritatem, & in parte falsi-
tatem, si respondens dicat, se non credere
articulum absolutè, possit postea agi contra
respondentem, tanquam contra periurum.

Respondeo ex traditis per Surdum *decis.*
58. vbi ferè per totam hunc articulum dispu-
tat, docens *num.* 2. † quòd si falsitas consistat 87
in quantitate, veluti quòd asserat sibi cen-
tum deberi, cùm realiter non debeantur
nisi quinquaginta, tunc absolutè negans di-
citur periurium cōmittere. quia saltim tene-
batur dicere quantitatem à se debitam, non
esse tantam, & cùm realiter sit debitor in
parte, & neget in totum, dicunt † periurium 88
committere; si verò falsitas non consistat in
quantitate, sed in qualitate, & hæc falsa sit,
dicendum erit, negando absolutè, non com-
mittere periurium. Vnde satius, & consul-
tius est, vt euitetur periurium, † quòd re- 89
sponsio fiat cum qualitate, dicens, quòd non
credit prout ponitur. quia hæc responsio
non est absoluta, sed qualificata, & ex ea
non potest argui periurium, quia interpre-
tatio semper debet fieri, vt quanto minus
possit,

90 possit, periurium præsumatur. † Barbat. *consil.12.num.9.vol.2. cap.petitio vestra, de iureiur.* Bero. *consil.149. num.12.vol.1.* Decian. *tract. crimin.lib.6.tit.de periurij excusatio.cap.11.n.58.* latè hanc quæstionem tractans, videndus est Surdus *dicta decis.58.per totam.*

91 Quæri potest, † an responsiones factæ possint pro parte acceptari, & pro parte non.

Respondeo, quòd licèt responsiones fundantur super iuramento præstito, & sic videantur regulari vt vnicus actus indiuiduus, tamen cùm responsiones contineant diuersas rationes, & capita, possunt diuidi, & in parte acceptari, iuxta tradita per Bart. *in l. Aurelius. §.idem quæsiit.ff.de liberat. legat.* refert & sequitur Surdus *decis.16 num.6.* Quod intel-

92 ligendum est † in responsione pura, & plana. nam si responsio fiat qualificatè, & cum qualitate, tunc non poterit pro parte acceptari, & pro parte non. iuxta communem opinionem, quam refert & sequitur Ias. *in § item si quis. lo 2. n.21.& seq. Instit.de action. & in l.contra iuris §. 1. num. 12. ff. de pact.* faciunt quæ ad præsens instintum congessit Pereira *in tract. de empt. & vendit. cap. 19. num 31.*

93 Responsiones † personales vnde traxerint originem, quæri potest, & responderi potest, quòd fuerunt inductæ ad similitudinem interrogatoriarum actionum, de quibus *in tit ff de interrogat. action.* quæ quidem in desuetudinem abierunt, vt refert Sebastian. Brant. *in libro expositio.titulor.* remanent tamen plura, quæ circa eas obseruabantur, de quibus in eodem titulo agitur, & per Doctores *in c.2.* iuncta gloss. *de confessu & in l.2. §.quod obseruari. C.de iuramen. calumn.* Ias. *in l.qui in-*

94 *rasse. §. si pater. ff. de iureiur.* & † quòd præsumantur responsiones personales factæ ad instar interrogatoriarum actionum, Menoch. *lib.2. præsumpt.29.* vbi de interpretatione responsionum personalium.

Constitutione secunda Cataloniæ, sub

95 hoc titulo, disponitur, † quòd datis articulis per actorem in causa, si reus illis respondeat, vel non respondeat, casu quo actor probare velit articulos, per eum oblatos, currunt ipsi reo quinque dies, ad dandum interrogatoria secreta, vt super illis examinari possint testes, pro parte actoris ministrandi. ita Peguer. *in sua praxi ciuili. rubr.13. de interrogatorijs per totam,& in rubr.14.de dilatio.num.11.*

Circa quam dispositionem in primis quæ-

96 rendum est, † an illi quinque dies currant statim à die qua articuli fuerunt oblati, vel non. & cùm hæc dubitatio orta fuisset in Regio hoc supremo Consilio die 6. April.1591. fuit visum Doctoribus aulæ Magnifi Regentis Regiam Cancellariam, † quòd quinque 97 dies, qui dantur ad dandum interrogatoria, non currant, nisi lapsis casibus tribus diebus pro intima, qui dantur ad contradicendum articulis, & sic currunt octo dies, & simul fuit visum, quòd si vltima die dilationis probatoriæ, offeruntur articuli, quòd illa dies non currit, nisi elapsis tribus diebus, datis ad respondendum articulis, & lapsis quinque diebus, ad dandum interrogatoria, & sic terminus dilationis prædictæ interim erit in suspenso, donec currant prædicti tres, & reliqui quinque, qui octo efficiunt.

Quæri etiam opportunè hîc poterit, † an 98 si pars, contra quam ministrandi sunt testes, afferat interrogatoria, & super illis, antequam recipiantur testes super articulis, interrogentur, si per scribam causæ, aut aliàs omittatur ipsorum receptio, & examinatio, possint iterum super dictis interrogatoriis examinari.

Respondeo, quòd licèt à Guidone Papæ *decis.72 num.3.* referatur, † quòd possunt ite- 99 rum interrogari; salua tamen tanti viri pace, existimo contrarium esse verius. iuxta ea quæ notantur in additionibus ad dictam decisionem, vbi constituitur differentia inter interrogatoria, quæ secretè offeruntur à parte ipsi iudici, vt secretè & absque partis scientia testes interrogentur, & interrogatoriis, quæ fiunt ad eruendam facti veritatem, per suas circunstantias, & sic est dicendum, †quòd testes non reiterentur interrogari, di- 100 dictis publicatis, super interrogatoriis oblaris, circa articulos contra se oblatos. de quibus, & de eorum forma, agit gloss. *in c.2. verba interrogatoria, de testibus.lib.6.* Secus verò esset de interrogatoriis, quæ iudex vellet à testibus fieri super verificatione qualitatum, & circunstantiarum, † vt veritas magis 101 ipsi iudici elucescat. & sic esse accipiendam doctrinam dicti Guidonis Papæ *dicto n.3.* refert additionator ad dictam decisionem 72. & sic resolutiuè habetur quòd si testes inaduertenter non fuerint examinati super dictis interrogatoriis, per partem secretè oblatis, non debent reinterrogari, licèt contrarium afferat Maranta *de ordine iud.6.p.actu 7 n.fin.* sed est accipiendum eius dictum iuxta diuisionem à nobis suprà propositam.

Sed † ad quid inuenta sunt hæc interro- 102 gatoria.

Respondeo, quòd cùm hæc interrogatoria secreta sint, & prouideantur à iudice, vt testes super illis recipiantur, denegata copia parti, & sic ne instruantur, iuxta notata per Abbat. *in cap per tuas.col fin.de test.* Alex. *in l.2. cap.de edend.* dicendum est, adinuenta fuisse ad inducendam inter testes variationem, & sic

sic ex ea eorum fides minuatur, iuxta notata per Bald. *in l. testium. C. de testib.*

103 Sed † an omissio interrogandi testes super interrogatoriis datis annullet ipsorum testium receptionem.

Respondeo quòd non. iuxta tradita per Alex. *cons. 45. in fine col. vol. 4. & cons. 147. col. penult. vol. 2.*

104 Quæri potest, † an in causa criminali possint ad partem rei in inquisitione contra eum fulminata, dari interrogatoria, ad hoc vt testes super illis examinentur.

Respondeo ex his quæ tradit Peguera *in sua praxi criminali, de processu via ordinaria, & per inquisitionem. §. 2. de testib. in offensam reci-*
105 *pien num. 9.* dicens, quòd † licèt de iure communi appareret, posse admitti talia interrogatoria, si iudicialiter reus compareat, iuxta tradita per Iulium Clarum *receptar. sent. q. 23. versi. item quæro.* ex *l. si postulauerit. § quæstioni. ff. ad leg. Iul. de adult.* tamen de obseruantia huius supremi Consilij Cataloniæ, non admittuntur talia interrogatoria, & de stylo omnium curiarum obseruari attestatur Folerius *in pract. crim. fol. 2. 52. n. 32.*

106 Sed quæri etiam potest, † an ex deductis per eum, qui obtulit interrogatoria, possit prætendi, ex narratis in interrogatoriis aliquid fuisse à se confessum.

107 Respondeo quòd non. quia † inter interrogatoria, & articulos, seu positiones, hanc constituet differentiam Ferrar. *in sua praxi in forma positionis actoris. §. ponit per Sacramentum, num. 2.* dicens, quòd in interrogatoriis nil positiuè deducitur; sed interrogatiuè, &
108 sic † quidquid deducitur in illis, non dicitur deductum positiuè, nec confitendo. *cap. fin. de iureiur. lib. 6.* & sic, qui interrogat, a nihilum obligatur, sed solùm aduersarius ex sua responsione. Iuxta notata per Cyn. & DD. *in l. 2. § sed quia. ff. de interrogat. action.* & sic concipiuntur per verba diuersa. nam
109 † positiones conficiuntur per verba positiua
110 affirmantia, & certa; interrogatoria † verò, per verba incerta, *l. voluit. ff. de interrogat. act.* & sic constat ex contentis in illis, nil posse dici confessatum.

111 Quæri etiam potest, † an si interrogatoria iudici offerantur, vt testes super illis interrogentur, & per inaduertentiam Aduocati non fuit petitum, quòd secretè fieret, & denegata copia parti, an tali casu possit inspectio interrogatoriorum parti concedi.

Respondeo quòd non. quia cùm de sui natura interrogatoria dantur ad indagandam veritatem, & ad videndum, an inter testes sit variatio, cessaret ista ratio, cùm habita de illis scientia certa esset subornatio eorum. gloss. *in cap. 2. verbo interrogatoria, de testibus. in 6.* Canonistæ omnes *in cap. per tuas. de testibus.* Asin. *in sua praxi. §. 24 cap. 7. num. 5.*

Quæro † circa quæ fiant interrogatoria. 112

Respondeo, quòd circa qualitates personarum, & circa qualitates rerum, quæ in iudicio deducuntur, veluti, vt circa qualitates personarum dicant id quod sciunt, iuxta ea quæ interrogantur; circa rerum verò qualitates reddant rationem scientiæ, & causam ipsius. ita Specul. *in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs, num. 8.*

Sed quæri potest, † an interrogatus de 113 propria turpitudine teneatur respondere.

Respondeo quòd si id, de quo interrogatur, publicum sit, tenetur respondere, ex *l. quicumque. C. de seruis fugit. l. si defensor. ff. de interrogat. action.* Speculat. *in tit. de teste. § iam de interrogatorijs, num. 12. cap. testimonium.* ibi, *verbo confessus. de testib.* Si verò † interrogato- 114 ria contineant aliquid occultum, etiam quod veritatem contineat, non tenetur ad interrogata respondere. quia nemo tenetur se ipsum prodere. iuxta tradita per D. Thomam 2. 2. *quæst. 69. art. 1.* tradit Aretin. *in cap. qualiter & quando lo 2. § debet col. 4. vers. in fine autem, de accusat.* Peguer. *in praxi de exigenda à reo capto depositione num 8.*

Quæri etiam vlteriùs potest, † an si testes 115 non fuerint examinati super interrogatoriis, per partem oblatis, quoad eorum dicta, detur eis plena fides.

Respondeo, controuersam fuisse sententiam, iuxta tradita per Farin. *tom. de testibus, sub titulo de oppos. contra dicta testium. q. 37. à num. 5.* & resolutiuè *n. 6.* attestatur, † quòd 116 testes sic recepti sine interrogatoriis, nil probent. in qua opinione attestatur fuisse Bursatum *cons. 358. num. 10. & 11. lib 4.* vbi de rigore, & magis communi sententia, nullum esse eorum examen dicunt, maximè, si pars quæ interrogatoria obtulit, dicat quòd casu quo non interrogentur, de nullitate eorum protestatur, licèt de æquitate, vbi pars non fuit protestata, testes fuisse resancitos in curia Romana, decisionem refert.

Sed quæri potest absolutè, † an omnia in- 117 terrogatoria sint admittenda.

Respondeo quòd non. quia impertinentia, & quæ ad causæ decisionem non pertinent, admitti non debent, sed potiùs per iudicem sunt reiicienda. Speculator *in tit. de teste. § iam de interrogatorijs, num. 19. in fin. vers. caueat tamen iudex.* Alberic. *in l. 3. num. 8. ad finem. ff. de testib.* Bart. *in l. 1. num. 9. & ibi* Salicet. *num. 4.* post Paul de Castr. *num. 16. vers. sed si esset impertinens. C. de testib.* Quæ † au- 118 tem interrogatoria sint ad causam conducentia, & quæ sint repellenda, per iudicem erit declarandum, & ita fuisse decisum in

Rota

Rota Rom. refert Farinac. *de oppos. contra examen testium. quaest.73.num.*48. vbi inseruit tenorem ipsius decisionis.

119 Quaeri etiam potest, † an si interrogatoria sint captiosa, admitti debeant.

Respondeo quòd si interrogatoria sint captiosa, & solùm tendant ad offuscandam veritatem, & ad inuoluendum testem, sub copia verborum, vt vacillet, & non adsit timor mendacij in ipso teste ministrando, tunc absque dubio talia interrogatoria non erunt admittenda per iudicem sed ex officio (quia, vt dictum est, pars de illis copiam habere non potest) repellet. Hostiens. *in cap. cùm causam, num.9. vers. nec de talibus*, & *ibi* Felin. *n.13. in fine.* Albert. Malet. *in tract. de testib. cap 7.*

120 *vers. & in hoc versabitur iudicis officium.* Si † verò testis ministrandus, suspectus sit de mendacio, tunc admittenda erunt interrogatoria, etiam captiosa, cùm tendant ad eruendam, & indagandam meram veritatem. faciunt quae tradit Farinac. *de oppositio. contra examen testium. quaest.73. num.53.* vbi ferè totum hoc à iudicis arbitrio dependere attestatur.

121 Quaeri etiam potest, † an si interrogatorium detur, quo à parte petatur, medio iuramento asserat, an testes per eam ministrandi patiantur aliquod vitium, teneatur veritatem dicere.

Respondeo, quòd si vitium est secretum, non tenetur illud propalare: si autem sit publicum, vel adsint aliae causae quae suspectum ipsum testem reddant, non tamen infamem, veluti quòd sit familiarissimus, vel consanguineus, vel alia similis, est certum, quòd interrogatus, medio iuramento, tenetur veritatem dicere. Bart. *in l. Marcellus. §. 1. ff rerum amota.* Speculator *in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs, num.*10. *columm.*6. Farinac. *dicta quaest.73. num* 68.

122 Quaeri opportunè hic poterit, † an si interrogatoria non fuerint intra dictum tempus oblata, an minor restituatur ad interrogatoria danda.

Respondeo quòd non. quia cùm interrogatoria sint parui praeiudicij, nòn restituitur minor, & in hac opinione resident allegati per Puteum *decis.23. lib.3. per totam.* nisi constaret de laesione. quia tunc restitueretur, cùm in omnibus, in quibus minor laeditur, restituatur, vt latè probat Puteus *dicta decisione* 23.

123 Lapsis † dictis quinque diebus, pro dandis interrogatoriis, post tres dies qui computantur pro intima, qui iuncta sunt octo, vt suprà dictum est, *n.96. & 97.* dicta constitutione secunda sub hoc titulo de dilationibus statuitur quòd ipso iure, & facto, currat actori dilatio trium mensium praecisa, & peremptoria, ad probandum suos articulos, tam per testes, quàm per instrumenta, & aliud quodcunque genus probationum.

Constitutione verò tertia eiusdem tituli disponitur, † quòd reus teneatur suas positiones, seu articulos offerre, tam circa reconuentionem, quàm circa causam principalem, & illius merita, quàm etiam quarumcunque pretensionum, intra triginta dies, computandos à die, qua actor suos obtulerit articulos, quibus articulis oblatis per reum, 124

† si actor eis contradicere velit, dando interrogatoria, debeat similiter ea deducere, & offerre intra octo illos dies, sicuti suprà de reo dictum est. & sic ipso iure currant eidem reo alij tres menses, ad probandum suos articulos, per omne genus probationis, vt expressè in dicta constitutione tertia statim dispositum fuit refert Peguera *in sua praxi ciuili. rubr.*12 *num.6.* 125

.Sed quaeri opportunè hîc poterit, † quare reo dentur quatuor menses, nempe primus mensis, à die quo actor suos obtulit articulos, & postea tres menses, ex dicta constitutione tertia. 126

Respondeo, quòd ea ratione fuit factum, quia actor potuit à tempore multo retro, nempe à tempore quo sibi placuit, agere, & sic praesumitur tempore quo litem mouit, quod venit instructus: reus autem non poterat se praeuenire, ex inopinato euentu. iuxta tradita per Menoch. *de praesumpt. lib.2. praesumpt.90. num. 3.19. & 20.* Dynus *in reg. cùm sint aequalia partium iura, de reg iur. in 6.* gloss. *in cap. cùm quis in ius. verbo, quod autem, vers. quod est simile. eod. tit.*

Quaeri etiam opportunè hîc potest circa articulos, † an articuli idem sint quod positiones, & quales debeant esse. 127

Respondeo quòd idem sunt articuli, & positiones, & quòd debent esse clari, & tales, quòd ex eorum tenore perspiciatur. quid in iudicium deducatur, non debent esse impertinentes, nec continere ignominiam, seu turpitudinem, nec contrarij sibi ipsis, nec multiplices, & † quales sint admittendi, vel repellendi, vide Mascar. *de probat. concl.*1 181. *per totam*, vbi plura de hac materia traduntur. vide alia quae tradit Peguera *in sua praxi ciuili. rubr.*12. *per totam* & quae tradit Maranta *de ord iudic.6. parte. §. positio* Ferrar. *in sua praxi. §. forma positionum actoris. & §. forma excipiendi contra positiones, & in §. forma capitulorum actoris.* 128

Quaeri etiam potest, † an, & quando qui articulos obtulit, censeatur approbare omnia, quae in articulis continentur. 129

Respondeo, quòd ea omnia, quae positiuè, &

& affirmatiuè in articulis deducuntur, censentur approbata per deducentem. iuxta tex. *in l. cùm precum. C. de liber. causa. authent. ad hac. C. de fide instrumento.* eum similibus. faciunt tradita per Farinac. *consil. crimin.* 45. *à n.* 10.

130 Quæri potest, † an pars in causa appellationis possit similes articulos ponere, illis quos deduxit in prima instantia, super quibus non fuerunt testes recepti. Et licèt regulariter receptum sit quòd non, ex text. *in Clement. 2. de testibus. cap fraternitatis, in antiquis. authent. at, qui semel. C. de appellat.* tamen resolutiuè huic dubio responderi poterit, ex traditis per Afflict. *decis.* 216. vbi tradita supra regula *pro vera*, limitationes quasdam ponit, quas hîc breuitatis causa, quo breuiùs potero, referam, quia quotidianæ. Attestatur
131 enim † Ecclesiam, & minorem virtute restitutionis in integrum posse ponere eosdem articulos, ex doctrina Antonij de Butrio, Ioann. de Imol. & Salic. *in auth. qui semel. C. de probat.* & quòd non solùm prædicto casu, sed etiam perempta instantia, licet ponere contraria, ex Angel. *in l. si quis in seruitute ff. de furt.* Abb. *in cap. fraternitatis. in 4. fallent. de testibus.*

132 Quæri etiam vlteriùs potest, † quid importent verba illa, apposita in dicta constitutione, *ipso iure*.

Respondeo quòd prædicta verba disponunt, nullam esse necessitatem adeundi iudicem, ad hoc vt litteras compulsorias Notarius tradat, nec ad testes recipiendos, sed statim lapsis dictis diebus, testes possunt recipi. ita Roman. *consil.* 176. *num.* 4. Tiraquell. *in l. si nunquam, verbo reuertatur, num.* 446. *C. de*
133 *reuoc. donat.* quia † licèt in aliis rebus sit iudex adeundus, prædicto tamen casu non. *l.* 1. *§. hoc autem senatus. ff. de seruis fugit.* Ex quibus verbis etiam fit, quòd prædicto tempore elapso, non admittitur purgatio moræ. iuxta tradita per Sallcet. *in l. properandum, num.* 6. *C. de iudic.* faciunt tradita per Azin. *in praxi.* §. 15. *cap.* 1. *num.* 2.

134 Eadem constitutione cauetur, † quòd si dilatio prædicta trium mensium non sit sufficiens ad probandum, quòd si pars petat dilationem vltramarinam, sit ei concedenda, dummodo petatur intra decẽ dies, à die, qua incipiunt currere dicti tres menses. quæ qui-
135 dem dilatio vltramarina † non excedat spatium nouem mensium, vt in dicta constitutione cauetur, refert Peguera *in sua praxi ciuili rubr.* 14. *num.* 2. nisi probatio esset fienda ad partes Indiarum nouæ Hispaniæ, tunc dilatio extenditur ad decem & octo menses; si verò probationes fiendæ sint ad partes del Piru, tunc dilatio sit duorum annorum, & ex obseruantia Hispaniæ attestatur, & refert Doctores Hispanos hoc tenentes; & sic in Regio nostro supremo Senatu decisum refert de anno 1597.

Iuxta quam dilationem vltramarinam, aliqua dubia se offerunt resoluenda. Et in primis quæri potest, † an lapsis dictis decem 136 diebus, possit dilatio peti, & an si petatur, concedenda sit.

Respondeo ex obseruantia nostri supremi Senatus, quòd licèt dilatio vltramarina petenda sit intra decem dies, si intra eos non petatur, & postea petitur, si pars quæ eam petit contentetur, quòd residuum tempus dilationis currat à die qua cœperunt currere tempora probatoria ordinaria, & quòd dies decursi computentur; & quòd in dilatione solùm currant residui, erit dilatio sic concedenda. non obstante, † quòd non sit petita 137 intra dictos decem dies, resoluit quòd sic Gutier. *practic. quæst. tom.* 1. *cap.* 56. & ita fuit prouisum in hoc supremo Senatu per Magnificum Hieronymum Seniuſt die 19. Octobris 1611. in causa vertente ad eius relationem, inter Didacum de Heredia, ciuitatis de Palerm, contra Mariannam Polit, & Elizabetham Ioannam Sala sorores, à qua prouisione fuit supplicatum pro parte dictarum sororum, quia non erat petita dicta dilatio intra dictos decem dies, & postea facto verbo per eundem Relatorem 24. Maij 1612. fuit dicta prouisio cõfirmata hoc prouiso † quòd 138 dicta dilatio computetur à die quo inceperunt currere tempora probatoria, dummodo pro parte dicti de Heredia præstetur iuramentum pro obseruantia constitutionis de calumnia. erat scriba causæ Michaël Perez Regius scriba mandati, de qua mentionem facit idem Peguer. *tom.* 1. *decis.* 187.

Quæri etiam potest, † an hæc dilatio vl- 139 tramarina, quæ iuxta dictam constitutionem datur, ad testes reportandos, detur etiam ad reportandum instrumenta, quæ pars habet extra regnum. hoc dubium tetigit Asin. *in sua praxi.* §. 22. *cap.* 18. *num.* 2. referens Doctores varios, hanc tractantes dubitationem. Ex quibus resolutiuè dico, quòd intra prædictos nouem menses etiam tenebitur reportare instrumenta. quia verba constitutionis ponderanda sunt, quæ loquuntur generaliter de probationibus, non distinguendo de illis, quæ fiunt per testes, ab illis quæ fiunt per instrumenta; & cùm † generalia verba 140 prædicta sint, aptáque ad comprehendendum vtrumque genus probationum, dicendum est, quòd tempus illud dilationis vltramarinæ non solùm comprehendet probationes, fiendas per testes, sed & fiendas per instrumenta. faciunt tradita per Speculat. *in tit. de dilatio.* §. *videndum, num.* 7. *vers. quid si data est*

est dilatio. vbi dilatio simpliciter ad probandum data, omne genus probationis comprehendit. *l.iudices, C.de iudic.l.*1.*§.edenda.* & *ibi* scribentes, *ff. de edend.*

141 Quæri etiam potest, † an dilatio vltramarina prædicta possit prorogari.

Respondeo ex traditis à Gutier. *practic. quæst.lib.*1.*q.*55.vbi loquens de simili lege regni Castellæ, qua strictiùs disponitur, vt terminus sex mensium, de quo ibi, non possit prorogari, disputans, & allegans rationes pro hac parte negatiua, postea *n.*1.affirmatiuè respondit quòd sic, quando iustum interuenit impedimentum, ex quo non potuit probare.

142 aduertit tamen, † quòd impeditus facere aliquem actum, intra certum tempus statutum, debet intra illud protestare, vt *ibi* per eum.

143 Quæri etiam potest, † quomodo computentur ij decem dies.

Respondeo, quòd cùm à constitutione dentur, legales dicentur, & sic computatio eorum fienda erit iuxta legales dies, nempe vigintiquatuor horarum, computando dies à tempore quo prouisio admissionis articulorum fuit facta, detractis etiam illis octo diebus, pro intima, & intertogatoriis, quia dies ciuilis, est viginti quatuor horarum, quæ incipiunt à momento illo, quo actus præcedens recepit perfectionem. faciunt tradita per Spino *in speculo testam.gloss.*23.*princ.de pupillar.substit.n.*24.*per totum.*

144 Quæri etiam potest, † quæ sit differentia inter dilationem legalem, & iudicialem.

Respondeo, quòd legalis currit ipso iure, iudicialis verò solùm currit à die, qua notificata est parti, quia cùm prouisio iudicis sit facti, debet parti notificari. iuxta tradita per Maran. *de ordin.ind.* quem citat Ioan.Gutier. *pract.quæst.lib.*3.*c.*37.*n.*10. ex mente Bald.*in l.eos,§.Apostolos,C.de appellat.& cons.*101.*n.*16. *vers.modo est videndum,lib.*5.

145 Quæri etiam potest, † an dilatio hæc vltramarina possit ex iusta causa protogari.

Respondeo quòd sic, quia ex tenore dictæ constitutionis apparet, terminum dictorum nouem mensium, præfixum esse partibus, ád suam intentionem fundandam. quo casu licitum est, ex iusta causa terminum protogare, vt tradit Gutier. *de iuram.confirm.*3.*p.cap.*5. *n.*14.quod præsensit Cassadorus *decis.*9. *n.*9.

146 *sub tit.de appell.in fin.*quod secus esset, † si terminus esset præfixus partibus, & iudici. quia cùm defectus iudicis sit insanabilis, nil mirum, si terminus iurisdictioni præfixus prorogari non possit. & sic protogabitur dilatio ex causa, ne probationum necessariarum copia, & facultas subtrahatur, aut coarctetur. ex *l.nepos Proculo,ff.de verb.signific.* ex æquitate, quam notauit Paul. de Castro *in l.*1. *in princ.ff.si quis cautio.*

Acac.Ant.de Ripoll Resol.var.

Quæri etiam potest, † an dilatio vltramarina concedatur stante statuto, quòd causa intra certum tempus terminetur. 147

Respondeo quòd si probationes partis in longinquis sint, & non possit probatio fieri intra tempus à statuto præfixum, erit concedenda dilatio hæc.ita Dynus, Cyn.& Bald *in l.si cùm ipse, ff de excus.tut.* iuncta *l præced.* vbi expressè attestantur, quòd si ex forma statuti causa debeat terminari intra tres menses, & aduersarius causa recipiendorum testium, quos in longinquis habere dicit, petat dilationem vltra dictos tres menses, quòd dilatio erit concedenda, & causa poterit vltra dictum tempus terminari.sequitur Alex.*consil.*72.*col.*1.*vol.*3. Natta *consil.*172.*num.*17. Maranta *de ordin.iudic.*& plures alij, quos refert Rolan.à Valle *cons.*83.*n.*7.*vol.*4.

In dicta constitutione secunda cauetur, quòd † pars petens dilationem vltramarinam, tenetur iurare, se non petere eam animo differendi, neque calumniosè. quo præsupposito, quæri potest, an hoc iuramentum sit diuersum à iuramento calumniæ. 148

Respondeo quòd prædicta duo iuramenta sunt inter se diuersa quia iuramentum calumniæ tantùm semel præstatur in causa, vt *in authent. hoc sacramentum, C. de iurament.calumn.* aliud verò est iuramentum, quòd dilatio non petitur maliriosè, nec causa differendi litem, vt tradit Asinius *in sua praxi*, § 22. *cap.*3.*num.*3.ex notatis *in cap* 1 *de iurament.calumn.in* 6. Cardin *in Clement.sæpe*,§.1 *quæst.*7. *de verb.signif.*faciunt tradita per Cassador. *in tit.de dilat. decis.*3.*n.*1. *vers quæ remissio.* ex his quæ notauit Innoc.*in cap post electionem, de concess prabend.*

Sed quæri potest, † an si probationes, quæ vltramarinæ sunt, non possint reportari intra prædictum tempus à constitutione præfixum, an eo casu, quo minor petit beneficio restitutionis in integrum dilationem prorogari, sit proroganda. 149

Respondeo † quòd sic, ex traditis per 150 Ioannem Gutierrez *practic. quæst. lib.*1.*q* 69. quia minor, & Ecclesia, in omnib.quę læduntur, semper restituuntur. Quod autem tempus ei dandum sit, posset esse in quæstione; & licèt iuxta constitutionem finalem, hoc eodem titulo, videretur dicendum, † duos 151 tantùm menses esse concedendos, cùm in ea disponatur, quòd quoties restitutio in integrum petitur ab eis, quibus de iure competit, danda sit, dummodo non excedat spatium duorum mensium, restringendo temporis arbitrium, iudici tributo, in dilatione concedenda. Tamen certius est, quòd

dilatio illa vltramatina, quæ virtute reſti-
152 tutionis in integrum conceditur, † debet eſſe congrua, ad hoc, vt probationes fieri valeant. vt in ſimili atteſtatur Gutierrez circa interpretationem *l.1.tit.6.lib.4. noua recol-*
153 *lectio.* regni Caſtellæ, reſoluens, † quòd idem terminus debet concedi, ſi iudici apparebit, illud requiri, & ſecundùm hanc reſolutionem fuiſſe deciſum in Conſilio Neapolit. refert Afflict. *deciſ.* 124. vbi *num.* 3. quòd poſtea vidit ſic pluries fuiſſe obſeruatum. quia debet eſſe tempus, quod conceditur, congtuum, ad probationes faciendas. aliàs enim de vento ſetuiret reſtitutio petita, & conceſſa. quod nullo modo dicendum eſt.

Circa conſtitutionem prædictam, in illis
154 verbis finalibus, † quòd ſi pars quæ dilationem vltramarinam non probauerit, in expenſis condemnetut, quæri poteſt, an idem ſit de iute communi.

Reſpondeo quòd ſic, ex notatis per Aſin. *in praxi* § 22. *cap.3. num.2.* vbi de iure communi hoc obſeruari atteſtatut, ex *cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.* vbi Romanus Pontifex ſtatuit, quòd à petentibus dilationem vltramarinam, iuramentum calumniæ exigatur, & quòd viatica omnia facienda deponat. ſequitur Angel. *in l.interdum, num. 2. ff. de iudic.* Ancharanus *in cap.conſtitutus, de fideiuſſor.* ex *l.ſi quis dicat, ff.de manumiſſio. & in l.ius alimentorum, § penult.* & *ibi* Bart. *ff.vbi pupillus educari debeat*, & ex aliis allegatis per dictum Aſin. *dicto loco.*

155 Fuit † commiſſa quædam cauſa, cum reſcripto Romani Pontificis, circa quendam intruſum, cum clauſula, *ſola facti veritate inſpecta.* fuit controuerſia, an dicta cauſa eſſet tractanda per dilationes, & quas.

Reſpondi quòd licèt per dictam clauſulam cenſeatur remiſſa omnis iuris ſolemnitas, iuxta tradita per Aſin. *in ſua praxi* §. 3. *cap. 9. in principio.* tamen neceſſe eſt, quòd iudicis arbitrio aſſignetut aliqua dilatio breuis, vt intra eam poſſit veritas iudici innoteſcere, vt ex pluribus reſoluit Aſin. vbi ſuprà, *num. 3. in fine.*

156 Sed quæri poteſt, † ſi alicui competat dilatio ad aliquid faciendum, & ipſe intra dilationem illud faciat, an ceſſet ſtatim dilatio, vel currat quoaduſque finiatur.

Reſpondeo quòd ſtatim atque tactum eſt illud, propter quod dilatio fuit data, extinguitut reſiduum dilationis, & cenſetut finitum tempus, ſiue dilatio ſit legalis, ſiue
157 ex iudicis prouiſione. quia † finita cauſa, propter quam dilatio conceditut, finita etiam dicitur dilatio. text. *in l.à filia, § alumno.* & *ibi* Bart. *ff. ad Trebellian. l. ſi quis hæres, la 2.* & *ibi* Aretin. *ff.de adquirend.hæred.* Bart. *in l.ſiue pars, C.de dilation l.1.§.ſi ita, ff.de ſucceſſorio edict.* quæ lex loquitur in legali dilatione, & *in l.ſi maritus, §.ſi negauerit, ff.de adult.* gloſſ. *in cap.fin. gloſſ. penult. de conſtit. in 6.* ſequitur Maranta *de ordin.iud. 6 part. § quandoque appellatur, num.* 145.

Quæri poteſt, † quando reus teneatur ar- 158
ticulare, & intra quod tempus, iuxta conſtitutiones Cataloniæ.

Reſpondeo quòd iuxta conſtitutionem tertiam, hoc titulo *de dilationibus*, tenetur reus ſuos articulos offerre intra triginta dies, à die quo actor ſuos obtulit articulos. quibus actor tenetur reſpondere intra alios octo dies. quibus octo diebus elapſis (qui ſunt pro interrogatoriis dandis, pro parte actoris, circa teſtes miniſtrandos pro parte rei, ſuper articulis per eum oblatis, vt ſuprà dictum eſt *num.* 96.) ipſo iure currunt tres menſes, ad probandum ipſos articulos, oblatos per dictum reum. refert Peguera *in ſua praxi ciuili, rubr.* 14. *de dilation. num.* 3.

Quæri etiam vlteriùs poteſt, † an te- 159
ſtes debeant recipi, & eorum dicta in ſcriptis redigi intra prædictum tempus; an verò ſufficiat, quòd ſint ipſi citati, & iurati.

Reſpondeo quòd cùm prædictæ conſtitutiones ſolùm loquantur per verbum ad probandum, concedendo tempora, ſufficient, quòd prædicti teſtes ſint citati, & iurati intra prædicta tempora, licèt non fuerint in ſcriptis redacti, iuxta notata per Abbat. *in cap. licèt cauſam, colum. 6. de probation.* Ludouic. Roman. *conſil.* 443. *col.* 2. Socin. *conſil. 47. col. 3. volum. 4.* Bald nou. *conſil.* 133. *volum.* 5. Pegueta *in praxi ciuili, rubric.* 14. *num* 17.

Circa articulorum admiſſionem, eſt etiam
inquirendum, † an ſi articuli prouiſi ſint per 160
iudicem, quòd inſerantur in eis producta, & quòd intimentur, ſtatim ſcriba cauſæ teneatur dictos articulos admittere, & illos intimare parti aduerſæ.

Reſpondeo quòd ſiue articuli ſint actoris, ſiue rei, & in eis exhibeantur aliqua inſtrumenta, & ſit iudicis prouiſio quòd inſerantur, ſeu conſuantur exhibita, & quòd in-
timentur, † non poteſt Notarius cauſæ præ- 161
dictos articulos intimare, quin ei tradantur inſtrumenta in eis exhibita, & producta. ita cauetur *in conſtitutione duodecima, ſub titulo de*
dilatione. niſi † dicta inſtrumenta deſignen- 162
tur ex alio proceſſu, vel exiſtant in poſſe alicuius Notarij. pro quibus extrahendis petũtur per partem quæ illa exhibet, quòd expediantur per iudicẽ mandata, directa Notario,

penes

penes quem dicta instrumenta reperiunrur, vt satisfacto in suo salario, pro ipsorum extractione, illa tradat. nam tunc intimantur articuli, etiam realiter non rradiris instrumentis, cùm per partem illa exhibentem, non stet, quin tradantur, & hoc in praxi seruatur.

163 Articuli † etiam non admittuntur, si in eis fiat generalis productio instrumenrorum. veluri si diceret, *constat ex diuersis instrumentis*, non specificè designando, quæ sint dicta instrumenta. imò indiuidua vniuscuiusque instrumenti mentio debet fieri. Neque articulos, in quibus deducatur ius generale, pertinere, & spectare ad eum, qui illos obtulit, vt in dicta constitutione cauetur. In & cum qua vlteriùs disponitur, quòd licèt in dictis articulis instrumenta ad causam con-

164 ducentia, nõ exhibeanrur, inde † non est prohibitum, quòd in discursu causæ, vsque ad denunciationem, non exhibeantur, cùm in Caralonia torus processus habeatur pro libello, vt in dicta constirurione duodecima disponitur.

165 Quæritur, † lapsis prædictis remporibus probatoriis, an requiratur prouisio iudicis, ad hoc vt testes ministrati, pro publicatis habeantur.

Respondeo quòd licèt de iure communi debeat iudicis prouisio præcedere, ad testium publicationem, iuxta norata per Marantam *de ordin. iudic. 6. parte, titul. de process. publicatione.* & alia iura, quæ allegar Peguera *in sua praxi ciuili, rubr. 19. num.* 1. de iure verò Catalonia, iudicis prouisio non re-

166 quiritur. Imò † lapsis temporib. probaroriis, ipso iure, ex dispositione constirurionis quartæ, sub dicto ritulo *de dilat.* testes pro vtraque parte ministrati, habentur pro publicatis, & quòd statim à die finiri temporis

167 probationum, † currat spatium vnius mensis, ad obiiciendum conrra testes ministraros, & respectiuè ad confirmandum eorum dicta, & quòd lapso dicto mense, similiter testes ministrati, ad obiiciendum, & cortoborandum, habeantur pro publicatis ipso iure,

168 nisi iudicibus apparear, † quòd ad obiiciendom testes, longior dilatio voius mensis cõcedenda sit. & licèt eo casu licitum esser iudici, prorogare tempus obiiciendi, dummodo nõ excedat tres menses, aut nouem menses; fuit tamen prædictum arbitrium prorogandi antiquatum, per constit. decimamtertiam eiusdem tit. sequitur Peguer. *in praxi ciuili, rubr.* 20. *num.* 1. remanet tamen quòd si requiratur dilatio vltramarina, quæ ad nouem menses ex dispositione dictæ constitutionis extendirur, posse dari per iudicem, sed de his alia inferiùs.

Qualiter † articuli concipiantur ad testes, & eorum dicta obiiciendum. 169

Respondeo, quòd in scriptis dandi, & offerendi sunt iudici, & per eum prouidendi, *ad respondendum ad tertiam intimetur*, (& si instrumenta producantur, prouisio debet simul cum prædicta fieri quòd inseranrur, seu consuantur.) In his autem articulis, † qui ad 170 obiiciendum testes dantur, debent causæ, ex quibus obiiciunrur, indiuiduè, & clarè opponi, nam generales non sufficienr. faciunt tradita per Pegueram *in dicta praxi ciuili, rubr.* 20. *num.* 4.

Quomodo † autem testes repellendi sint, 171 & ex quibus causis, vide tradita per Marantam *de ordin. iudic. 6. part. tit. de repulsa testium*, & quæ notanr DD. *in cap.* 1. *de except.* Couarr. *pract. quæst. cap.* 18. *n.* 5. Mascard. *de probat. conclus.* 1362. & 1364. Ferrar. *in sua praxi, in forma iuramenti testium, §. protestante, & in forma opponendi contra personas testium.* Thesaur. *decis.* 158. Specular. *lib.* 1. *tit. de teste, § sæpe testes, & § postquam.* Farinac. totam restium oppositionum mareriam comprehendenrem, *in lib. de opposit. contra examen testium*, maximè *q.* 75. ad prædictos recutri poterir, aliàs esser torum transcribendum.

Quæritur, † an si extra mensem offerantur arriculi, ad restes obiiciendos, sint admirrendi.

Respondeo † quòd non, quoad effectum 172 probandi articulos per testes, & ita fuir decisum in hoc Regio supremo Senatu, ad relationem Magnifici Petri Lobregat, in causa quæ vertebarur in Regia audientia inrer Ioannem Balmes, & Ludouicum de Margarit. Er quòd † non solùm, quoad probandum 173 dictos articulos obiectatorios testium, per testes non admittanrur, verùm etiam, neque per responsiones personales partium, si articuli extra mensem offeranrur, fuit decisum in domo deputarionis, in causa quæ ibi vertebatur inter Gabrielem Pellicer, & Michaëlem Fonrana supplicationis, quæ decisa fuit per Magnificos Sebastianũ Illa & Carbo, Ioannem Viuer, & me Acaciũ Antonium de Ripoll. quibus causa supplicationis per admodum illustres Deputaros, iuxta capitula curiarum, fuerat commissa. & attento quòd prædicti articuli non fuerant oblati intra dictum mensem, fuerunt quoad responsiones personales exigendas repulsi, in causa supplicationis. Intellexi ramen, referente Magnifico Hieronymo Seniust, in causa inter Magnificũ Celsom Ferrer V. I. D. domicellũ, & eius vxorem ex vna parte, & N. Saluat ex altera, fuisse declaratum articulos oblaros denunciato processu, esse admittendos quoad responsiones personales exigendas,

quia dicebant non rendere ad probandum, sed ad releuandum ab onere probandi.

174 Quæri potest, † an lapso dicto mense, ad testes obiiciendos, minor admittatur beneficio restitutionis in integrum implorato ad obiiciendum testes.

Respondeo quòd licèt Capella Tolosana *decis.* 53. dicat, minorem non restitui ad obiiciendum contra testes, tamen certissimum est, quòd si minor læditur, omittendo obiicere testes, & petat beneficium restitutionis in integrum, erit ei indulgendum. & in hac resider sententia Nicolaus Boër. *decis.* 245. *num.* 7. dummodo ex defectu obiectionis restium, minor lædatur. quod ex meritis processus iudex arbitrabitur. & secundùm hanc sententiam iudicauit noster Senatus die 9. Februarij 1559. in causa de N. Osset, contra N. Coronas. refert Michaël Ferrer. 3. *parte obseru cap.* 476. *per totum*, maximè *num.* 2.

575 Sed quæro, † an si ex dictismet testium appareat de causis suspicionis eorum, veluti de inimicitia inter illos, vel de affinitate, vel consanguinitate, aut alio interesse ipsorum considerabili, lapso mense possit pars oppo nere de dicta exceptione.

Respondeo quòd sic, quia cùm exceptiones prædictæ oriantur ex visceribus eiusdem processus, possunt qu andocumque per partem opponi. imò & iudex, licèt per partem non opponantur, potest de eis habere rationem, qualis de iure sit habenda. Viu. *decis.* 235. *num.* 12. Ias. *in repetit. l. admonendi, col.* 36. *versic. item adde, etsi sit conclusum*, dicens hoc esse mente tenendum, quòd ea quæ sunt de visceribus processus, semper deduci possunt.

576 Quæri iuxta supradicta potest, † cùm certa tempora partibus respectiuè ad suam probandam intentionem præfixa sint, si vna pars in fine termini proposuit aliquam exceptionem, contra quam actor habet replicationem, an contra talem exceptionem possit alius cui interest, deducere, & probare, si iam tempora probatoria fuerint elapsa.

Respondeo quòd sic, & quòd arbitrio iudicis danda erit ei dilatio. quia iste talis non fuit in culpa, nec poterat dictam replicationem proponere. & sic hæc replicatio debet esse perpetua, sicuti exceptio, quando non est in potestate rei excipere. *l. purè*, §. *fin ff. de doli except.* faciunt tradita per Ioan. Gutier. *pract. quæst. lib.* 1. *q.* 109. *n.* 4.

177 Quæro, † an lapsis dictis temporibus, si incontinenti, veluti intra tres dies proximos, producantur testes, possint admitti.

Respondeo quòd si non fuerint citati, nec iurati, non possunt recipi. quia lapsus termini interpellat, cùm certum sit quòd fieret ius alterius partis deterius; actore enim non probante, reus venit absoluendus. certum est autem ex probatione fienda, aut absolui, aut condemnari debere alteram partem. & sic probationes non debent admitti, quia ex admissione, ius alterius partis deterius fieret, quod non est dicendum. ita attestatur Viu. *decis.* 127. *n.* 8. ex sententia Andreæ de Isernia, & aliorum ibi allegatorum.

Ex dispositione iuris communis statutum est, † quòd didicitis testificatis, & publicatis 178 testium dictis, antequam testes, seu eorum dicta obiiciat, tenetur iurare, quòd malitiosè prædicta obiecta non proponit, nisi iam à principio id fuisset protestatus, vel ostenderit, quòd post publicationem didicerit quod obiicit contra personas testium, vt disponitur *in cap. præsentium n.* 31. *de testib. & attestat* & *ibi* gloss. *verbo iuramento, & verbo protestatus.* & communiter scribentes, & † cùm ex 579 constitutionibus Catalonìæ, (vt millies dictum est) deficiente dispositione constitutionis, recurrendum sit ad dispositionem iuris Canonici, quæri potest, an dispositio dicti capituli *præsentium*, circa solemnitatem obiiciendi testes, sit obseruanda.

Respondeo † quòd in Catalonia non ser- 180 uatur solemnitas obiiciendi testes, tam in prima, quàm in secunda instantia. de qua *in dicto cap. præsentium*. & ita inueni notatum per grauissimum quemdam Regium Senatorem in quibusdam adnotationibus manuscriptis, fuisse in parte negatiua declaratum in Regia audientia de mense Maij 1532. referente Magnifico N. Albanell in causa ad eius relationem vertente inter N. Asam, & viduam Asam, eius cognatam.

Quæri etiam potest, † intra quod tempus 185 sint obiiciendi, vel corroborandi.

Respondeo quòd intra mensem, à die quo lapsa sunt tempora probatoria, ex constitutionibus quinta, sub titulo *de dilat.* & ex constit. 13. *eod. tit.* per quam est ademptum arbitrium, quòd iudici concedebatur, ex dicta constitutione quinta, vt ad tres menses extendere posset, vt refert Peguera *in praxi ciuili, rubr.* 20. *n.* 1. vbi *n.* 2. ait, † quòd conceden- 182 da erit dilatio vltramarina, ad hunc effectum oppugnandi, vel corroborandi, si iudici videbitur.

Quæro vlteriùs, † testes quibus ex causis 183 soleant reprobari.

Respondeo quòd ex pluribus, quorum aliquas congessit Afin. *in sua praxi* §. 20. *per totum*, vltra ea quæ relata sunt *num.* 171.

In constitutione quinta eiusdem tituli, cauetur, † quòd intra duos menses instrua- 184 tur totus processus, iuxta cuius constitutio-

nis

nis tenorem quæritur, de quibus debeat instrui processus.

Respondeo quòd, cùm circa testium productionem sit terminus productionis eorum finitus, quòd instructio processus est fienda ex instrumentis, quæ conducunt ad iustificandam intentionem partium respectiuè, de quibus inferiùs alia dicemus.

185 Quæri vlteriùs etiam poterit, † an etiam sub hac dispositione instrumentorum comprehendantur memorialia in iure, ita vt teneantur in processu inseri, seu consui, ad partis petentis instantiam.

Respondeo quòd sic, & fieri possunt in quacunque iudicij parte. quia hæ non habent terminum iuris præfixum, ex Bald. *in authent. iubemus, num.9. C. de iudic & in l quamuis indubitati, num.3. C. ad legem Iul. de adulter.* Roman. *consil.* 176 *num.*9. incipit, *Ista sunt*, refert & alia Andreas Gail *pract. obseru. lib.* 1. *obseru.* 107. *n.* 13.

186 Sed quæri etiam potest, † an sufficiat intra dictum tempus copiam instrumenti producere, & post terminum, instrumentum authenticum Notario tradere.

Respondeo quòd cùm productio instrumenti retrotrahi possit, & intra tempus appareat de instrumento, & de in eo contentis, poterit extra tempus præfixum exhiberi copia, & valebit illius productio, dummodo originale tradatur postea. ita Bald. *in cap.* 1. *in princ. de fide instrument.* Hippol. de Marsil. *singul.* 113. Iacobus à S. Georgio *in l. quicumque, num.*3. *de fide instrum.* Afin. *in sua praxi* § 22. *cap.*7 *per totum.*

187 Quæri etiam potest, † an lapso dicto tempore ad producendum instrumenta, censeatur omnino quis exclusus à productione instrumentorum absolutè.

Respondeo quòd non. nam si ille, qui instrumenta debebat producere, fuerit iusta ex causa impeditus instrumenta producere, poterit lapso præfinito tempore illa exhibere. Bart. *in l.* 1. & communiter scribentes, & præcipuè Paul. de Castr. *C. de dilation. & in l.*2. *in princip. C. de temporibus appellat.* Paul. de Castro *in l. oratione, num.*6. *C. de ferijs.* iusta autem causa arbitrio iudicis est relinquenda. iuxta tradita per Menoch. *de arbitr. lib.*2. *casu* 177. & diximus suprà de impedimento legitimo, *num.* 11.

188 Sed † an in causis magnatum, veluti quando agitur de aliquo statu, vltra tempora dilationum concessarum, ex supradictis constitutionibus, possint dilationes aliæ concedi.

Respondeo quòd sic, in Catalonia, ex dispositione constitutionis sextæ, quæ incipit, *Declarant*, sub titulo *de dilation.* vbi intra duos menses datos, ad producendum instrumenta, prohibetur, † ne testes recipiantur, nisi 189 Regio Consilio visum sit, secundùm qualitatem causarum, veluti si agatur de aliquibus Baroniis, aut aliorum statuum. iuxta quam constitutionem quamplures dilationes fuerunt concessæ, in causa, quam Excellentissimus Admiratus Castellæ ducebat in Regia audientia, contra spectabilem Marchionem de Aytona, super recuperatione Comitatus de Ossona, Vicecomitatuum de Cabrera, & Bas.

Sed quæro, † an lapso dicto termino, ad 190 recipiendum, & examinandum testes, possint dari testes aliqui.

Respondeo quòd si causa aliqua de nouo interueniat, veluti si super instrumentis exhibitis orietur controuersia de legalitate, & fide Notarij, vel instrumentorum, tunc tanquam super noua causa testes recipi poterunt, etiam si tempus dilationum fuerit lapsum. quia † hoc casu, in testium dictis 191 nulla potest timeri causa subornationis. ex *cap. cùm dilectus, de fide instrum.* Bald. *in l. ampliorem, n.*5. *C. de appell.* vbi dicit quòd, quoad probationem instrumenti, testes vbicunque possunt examinari. faciunt plura tradita per Gail. *lib.* 1. *obseru* 5. *n.*4. quia vulgata est regula, quòd quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. faciunt tradita per Mascard. *de probat. concl.* 1302.

Quæritur vlteriùs, † an si dilatio aliqua 192 concedatur ad aliquid fiendum, si intra dilationem nõ finiatur, an ea finita possit perfici.

Respondeo quòd non, quia quando tempus est præfixum ad aliquid fiendum, quæ postea fiunt, sunt ipso iure nulla. notant DD. *in l. scire oportet, § consequens, ff. de excus. tut. l.* 1. *C. de dilat.* Innocent. *in cap. cum in tua, qui matrimonium accusare possunt.* & habetur *in l. Titia, ff. de accus. & in d. l. scire oportet.* Bald. *in l. edicto*, 3. *opposit. C. de edict. diui Adr. toll.* sequitur Abb. *in d. cap. cùm in tua.*

Constitutione finali, sub titulo *de dilationibus*, disponitur, † quòd lapsis temporibus 193 supradictis, statutis ad instruendum processum, postquam instrumenta sint producta, currant duo menses, ad corroborandum, vel oppugnandum instrumenta exhibita, & ad probandum, & probatum habendum, quidquid in eorum confirmationem, seu obiectionem deduci, & probari poterit. quibus duobus mensibus elapsus, si qui testes, pro corroboratione, vel oppugnatione dictorum instrumentorum, dati fuerint, pro obiiciendis, vel corroborandis dictis testibus ministratis, super dictis instrumentis, † currat spatium vnius mensis, quo elapso, absque aliqua 194 prouisione iudicis, testes habeantur pro publicatis, & quòd processus per manũ iudicis

denuncietur, prout solet denunciatio in eodem processu scribi. qua denunciatione facta, non admittuntur aliæ schedulæ, seu productiones, etiam si fiant beneficio restitutio-
195 nis in integrum. Et † quòd si inopinatè aliquæ schedulæ admittantur, hæ non computentur inter folia processus, nisi restitutio in integrum forsan petatur ab eo, cui de iure competit, quo casu restitutio est ei conce-
196 denda. cuius beneficio † concedi poterit terminus duorum mensium, restringendo quod aliàs fuerat dispositum per constitutionem decimam octauam curiarum anni millesimi quadringentesimi nonagesimi tertij.

Circa quam constitutionem 14. primò
197 sciendum est, † quòd licèt esset temporalis, vt ex tenore illius appatet, postea fuit illa extensa, & prorogata in curiis anni 1599 & sic in perpetuum seruanda.

198 Quæri potest, † illa verba, *ad probandum, & probatum habendum*, quid important.

Respondeo ex Alex. *cons.* 105. *col.* 2. *vers. & terminus ille præfixus*, *lib.* 2. quòd important totalem conclusionem, probationem, & exclusionem fiendarum. Natta *cons.* 252. *num.* 2. ex quibus infertur, quòd licèt regulariter sufficiat, quòd testes intra dilationem sint citati, & iurati, hoc tamen casu non sufficiet. Felin *in cap. licet causam*, *n* 22. *de probat.* Ioan. Gutier. *pract quæst lib.* 1. *q* 54 Carauit. *super ritibus magnæ curiæ, ritu* 152. *per totum.*

199 Quæri etiam potest, † an dicta verba, *ad probandum, & probatum habendum*, possint vlteriùs se extendi.

Respondeo quòd non, quod secus esset si addita fuissent verba hæc, *per omne genus probationis.* quia exclusa censeretur omnis alia probatio. iuxta tradita per Pasethum *consil.* 150. *n.* 4. adhuc quòd nec probatio, quæ fieret per iuramentum, ex defectu plenę probationis, non admitteretur. iuxta tradita per Mascard. *concl.* 954 *n.* 51. Butr *in cap. licet causam, n.* 12. *de probat.* & *ibi* Felin. *n.* 58.

200 Quæro, † an dilationes, & termini ad allegandum contra instrumenta producta, sint de substantia iudicij.

Respondeo quòd sic, & sic non possunt tolli, quia iudicium corrueret. Bellamet. *decis.* 22. Cassador. *decis.* 8. *de restit.* Roman. *consil* 59. Afin. *in sua praxi* §. 22. *cap.* 1. *n.* 2.

201 Quæri vlteriùs potest, † quot sint species conclusionis in causa.

Respondeo quòd de iure communi sunt tres, nempe ea quæ fit à parte, à lege, & à iudice. Sed in Catalonia non habemus nisi vnicam conclusionem. iuxta dispositionē constitutionis 14. sub titulo hoc *de dilation.* & est illa, quæ per manum iudicis fit in originali processu prouidendo, quòd ille processus habeatur pro denunciato, & quòd dies illius denunciationis describatur in libro denunciationum, inter causas maiores, vel minores, secundùm quantitatem causæ. de qua Peguera *in sua praxi ciuili*, *rubr.* 21. *per totam*, maximè *num.* 5.

Circa obiecta instrumentorum quæritur, † quomodo, & per quos testes possint instrumenta oppugnari. videndus est Farinacius *in lib. de fals. & simul. quæst.* 158. 1. *part. per totam.* vbi quid de dicto vnius testis, quid de dicto plurium, quid de contrariis, quid de singularibus, quid de diuersis, quid de se contradicentibus, & de aliis attingentibus obiectionem instrumentorum. 202

Quando † autem magis stetur dicto testium, quàm instrumentis, vide DD. *in c. cùm Ioannes Eremita, de fide instr.* & quid si testis instrumentarius dicat vnum, & alius testis dicat aliud, vide Farinac. *vbi suprà.* 203

Beneficio † restitutionis in integrum implorato, solet dari dilatio, ad corroborandum, vel oppugnandum instrumenta exhibita, iuxta dispositionem constitutionis finalis, sub titulo *de dilation.* iuxta quam quæri potest, † an sufficiat, quòd allegetur læsio, vt restitutio in integrum concedatur; an verò debeat probari læsio. 204 205

Respondeo quòd sufficit allegare læsionem, ex lapsu temporis. cùm in hoc consistat læsio, absque hoc quòd probetur. quia sumus in iudicialibus, in quibus, vt restitutio detur, non est necesse probare læsionem. Anton de Butr. *cons.* 63. Abb. *in cap. auditis, notab.* 8. *de restit. in integr. & in cap. suscitata*, *num.* 2. *eod. tit.* Capella Tolos *quæst.* 389. Rebuff. *in tit de restit. art.* 1. *gloss.* 3. *num.* 18. faciunt additiones factæ ad Michaëlem Ferret. 3. *part obseruat. cap.* 475. *verbo ad appellandum.* quia † ex lapsu temporis, dicitur minorem re ipsa affici. quemadmodum dicitur de appellatione, quòd † minor non appellans intra tempus, vel non prosequens appellationem, ipso iure dicitur læsus. iuxta tradita per Angel. *in l. fin. col. vlt. C. in quib. casib. in integr. restit. non est necessaria.* qui punctus in se difficilis est quoad omissionem appellationis, de quo atticulo cùm hîc propriè non sit agendum, poteris, si forsan occasio dubij euenerit, recurrere ad tradita per Mascardum *de probat. concl.* 1062. *n.* 18. ad quem te remitto. 206 207

Quæritur, † an dilatio hæc, quæ conceditur illis, quibus de iure competit, prosit etiam aliis consortibus litis.

Respondeo quòd sic, † quia eo ipso quòd minoribus datur, censetur communis omnibus litigantibus, vt notant DD. *in l. petendæ, C. de temp. in integ. rest. & in l. fi. C. de lit. & fruct. expens.* Afflict. *decis.* 230. & quòd restitutio 208

concessa

concessa minori, prosit litis consorti, fuit decisum indistinctè in hoc supremo Senatu, teste Michaël Ferret. 3. *p. obseru. cap.* 480.

109 Sed quæri potest, † an lapsis dictis temporibus omnibus, possit fieri visura. Videbatur dicendum non posse, cùm in ea nouæ fiant probationes, tam per testes, quàm per instrumenta. & sic videtur dicendum, non habere locum, quia per indirectum videtur fieri, id quod per directum non licet. Sed

110 Respondendum est, † quòd visura fieri potest. quia visura dicitur priuilegiata, ex notatis per Bald. *in l. si quis testib. in §. fin. C. de testib.* Speculat. *de probatio §. videndum. vers. hoc quoque.* Bald. *in l. de quibus. col. pen. ff. de legib.* Antōn. de Butrio *in cap. causam, in fine, de probat.* faciunt notata per Bart. *in l. 1. §. si ff. quemadmod. testam. aper.* Cynus *in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.*

111 Quæri etiam potest, † quomodo procedatur ad visuram fiendam.

Respondeo quòd petitur per partem diem assignari, ad eam fiendam, & iudex tenetur statuere diem certum, cum sequentium continuatione. & si die assignata non fuit visura, sed alia die, tenetur dictus iudex monere per nuncium partes, quarum est interesse, vt sint tali die, & hora, cum talibus magistris, & ex-
112 pertis, in tali loco, vbi est quæstio, † ad videndum locum, recognoscendum, & mensurandum. secundùm Bart. *in l. qui bona. § fin. col. 1. ff. de damn. infect.* expertorum enim nominatio respectiuè fit per partes, quòd si partes recusent, iudex nominabit pro ambabus,
113 vel pro ea quæ recusat, & † in casu discordiæ tertium etiam nominare tenetur. Ipse
114 † autem iudex tenetur expertos, & tertium nominatum notificare partibus iuxta tradita per Bart. *in l. Theopompus. circa finem. ff. de dote prælegat.* & Angel. *in l. 1. §. Marcellus. ff. si cui plus quàm per legem falcid.*

115 Sed † quid si vna pars extra tempora præfixa articulos obtulerit, & litteras compulsorias extraxerit absque alterius partis contradictione, quæri potest, an pars aduersa possit articulare, & probare intra eadē tempora.

116 Respondeo quòd sic. quia † cùm tempora hæc respiciant probationes, & partium principale interesse, de consensu partium collitigantium, poterunt tempora prorogari, & abbreuiari. & sic fuit visum Magnificis Senatoribus Regiæ audientiæ in aula Magnifici Regentis Regiam Cancellariam die 8. Iulij 1586. quòd licèt tempus ad obiiciendum testes sit vnius mensis, si tamen lapso dicto mense vna pars articulos obtulerit, & probare velit contra testes, & eorum dicta, poterit pars alia similiter, & suos articulos in contrarium offerre, & probare.

Sed quia dilationes aliter statuūtur in causis summariis, ideo decreui hoc in loco resolutiones aliquas, hanc materiam concernentes, tradere, & in primis quærendum est, † quæ sint causæ summariæ. 117

Respondeo quòd de iure communi referuntur plures à Cardin. *in Clement. dispendiosam. de iudicijs.* Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. n. 163. cum seq.* loquendo de missione in possessionem ex primo & secundo decreto, *& remed. 4. n. 447. cum seq. & num. 70. & 71.* Maranta *de ordin. iudic. 4. part. dist. 9. à num. 40. cum seq.* Afin. *in sua praxi. §. 3. cap. 31. num. 22.* gloss. *in l. 3. §. summatim. ff. ad exhibend. l. iudices. verbo plena. C. de iudic.* Speculat. *in tit. de offic. iudicis. § postremo. vers. & signanter.* Bart. *in l. Fulcinius. § cum hoc. n. 5.* & *ibi* Apostilla *verbo summaria. ff. quib. ex causis in possess. eatur.* Gail. *pract. obseruat. lib. 1. obseru* 103. Natta *cons.* 437. *num. 2. cum seq.* Rota Genuens. *decis.* 3.

De iure verò nostro Cataloniæ † causæ 118 summariç dicuntur causæ alimentorum, possessoriæ, commandæ alienigenarum ex Vsatico, item inuiolabili. *tit. de causis summarijs,* & ex his quæ tradit Peguera *in sua praxi ciuili rubr.* 14 *à num. 6. mihi fol.* 189. & aliæ, quæ ex sui natura promptam habent probationem, & sunt liquidæ, & causæ executiuæ, vt in constitutione prima *tit. de causis summarijs.* rum & causæ marcarum, & repressaliarum, ex constitutione secunda causæ cautionum, quæ fuerunt præstitæ in causis executionum, ex constitutione tertia; causæ etiam graduationum, & cessionis bonorum, sunt etiam summariæ, ex constitutione quarta eodem titulo. Dotales etiam causæ, siue diuitum, siue pauperum, sunt summariæ, ex constitutione quinta; causæ etiam minores decem librarum, sunt summariissimæ, ita vt nec in scriptis tractari debeant, ex constitutione sexta.

Sed quæri potest, † quot modis dicatur 119 causa summaria.

Respondeo quòd duobus modis, primò ratione ordinis, nempe quando in eius decisione proceditur de plano. iuxta text. *in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicat.* alio modo, respectu probationum. quia videlicet sufficiunt semiplenæ probationes, vel præsumptiones. Gailius *practicarum obseruat. lib. 1. cap. 106. num. 3.*

Quæri etiam potest, † an partes de communi consensu possint facere, quòd causa 120 plenaria de sui natura possit tractari tanquam summaria.

Respondeo quòd sic. nam quòd causa plenariè tractetur, respicit partium interesse, cui potest vnaquæque renunciare. licèt enim directè hoc facere non possint, faciunt tamen

per indirectum tanquam in vim compromissi, iuxta tradita per Marantam *disput.4.n.14.* & sic in hac residet opinione Cancer 3. *part. variar.cap.12.à num.34.vsque ad 42.* & sic vltra generales regulas experimur quòd quotidie causæ plenariæ solent tractari † per

221 compareant partes, in causa Magnifici Relatoris. iuxta tradita per Antonium Oliba *de action.tom.1.lib.3.§.in bonæ fidei, mihi pag.565.* vbi attestatur, quòd causæ, quæ per compareant partes solent tractari, sunt veluti officiorum triennalium, aut annalium, alimentorum, & aliæ similes, quæ celeritatem desiderant.quales sunt quas proximè præcedentibus numeris declarauimus. Aduertit tamen dictus Antonius Oliba *dicto 1.num.2.*

222 † quòd iudex solus non potest prouidere, quòd causa quælibet tractetur in eius domo per compareant partes; sed Relator priùs debet supplicationem introductionis causæ, & eam in & cum qua petitur causam tractari per compareant partes, in Regia audientia legere, vbi decernetur, an sit tractanda, vt petitur, in domo Relatoris, ne de nullitate procedimentorum dicatur, iuxta tradita per dictum Oliba.

223 Quæri vlteriùs potest, † an si semel facta sit summaria causa, semper retineat eandem naturam, veluti, an si causa summariè tractetur in prima instantia, etiam & in causa appellationis summariè sit tractanda, *decis.1.Pedemon n.5.in fine*, quia semper retinent eandem naturam quòd summariè decidatur, vt ex fundamentis ibi relatis apparet.

224 Quæro, † an si pendente causa summaria, incidit articulus plenarius, talis articulus faciat causam plenariam, an verò plenarius articulus reguletur ad causam summariam.

225 Respondeo † quòd si articulus incidens in causa principali summaria, est pars principalis ipsius causæ summariæ, tunc regulari debet talis articulus vti causa principalis; & ita est intelligendum quod attestatur Peguera *in sua praxi ciuili rubr.14. n.7.fol. mihi 190.* Si verò articulus iste sit omnino separatus à dicta causa principali summaria, debet separatim plenariè tractari. iuxta tradita per Ias. *in l.vlt.§.vlt.num.3 ff.de condict.indeb.* faciunt tradita per Mascard. *de probat. conf.930. n.17.* Iaffredus *decis.28.*

226 Sed † quæ dicatur coniuncta causa, & quæ separata, quæri potest.

Respondeo ex traditis à Gail. *pract. obseru. lib.1.obseru.110.num.4.* qui ex traditis per Felin. *in cap.cùm inter,num.7.de sentent.& re iud.* ait quòd coniuncta causa dicitur, quæ ex consequentia factorum separationem non recipit, per text.notabilem *in l.1. C.si vnus ex pluribus appell.* Bart.Bald.& communiter scribentes *in l per hanc.C.de tempor.appellat.* Bart. *in l.Aurelius. §.idem quæsiuit,n.2.C.de appellat.*

Quæri etiam potest, † an in causis summariis requiratur litis contestatio. 227

Respondeo quòd non, iuxta tradita per Roland. à Valle *lib.1.consil.71 num.32.cum seq.* quia † in causis summariis, primus actus, 228 qui sit post citationem, habetur pro litis contestatione. Abb. *in cap.fin. de iudic.* Alex. *in l naturaliter. §.nil commune. ff. de adquir poss. col vlt & in l.vna.C.de procur.* Felin. *in cap.insinuante. in fine, de offic.deleg.* quia cùm in summariis causis procedatur de plano, non requiritur libellus. Alexand. *consil.138.colum.1. volum.7.*

Quæritur etiam, † an probationes factæ 229 in iudicio summario, faciant fidem in causa plenaria.

Respondeo quòd non, iuxta tradita per Batt. *in l.2.§.1. col.5.ff. vi bon.rapt.* & ex text. *in cap.veniens le 2. de testib.* Rubeus *in l.naturaliter § nil commune,num.194.ff.de adquirend. possess.* Bart. *in Extrauaganti ad reprimendum, verbo, summariè.* Imol. & Anton. de Butrio *in cap. causamque, de testib.* Riminald. *consil. 99. num.24.vol.1.*

Sed cùm in causis summariis non requiratur libellus, quæritur, † quid requiratur 230 ad hoc, vt actoris intentio percipiatur.

Respondeo quòd licèt non requiratur libelli oblatio in forma, requiritur tamen qualis qualis declaratio intentionis ipsius actoris, ad hoc vt reus deliberare possit, an sibi vtilius sit cedere, quàm litigare. ita Afin. *in sua praxi. §.4. cap.1.* ex mente Bart. *in Extrauaganti ad reprimendum.vers.& figura colum.1. in fine,* & ex aliis relatis per dictum Afin. *vbi suprà.* quemadmodum & in causis summariis, libellum obscurum admitti, attestetur idem Afin. *in sua praxi.§.4.cap.2.in princ.*

Quæri etiam potest, † an in causis summariis admittantur exceptiones, quæ in continenti veniunt probandæ. 231

Respondeo quòd non, quia cessat causa, ne causa differatur, & sic licèt excludantur exceptiones, non tamen censentur exclusæ illæ, quæ incontinenti probari possunt, vel quæ notoriæ sunt, vel ex visceribus eiusdem processus oriuntur, & aliæ similes, de quibus Menoch. *de præsumpt. lib.2. præs.48. per totam.*

Quæri etiam vlteriùs potest, † an summaria dicatur causa illa, in qua lex disponit, quod *illico*, seu *statim*, vel similibus verbis in ea procedatur. 232

Respondeo quòd sic. ex traditis per Cephalum *cons.223. num.19. & 20.* Batt. *in l.res qua §.1.ff.de iure fisci.* Bologn. *in l.1.num.131. ff. de noui oper. nunciat.* quia perinde est, ac si † dixisset,

dixiffet, quòd procedatur in ea fimpliciter, & de plano. iuxta tradita per Crot. *conf.* 295. *num.* 5. *&* 7. ex quibus percipiuntur illa verba appofita in Vfatico, *item inuiolabili*, fub titulo *de caufas fummarias*, ibi, *fens triga.* id eft, de plano. feruato iure, quod ftabilitum eft in conftitutionibus fub dicto titulo, de quibus infrà dicemus, vbi ftatuta funt tempora, intra quæ fummariæ caufæ decidantur.

Circa conftitutionem primam, vbi caufa alimentorum fummaria dicitur, quæri poteft,
233 † an fi legitima petatur, tunc petitio hæc, & caufa fummaria dicatur.

Refpondeo, quòd fi legitima petitur principaliter, & de per fe, caufa in qua de legitima tractabitur, dicetur plenaria. quia tunc legitima non petitur, vt alimenta. non obftante quòd legitima alimentorum loco habeatur. Bald. *in l. nonnunquam, in fecunda lectura. ff. de iudic.* Bart. *in l.* 1. *§ fin. col.* 1 *ff de prætorijs ftipulat.* Celfus Vgo *conf.* 50.

234 Quæritur vlteriùs, † an omnis alimentorum caufa fit fummaria.

Refpondeo quòd aut agitur de alimentis præteritis, aut de futuris: fi de futuris, quia vita hominis ab eorum præftatione pendet, certum, & indubitatum eft, quòd tractabitur caufa, tanquam fummaria. ex notatis *in l.* 2. *ff. de ferys.* Alex. *in addit. ad* Bart. *in l fi quis à liberis § fi quis ex his ff. de liber. agnofcen.* Bald. *in l. fi quis in fuo. C. de inoffic. teftament.* Si
235 verò † in caufa alimentorum tractetur de alimentis præteritis, tunc caufa alimentorum non tractabitur vt fummaria, fed plenariè, quia ceffat caufa, propter quam vt fummaria tractanda erat. Bald. *in l.* 1 *col.* 2. *verf quæro nunquid in caufa.* Maranta *de ord. iud.* 4 *p. tit. vt iudicium mercatorum, num.* 168.

Circa verbum dictæ conftitutionis *poffefforias*, quæri poteft, † an fummaria fit caufa,
236 in qua fideicommiffarius agere vult contra hæredem grauatum, iudicio poffefforio, abfolutè intentato.

237 Refpondeo, † quòd ad hoc vt poffit tanquam caufa fummaria tractari, caufa quam intendere vult fideicommiffarius contra hæredem inftitutum, grauatum de reftituenda fibi hæreditate, petens fe manuteneri in poffeffione dictæ hæreditatis, & fic intentans fub colore poffeffionis dictam caufam, ad hoc, vt tanquam poffefforia fummariè tractetur. Requiritur ante omnia, quòd fideicommiffarius probet, hæreditatem faltem fibi verbo fuiffe reftitutam. quia fi hoc probauerit, caufa tanquam fummaria poffeffo-
238 ria tractabitur; fi verò † non probauerit, faltem verbo fibi hæreditatem fuiffe reftitutam per hæredem, fideicommiffarius licèt caufam tanquam poffefforiam intentauerit, non tractabitur vt fummaria, fed vt plenaria. & iuxta hanc refolutionem inueni notatam hanc Regij huius noftri fupremi Concilij obferuationem à quodam Regio Senatore, qui fcripfit fic fuiffe declaratum per Magnificum Guillermum Sunyer die 2. Decembris anno 1586. in caufa N. Pomet vxoris Michaëlis Pomet, & non nominauit partem aliam, neque caufæ fcribam.

Conftitutione quinta, fub titulo, *de caufas fummarias*, ftatutum eft, † quòd caufæ dota- 239
les fint fummariæ, etiam fi agatur per perfonas diuites, & quo ad hoc, quòd dotis caufa fit fummaria, æquipatantur perfonæ diuitis, & pauperis. circa quam difpofitionem, quædam dubia fe offerunt inueftiganda.

Primùm quæritur, † an de iure commu- 240
ni, dotis recuperatio faciat caufam fummariam, quando agitur de ea recuperanda.

Refpondeo quòd fic, ex Cardin. *in Clem. difpendiofam, quæft.* 30. *de iudic.* Celfo Vgone *conf.* 50. Manerio *in reg. in ambiguis pro dotibus num.* 46. *ff. de reg. iuris.* & quòd fit fummaria etiam refpectu mariti, Palat. Rub. *in cap. per veftras. §.* 15. *num.* 6. *de don. inter vir. & vxorem.* Bald. nouell. *de dote* 2. *p. priuil.* 9. 12. *&* 15. vbi, quid fi maritus agat ad dotem promiffam fibi, & vxori. *part.* 12. *verf. vigefimo quinto* vbi etiam, quòd quando vxor mortuo marito agit ad dotis reftitutionem, hæc eft caufa fummaria idem fi agat conftante matrimonio, marito vergente ad inopiam. Eft etiam fummaria caufa dotis, fi pater, vel hæres mulieris, ea defuncta petat dotem fibi reftitui. &
† ita fuit decifum in hoc Regio fupremo Se- 241
natu ad relationem Magnifici Ioannis Sabater die 24 Martij 1589. in caufa ad eius relationem vertente inter Philippum de Roget ex vna, & Raphaëlem Laudes ex altera parte, fuper reftitutione dotis vxoris dicti Laudes, & fuit decifum, quòd etiam in dicto cafu fit fummaria caufa reftitutionis dotis, ex generalitate dictæ conftitutionis quintæ incipientis, *ajuftant.* quæ cùm generaliter de caufis dotalibus loquatur, folùm videtur profpexiffe ad dotes, non ad perfonas, & fic cùm ipfa non diftinguat, nec eft per nos diftinguendum, argumento *l. de pretio. ff. de publ. in rem actione.*

In conftitutione finali, fub dicto titulo *de dilations*, difponitur, † quòd in caufis fum- 242
mariis, veluti alimentorum, poffeffionis, commandæ, & alienigenarum, & in aliis caufis, quæ ex fua natura fummariam requirunt cognitionem, & in illis, quæ per probationem promptam funt liquidæ, & in aliis caufis executiuis, refecatis aliis dilationibus, & temporibus, per alias conftitutiones præfinitis, talis ordo feruetur, quòd prædictæ omnes

omnes causæ, quo ad tempus probationis, habeant duos menses pro termino, ad probandum per testes, & alios duos menses, ad probandum per instrumenta, & aliud quodcunque genus probationis, resecato iudici omni arbitrio prorogandi, & abbreuiandi tempora, per alias constitutiones sibi concesso. & quòd tempora prædicta quatuor mensium sint præcisa, & peremptoria, & currant ipso iure, nulla iudicis prouisione requisita, sicuti in temporibus causæ principalis plenariè statutum fuit.

Circa cuius constitutionis dispositionem, in primis circa verba illa, *possessorias*, quæri
243 potest, † an de iure communi causæ possessoriæ sint summariæ.

Respondeo quòd prædictæ causæ possessoriæ, de iure communi dicuntur summariæ, quia leuiores requirunt probationes, & sic sunt summariæ respectu probationũ Mascard. *cons.* 1198. vbi an sufficiant probationes semiplenæ, concludens quòd in possessorio magni præiudicij, requiritur plena probatio; secus verò in possessorio parui præiudicij. Natta *cons.* 473. *n.* 2. *&* 36. Riminald. *cons.* 273. *num.* 66. *cum seq.*

Sed quæri hîc opportunè poterit, cùm hîc certus terminus præfigatur in causis summariis, nempe quatuor mensium ad probandum articulos, per omne genus probatio-
244 num, † an si dilatio vltramarina petatur, sit concedenda. Et licèt videatur dicendum, denegãdam esse prædictam dilationem, cùm longiùs causa protrahatur: tamen illa concedenda est, iuxta notata per Bald. *in l. cùm ipse, in primo notabili ff. de excusat. tut.* Alberic. *in l.* 1. *vers. sed quid si statuto C. de dilat.* Roland. *cons.* 82. *num.* 7. *lib.* 4. Abb. *cons.* 64. *num.* 1. *lib.* 2.
245 vbi expressè ait, † quòd quando certum tempus præfigitur à lege, vel statuto, ad aliquid faciendum, debet intelligi, si intra illud tempus fieri potest: aliàs potest ille actus fieri, etiam extra dictum tempus. quia dispositio legis non debet esse imposita super impossibili. Alex. *consil.* 72. *vers. nam vbicunque lib.* 3. Pract. Papien. *in tit. forma productio. instrument. verb. in termino, n.* 2. *&* 3. Riminald. *cons.* 119. *num.* 99. *&* 108. *cum duobus seq.* Roman. *consil.* 443. *in primo dubio.* Abb. *in cap. super eo.* lo 2. *num.* 6. *de appellat.* faciunt cætera notata suprà de dilatione vltramarina, an dolosè petatur, nécne, *à num.* 134. *cum seq.*

246 Sed † quid si lapsi sint quatuor prædicti menses, an si minor petat restitutionem in integrum, sit ei concedenda, & ex dicta restitutione danda sit dilatio.

Respondeo quòd sic. quia minor, vbicunque læditur, ex temporis lapsu restituitur, & ei datur congruum tempus ad probandum. hinc autem existimo congruum esse, vbi datur tempus constitutum in principali causa, iuxta notata per Gutier. *pract. quæst. lib.* 1. *q.* 69. *per totam.* & proderit hæc dilatio à minore obtenta, eius litis consorti, vt suprà dictum est *num.* 149. *&* 209.

Quæri etiam potest, † quo tempore obiiciantur testes in causis summariis. 247

Respondeo quòd in his causis non admittuntur testium obiecta, iuxta distinctionem traditam per Aretin. *in cap. veniens, column.* 9. *de testib.* Abbas idem attestatur *in dicto cap. veniens, in principio,* & *ibi* Felin. *colum.* 6. assignántque rationem sui dicti præcitati authores, dicentes, ideo fieri quòd non admittantur testium obiecta, quia leuioribus probationibus expediuntur summariæ causæ, vt suprà dictum est. & sic existimo, † quòd si in 248
Catalonia testes essent obiiciendi, deberet id fieri intra tempora prædicta quatuor mensium. quia de iure Cataloniæ prius repetiebatur statutum ex constitutione Regis Ferdinandi II. in secunda curia Barcinon. *c.* 17. quæ nunc est constitutio secunda sub tit. *de dilations*, qua dispositum erat, quòd tempus vnius mensis esset ad obiiciendum testes, & dicta eorum, & quòd posset prorogari tempus, dummodo non excederet spatium trium mensium. quod iudici arbitrarium erat, & hoc arbitrium postea antiquatum fuit, & solum spatium duorum mensium statutum fuit ex constitutione quinta eiusdem tituli. vnde cùm testium obiecta non sint sublata, credo etiam in causis summariis esse admittenda, si probentur statim, ita vt eorum causa non sit cursus litis longior.

Fuit postea dubitatum. Isti † quatuor menses causarum summariarum, quando incipiant currere. quod dubium cùm in Regio Consilio fuisset propositum, fuit die 7. Martij 1587. referente Magnifico Guillermo Sunyer, in causa retroclami præcepti decem dierum, super possessorio intentata, declaratum, quòd prædicti quatuor menses incipiant currere post oblatum libellum, & octo diebus elapsis, ad opponendum exceptiones, litis ingressum impedientes. & si libellus non fuerit oblatus, cùm de necessitate non sit offerendus, eo casu lapsis dictis octo diebus ad opponendum exceptiones, qui currunt à die, quo litatio reproducitur, current dicti quatuor menses, iuxta obseruantiam dicti Regij Consilij. 249

Quæri etiam potest, † an causæ summariæ, quæ per compareant partes solent tractari in domo Relatoris, comprehendantur sub constitutionibus de causis summariis, vt similiter habeant pro dilatione dictos quatuor menses. 250

Respon

Respondeo similiter quòd non. quia peruento hoc dubio ad Regium Consilium die 9. Iulij 1587. referente eodem Magnifico Guillermo Sunyer fuit visum, quòd sub prædictis constitutionibus causarum summariarum, quatenus præfigunt spatium quatuor mensium, non comprehenduntur causæ, quæ incipiunt per compareant partes, in domo Relatoris. & sic causa sic incepta, potest expediri non expectatis quatuor mensibus, sed data congrua dilatione, arbitrio Relatoris. faciunt tradita per Oliba *de actio. 1. tom. lib. 3. cap. 4. num. 28.* Cancer *lib. 3. variar. c. 16. de litis contestatione, num. 178.* & in causa villæ de Ceruera, contra Petrum Masso ad relationem Magnifici Raphaëlis Rubi & Coll, prouisio facta per Magnificum Iacobum Puigmija, quòd admitterentur testes de recessu, in continenti vt fuerant recepti in causa spolij, fuit confirmata cum condemnatione expensarum partis, quæ supplicauit, die 17. Nouembris 1612. scriba causæ Agramunt.

151 Quæri etiam potest, † an lapsis duobus primis mensibus, concessis, ad probandum per testes, duobus aliis mensibus, qui dari fuerunt, ad probandum per instrumenta, possint testes recipi.

Respondeo quòd in duobus mensibus datis ad probandum per instrumenta, non possunt fieri probationes per testes, nisi essemus in actu visuræ, in qua solent fieri probationes mixtæ, nempe per testes, & instrumenta, iuxta tradita per Ripam *in l. 1. n. 42. ff. de verbo. oblig.* & Tiber. Decian. *consi. 18. n. 31. lib. 1.* & iuxta hanc doctrinam fuit decisum in hoc supremo Senatu die 7. Aprilis anni 1588.

152 Quæri etiam potest, † si forsan intra duos vltimos menses testes recipiantur, non contradicente parte, an tales testes ritè recepti censeantur, & an eorum dicta valeant.

Respondeo quòd sic, ex traditis per Crement. *singulari 51.* Tiber. Decian. *consil. 18. num. 31. lib. 1.* Mascardum *concl. 1236. num. 12. & 30.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 46.* quorum doctrinam secutus fuit Regius noster Senatus die 7. Aprilis 1588. declarando testes receptos intra vltimos duos menses, parte sciente, & non contradicente, legitimè receptos esse, & eis fidem esse dandam.

153 Quæri etiam potest, † si statuto caueatur, quòd intra certum tempus probationes fiant per instrumenta, & testes sint iam recepti, & in scriptis redacti, & fuerit pars oblita illos exhibendi, & producendi de iure communi, an intra tempus præfixum ad producendum instrumenta, possint etiam exhiberi testes.

Respondeo quòd sic, ex traditis per Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 3. casu 63. num. 5.* & ante eum præsensit Decius *in c. 2. prope finem, versic. decimo quarto statutum de probatio.* Angel. *in l. 2. C. de edict. diui Adrian. tollend.* quem secuti sunt Alex. *consi. 93. lib. 6.* Felin. *in c. ip[illegible] sicut, col. 3. declarat. 1. de re iud.* quia † licèt appella- 154 tione scripturæ non veniant testes, tamen postquam redacti sunt in scriptis, † testium 155 dicta iam inter scripturas connumerantur ita Bart. & Alciat. *in l. notionem § instrumentorum, de verbo. signific.* & ex traditis per Menoch. *vbi suprà, num. 6.*

Cùm dilationes supradictæ, tam in causis plenariis, quàm in summariis currant ipso iure, & sine iudicis prouisione, vt suprà dictum est, quæri potest, † an dilationes supradi- 156 ctæ semper currant, an verò aliquo tempore dormiant.

Respondeo, quòd si pendente lite, mota fuerint aliqua altercata, super spolio commisso lite iam cœpta, tunc durante huiusmodi altercato circa spolium commissum, cœpta lite, † tempora probatoria dormiunt, & 157 dilationes supradictæ non currunt. quia pars quæ commisit spolium, non auditur, quin spolium purgauerit, vt cauetur in constitutione quinta, sub tit. *de altercatis.* durantibus verò aliis altercatis, partibus tempora probatoria currunt, & ita practicari refert Peguera *in sua praxi ciuili. rubr. 14. n. 10.* contra partem succumbentem.

In † cæteris verò altercatis spolij, atten- 158 tatorum, falsitatis & alimentorum, tempora probatoria in causa principali non dormiunt, imò currunt, & cursus dictæ causæ principalis vlteriùs pergit In his autem quatuor speciebus altercatorum, processus debet instrui intra duos menses præcisos, & peremptorios, per omne genus probationis, vt in dicta constitutione quinta cauetur.

Sed quæri poterit hîc, † an causa atten- 159 tatorum suspendat causam principalem in totum.

Respondeo quòd si attentata respiciant merita causæ principalis, nec ab illis separari possint, tunc attentata suspendunt cursum causæ principalis: si autem ex attentorum declaratione merita causæ principalis non manifestantur, tunc attentata non retardant cursum causæ principalis, sed in vtraque causa, videlicet & in principali & in attentatorum, prosequi poterit. ex Bart. doctrina *in l. naturaliter. §. nil commune, num. 23. de adquir. vel amittend. possessio.* & *ibi* Alex. *num. 82.* Bald. *in l. 3. num. 4. de appellat.* & *ibi* Salic. *n. 8.* Afflict. *decis. 131. n. 2.* faciunt tradita per Gail. *pract. obseru. cap. 145.* & iuxta hanc iuris communis resolutionem, obseruat, & disponit consti

constitutio quinta dicti tituli *de altercatis*, dum disponit, quòd altercata super alimentis, falsitate, vel super attentatis, non retardent cursum causæ principalis. quæ dispositio iuris communis dispositioni conformat.

260 Sed quæri potest, † an qui allegat attentatum, probare teneatur, se possedisse ante commissum attentatum.

Respondeo quòd si lis fuerit cœpta super possessione, & posteà committatur attentatum, sufficiet vt obtineat, quòd probet attentatum fuisse commissum post cœptam litem, absque hoc quòd teneatur probare, se possedisse antea. quia in causa reuocationis attentatorum, sufficit quòd probetur atten-

261 tatum commissum, absque hoc † quòd probare teneatur possessionem præcedentem, & sic à Regio nostro supremo Consilio declaratum fuisse, attestatur Michaël Ferrer. 3. *p. obseru. cap.* 46.

262 Quæri etiam vlteriùs poterit, † si pendente causa ciuili, alius ex collitigantibus moueat criminalem causam coram ordinario, contra alium ex collitigantibus, quid fiendum erit.

Respondeo quòd hoc casu per eum, qui criminaliter est impetitus, solet dari in Regia audientia supplicatio, ad narrandum factum tam causæ principalis, quàm criminalis, & narrato facto, solet Regia audientia expedire litteras, directas iudici ordinario, mandando ei quòd si quas inquisitiones criminales habet, eas transmittat ad Regium Consilium, & interim nihil innouet. quem procedendi modum, *recursum* appellans, & de hoc modo procedendi, seu recurrendi, attestatur se vsum fuisse Petrum Fontanellam *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauf.* 4. *gloss.* 9. *parte* 2. *num.* 4.

263 Quæro vlteriùs, † an adsit casus, in quo tempora non currant contra succumbentem in altercato.

Respondeo quòd sic, nempe quando iusta adest causa, ad altercatum suscitandum. iuxta tradita per Dec. *in cap. cùm ex ratione, n.* 10. *de appellat.* Felin. *in cap. licet causam, num.* 18. *de probatio.* asserentes non currere tempora contra succumbentem in altercato, si iustam causam mouendi illud habebat. nec debent condemnari in expensis. Anton. Gabriel *commun. opinio. lib.* 2. *tit. de expens. concl.* 1. 2. *oppos.* Cancer *lib.* 3. *var. cap.* 14. *n.* 85.

264 Quæri tamen poterit, † quæ sint iustæ causæ, quæ liberent mouentem altercatum, & in eo succumbentem, quòd contra eum non currant tempora, nec veniat ipse in expensis condemnandus.

Respondeo quòd cùm hoc loco non sit propria materia, remittendum te duxi ad Couarr. *pract. quæst. cap.* 27. *num* 7. Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 177. *per totum.* Afin *in sua praxi.* §. 32. *c.* 2. & quòd iusta causa sufficiens ad excusandum à prædictis sit opinio alicuius grauissimi Doctoris, refert Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauf.* 4. *gloss.* 18. *parte* 4. *à num.* 114. referens ita decisum fuisse in nostro Regio Senatu.

Circa dictam constitutionem quintam, quatenus disponit, quòd processus attentatorum super spolio, non retardet cursum causæ principalis, dubitari potuit, † an com- 265 prehenderet etiam spolium commissum per iudicem, veluti, quando videlicet appellatione pendente, vel alio simili casu, iudex inferior exequeretur suam sententiam, quia tunc † iudex spoliare dicitur, iuxta tradita 266 per Roland. à Valle *cons.* 6. *num.* 11. *vol.* 2. Crauertam *cons.* 8. *&* 19. *num.* 11. & tradunt Canonistæ *in cap. conquerente, de fide instrumentorum.* & ita fuit decisum in hoc nostro Regio supremo Senatu die 5. Octobris 1587. ad relationem Magnifici Ioannis Sunver.

Circa id quod dicta constitutio quinta loquitur in causa falsitatis, asserens, quòd durante articulo falsitatis non retardetur cursus causæ principalis, quæri potest, † an dicta constitutio absolutè sit intelligenda. 267

Respondeo quòd dicta constitutio est intelligenda secundùm dispositionem iuris communis, secundùm quod, licèt falsitatis exceptio non impediat cursum causæ principalis, neque conclusionem illius, neque denunciationem falsitatis, tamen † exceptio 268 impedit, ne sententia feratur ante declarationem dictæ falsitatis. Cynus *in l. penult. & fin. C. qui accusar. non possint.* Bart. *in l. diuus. & in l. Seius, ff. de petitio. hæred.* Bald. *in l. si quis testibus. col. pen. C. de testib.* quod est intelligendum, quando exceptio falsitatis opponitur contra principalem producentem instrumenta, vel falsos testes; secus si falsitas opponatur contra ipsos testes, vel instrumenta. iuxta tradita per Marantam *de ordin. iudic.* 6. *part. tit. de incidenti criminali.* faciunt tradita per Capyc. *decis.* 25. Grammar. *decis.* 60. Afflict. *decis.* 229.

Vlteriùs quæri potest, † an si spolium 269 commissum fuerit ante causæ introductionem, & causa introducta opponatur de spolio, in vim reconuentionis, hoc casu causa spolij faciet retardere cursum causæ principalis, & priùs ius erit dicendum super restitutione spolij commissi. quia fuit † spolium 270 commissum iuxta causæ introductionem, & talis actus tanquam valde proximus prædictæ causæ, habetur ac si in ea fuisset commissus, quia consideratur proximitas vnius actus ad alium, & animus committentis, & iuxta

iuxta hanc resolutionem bis iudicasse Regium Consilium attestatur Cancer 3. *tom. var.cap.* 14 *n.79.cum seq.*

271 Quæri etiam potest, † an ex spolio commisso agatur solùm ciuiliter, an verò etiam criminaliter.

Respondeo quòd vtroque modo agi potest,& ciuiliter,& criminaliter: sed vnoquoque modo,suo etiam casu, nempe si spolium solùm fuerit commissum apprehendendo possessionem rei,per alium detentæ & occupatæ tunc, si sine armis fuerit commissum,

272 ciuiliter ad id agi potest: si verò † spolium cum armis fuerit commissum, tunc propter armorum delationem criminaliter agitur in hac spolij causa. faciunt ad decisionem hanc plura congesta per Fontanellam *de pact. nuptial. lib.* 1. *claus.*4. *gloss.* 22. *à num.* 48. *cum sequentibus*, maximè *num.* 52. vbi obseruantia Regij Consilij refertur. & *num.* 54. asserens,

273 quòd † ad hoc vt criminaliter agatur, non requiritur necessariò, quòd in spolio fuerit spoliator vsus armis, sed sufficit, quòd ad spolium committendum eis fuerit inuestitus, vt declarauit noster Regius supremus Senatus ex decisione ibi per dictum Fontanellam relata.

274 Sed quæri etiam potest, † quod robur habeat hæc prouisio, quæ in causa attentatorum fit.

Respondeo quòd habet vim sententiæ definitiuæ. iuxta tradita per Lancellot. *de attentat.*3.*p. cap.*28.*n* 33. *vsque ad n.*49. Rota *decis.*1. *in nouis*, *aliàs si index*, *num.*3.*vt lite pendente.*

275 Quæri vlteriùs potest, † cuius effectus sit prouisio,quæ fit in prædicta causa attentatorum spolij.

Respondeo quòd magni. quia si spoliator fuerit condemnatus ad purgandum spolium per eum commissum, & sic ad restituendam rem, vnà cum fructibus perceptis, facit cessare cursum causæ principalis, quoadusque res, vnà cum fructibus, integrè fuerit resti-

276 tuta.quia verba illa, † quòd *commisso attentato super spolio,ante omnia super eo declaretur*, debent intelligi cum effectu, ex doctrina Bald. *in cap.conquerente, de restit.spoliat.* Ias.*consil.*162. *col.*2. *vol.*4. Titaquel. *de retract. conuent.* §.4. *gloss* 1. *n.*23. Anton.Gabr. *lib.* 5. *commun.opin. tit. de restit. spoliat. concl.* 1. *n.* 11. & iuxta hanc resolutionem fuit declaratum per Ioannem Sabater die 19.Iulij anno 1586.

277 Quæri etiam potest, † intra quod tempus liquidationum causæ sint decidendæ.

Respondeo quòd causæ liquidationum terminantur, dilationibus arbitrariis per iudicem assignandis, dummodo non excedat terminum octo mensium, qui currere inci-

Acac.Ant.de Ripoll Resol.var.

piant à die quo peti potuit executio sententiæ,cuius liquidatio instatur. qui † terminus 278 octo mensium sit præcisus,& peremptorius, qui prorogari non possit,nisi causa obiectionum testium, vel scripturarum, arbitrio reseruato Relatori. Si verò causa sit Statuum, vel Baroniarum, tunc possit arbitrio iudicis prorogari terminus causæ liquidationis fiendæ,vsque ad sex menses.

Quæri etiam potest, † cùm merita causæ 279 liquidationis sint eadem,quæ in prima causa fuerunt ventilata, quæri potest, an si in dicta prima causa fuerit petita,& obtenta restitutio in integrum, ea in causa liquidationis sit concedenda.

Respõdeo † quòd si restitutio sit ex causa 280 generali,non dabitur, quia semel restitutus, non restituitur amplius. *l.* 1. *& toto tit.C.si sæpius in integrum restit. petatur.* si verò sit Ecclesia,vel minor,restituetur, cùm semper restituantur ex sola læsione. *l. interdum*, *& l.si index*, *ff. de minorib.* & ibi communiter scribentes, in quo non est magis immorandum.

CAPVT VI.

De denunciatione processus, & conclusione in causa.

SVMMARIA.

1 *Denunciatio processus quid sit,vel conclusio in causa.*

2 *Denunciatio processus de iure communi an sit necessaria,cum seq.*

3 *Denunciatio processus in Catalonia est necessaria.*

4 *Prouisio denunciationis an sit interlocutoria.*

5 *Denunciatio, seu causæ conclusio an reuocari possit à iudice.*

6 *Denunciatio, seu causæ conclusio an fiat de consensu partium.*

7 *Denunciatio processus an fiat coram arbitris.*

8 *Denunciatio processus an fiat in causis criminalibus de iure communi.*

9 *Denunciatio processus an fiat de iure Cataloniæ in causis criminalibus.*

10 *Denunciari an possit processus sine partis expresso consensu.*

11 *Denunciatio processus fieri potest statim lapso termino ad denunciandum præfixo.*

12 *Denunciatio in causis summarijs an fiat de iure communi.*

13 *Denunciatio in causis summarijs an fiat de iure Cataloniæ.*

14 *Denunciatio causarum qua ordine fiat.*
15 *Denunciationes causarum vbi & quâ forma fieri debeant.*
16 *Causa quâ forma expediri debeant.*
17 *Causa fiscales quandocunque sunt expediendæ non seruato ordine denunciationum.*
18 *Oppositiones quæ fieri possunt post sententiam an fieri posiint post denunciationem.*
19 *Denunciatio processus, seu conclusio in causa quot modis fiat.*
20 *Denunciatio processus in Catalonia quomodo fiat.*
21 *Denunciatio sine die facta an valeat, cum sequent.*
22 *Iudex semper præsumitur legitimè procedere.*
23 *Denunciatio processus an legitimè facta præsumatur.*
24 *Æstimatio rerum an denunciato processu fieri posit.*
25 *Imputari debet parti negligenti sua negligentia.*
26 *Denunciatio processus in causis plenarijs an de consensu partium posit omitti.*
27 *Iuramentum suppletorium an deferri posit denunciato processu.*
28 *Denunciatio causarum in Catalonia qualiter fiat, cum seq.*
29 *Maioritas causarum quare attendatur.*
30 *Causæ vsque ad quam quantitatem decidantur per solum Relatorem.*
31 *Commissio causarum qualiter fiat.*
32 *Maioritas causæ quomodo consideretur, cum sequent.*
33 *Causa an sit maior vel minor ex quo consideretur.*
34 *Reconuentio non auget causam quoad cognitionem.*
35 *Denunciatio processus an requiratur in causis supplicationum & sententijs verbalibus.*
36 *Denunciatio an requiratur in causis supplicationis prouisionum interlocutoriarum.*
37 *Denunciatio processus an requiratur in causis supplicationis minoribus 20. librarum.*
38 *Denunciatio processus in causa primitiua an excludat probationes in causa secundæ instantiæ.*
39 *Appellatio & supplicatio reddunt causam ad pristinum statum.*
40 *Denunciato processu an possint opponi exceptiones quæ indigent probatione, cum seq.*
41 *Denunciatio processus præcludit viam omnibus probationibus.*
42 *Denunciatio processus an reuocari posit, & quomodo.*
43 *Articuli admitti & probari an possint denunciato processu de consensu partium.*
44 *Concludere an possint partes in causa sine facto iudicis.*
45 *Denunciandus an sit processus in curijs ordinarijs.*
46 *Denunciatio in causis ordinarijs quomodo fiat.*
47 *Euocari causæ non possunt à curijs ordinarijs denunciato processu.*
48 *Probationes an admittantur denunciato processu, cum n. seq.*
49 *Denunciato processu quæ probationes admittantur.*
50 *Iuramentum de noua notitia instrumenti est præstandum.*
51 *Exhibens instrumentum debet clarè mentionem facere de contentis in illo.*
52 *Exhibens instrumenta quæ sunt penes alium quid facere teneatur.*
53 *Exhibens instrumentum quod non facit ad causam punitur certa pœna.*
54 *Instrumenta an exhiberi possint denunciato processu.*
55 *Scriptura priuata denunciatò processu an posit exhiberi.*
56 *Denunciato processu an possint produci æquitate stante.*
57 *Denunciato processu an instrumenta, & quomodo exhibeantur.*
58 *Iuramentum in productione instrumentorum an requiratur necessariò.*
59 *Denunciato processu an & quando exhiberi possint instrumenta.*
60 *Plica testium denunciato processu an posit exhiberi, cum seq.*
61 *Testium plica quando comprehendatur nomine instrumentorum.*
62 *Responsiones personales an fiant denuntiato processu.*
63 *Restitutio in integrum an concedatur denunciato processu, cum n. seq.*
64 *Restitutio in integrum ex titulo generali cui detur.*
65 *Restitutio in integrum per statutum prohibita de qua intelligatur.*
66 *Verba generaliter probata quomodo sint accipienda.*
67 *Restitutio in integrum causa minoris ætatis est pinguior generali.*
68 *Restitutio in integrũ causa minoris ætatis non censetur exclusa ex prohibitione generali.*
69 *Denunciatio processus an fiat in causis quæ tractantur in domo Regia officij Magistri Rationalis.*
70 *Stylus ex quot actibus inducatur.*
71 *Stylus intra quod tempus inducatur.*
72 *Tertius se opponens denunciato processu an sit admittendus.*
73 *Denunciationis ordo in decidendis causis quãdo non sit seruandus, cum seq.*
74 *Actionum cumulatio an admittatur.*
75 *Visura an fieri posit denunciato processu.*

76 *Ca-*

76 *Causæ quando sint secundum ordinem decidendæ, cum seqq.*
77 *Dominus Rex ordinare potest in expeditione causarum.*
78 *Causæ pauperum non sunt decidendæ secundùm ordinem denunciationis.*
79 *Denunciandus an sit processus coram arbitris.*
80 *Aßignatio ad sententiam habet vim denunciationis processus.*
81 *Attentatorum reuocatio an peti poßit denunciato processu.*
82 *Denunciatione processus reuocata quid fieri poßit.*
83 *Denunciato processu an poßint recognosci instrumenta, cum seq.*
84 *Instrumentorum recognitio quomodo fiat iudicis officio.*
85 *Officium iudicis an sit limitatum.*
86 *Instrumenta an recognosci poßint denunciato processu.*
87 *Gesta per falsum Procuratorem denunciato processu an poßint ratificari, cum seq.*
88 *Denunciato processu an ratificari poßit quod nulliter est factum.*
89 *Ratificari quando poßint gesta per falsum Procuratorem.*
90 *Falsi Procuratoris nullitas ex quo dependeat.*
91 *Ratificatio falsi Procuratoris quando fieri non poßit.*
92 *Compensatio an poßit admitti denunciato processu, cum seq.*
93 *Compensatio quando admittatur denunciato processu.*
94 *Dominus Rex quomodo dispenset circa decisionem causarum, cum seq.*
95 *Denunciationis causarum ordine non seruato potest dominus Rex ordinare circa decisionem earum.*
96 *Denunciationis ordo in causis decidendis est modicæ considerationis.*
97 *Instrumenta de nouo inuenta an & quando poßint exhiberi denuntiato processu.*
98 *Minores ad productionem instrumentorum restituuntur.*
99 *Denunciandus an sit processus vbi causa primo fuit allegata deserta.*
100 *Exceptio falsitatis an denunciato processu poßit opponi.*

1 VÆRO, † quid sit denunciatio processus.

Respondeo quòd est conclusio in causa, qua facta remanent partes exclusæ de faciendis probationibus, tam per testes, quàm per instrumenta, quia causæ conclusio præcludit partibus omne probationis genus. iuxta gloss. *in c. cùm dilectus, de fide instrument. verbo, conclusum.* & ex aliis refert Peguer. *in sua praxi ci-*

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

uili, rubr. 21. Asin. *in sua praxi* §. 23. *cap.* 1. Paul. de Castr. *in l. admonendi, num.* 27. *ff. de iureiurand.*

Sed quæri potest, † an denunciatio processus, seu conclusio in causa; sit necessaria de obseruatione iudicij. 2

Respondeo quòd de iure communi denunciatio non est de substantia; vt notat Abb. *in cap. pastoralis, col.* 3. *de caus. possess. & propriet.* Bald. *in l. nec causas, C. de appell.* Fel. *in cap. cùm dilectus, vers. quartò sciae, n.* 33. *de fide instr.* sequitur Mynsing. *sing. obseru. cent.* 3. *obseru.* 17. *n.* 1. de iure verò Cataloniæ, in causis plenariis est de substantia, & sic necessaria, ex diuersis constitutionibus Cataloniæ, sitis in titulo *de denunciations de processos*, quas refert Peguer. *in praxi ciuili, rubr.* 21. *num.* 6. maximè constitutio. 2. eiusdem tituli. quia † quoties 3 adest dispositio constitutionis, qua disponitur aliqua sic fieri, vel non fieri; tunc certum & indubitatum est, talem dispositionem esse formam rei sic fiendæ, & sic ex prædictis apparet, denunciationem esse de substantia processus in Caralonia, exceptis casibus, quos infrà referam.

Vlteriùs quæritur, † quæ dicatur prouisio 4 denunciationis.

Respondeo quòd appellatur prouisio interlocutoria, indéque dicunt, quòd potest per iudicem reuocari contrario imperio. ex *l. cùm prætor, ff. de iudic.* faciunt notata per Crauet. *consil.* 144. *n.* 20. *& consil.* 716. *n.* 4. *& seq.*

Quæri etiam vlteriùs potest de iure communi, † an conclusio in causa facta à iudice 5 reuocari possit.

Respondent distinguendo, aut adest causa ad reuocandam conclusionem, aut non. si causa reuocandi adest, tunc possit etiam contradicente parte. Abb. *in cap. quoniam contra, num.* 25. *de probat.* & *ibi* Decius *n.* 38. *vers. productiones.* Asin *in praxi* §. 23. *cap.* 6. *limit.* 21. secus verò esse si causa reuocandi non adsit. Si † autem conclusio in causa facta sit ex 6 mutuo partium litigantium consensu, tunc certum est, quòd reuocari non potest talis conclusio. inter alios refert & sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 63. de iure verò Cataloniæ non potest per iudicem conclusio in causa reuocari, cùm (vt dictum est) conclusio in causa sit de substantia iudicij.

Quæri etiam potest, † an si partes litigent 7 coram arbitris, possint coram illis conclusionem in causa facere.

Respondeo quòd sic. ita ex Ioanne Baptist. Perusio *in tractat. de arbitris, lib.* 9. *cap.* 23, & ex Ioan. Baptista de sancto Blasio *in eodem tractat.* & ex aliis, refert Ioan. Baptist. Asin. *in sua praxi* §. 23. *cap.* 6. *ampliat.* 1. *n.* 1. *in princ.*

8 Quæri vlteriùs potest, † an in causis criminalibus detur conclusio in causa, & an ea facta, possint recipi testes, tam in offensam, quàm in defensionem.

Respondeo quòd in causis criminalibus non datur de iure communi, neque Cataloniæ, conclusio in causa de iure communi. attestatur inter alios Ioach. Mynsing. *singul. obseru. cent. 3. obseru. 17. n. 6.* vbi dicebat ex Bart.
9 *in l. diui fratres, ff. de pœn.* † quòd in criminalib. semper admittuntur testes, ex *l. vnius, §. cognitorum, ff. de quæst.* & *ibi* Bart. de iure verò Cataloniæ quotidie in praxi experimur, quòd semper admittantur testes contra criminaliter impetitum, quæ in Catalonia *noua actitata* appellantur, & hæc de nouo reo publicantur, & vt de illis se possit defendere, terminus conceditur. iuxta practicam Ludouici à Peguera *in praxi criminali, de processu via ordinaria, §. 8 per totum.*

10 Quæri etiam potest, † an requiratur, quòd ante denunciationem processus petatur à parte, an velit plura instrumenta producere, aut testes, vt censeatur ei præclusa via producendi.

Respondeo quòd non, vbi adest statutum, quòd lapsis temporibus probatoriis à iure præfixis, & illis elapsis, in causa conclu-
11 datur. quia eo ipso † quòd certum tempus est partibus præfixum ad prædicta, statim eo lapso, potest iudex in causa concludere, absque alio. Roman. *cons. 576 n. 3.* vbi latè de tacita conclusione in causa.

12 Quæritur, † an in causis summariis denuncietur processus.

Respondeo quòd de iure communi causæ summariæ non concluduntur. Bertrand. *in extrau. ad reprimendum, verbo summariè.* Bald. *in l. nec causas, C. de appell. n. 2. Clem. sæpe, verbo sententiam.* Alex. *cons. 84. lib. 4.* Capyc. *decis. t.*
13 *n. 3.* Viu. *decis. 235.* Regius † tamen noster Senatus solet eas denunciare, vt sit terminus exclusiuus partib. ad faciendas probationes, vt refert Peguer. *in sua praxi ciuili, rub 21. n. 8.*

14 Quæri etiam potest, † an aliquis ordo in denunciationibus fiendis seruetur.

Respondeo, ex traditis per Michaëlem Ferrer. *3. p. obseru. c. 292.* quòd in denunciationibus seruatur ordo constitutionum, sub hoc titulo *de denunciatione processus* sitarum. Sed in dictis constitutionibus solùm principaliter disponitur, quòd causæ decidantur iuxta ordinem denunciationum earum; vt ex ipsis constitutionibus apparet. ad quem effectum
15 disponitur, † quòd denunciationes continuentur in libris, qui publicè existant in domibus adm. Reuerendi Cancellarij, & Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, respectiuè causarum earum, quæ in vnaquaque aula tractantur, & quòd hi libri sint publici, & eorum inspectio partibus sine salario detur, vt scire possit, quo loco, & termino, vnaquæque causa finiri, & decidi debeat. maximè hoc resultat ex constitutione finali dicti tit. in cuius tenore † sua Catholica, & Regia 16
Maiestas ius sibi reseruauit, ad præcipiendum expeditionem causarum, quæ sibi visæ fuerint; quod arbitrium ab Excellentissimo eius Locumtenente generali abdicauit, vt ex tenore dictæ constitutionis in finalibus illius verbis apparet; nisi sint duæ causæ diuersæ, quarum merita inter se sint connexa, eo enim casu poterunt ambæ simul declarari, etiam nō spectato ordine denunciationum, ex constit. 6. eodem tit.

Sed † an omnes causæ debeant sequi, in 17
earum declaratione, ordinem denunciationum.

Respondeo quòd non. nam causæ fiscales, in quibus Regius fiscus habet interesse, non comprehenduntur sub dispositione dictæ constitutionis. quia dominus Rex, vtendo suo Regio arbitrio, sibi in dicta constitutione reseruato, cum sua Regia littera, declarauit quòd causæ fiscales possent quandocumque declarari, absque hoc, quòd in earum declaratione sequendus sit ordo denunciationum, vt refertur in additionibus ad dictum Michaëlem Ferrer. *d. cap. 292.*

Sed quæri potest, † an denunciato pro- 18
cessu ante sententiam, possint admitti oppositiones. Videbatur dicendum quòd sic, cùm admittantur oppositiones post sententiam. ergo multo magis ante sententiam erunt admittendæ.

Respondeo quòd non, quia non valet ratio prædicta, quòd lata sententia, oppositiones possunt fieri. ergo etiam & facta processus denunciatione. nam lata sententia, nouus processus dicitur, & noua instantia. iuxta tradita per Felin. *in cap. licet causam, de probat.* & *ibi* Cardinalis. vbi expressè negabat, talem consequentiam prædictam fore veram, quòd oppositiones possent admitti in causa, post denunciationem processus. quia poterant admitti post sententiam, ex ratione supradicta, quam refert & probat Asinius *in sua praxi §. 23. cap. 6. ampliat. 4. n. 2.*

Quæri etiam potest, † quot modis con- 19
clusio in causa fieri possit.

Respondeo quòd de iure communi tribus modis, nempe ex iudicis prouisione, ex legis dispositione, & partium conuentione. iuxta tradita per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 35. num. 4.* Fit etiam conclusio de iure communi, & quarto modo, nempe, ex tacito partium consensu, quando scilicet partes tacitè consentiunt, vt ad sententiam ferendam iudex

iudex properetur. Bero. *in cap. quoniam contra,*
20 *n. 215. de prob.* Asin. *in praxi* §. 23. *c.* 3. De † iure verò Cataloniæ, vnico tantùm modo denunciatio fit, nempe, à iudice præfixo, vt videlicet denunciatio processus scribatur per iudicem sua manu, in originali processu. vt in constit. 5. sub tit. *de denunc. process.* Peguer. *in praxi ciuili, rubr.* 21. *n.* 5.

21 Quæri etiam potest, † si non appareat de die ipsius denunciationis, quia forsan per iudicem fuerit oblitum, an tunc præsumatur denunciatio facta intra legitimum tempus.

Respondeo, ex traditis per Menoch. *de*
22 *præsumpt. lib. 2. præs. 66. per tot.* quia † cùm iuris præsumptio sit pro iudice, quòd suo casu, loco, & tempore, res facit. *l. 2. C. de off. ciu. iudic.* in illis verbis, *quod non arbitramur.* Bald. *in l. vnic. in fine, C. ne quis in sua causa iudicet.* ideo in dubio, denunciationem, seu conclusionem in causa, suo opportuno tempore, fa-
23 ctam fuisse asserendum est, † & in hac opinione resident Asin. *in sua praxi* § 23. *cap.* 14. & ante eum præsensit Paris. *consil.* 115. *num.* 1. *lib.* 1. faciunt tradita per Castrens. *in l.* 1. *n.* 4. *ff si quis cautio.*

24 Quæri etiam potest, † an denunciato processu, possit fieri æstimatio rerum, in causa deductarum, quæ non fuerunt æstimatæ. Hoc dubium valde fuit exagitatum in Regio Consilio, & contrarij fuerunt in voto Regij Senatores. refert tamen ipse Ferrer. *in fin. cap.* quòd maior pars aulæ Magnifici Regentis Regiam Cancellariam resoluerit, quòd non debebat fieri æstimatio rerum, cùm non fuisset facta in causa principali. Nec mirum,
25 quia † imputetur parti, quæ non curauit probare æstimationem rerum petitarum, iuxta tradita per Michaelem Ferrer. 3. *part. obseru. cap.* 323. maximè, quia ius partis prætendentis, licèt differatur sua culpa, non tamen fit deterius. quia æstimatio reseruati in sententia potest, & remitti ad liquidationem fiendam. iuxta constitutiones diuersas sub titulo *de liquidat. sentent.*

26 Sed quæri potest, † an si partes concordêt, quòd sententia feratur in causa plenaria, absque processus denunciatione, hoc casu valeat processus, si non fuit denunciatus; licèt appareret dicendum, quòd non, quia denunciatio processus videtur de forma substantiali processus, ex traditis per Peguer. *in praxi ciuili, rubr.* 21. *n.* 6. tamen

Respondeo quòd hoc dubium inueni resolutum in quibusdam constitutionibus adnotatum per Magnificum Michaëlem Cordelles Regentem Regiam Cancellariam, & postea in supremo Arragoniæ Senatu Regentem virum & virtutis & litterarum ornatissimum, qui sua manu ad titulum de denunciatione processuum adnotauerat, quòd die 28. Maij 1554. facto verbo in Regia audientia, vtraque aula congregata, fuit conclusum, quòd si partes concordent, quòd definitiua sententia proferatur, sine processus denunciatione, valeat sententia, lata in tali processu, absque illius denunciatione.

Quæri etiam potest, † an iuramentum 27 suppletorium deferatur, si non fuit petitum ante processus denunciationem.

Respondeo quòd diuersimodè seruatur. quia in causis plenariis, si non fuit petitum ante conclusionem in causa, non conceditur; si verò simus in summariis, conceditur. iuxta tradita per Mynsing. *in sua centur.* 3. *obseru.* 17. *num.* 3. debent autem, vt iuramentum suppletorium concedatur, interuenire requisita, ad iuramentum suppletorium deferendum, iuxta tradita per Marantam *de ordin. iudic.* 6. *part. tit. defertur aliquando iuramentum.*

Quæri potest, † qualiter causæ in Cata- 28 lonia denuncientur.

Respondeo quòd aut causæ sunt maiores quadringentarum librarum, aut minores; si enim causæ sint maiores quadringentarum librarum, denuntiantur inter causas maiores; si verò minores sint, denunciantur inter causas minores, ex constitutione 7. sub titulo *de denunciatione processus.* Ratio est, quia † causæ, quæ sunt minores quadringenta- 29 rum librarum, possunt decidi, & declarari per solum Relatorem: quæ autem excedunt prædictam quantitatem quadringentarum librarum, non possunt per solum Relatorem decidi, & terminari, † sed conclusione secu- 30 ta in Regio Consilio, ex constitutione 8 sub titulo *de commissionibus causarum.* in qua expressè disponitur, quòd † in causæ commis- 31 sione, quæ fit ex mandato admodum Reuerendi Cancellarij, seu Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, & continuatur per aliquem ex Regiis scribis mandati, apponatur hæc clausula, *audiat, colligat, & super intermedys debitè prouideat, &, si non est maior quadringentarum librarum, decidat.* & sic, huius commissionis causa, denunciatio continuatur, vt suprà dictum est, cum dicta differentia causarum maiorum, vel minorum.

Sed dubium oriri hîc potest, † si in cau- 32 sa solùm in petitione fuerit petitum, reum condemnari in trecentum libris, reus verò reconuenerit actorem in maiori quantitate quadringentarum librarum, an hoc casu processus denunciandus sit inter causas minores, an verò inter causas maiores.

Respondeo † quòd est denunciandus inter causas minores, quia maioritas, vel mino- 33

ritas causæ, quoad decisionem, solùm consideratur, habito respectu ad petitionem, non
34 verò ad reconuentionem †. & ita declarauit Regius Senatus, teste Michaële Ferrer. 3. *p. obseru cap.* 287. *& in* 1. *part. obseru cap* 4. attestatur idem Peguera *in sua praxi ciuili, rubr.* 21. *num.* 3.

35 Quæri etiam vlterius potest, † an si à prouisione, seu sententia lata in Consistorio verbali suæ excellentiæ, de consilio adm. Reuerendi Cancellarij, vel Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, fuerit supplicatum in causa maiori viginti librarum, processus huius causæ supplicationis sit denunciandus, necne.

Respondeo quòd sic, quòd talis processus venit denunciandus inter causas minores, & ita obseruat Regium Consilium, vt attestatur Michaël Ferrer. 3. *part. obseru cap* 286.

36 Quæri etiam potest, † an omnes causæ appellationum, seu supplicationum, sint eatum processus denunciandi.

Respondeo quòd non, ex declaratione, & obseruantia Regij Consilij, de qua attestatur Michaël Ferr. 3. *par. obseru. cap.* 284. *in cap. seq. num.* 3. *vers. adde pro intelligentia.* vbi attestatur, quòd licèt regulariter dictum sit, quòd omnes causæ secundæ instantiæ, dummodo non sint minores viginti librarum, sint denunciandæ: hoc tamen procedit, si supplicationes sint interpositæ à definitiuis, quia si interponantur à prouisionibus interlocutotiis, processus non denunciantur.

37 Sed † an processus causarum supplicationum à sententiis latis, in causis minoribus viginti librarum denuncietur, quæri potest.

Respondeo quòd in notis manuscriptis per Magnificum Regentem Regiam Cancellatiam Michaëlem Cordelles inueni scriptum, quòd in mense Iulij 1538. fuit decisum per Regium Consilium, quòd processus causarum supplicationum, in causis minoribus viginti librarum, non erat denunciandus: si autem excederent dictam quantitatem vno obolo, erat denunciandus, saltim vt esset terminus exclusiuus partium ad probandum.

38 Quæri etiam potest, † an denunciatio processus in primitiua causa, quæ præcludit viam omnibus probationibus, etiam excludat eas, quoad secundam instantiam; id est, an impediat, ne fiant in causa secundę instantiæ, videlicet supplicationis, vel appellationis.

39 Respondeo quòd non, quia † supplicatio, & appellatio reducunt causam ad primæuum statum, in quo erat post litis contestationem, & sic possunt in causa appellationis, vel supplicationis fieri ea omnia, quæ fierent, vel fienda erant in prima instantia. iuxta tradita per Roland. *lib.* 1. *cons.* 94 *n.* 9 *cum seq.* Crauetta *cons.* 220. *n.* 6. Gomez *in reg. de annali possess. q.* 5. Roman. quem vide *cons.* 331. *n.* 2.

Quæri vlterius potest, † an si denunciato 40 processu, peruenerint ad notitiam aliquæ exceptiones, possint illæ pruponi post denunciationem processus. Hæc quæstio controuersa est inter Doctores, vt constat ex traditis à Couarr. *pract. quæst cap.* 26. *à n.* 2 *per totum.* Verùm ipse in fine resoluit, quòd communiter receptum est, quòd exceptiones, etiam si perueniant ad partis notitiam post causæ cōclusionem, si per testes veniant probandæ, non admittantur, quia † ex denunciatione 41 processus, præcluditur via omni probationi, & hanc magis communem esse sententiam, attestatur Couarr. *d. n.* 2. *vers. huius autem opinionis.* quam resolutionem confirmant ex *cap. cùm dilectus, de fide instr cap auditis, de proe.* Ant. Abb. & Fel. *in cap pastoralis, n.* 16. *de prob.* quos refert Couarr. *vbi suprà.* faciunt tradita per Aret. *in l. si Titius, n.* 2. *in fin. ff. de verb oblig.*

Quæri etiam potest, † an censeatur reuo- 42 cata denunciatio processus, si partes consentiunt, quòd admittantur articuli, & probationes.

Respondeo quòd sic. nam cùm denunciatio processus fiat ad excludendum partes à probationibus in infinitum, & vt certus terminus sit eis præfixus, ne vna pars differat alterius causam, bene possunt adinuicem cōsentientes admittere articulos, & illos testibus probare, † etiam denunciato processu, 43 secundùm Abbar. & Fel. *in cap. quoniam contra, de probat. vers. secunda conclusio.* altera aùtem parte contradicente, non erunt admittendi articuli, ad probandū per testes, vel instrumenta. quia etiam prouisi, & admissi per iudicem, contradicente parte, erunt repellendi. Cardinal. *in Clem. de testibus, col.* 2. *opposit.* 2. Felin. *in cap inquisitionis*, § *ad petitionem, notab.* 5. *de accusat.*

Quæri etiam potest, † an partes sine facto 44 iudicis concludere possint in causa.

Respondeo quòd sic, ex traditis per Mascard. *de prob. concl.* 1285. *n.* 25. quod probat ex *l. duobus*, §. *vlt ff. de iureiur.* & dicit idem tenere Fel. *in d c. cùm dilectus, de fide instr. col.* 6. *n.* 31. *vers. secundò scias.* Capella Tolosa. *decis.* 146. Alex. *cons.* 72. *n* 7. *vol.* 3. *& cons.* 84. *n.* 9. *vol.* 4. & faciunt tradita per Mascard. *d. concl.*

Quæro, † cùm supradictum sit de forma 45 denunciandi processum, quæ videtur expressè loqui de causis in Regia audientia vertentibus, an & de quibus vertantur coram ordinariis, sit etiam intelligēdum, quòd tales processus, qui coram ordinariis tractantur, sint denunciandi.

Respon

Respondeo quòd sic, vt intelligatur, quòd in tali causa est conclusum, vt statuitur in constitutione finali, tit. *de euocationibus causa-*
46 *rum.* & † hæc prouisio non continet clausulam illam, *inter causas maiores, vel minores.* quia cessat ratio supradicta, quare apponitur in causis, quæ in Regia audientia tractantur, sed solùm fit denunciatio in forma ordinaria, vt sit terminus exclusiuus partium, & probationum, ex qua resultat iste effectus,
47 † quòd denunciato processu per ordinarium, causa per eundem est tractanda, & decidenda. nec potest euocari ad Regiam audientiam, prætextu pupillaritatis, paupertatis, & viduitatis, vt in dicta constitutione cauetur, & refert Peguer. *in sua praxi ciuili. rubr 21. num. 7.*
48 Denunciato † processu probationes neque per testes, neque per instrumenta admitti possunt, vt constitutum est diuersis constitutionibus, quas refert Peguera *in dicta praxi ciuili rubr 21 num. 11.* & signanter ex constitutione finali, sub tit *de dilatio.* de qua suprà *in cap de dilationibus,* mentio fuit facta, in quo capite plura de istis probationibus dicta sunt, ad quæ recurrere quisque poterit. hoc idem disponitur in constitutione finali, sub tit. *de productas de actes,* ex cuius dispositione
49 habetur, † quòd facta prouisione denunciationis processus per Relatorem, in processu non admittantur supplicationes, nec schedulæ, neque instrumenta, sed solùm vnica schedula, in, & cum qua petatur assignatio ad sententiam, nisi productio instrumentorum fienda de nouo, peruenerit ad partis notitiam. & quòd hoc ei solùm liceat vna vice
50 tantùm, † præstito tamen iuramento de noua notitia, & hoc solùm pro vna tantùm vice ei indulgetur. nam pro secunda productione instrumentorum non admittitur pars, etiam beneficio restitutionis in integrum implorato. quo casu debet pars specificam, & claram narrationem facere de contentis in dictis instrumentis, vt iudex certiorari possit, an dicta instrumenta, quæ producuntur, ad causam sint conducentia.

Vlteriùs dicta constitutione disponitur,
51 † quòd si pars, quæ talia instrumenta producit, illa penes se non habeat, sed existant penes alium, & petat dilationem ad illa produ-
52 cendum, solùm ad dictum effectum † indulgeatur ei tempus duorum mensium, præcisum, & peremptorium, & quòd casu, quo pars instrumenta produxerit impertinentia, & quæ ad causam non conducunt, iudex
53 partem talia instrumenta producentia, † cõdemnabit ad pœnam viginti quinque ducatorum, applicandorum pauperibus hospitalis generalis. & licèt prædicta constitutio fuerit facta in curiis anni 1585. & esset temporalis, vsque ad primas curias, vt in fine dictæ constitutionis legitur; fuit tamen dicta constitutio perpetuata in curiis anni 1599.

Quæri vlteriùs potest, † an denunciato 54
processu possint produci scripturæ priuatæ.

Respondeo quòd non, quia scriptura priuata continetur sub appellatione instrumentorum. iuxta *gloss 1. in l. 1. C. de iureiurand. prop. calumn.* Ancharan. *lib. 2. quæst. 56. num. 1.* & sic nil mirum, si prohibita instrumentorum productione post denunciationem processus, censeatur prohibita exhibitio priuatæ scripturæ. instrumentum † enim, generale ver- 55
bum est, significátque omne illud, ex quo processus instruitur. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 1. num. 50. cum duobus seq.*

Quæri etiam potest, † an facta processus 56
denunciatione admittatur productiones instrumentorum, quoties adest æquitas, maximè si ex instrumentis appareat de notoria partis iustitia. iuxta tradita per Felin. *in cap. cùm dilectus, de fide instrument. num. 14.* præsensit Bald. *in l. 1. in fine. C. sentent. rescindi non posse.* Speculat *in tit. de renunc. & conclus. § 1. vers. & scias.* Roman. *in l. 1. col. 3. num. 8. ff. de arbitr.* & licèt adsit discrepantia inter præcitatos auctores, volentes, prædicta locum habere, vbi instrumenta perquiruntur iudicis officio, tamen experimur quotidie in hoc nostro supremo Regio Senatu, † quòd 57
si instrumenta exhibeantur, quæ ad causæ decisionem expedire cognoscatur, tunc instrumenta in posse scribæ causæ ponuntur, & iudex ante prolationem sententiæ inspicit, an ad causæ iustitiam pertineant, & si cognouerit expedire, de illis in sententia habetur ratio, & in, & cum dispositione sententiæ disponitur, quòd prædicta omnia instrumenta in processu inserantur, seu consuantur, & tunc lata sententia, scriba causæ illa in processu originali ponit, & sic fiunt pars substantialis processus, & hoc iure quotidie experimur.

Quæro, † an iuramentum de noua noti- 58
tia, in productione instrumentorum, post denunciationem processus, necessariò præstari debet, ab eo qui instrumenta exhibet, & producit.

Respondeo quòd sic, quia præstatio prædicti iuramenti, est solemnitas iuris, & sic de substantia actus, & perinde non possunt iuramenta similia adimi, quia corrueret actus, vt suprà in diuersis locis hoc resolutum est, circa omissionem substantialium, quæ iterum esset repetere.

Quæri vlteriùs potest, † an si denuncia- 59
tione processus facta, scripturæ exhibeantur, & pars non contradicat, talis productio va-

leat,

leat, & de dictis Instrumentis debita possit
haberi ratio.

Respondeo, quòd constitutiones lo-
quentes de productionibus instrumento-
rum, non disponunt, annullando exhibitio-
nem factam post denunciationem, sed tan-
tùm ordinant, ne similes productiones fiant,
quod apertè percipitur, id fieri ne partes gra-
uentur in dilatione causarum, vnde si partes
tacitè consentiant productioni, & exhibitio-
ni, valebit talis exhibitio, etiam si sit assigna-
tum ad sententiam. ita Abb. & post eum Fe-
lin. *in cap. cùm dilectus, de fide instrument.* Ca-
strens. *in l. admonendi. ff. de iureiurand.* faciunt
quæ tradit Asin. *in sua praxi.* §.23. *cap.6. in li-
mit.4. per totam.*

60 Quæri etiam potest, † an si testium plica,
per obliuionem fuerit omissa apponi in pro-
cessu, postea post denunciationem processus
possit exhiberi.

Respondeo quòd sic, quia habetur plica
testium veluti instrumentum, & compre-
61 henditur appellatione instrumentorum, † ex
traditis per Angel *in l. vlt. C. de edict. diui Adr.
tollend.* Batt. & Alciat. *in l. notionem.* §. *instru-
mentorum. ff. de verbo. signific.* faciunt tradita
per Menoch. *de arbitr. lib.2. cent.1. casu 63. n 6.*
vnde cùm testes, postquam in scriptis reda-
cti sunt, eorum plica habeatur pro instru-
mento, tanquam peruenta ad nouam noti-
tiam, exacto solito iuramento, exhiberi po-
terit, absque dubio.

62 Responsiones personales, † an denunciato
processu fieri possint.

Respondeo quòd sic, cùm fieri possint in
quacunque iudicij parte, vt ex Pegueta *in
sua praxi tit. de denunciatione processus*, dictum
fuit suprà *cap.4. num.52.*

Sed cùm in constitutione finali, sub tit. *de
instrumentorum productione*, prohibeatur be-
neficium restitutionis in integrum, quæri
63 potest, † an minores vigintiquinque annis
censeantur exclusi à beneficio restitutionis
in integrum.

64 Respondeo quòd cùm † restitutio in in-
tegrum concedatur maioribus, ex titulo ge-
nerali, si qua mihi iusta videbitur, vt toto tit.
ff. quibus ex causis maiores, & ex alio, detur
etiam minoribus, ex iuribus vulgatis, quòd
exclusio beneficij restitutionis in integrũ, de
quo in dicta constitutione, solùm est intel-
ligendum exclusum, respectu maiorum, ex
65 dicto priuilegio generali; † secus verò, re-
spectu minorum, iuxta tradita per Speculat.
in tit. de instrument. editio. § nec dicamus, & iux-
ta notata per communiter scribentes *in cap.
auditis, de restit. in integr.* faciunt tradita per
Ruin. *cons.69. num.5. cum duobus seq. & num.9.
vers. nec prædictis lib.4.* nam verba prædictæ
constitutionis generalia sunt, † & indistin- 66
ctè de restitutione ex titulo generali, est in-
telligenda prohibitio restitutionis in inte-
grum, ibi adempta. tradit Sforcia Oddus *de
restit in integrum 1.p. quæst.15. num.93.* Rimi-
nald. senior *cons.404 num.3.* quia † causa re- 67
stitutionis in integrum, ex beneficio minoris
ætatis, est fauorabilior, quàm ex clausula ge-
nerali. ita desumitur ex gloss. *in l. nec non.
ff ex quibus causis maior.* inde fit, quòd si resti-
tutio in integrum auferatur per statutum,
† non intelligitur sublata illa, quæ ratione 68
minoris ætatis datur, nisi expressè de hac lo-
queretur constitutio. ita Bart. *in l. ambitiosa.
ff de decret. ab ordin. faciend* Riminald. *cons.427.
num.48 lib.3.* quem sequitur Oddo *dicta q.15.
art.10. num 93. vers pro qua facit.* plura ad hæc
tradit Oddo *in d. lib.8. de restit. 1.p. q.5. in princ.
num.3. vers. in contrarium.* & ita obseruatur in
hoc supremo Regio Senatu Cataloniæ, &
fuit decisum die 5. Martij 1537. in causa ibi
vertente inter Bartholomæum Cellers, &
suos creditores. & die 23. Iulij 1574. in cau-
sa vertente inter Nobilem Ciciliam de Gue-
ralt, & Capitulum Tarracon. similiter 23.
Augusti 1531. in causa Clementis Toralla
villæ de Tremp, & viduæ Fort loci de Con-
stanti.

Quæri potest, † an in officio domus Re- 69
giæ Magistri rationalis, denuncientur pro-
cessus causarum, quæ ibi tractantur, veluti
iuris quinti impositionum villarum, ciuita-
tum, & aliorum locorum. tum & redditio-
nis computorum officialium Regiorum.

Respondeo quòd non, & ita pro Constan-
ti fuit habitum die 10. Maij 1627. in congre-
gatione facta per Nobilem Geraldum de
Guardiola de Regio Consilio Locumtenen-
tem in officio Magistri Relationis domus
Regiæ pro Sacra Catholica & Regia Maie-
state, interuenientibus Magnifico Hierony-
mo Seniust de Regio Consilio & fisci Patri-
monij Regij Aduocato, interuenientibus
Magnificis Assessoribus ordinariis dicti offi-
cij, & Baiuliæ generalis, inter quos sum ego
alter, quòd † non erant denunciandi prædicti 70
processus, ex stylo inconcussè obseruato. &
sic habetur pro vero stylo, qui inducitur ex
duobus iudicialibus actibus iuxta tradita per
Calic. *in Extrauagato curia. cap.4. num.6. mihi
pag.7.* quem sequitur Michaël Ferrer. *1. part.
obseruat. cap.4. num.8.* quod dictum confirmat
ex *l.1. C. de veter. iure enuclean vers quam vel iu-
diciorum frequentissimus vsus exercuit.* plura de
styli obseruantia refert Stephan. Gratian. *de-
cis. Rotæ Marchiæ 14. n.1. & 4.* vide de præsum-
ptione styli quæ congessit Menoch. *de præ-
sumpt. lib.2. præsumpt 8. num.1.* Rebuff. *in tract.
ad leg. Regias de consuetud. art.2 gloss.13. n.11.* † 71
vb.

vbi per decem annos stylus censetur legitimus. Guid. Pap. *cons.* 119, & quòd vt lex sit seruandus. *l. obseruandum ff de iudic. l. 3. in fine, de testib.* Bart. *in l. iurisperitos. ff. de excusat. tutor.* Bald. *in l. fin. C. quæ sit longa consuetudo.*

72 Quæri etiam potest, † an si in causa appellationis se opponat tertius, ad dicendum de nullitate primitiuæ sententiæ, sit audiendus, si oppositio fiat processu denunciato.

Respondeo quòd non, & ita de obseruantia Regij Consilij attestatur Peguer. *in sua praxi rubr. 2 t. num. 13. in fine*, sed ius illi tertio opposirori debet reseruari in alio iudicio. idem Peguer. *in suis decis. cap.* 185.

73 In constitutione sexta sub tit. *de denunciatione processus*, statuitur, quòd si † inter easdem personas, in eadem aula, adsint processus, qui inter se habeant aliquam connexitatem, ita quòd ex prolatione vnius sententiæ, merita alterius processus innotescerent, tunc non obstante quòd alter ex his processibus fuisset multo antea denunciatus, quòd reseruetur declaratio amborum processuum fienda, vno, & eodem tempore, si Regio Consilio hoc ita visum fuerit.

74 Iuxta dictam constitutionem quæri potest, † an dicta constitutio sit conformis iuri communi.

Respondeo, quòd sic, secundùm quod, quando plures actiones tendunt ad vnum finem, possunt cumulari simul. iuxta tradita per Doctores *in l. edita. C. de edend.* Dyn. *in cap. nullus pluribus, de reg. iuris. lib. 6.* quia plura reiterata censentur vnum, si procedit ex eodem facto, ex quibus inferunt: quòd si quis ex pluribus causis excommunicetur, sufficit vt subsequatur vnica absolutio.

75 Visuram † etiam, denunciato processu, & assignatione ad sententiam facta, fieri posse, & in quacunque iudicij parte, iam pro definito reliquimus suprà *in cap. de dilationibus à num.* 209. ad quem recurre.

76 Quæri etiam potest, † an ordo denunciationum causarum sit semper seruandus in decisione omnium, & quarumcunque causarum.

Respondeo quòd non. nam causæ mercantiles, tam primæ, quàm secundæ instantiæ, possunt decidi per Relatorem, & in eis ferri sententia, non seruato denunciationis ordine, vt habetur in constitutio. secunda sub tit. *de causis mercantilibus*, refert Peguer. *in sua praxi ciuili. rubr. 2 t. n. 12. limit.* 4. tum etiam,

77 † quia nec denunciationis ordo causarum est seruandus, quando dominus Rex, cum suis litteris præcipit, quòd aliqua causa particularis decidatur, non obstante causarum denunciationis ordine, & ita disponitur in constit. 8. sub tit. *de denunciatione, in fine.*

Quæro, † an iuxta prædictam constitutionem adsint aliæ causæ, quæ possint decidi absque ordine prædicto. 78

Respondeo quòd sic. nam causæ omnes pauperum, & miserabilium personarum, exclusæ censentur à dispositione prædicta, ex text. & quæ ibi notant DD. *in cap. in primis 2. quæst. 1.* & iuxta tradita per Roman. *in l. si viro. §. de viro fallent. 2. ff. soluto matrim.*

Quæri etiam vlterius potest, † an si coram arbitris processus tractetur, denunciatio interueniat, & quid operetur. 79

Respondeo quòd processus non denunciatur formiter ab arbitris, sed terminus probationum facit denunciationem, vel assignatio ad sententiam, quæ etiam vim habet conclusionis in causa, iuxta tradita per Felin. *in cap. cùm dilectus num. 30. de fide instrument.* Ias. *in l. admonendi, num. 31. de iureiurand.* inde † facta assignatione ad sententiam, censetur iam esse in causa coram arbitris conclusum. & inde adest præclusa via ministrandi testes, iuxta tradita per Nattam *cons. 251. in fine. lib. 2.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 35. num.* 5. 80

Quæri etiam potest, † an denunciato processu possit peti reuocatio attentatorum. 81

Respondeo quòd non, quia cùm attentata soleant reuocari pendente causa indecisa, conclusio, seu denunciatio processus impedit, quòd talis reuocatio attentatorum, etiam via priuilegia fieri possit. ita Rota in nouis *decis. sub tit. vt lite pendente nil innouetur*, & confirmat suum dictum ex *cap. pastoralis, de causa possess. & proprietat.* sequitur Capyc. *decis. 25. num.* 118. Rota in antiq. *decis.* 206. in nouis, 57. Afflict. *decis.* 342. *n.* 4. & alij tenent, quos sequitur, & tradit Asin. *in sua praxi.* § 23. *cap.* 13.

Quæri potest, † cùm à iudice reuocatur denunciatio processus, quid fieri possit. 82

Respondeo quòd restituatur causa, in eo statu, in quo erat ante denunciationem processus, & sic, si tempora probatoria per testes non erant elapsa, poterunt ministrari. In summa, procedimenta illa fieri possunt, quæ fieri poterant, non denunciato processu ita *in cap. ad petitionem, de accusatio.* tradunt Ioann. Andreas, Anton. de Butrio, Asin. *in sua praxi.* §. 23. *cap. 6. limit. 21. in princ.*

Quæro, † an cùm præfixus sit terminus ad obiiciendum acta, & instrumenta in processus exhibita, (vt superiùs dictum est) denunciato processu, possint instrumenta recognosci, & illa per expertos reuideri, vtputa per collegium Notariorum publicorum ciuitatis Barcinon. quibus solet examen scripturarum committi. 83

Respondeo quòd approbatio, seu reprobatio scripturarum, aut fit iudicis officio, ad solam

solam suam intentionem fundandam, vt ritè, & iuridicè possit sententiam ferendam proferre, & hoc absque vlla difficultate iudex
85 potest facere, quia † officium iudicis non est limitatum. ita *decis.* 2. Rotæ in nouis, *tit. de testib.* Abb. *in cap. cùm dilectus, num.* 3. vbi etiam Felin. *num.* 6. *de fide instrumento. cap. pastoralis, de causa possess. & propriet.* Afin. *in sua praxi.* §. 23. *cap.* 6. *limit.* 1. Aut verò dictorum
86 instrumentorum † inspectio fit per expertos, prout solet peti fieri, nempe cùm ad instantiam alterius ex litigantibus petitur quòd per collegium Notariorum publicorum præsentis ciuitatis recognoscantur instrumenta exhibita, & conferantur, & collationentur cum originalibus eorum. quo casu certum est, hoc fieri posse, denunciato processu. quia talis ratio habetur per reuidentiam, id est, per visuram, iuxta tradita per Ludouic. Roman. *in l.* 1. *num.* 9. *ff. de arbitr.* Anton. de Butrio *in cap. dudum lo* 1. *colum.* 2. *de electio.* Ias. *in l. admonendi. n.* 46. *de iureiurand.* Maranta *de ordin. iudic.* 3. *p. cap.* 15. *num.* 2. & dixi suprà *in cap. de dilatio, à num.* 209. *cum seq.* & sic fuit practicatum in Regia audientia in causa secundæ instantiæ in processu ducatus de Cardona.

87 Denunciato † processu euenit, quòd mandatum quo egerat Procurator, non erat legitimum, & sic fuit opposita exceptio legitimi Procuratoris. ille qui Procuratorem constituit, opposuit, quòd licèt Procurator non fuisset legitimè constitutus, quòd ipse tanquam principalis, & habens præcipuum interesse in causa, ratificabat gesta omnia indistinctè per suum Procuratorem. è contrario aduersarius, desiderans immortalem causam facere, & illam in infinitum protrahere, opposuit aliam exceptionem, dicens, processum fuisse denunciatum, & quòd denunciato processu non erat locus ratificationi. quæ-
88 situm fuit, † an dicta ratificatio denunciato processu posset fieri.

Respondi quòd quantum attinet ad principale dubium, (ex quo dependet resolutio prædicti dubij,) certum est, gesta per Procuratorem falsum posse ratificari, ex traditis per Capellam Tolos. *decis.* 271. & Alex. *cons.* 72. *vol.* 4. quod probatur ex *l. licet. ff. de procur. l. li-*
89 *cet. C. de procurat.* & sic, † cùm possint ratificari gesta per falsum Procuratorem, poterunt etiam ratificari denunciato processu. quod desumi videtur ex gloss. *in l. si mater.* § *hoc iure. ff. de except. rei iud.* & ibi Bart. & idem Bart. *in l. si tutor. C. in quibus causis in integr. restit. non*
90 *est necessaria.* quia † cùm prædicta nullitas falsi Procuratoris solùm dependeat ex defectu voluntatis principalis, cuius personam repræsentat Procurator, poterit talis voluntas, seu ratificatio, ante sententiam interuenire, & reualidabit totum processum. secutus fuit sententiam hanc eam prædeterminans Guid. Pap. *decis.* 310.

Vnum tamen sciendum est, † quòd si iudicis prouisio interlocutoria præcedat, declarans illegitimitatem Procuratoris, dicens per eum non esse valida, ex defectu mandati. tunc post talem declarationem, pars cuius est interesse, non poterit ratificare gesta per talem Procuratorem, vt per Guid. Pap. *d. decis.* 320. *num.* 6. 91

Quæri vlteriùs potest, † an compensatio sit admittenda denunciato processu. 92

Respondeo, quòd si compensationis causa remanet probata in processu, ante denunciationem, quòd etiam denunciato processu opponi poterit. quia compensatio exceptio est. *l. in compensationem. ff. de compens.* faciunt tradita per Paul. de Castr. *in dicta l. in compensationem* quia tunc non indiget probatione, cùm in processu probata sit; si verò compensatio probatione indigeat, tunc non erit compensatio admittenda. quia ex denunciatione processus, præclusa est via probationibus fiendis. Si † tamen compensationis probatio ex instrumentis dependeret, & hæc ad nouam partis notitiam perueniret, exacto solito iuramento de noua notitia, possent exhiberi, & de compensatione opponere, & secundùm hanc doctrinam reperi notatum in quibusdã manuscriptis obseruationibus nostri Regij supremi Senatus, fuisse in eo decisum die 14. Augusti 1532. ad relationem Magnifici Hieronymi Dalmau in causa Dionysæ Montpalau, contra quam instabat executio, N. Burgues Procurator Regius regni Maioricani, quæ olim vertebatur ad relationem Magnifici Ferdinandi Gort. ex quibus clarè apparet, quando locus sit oppositioni compensationum denunciato processu. 93

Circa constitut. 8. huius tituli, qua cauetur, quòd liceat domino Regi, non obstante denunciationis ordine præcipere, quòd declaretur causa, quæ suæ Regiæ Maiestati apparebit, quæri potest, † an domino Regi liceat hoc facere, cùm ex constitutionibus præcedentibus dispositum sit, quòd causæ decidantur secundùm ordinem denunciationum. 94

Respondeo quòd potest, ex sequentibus. Primò, quia † cùm in eadem constitutione, seu capitulo curiarum fuerit petitum, circa decisionem causarum, in decretatione quam dominus Rex illi fecit, opposuit, quòd reseruabat sibi ius, & facultatem ordinandi, quòd causæ per eum assignandæ deciderentur, sine ordine denunciationum causarum. Secundò 95

ex

96 ex alio fundamento, † quòd in hoc, quod est expediri causam secundùm ordinem denunciarionum, paruum grauamen consideratur, & vbi paruum præiudicium parti infertur, potest dominus Rex liberè disponere, absque hoc, quòd in consideratione sit, quòd ius patris lædatur, seu deterioretur, secundùm tradita per Alex. *cons. 54. num. 3. lib. 5.* Bar. & Ias. quos refert & sequitur Medices *in tract. de regul. iuris regul. 5. verbo, Princeps.* faciunt plura tradita pet Thesaur. *decis. 15. num. 5.*

97 Cùm suprà dictum sit, quòd † exacto solito iuramento, denunciato processu, admittantur instrumenta semel, si ad noritiam partis peruenerint, quæritur an hoc absolutè intelligendum veniat.

Respondeo quòd non, sed cum hoc temperamento, quòd quando admittuntur instrumenta, exacto solito iuramento, de noua notitia, ita fiendum est, quòd realiter, & de facto exhibeantur, & tradantur scribæ causæ. nam si pars penes se instrumenta non habeat, sed illa exhibeat denunciato processu, dicens illa esse penes aliquem Notarium, petens sibi tempus dari, ad illa cum effectu tradendum, vel litteras compulsorias, aut cartella, vt Notarius satisfacto in suo salario,

98 illa tradat, tunc † non est locus exhibitioni talium instrumentorum, denunciato processu. & hoc in nostro Regio Senatu seruatur. nisi essemus in causis minorum vigintiquinque annorum, quia petentibus istis restitutionem in integrum, ad illa producenda, & repottanda, est eis restitutio concedenda, & ita fuit conclusum in Regio hoc Senatu in causa de Pons & de Malda, in fauorem pupillorum Alberti, contra Ducem de Cardona, referente Guillermo Iorda de Regio Consilio.

99 Quæri etiam potest, † an denuncietur processus, si pars causam esse desertam allegauerit, etiam ante processus denunciationem.

Respondeo ex traditis per Michaël. Ferr. *3. p. obseru. c. 290.* vide eundem Ferrer. *c. 284. vers. vnde infero. & cap. 289.*

100 Quæri vlterius potest, † an denunciato processu possit opponi exceptio falsitatis alicuius instrumenti, in processu exhibiti.

Respondeo quòd non. nam licèt exceptio falsitatis opponi possit post sententiam, non tamen denunciato processu, *cap. cùm dilectus, de fide instrum.* faciunt tradita per Afin. *in praxi §. 23. cap. 6. vers. quartò ampliatur.*

Plura alia ad hunc titulum pertinentia inuenientur scripta & resoluta suprà *in cap. de recusat. iudicum, & eorum suspicio. & in cap. de dilationibus.*

CAPVT VII.

De iure emphyteutico.

1 *Dominium directum an probetur per duas confessiones extraiudiciales, cum sequent. & num. 81.*
2 *Confessio quando probet dominium, & n. 3.*
4 *Confessio dominij præiudicat successoribus confitentis.*
5 *Confessio geminata quid operetur.*
6 *Ius Canonicum in Catalonia obseruatur deficiente constitutione.*
7 *Notarius stipulando adquirit absenti.*
8 *Clausula solita apponi etiam omissa censentur apposita.*
9 *Notarius semper censetur rogatus de apponendis solitis clausulis.*
10 *Pluribus succedentibus in vna pecia terræ an quilibet insolidum teneatur integrè censum soluere, an verò pro rata, cum seq.*
11 *Ager vectigalis. an diuidi possit.*
12 *Emphyteutica res an possit diuidi.*
13 *Census qua actione petantur.*
14 *Res emphyteutica vt diuidatur de consensu domini quid operetur.*
15 *Solutio census non potest fieri contra domini voluntatem.*
16 *Commissum in emphyteusi quando locum habeat.*
17 *Duobus succedentibus in emphyteusi quomodo soluantur census.*
18 *Solutio census quomodo fiat si duo rem possideant.*
19 *Consensus domini quando interuenire dicatur in diuisione rei emphyteuticæ.*
20 *Dominus quando dicatur approbasse contractum.*
21 *Dominus recipiens census præiudicat sibi quoad commissum.*
22 *Renunciare emphyteota quando possit rem allodialem.*
23 *Renunciationi debet pracedere solutio censuum.*
24 *Renunciatio quando possit impediri per dominum.*
25 *Non possidens rem non potest condemnari ad censuum solutionem.*
26 *Dominus directus semper habet ius ad censuum & laudimij perceptionem.*
27 *Domino directo inscio nullum fieri potest præiudicium.*
28 *Possessor an sit obligatus pro solutione laudemiorum antecessorum suæ emptionis, cum sequent.*
29 *Hypotheca contrahitur pro solutione laudemiorum.*

104 *Ager*

P 177 *Laudi*

8 Quæri vlteriùs potest, † an in causis criminalibus detur conclusio in causa, & an ea facta, possint recipi testes, tam in offensam, quàm in defensionem.

Respondeo quòd in causis criminalibus non datur de iure communi, neque Cataloniæ, conclusio in causa de iure communi. attestatur inter alios Ioach. Mynsing. *singul. obseru. cent. 3. obseru. 17. n. 6.* vbi dicebat ex Bart.
9 *in l. diui fratres, ff. de pœn.* † quòd in criminalib. semper admittuntur testes, ex *l. vnius, §. cognitarum, ff. de quæst.* & *ibi* Bart. de iure verò Cataloniæ quotidie in praxi experimur, quòd semper admittantur testes contra criminaliter impetitum, quæ in Catalonia *noua actitata* appellantur, & hæc de nouo reo publicantur, & vt de illis se possit defendere, terminus conceditur. iuxta practicam Ludouici à Peguera *in praxi criminali, de processu via ordinaria, §. 8 per totum.*

10 Quæri etiam potest, † an requiratur, quòd ante denunciationem processus petatur à parte, an velit plura instrumenta producere, aut testes, vt censeatur ei præclusa via producendi.

Respondeo quòd non, vbi adest statutum, quòd lapsis temporibus probatoriis à iure præfixis, & illis elapsis, in causa conclu-
11 datur. quia eo ipso † quòd certum tempus est partibus præfixum ad prædicta, statim eo lapso, potest iudex in causa concludere, absque alio. Roman. *consil. 576 n. 3.* vbi latè de tacita conclusione in causa.

12 Quæritur, † an in causis summariis denuncietur processus.

Respondeo quòd de iure communi causæ summariæ non concluduntur. Bertrand. *in extrau. ad reprimendum, verbo summariè.* Bald. *in l. nec causas, C. de appell. n. 2. Clem. sæpe, verbo sententiam.* Alex. *consil. 84. lib. 4.* Capyc. *decis. 1.*
13 *n. 3.* Viu. *decis. 235.* Regius † tamen noster Senatus solet eas denunciare, vt sit terminus exclusiuus partib. ad faciendas probationes, vt refert Peguer. *in sua praxi ciuili, rub. 21. n. 8.*

14 Quæri etiam potest, † an aliquis ordo in denunciationibus fiendis seruetur.

Respondeo, ex traditis per Michaëlem Ferrer. *3. p. obseru. c. 292.* quòd in denunciationibus seruatur ordo constitutionum, sub hoc titulo *de denunciatione processus* sitarum. Sed in dictis constitutionibus solùm principaliter disponitur, quòd causæ decidantur iuxta ordinem denunciationum earum, vt ex ipsis constitutionibus apparet. ad quem effectum
15 disponitur, † quòd denunciationes continuentur in libris, qui publicè existant in domibus adm. Reuerendi Cancellarij, & Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, respectiuè causarum earum, quæ in vnaquaque aula tractantur, & quòd hi libri sint publici, & eorum inspectio partibus sine salario detur, vt scire possit, quo loco, & termino, vnaquæque causa finiri, & decidi debeat. maximè hoc resultat ex constitutione finali dicti tit. in cuius tenore † sua Catholica, & Regia 16
Maiestas ius sibi reseruauit, ad præcipiendum expeditionem causarum, quæ sibi visæ fuerint; quod arbitrium ab Excellentissimo eius Locumtenente generali abdicauit, vt ex tenore dictæ constitutionis in finalibus illius verbis apparet: nisi sint duæ causæ diuersæ, quarum merita inter se sint connexa, eo enim casu poterunt ambæ simul declarari, etiam nō spectato ordine denunciationum, ex constit. 6. eodem tit.

Sed † an omnes causæ debeant sequi, in 17
earum declaratione, ordinem denunciationum.

Respondeo quòd non. nam causæ fiscales, in quibus Regius fiscus habet interesse, non comprehenduntur sub dispositione dictæ constitutionis. quia dominus Rex, vtendo suo Regio arbitrio, sibi in dicta constitutione reseruato, cum sua Regia littera, declarauit quòd causæ fiscales possent quandocumque declarari, absque hoc, quòd in earum declaratione sequendus sit ordo denunciationum, vt refertur in additionibus ad dictum Michaëlem Ferrer. *d. cap. 292.*

Sed quæri potest, † an denunciato pro- 18
cessu ante sententiam, possint admitti oppositiones. Videbatur dicendum quòd sic, cùm admittantur oppositiones post sententiam, ergo multo magis ante sententiam erunt admittendæ.

Respondeo quòd non, quia non valet ratio prædicta, quòd lata sententia, oppositiones possunt fieri. ergo etiam & facta processus denunciatione. nam lata sententia, nouus processus dicitur, & noua instantia. iuxta tradita per Felin. *in cap. licet causam, de probat.* & *ibi* Cardinalis. vbi expresè negabat, talem consequentiam prædictam fore veram, quòd oppositiones possent admitti in causa, post denunciationem processus. quia poterant admitti post sententiam, ex ratione supradicta, quam refert & probat Asinius *in sua praxi §. 23. cap. 6. ampliat. 4. n. 2.*

Quæri etiam potest, † quot modis con- 19
clusio in causa fieri possit.

Respondeo quòd de iure communi tribus modis, nempe ex iudicis prouisione, ex legis dispositione, & partium conuentione. iuxta tradita per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 35. num. 4.* Fit etiam conclusio de iure communi, & quarto modo, nempe, ex tacito partium consensu, quando scilicet partes tacitè consentiunt, vt ad sententiam ferendam

iudex

iudex properetur. Bero. *in cap. quoniam contra,*
20 *n. 25. de prob.* Ausin. *in praxi* §. 23. *c.* 3. De † iure verò Cataloniæ, vnico tantùm modo denunciatio fit, nempe, à iudice præfixo, vt videlicet denunciatio processus scribatur per iudicem sua manu, in originali processu. vt in constit. 5. sub tit. *de denunc. process.* Peguer. *in praxi ciuili, rubr.* 21. *n.* 5.
21 Quæri etiam potest, † si non appareat de die ipsius denunciationis, quia forsan per iudicem fuerit oblitum, an tunc præsumatur denunciatio facta intra legitimum tempus.

Respondeo, ex traditis per Menoch. *de*
22 *præsumpt. lib. 2. præs. 66. per tot.* quia † cùm iuris præsumptio sit pro iudice, quòd suo casu, loco, & tempore, res facit. *l. 2. C. de off. ciu. iudic.* in illis verbis, *quod non arbitramur.* Bald. *in l. vnic. in fine, C. ne quis in sua causa iudicet.* ideo in dubio, denunciationem, seu conclusionem in causa, suo opportuno tempore, fa-
23 ctam fuisse asserendum est, † & in hac opinione resident Ausin. *in sua praxi* § 23. *cap.* 14. & ante eum præsensit Paris. *consil.* 115. *num.* 1. *lib.* 1. faciunt tradita per Castrens. *in l.* 1. *n.* 4. *ff. si quis cautio.*
24 Quæri etiam potest, † an denunciato processu, possit fieri æstimatio rerum, in causa deductarum, quæ non fuerunt æstimatæ. Hoc dubium valde fuit exagitatum in Regio Consilio, & contrarij fuerunt in voto Regij Senatores. refert tamen ipse Ferrer. *in fin. cap.* quòd maior pars aulæ Magnifici Regentis Regiam Cancellariam resoluerit, quòd non debebat fieri æstimatio rerum, cùm non fuisset facta in causa principali. Nec mirum,
25 quia † imputetur parti, quæ non curauit probare æstimationem rerum petitarum, iuxta tradita per Michaëlem Ferrer. 3. *part. obseru. cap.* 323. maximè, quia ius partis prætendentis, licèt differatur sua culpa, non tamen fit deterius. quia æstimatio reseruari in sententia potest, & remitti ad liquidationem fiendam. iuxta constitutiones diuersas sub titulo *de liquidat. sentent.*
26 Sed quæri potest, † an si partes concordèt, quòd sententia feratur in causa plenaria, absque processus denunciatione, hoc casu valeat processus, si non fuit denunciatus; licèt appareret dicendum, quòd non, quia denunciatio processus videtur de forma substantiali processus, ex traditis per Peguer. *in praxi ciuili, rubr.* 21. *n.* 6. tamen

Respondeo quòd hoc dubium inueni resolutum in quibusdam constitutionibus adnoratum per Magnificum Michaëlem Cotdelles Regentem Regiam Cancellariam, & postea in supremo Arragoniæ Senatu Regentem virum & virtutis & litterarum ornatissimum, qui sua manu ad titulum de denunciatione processuum adnotauerat, quòd die 28. Maij 1554. facto verbo in Regia audientia, vtraque aula congregata, fuit conclusum, quòd si partes concordent, quòd definitiua sententia proferatur, sine processus denunciatione, valeat sententia, lata in tali processu, absque illius denunciatione.

Quæri etiam potest, † an iuramentum 27
suppletorium deferatur, si non fuit petitum ante processus denunciationem.

Respondeo quòd diuersimodè seruatur. quia in causis plenariis, si non fuit petitum ante conclusionem in causa, non conceditur; si verò simus in summariis, conceditur. iuxta tradita per Mynsing. *in sua centur.* 3. *obseru.* 17. *num.* 3. debent autem, vt iuramentum suppletorium concedatur, interuenire requisita, ad iuramentum suppletorium deferendum, iuxta tradita per Marantam *de ordin. iudic.* 6. *part. tit. defertur aliquando iuramentum.*

Quæri potest, † qualiter causæ in Cata- 28
lonia denuncientur.

Respondeo quòd aut causæ sunt maiores quadringentarum librarum, aut minores; si enim causæ sint maiores quadringentarum librarum, denuntiantur inter causas maiores; si verò minores sint, denunciantur inter causas minores, ex constitutione 7. sub titulo *de denunciatione processus.* Ratio est, quia
† causæ, quæ sunt minores quadringenta- 29
rum librarum, possunt decidi, & declarari per solum Relatorem: quæ autem excedunt prædictam quantitatem quadringentarum librarum, non possunt per solum Relatorem decidi, & terminari, † sed conclusione secu- 30
ta in Regio Consilio, ex constitutione 8. sub titulo *de commissionibus causarum.* in qua expressè disponitur, quòd † in causæ commis- 31
sione, quæ fit ex mandato admodum Reuerendi Cancellarij, seu Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, & continuatur per aliquem ex Regiis scribis mandati, apponatur hæc clausula, *audiat, colligat, & super intermedijs debitè prouideat, &, si non est maior quadringentarum librarum, decidat.* & sic, huius commissionis causa, denunciatio continuatur, vt suprà dictum est, cum dicta differentia causarum maiorum, vel minorum.

Sed dubium oriri hîc potest, † si in cau- 32
sa solùm in petitione fuerit petitum, reum condemnari in trecentum libris, reus verò reconuenerit actorem in maiori quantitate quadringentarum librarum, an hoc casu processus denunciandus sit inter causas minores, an verò inter causas maiores.

Respondeo † quòd est denunciandus in- 33
ter causas minores, quia maioritas, vel minoritas

ritas causæ, quoad decisionem, solùm considaratur, habito respectu ad petitionem, non
34 verò ad reconuentionem †. & ita declarauit Regius Senatus, teste Michaële Ferrer. *3.p. obseru cap.287. & in 1.part.obseru cap 4.* attestatur idem Peguera *in sua praxi ciuili, rubr.21. num.3.*

35 Quæri etiam vlteriùs potest, † an si à prouisione, seu sentētia lata in Consistorio verbali suæ excellentiæ, de consilio adm. Reuerendi Cancellarij, vel Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, fuerit supplicatum in causa maiori viginti librarum, processus huius causæ supplicationis sit denunciandus, nécne.

Respondeo quòd sic, quòd talis processus venit denunciandus inter causas minores, & ita obseruat Regium Consilium, vt attestatur Michaël Ferrer. *3.part.obseru cap.286.*

36 Quæri etiam potest, † an omnes causæ appellationum, seu supplicationum, sint earum processus denunciandi.

Respondeo quòd non, ex declaratione, & obseruantia Regij Consilij, de qua attestarut Michaël Ferr. *3 par. obseru. cap.284. in cap.seq. num.3. vers.adde pro intelligentia.* vbi attestatur, quòd licèt regulariter dictum sit, quòd omnes causæ secundæ instantiæ, dunmodo non sint minores viginti librarum, sint denunciandæ; hoc tamen procedit, si supplicationes sint interpositæ à definitiuis, quia si interponantur à prouisionibus interlocutoriis, processus non denunciantur.

37 Sed † an processus causarum supplicationum à sententiis latis, in causis minoribus viginti librarum denuncietur, quæri potest.

Respondeo quòd in notis manuscriptis per Magnificum Regentem Regiam Cancellariam Michaëlem Cordelles inueni scriptum, quòd in mense Iulij 1538. fuit decisum per Regium Consilium, quòd processus causarum supplicationum, in causis minoribus viginti librarum, non erat denunciandus: si autem excederent dictam quantitatem vno obolo, erat denunciandus, saltim vt esset terminus exclusiuus partium ad probandum.

38 Quæri etiam potest, † an denunciatio processus in primitiua causa, quæ præcludit viam omnibus probationibus, etiam excludat eas, quoad secundam instantiam; id est, an impediat, ne fiant in causa secundę instantiæ, videlicet supplicationis, vel appellationis.

39 Respondeo quòd non, quia † supplicatio, & appellatio reducunt causam ad primęuum statum, in quo erat post litis contestationem, & sic possunt in causa appellationis, vel supplicationis fieri ea omnia, quæ fierent, vel fienda erant in prima instantia. iuxta tradita per Roland. *lib.1.cons.94 n.9.cum seq.* Crauetta *cons.220.n.6.* Gomez *in reg.de annali possess. q.5.* Roman. quem vide *cons.331.n.2.*

40 Quæri vlteriùs potest, † an si denunciato processu, peruenerint ad notitiam aliquæ exceptiones, possint illæ proponi post denunciationem processus. Hæc quæstio controuersa est inter Doctores, vt constat ex traditis à Couarr. *pract. quæst cap.26. à n.2. per totum.* Verùm ipse in fine resoluit, quòd communiter receptum est, quòd exceptiones, etiam si perueniant ad partis notitiam post causæ cōclusionem, si per testes veniant probandæ, non admittantur, quia
41 † ex denunciatione processus, præcluditur via omni probationi. & hanc magis communem esse sententiam, attestatur Couarr. *d.n.2. vers. huius autem opinionis.* quam resolutionem confirmant ex *cap. cùm dilectus, de fide instr cap auditis, de proc.* Ant. Abb. & Fel. *in cap pastoralis, n.16. de prob.* quos refert Couarr. *vbi suprà.* faciunt tradita per Aret. *in l. si Titius, n.2. in fin. ff. de verb oblig.*

42 Quæri etiam potest, † an censeatur reuocata denunciatio processus, si partes consentiunt, quòd admittantur articuli, & probationes.

Respondeo quòd sic. nam cùm denunciatio processus fiat ad excludendum partes à probationibus in infinitum, & vt certus terminus sit eis præfixus, ne vna pars differat alterius causam, bene possunt adinuicem cōsentientes admittere articulos, & illos testibus probare,
43 † etiam denunciato processu, secundùm Abbat. & Fel. *in cap. quoniam contra, de probat. vers. secunda conclusio.* altera autem parte contradicente, non erunt admittendi articuli, ad probandū per testes, vel instrumenta. quia etiam prouisi, & admissi per iudicem, contradicente parte, erunt repellendi. Card. ual. *in Clem. de testibus, col.2. opposit.2.* Felin. *in cap inquisitionis, § ad petitionem, notab.5. de accusat.*

44 Quæri etiam potest, † an partes sine facto iudicis concludere possint in causa.

Respondeo quòd sic, ex traditis per Mascard. *de prob. concl. 1285. n.25.* quod probat ex *l. duobus, §. vlt ff. de iureiur.* & dicit idem tenere Fel. *in d c. cùm dilectus, de fide instr. col.6. n.31. vers. secundò scias.* Capella Tolosa. *decis.146.* Alex. *cons.72. n 7. vol.3. & cons.84. n.9. vol.4.* & faciunt tradita per Mascard. *d. concl.*

45 Quæro, † cùm supradictum sit de forma denunciandi processum, quæ videtur expresse loqui de causis in Regia audientia vertentibus, an & de quibus vertantur coram ordinariis, sit etiam intelligēdum, quòd tales processus, qui coram ordinariis tractantur, sint denunciandi.

Respon

Respondeo quòd sic, vt intelligatur, quòd in tali causa est conclusum, vt statuitur in constitutione finali, tit. *de euocationibus causa-*
46 *rum.* & † hæc prouisio non continet clausulam illam, *inter causas maiores, vel minores.* quia cessat ratio supradicta, quare apponitur in causis, quæ in Regia audientia tractantur, sed solùm fit denunciatio in forma ordinaria, vt sit terminus exclusiuus partium, & probationum, ex qua resultat iste effectus,
47 † quòd denunciato processu per ordinatium, causa per eundem est tractanda, & decidenda. nec potest euocari ad Regiam audientiam, prætextu pupillaritatis, paupertatis, & viduitatis, vt in dicta constitutione cauetur, & refert Peguer. *in sua praxi ciuili. rubr 21. num. 7.*
48 Denunciato † processu probationes neque per testes, neque per instrumenta admitti possunt, vt constitutum est diuersis constitutionibus, quas refert Peguera *in dicta praxi ciuili rubr 21. num. 11.* & signanter ex constitutione finali, sub tit. *de dilatio.* de qua suprà *in cap de dilationibus,* mentio fuit facta, in quo capite plura de istis probationibus dicta sunt, ad quæ recurrere quisque poterit. hoc idem disponitur in constitutione finali, sub tit. *de productas de actes,* ex cuius dispositione
49 habetur, † quòd facta prouisione denunciationis processus per Relatorem, in processu non admittantur supplicationes, nec schedulæ, neque instrumenta, sed solùm vnica schedula, in, & cum qua petatur assignatio ad sententiam, nisi productio instrumentorum fienda de nouo, peruenerit ad partis notitiam. & quòd hoc ei solùm liceat vna vice
50 tantùm, † præstito tamen iuramento de noua notitia, & hoc solùm pro vna tantùm vice ei indulgetur. nam pro secunda productione instrumentorum non admittitur pars, etiam beneficio restitutionis in integrum implorato. quo casu debet pars specificam, & claram narrationem facere de contentis in dictis instrumentis, vt iudex certiorari possit, an dicta instrumenta, quæ producuntur, ad causam sint conducentia.

Vlteriùs dicta constitutione disponitur,
51 † quòd si pars, quæ talia instrumenta producit, illa penes se non habeat, sed existant penes alium, & petat dilationem ad illa produ-
52 cendum, solùm ad dictum effectum † indulgeatur ei tempus duorum mensium, præcisum, & peremptorium, & quòd casu, quo pars instrumenta produxerit impertinentia, & quæ ad causam non conducunt, iudex
53 partem talia instrumenta producentia, † condemnabit ad pœnam viginti quinque ducatorum, applicandorum pauperibus hospitalis generalis. & licèt prædicta constitutio fuerit facta in curiis anni 1585. & esset temporalis, vsque ad primas curias, vt 10 fine dictæ constitutionis legitur; fuit tamen dicta constitutio perpetuata in curiis anni 1599.

Quæri vlteriùs potest, † an denunciato 54
processu possint produci scripturæ priuatæ.

Respondeo quòd non, quia scriptura priuata continetur sub appellatione instrumentorum. iuxta *gloss 1. in l. 1. C. de iureiurand prop. calumn.* Aocharan. *lib. 2. quæst. 56. num. 1.* & sic nil mirum, si prohibita instrumentorum productione post denunciationem processus, censeatur prohibita exhibitio priuatæ scripturæ. instrumentum † enim, generale ver- 55
bum est, significátque omne illud, ex quo processus instruitur. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 1. num. 50. cum duobus seq.*

Quæri etiam potest, † an facta processus 56
denunciatione admittatur productiones instrumentorum, quoties adest æquitas, maximè si ex instrumentis appareat de notoria partis iustitia. iuxta tradita per Felin. *in cap. cùm dilectus, de fide instrument. num. 14.* præsensit Bald. *in l. 1. in fine. C. sentent. rescindi non posse.* Speculat. *in tit. de renunc. & conclus. § 1. vers. & scias.* Roman. *in l. 1. col. 3. num. 8. ff. de arbitr.* & licèt adsit discrepantia inter prætitatos auctores, volentes, prædicta locum habere, vbi instrumenta perquiruntur iudicis officio, tamen experimur quotidie in hoc nostro supremo Regio Senatu, † quòd 57
si instrumenta exhibeantur, quæ ad causæ decisionem expedire cognoscatur, tunc instrumenta in posse scribæ causæ ponuntur, & iudex ante prolationem sententiæ inspicit, an ad causæ iustitiam pertineant, & si cognouerit expedire, de illis in sententia habetur ratio, & in, & cum dispositione sententiæ disponitur, quòd prædicta omnia instrumenta in processu inserantur, seu consuantur, & tunc lata sententia, scriba causæ illa in processu originali ponit, & sic fiunt pars substantialis processus, & hoc iure quotidie experimur.

Quæro, † an iuramentum de noua noti- 58
tia, in productione instrumentorum, post denunciationem processus, necessariò præstari debet, ab eo qui instrumenta exhibet, & producit.

Respondeo quòd sic, quia præstatio prædicti iuramenti, est solemnitas iuris, & sic de substantia actus, & perinde non possunt iuramenta similia adimi, quia corrueret actus, vt suprà in diuersis locis hoc resolutum est, circa omissionem substantialium, quæ iterum esset repetere.

Quæri vlteriùs potest, † an si denuncia- 59
tione processus facta, scripturæ exhibeantur, & pars non contradicat, talis productio valeat,

leat, & de dictis instrumentis debita possit haberi ratio.

Respondeo, quòd constituriones loquentes de productionibus instrumentorum, non disponunt, annullando exhibitionem factam post denunciationem, sed tantùm ordinant, ne similes productiones fiant, quod apertè percipitur, id fieri ne partes grauentur in dilatione causarum, vnde si partes tacitè consentiant productioni, & exhibitioni, valebit talis exhibitio, etiam si sit assignatum ad sententiam. ita Abb. & post eum Felin. *in cap. cùm dilectus, de fide instrument.* Castrens. *in l. admonendi. ff. de iureiurand.* faciunt quæ tradit Afin. *in sua praxi.* §. 23. *cap.* 6. *in limit.* 4. *per totam.*

60 Quæri etiam potest, † an si testium plica, per obliuionem fuerit omissa apponi in processu, postea post denunciationem processus possit exhiberi.

Respondeo quòd sic, quia habetur plica testium veluti instrumentum, & compre-
61 henditur appellatione instrumentorum, † ex traditis per Angel *in l. vlt. C. de edict. diui Adr. tollend.* Bart. & Alciat. *in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verbo. signific.* faciunt tradita per Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 63. *n.* 6. vnde cùm testes, postquam in scriptis redacti sunt, eorum plica habeatur pro instrumento, tanquam perueniat ad nouam notitiam, exacto solito iuramento, exhiberi poterit, absque dubio.

62 Responsiones personales, † an denunciato processu fieri possint.

Respondeo quòd sic, cùm fieri possint in quacunque iudicij parte, vt ex Peguera *in sua praxi tit. de denunciatione processus*, dictum fuit suprà *cap.* 4. *num.* 52.

Sed cùm in constiturione finali, sub tit. *de instrumentorum productione*, prohibeatur beneficium restitutionis in integrum, quæri
63 potest, † an minores vigintiquinque annis censeantur exclusi à beneficio restitutionis in integrum.

64 Respondeo quòd cùm † restitutio in integrum concedatur maioribus, ex titulo generali, si qua mihi iusta videbitur, vt toto tit. *ff. quibus ex causis maiores*, & ex alio, detur etiam minoribus, ex iuribus vulgatis, quòd exclusio beneficij restitutionis in integrū, de quo in dicta constitutione, solùm est intelligendum exclusum, respectu maiorum, ex
65 dicto priuilegio generali; † secus verò, respectu minorum, iuxta tradita per Speculat. *in tit. de instrument. editio.* § *nec dicamus*, & iuxta notata per communiter scribentes *in cap. auditis, de restit. in integr.* faciunt tradita per Ruin. *consil.* 69. *num.* 5. *cum duobus seq. & num.* 9. *vers. nec praedictis lib.* 4. nam verba prædictæ constitutionis generalia sunt, † & indistin- 66
ctè de restitutione ex titulo generali, est intelligenda prohibitio restitutionis in integrum, ibi adempta. tradit Sforcia Oddus *de restit in integrum* 1. *p. quæst.* 15. *num.* 93. Riminald. senior *cons.* 404 *num.* 3. quia † causa re- 67
stitutionis in integrum, ex beneficio minoris ætatis, est fauorabilior, quàm ex clausula generali. ita desumitur ex gloss. *in l nec non. ff ex quibus causis maior.* inde fit, quòd si restitutio in integrum auferatur per statutum,
† non intelligitur sublata illa, quæ ratione 68
minoris ætatis datur, nisi expresè de hac loqueretur constitutio. ita Bart. *in l. ambitiosa. ff de decret. ab ordin. faciend.* Riminald. *consil.* 427. *num.* 48. *lib.* 3. quem sequitur Oddo *dicta q.* 15. *art.* 10. *num.* 93. *vers. pro qua facit.* plura ad hæc tradit Oddo *in d. lib.* 8. *de restit.* 1. *p. q.* 5. *in princ. num.* 3. *vers. in contrarium.* & ita obseruatur in hoc supremo Regio Senatu Cataloniæ, & fuit decisum die 5. Martij 1537. in causa ibi vertente inter Bartholomæum Cellers, & suos creditores, & die 23. Iulij 1574. in causa vertente inter Nobilem Ceciliam de Gueralt, & Capitulum Tarracon. similiter 23. Augusti 1531. in causa Clementis Toralla villæ de Tremp, & viduæ Forr loci de Constanti.

Quæri potest, † an in officio domus Re- 69
giæ Magistri rationalis, denuncientur processus causarum, quæ ibi tractantur, veluti iuris quinti impositionum villarum, ciuitatum, & aliorum locorum. tum & redditionis computorum officialium Regiorum.

Respondeo quòd non, & ita pro Constanti fuit habitum die 10. Maij 1627. in congregatione facta per Nobilem Geraldum de Guardiola de Regio Consilio Locumtenentem in officio Magistri Relationis domus Regiæ pro Sacra Catholica & Regia Maiestate, interuenientibus Magnifico Hieronymo Seniust de Regio Consilio & fisci Patrimonij Regij Aduocato, interuenientibus Magnificis Assessoribus ordinariis dicti officij, & Baiuliæ generalis, inter quos sum ego
alter, quòd † non erant denunciandi prædicti 70
processus, ex stylo inconcussè obseruato. & sic habetur pro vero stylo, qui inducitur ex duobus iudicialibus actibus iuxta tradita per Calc. *in Extrauagato curia. cap.* 4. *num.* 6. *mihi pag.* 7. quem sequitur Michaël Ferret. 1. *part. obseruat. cap.* 4. *num.* 8. quod dictum confirmat ex *l.* 1. *C. de veter. iure enuclean. vers. quam vel iudiciorum frequentissimus vsus exercuit.* plura de styli obseruantia refert Stephan. Gratian. *decis. Rota Marchia* 14. *n.* 1. & 4. vide de præsumptione styli quæ congessit Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt* 8. *num.* 1. Rebuff. *in tract. ad leg. Regias de consuetud. art.* 2. *gloss.* 13. *n.* 11. † 71
vb.

vbi per decem annos stylus censetur legiti-
mus.Guid.Pap.cons.119,& quòd vt lex sit ser-
uandus. l.obseruandum.ff de iudic.l.3.in fine, de
testib. Batt. in l. iurisperitos. ff. de excusat. tutor.
Bald. in l.fin.C.quæ sit longa consuetudo.

72 Quæri etiam potest, † an si in causa ap-
pellationis se opponat tertius, ad dicendum
de nullitate primitiuæ sententiæ, sit audien-
dus, si oppositio fiat processu denunciato.

Respondeo quòd non, & ita de obseruan-
tia Regij Consilij attestatur Peguer. in sua
praxi rubr.21.num.13.in fine, sed ius illi tertio
oppositori debet reseruari in alio iudicio.
idem Peguer. in suis decis.cap.185.

In constitutione sexta sub tit. de denuncia-
73 tione processus, statuitur, quòd si † inter eas-
dem personas, in eadem aula, adsint proces-
sus, qui inter se habeant aliquam connexi-
tatem, ita quòd ex prolatione vnius senten-
tiæ, merita alterius processus innotescerent,
tunc non obstante quòd alter ex his processi-
bus fuisset multo antea denunciatus, quòd
referuetur declaratio amborum processuum
fienda, vno, & eodem tempore, si Regio
Consilio hoc ita visum fuerit.

Iuxta dictam constitutionem quæri po-
74 test, † an dicta constitutio sit conformis iuri
communi.

Respondeo, quòd sic, secundùm quod,
quando plures actiones tendunt ad vnum
finem, possunt cumulari simul. iuxta tradita
per Doctores in l. edita. C. de edend. Dyn. in
cap.nullus pluribus, de reg.iuris.lib.6. quia plura
reiterata censentur vnum, si procedit ex eo-
dem facto, ex quibus inferunt: quòd si quis
ex pluribus causis excommunicetur, sufficit
vt subsequatur vnica absolutio.

75 Visum tamen † etiam, denunciato processu, &
assignatione ad sententiam facta, fieri posse,
& in quacunque iudicij parte, iam pro defi-
nito reliquimus suprà in cap. de dilationibus
à num.209. ad quem recurre.

76 Quæri etiam potest, † an ordo denuncia-
tionum causarum sit semper seruandus in
decisione omnium, & quarumcunque cau-
sarum.

Respondeo quòd non. nam causæ mer-
cantiles, tam primæ, quàm secundæ instan-
tiæ, possunt decidi per Relatorem, & in eis
ferri sententia, non seruato denunciationis
ordine, vt habetur in constitutio. secunda
sub tit. de causis mercantilibus, refert Peguer. in
sua praxi ciuili.rubr.21 n.12.limit.4. tum etiam,
77 † quia nec denunciationis ordo causarum
est seruandus, quando dominus Rex, cum
suis litteris præcipit, quòd aliqua causa
particularis decidatur, non obstante causa-
rum denunciationis ordine, & ita disponitur
in constit.8.sub tit. de denunciatione, in fine.

Quæro, † an iuxta prædictam constitutio- 78
nem adsint aliæ causæ, quæ possint decidi
absque ordine prædicto.

Respondeo quòd sic. nam causæ omnes
pauperum, & miserabilium personarum, ex-
clusæ censentur à dispositione prædicta, ex
text.& quæ ibi notant DD. in cap. in primis
2. quæst.1. & iuxta tradita per Roman. in l. si
viro.§.de viro fallent.25.ff soluto matrim.

Quæri etiam vlteriùs potest, † an si coram 79
arbitris processus tractetur, denunciatio in-
teruеniat, & quid operetur.

Respondeo quòd processus non denun-
ciatur formiter ab arbitris, sed terminus pro-
bationum facit denunciationem, vel assigna-
tio ad sententiam, quæ etiam vim habet con-
clusionis in causa, iuxta tradita per Felin.
in cap. cùm dilectus num.30. de fide instrument.
Ias in l.admonendi, num 32. de iureiurand. inde
† facta assignatione ad sententiam, censetur 80
iam esse in causa coram arbitris conclusum.
& inde adest præclusa via ministrandi testes,
iuxta tradita per Nattam cons 251.in fine.lib.2.
Menoch. de arbitr lib.1.quæst.3 5.num.5.

Quæri etiam potest, † an denunciato 81
processu possit peti reuocatio attentatorum.

Respondeo quòd non, quia cùm attenta-
ta soleant reuocari pendente causa indecisa,
conclusio, seu denunciatio processus impe-
dit, quòd talis reuocatio attentatorum, etiam
via priuilegia fieri possit. ita Rota in nouis
decis. sub tit. vt lite pendente nil innouetur, &
confirmat suum dictum ex cap. pastoralis, de
causa possess. & proprietat. sequitur Capyc. de-
cis.25.num.118. Rota in antiq. decis.206. in
nouis, 57. Afflict. decis.342.n.4.& alij tenent,
quos sequitur, & tradit Asin. in sua praxi.
§23.cap.13.

Quæri potest, † cùm à iudice reuocatur 82
denunciatio processus, quid fieri possit.

Respondeo quòd restituatur causa, in eo
statu, in quo erat ante denunciationem pro-
cessus, & sic, si tempora probatoria per testes
non erant elapsa, poterunt ministrari. In sum-
ma, procedimenta illa fieri possunt, quæ fie-
ri poterant, non denunciato processu ita in
cap.ad petitionem, de accusatio. tradunt Ioann.
Andreas, Anton.de Butrio, Asin.in sua praxi.
§.23.cap.6.limit.21.in princ.

Quæro, † an cùm præfixus sit terminus 83
ad obiiciendum acta, & instrumenta in pro-
cessu exhibita, (vt superiùs dictum est) de-
nunciato processu, possint instrumenta re-
cognosci, & illa per expertos reuideri, vt-
puta per collegium Notariorum publicorum
ciuitatis Barcinon. quibus solet examen scri-
pturarum committi.

Respondeo quòd approbatio, seu repro-
batio scripturarum, aut fit iudicis officio, ad
solam

solam suam intentionem fundandam, vt ritè, & iuridicè possit sententiam ferendam proferre, & hoc absque vlla difficultate iudex
85 potest facere, qnia † officium iudicis non est limitatum. ita *decis.* 2. Rotæ in nouis, *tit.de testib.* Abb.*in cap.cùm dilectus,num.*3.vbi etiam Felin. *num.6.de fide instrumento. cap.pastoralis, de causa possess. & propriet.* Afin. *in sua praxi.* §.23.*cap.6. limit.*1. Aut verò dictorum
86 instrumentorum† inspectio fit per expertos, prout solet peti fieri, nempe cùm ad instantiam alterius ex litigantibus petitur quòd per collegium. Notariorum publicorum præsentis ciuitatis recognoscantur instrumenta exhibita, & conferantur, & collationentur cum originalibus eorum. quo casu certum est, hoc fieri posse, denunciato processu. quia talis ratio habetur per reuidentiam, id est, per visuram, iuxta tradita per Ludouic. Roman. *in l.*1. *num.* 9.*ff.de arbitr.* Anton.de Butrio *in cap.dudum lo* 1.*colum.*2.*de electio.* Ias. *in l.admonendi. n.*46. *de iureiurand.* Maranta *de ordin.iudic.*3.*p.cap.*15.*num.*2.& dixi suprà *in cap.de dilatio, à num.* 209. *cum seq.* & sic fuit practicatum in Regia audientia in causa secundæ instantiæ in processu ducatus de Cardona.

87 Denunciato † processu euenit, quòd mandatum quo egerat Procurator, non erat legitimum, & sic fuit opposita exceptio legitimi Procuratoris. ille qui Procuratorem constituit, opposuit, quòd licèt Procurator non fuisset legitimè constitutus, quòd ipse tanquam principalis, & habens præcipuum interesse in causa, ratificabat gesta omnia indistinctè per suum Procuratorem. è contrario aduersarius, desiderans immortalem causam facere, & illam in infinitum protrahere, opposuit aliam exceptionem, dicens, processum fuisse denunciatum, & quòd denunciato processu non erat locus ratificationi quæ-
88 situm fuit, † an dicta ratificatio denunciato processu posset fieri.

Respondi quòd quantum attinet ad principale dubium, (ex quo dependet resolutio prædicti dubij,) certum est, gesta per Procuratorem falsum posse ratificari, ex traditis per Capellam Tolos. *decis.*271. & Alex. *cons.*72. *vol.*4. quod probatur ex *l.licet.ff de procur.l.li-*
89 *cet.C.de procurat.* & sic, † cùm possint ratificari gesta per falsum Procuratorem, poterunt etiam ratificari denunciato processu. quod desumi videtur ex gloss.*in l.si mater.§.hoc iure. ff.de except.rei iud.* & *ibi* Bart. & idem Bart. *in l. si tutor, C. in quibus causis in integr. restit. non*
90 *est necessaria.* quia † cùm prædicta nullitas falsi Procuratoris solùm dependeat ex defectu voluntatis principalis, cuius personam repræsentat Procurator, poterit talis voluntas, seu ratificatio, ante sententiam interuenire, & reualidabit totum processum. secutus fuit sententiam hanc eam prædeterminans Guid.Pap. *decis.*320.

Vnum tamen sciendum est, † quòd si iudicis prouisio interlocutoria præcedat, declarans illegitimitatem Procuratoris, dicens per eum non esse valida, ex defectu mandati. tunc: post talem declarationem, pars cuius est interesse, non poterit ratificare gesta per talem Procuratorem, vt per Guid.Pap. *d.decis.*320.*num.*6. 91

Quæri vlterius potest, † an compensatio sit admittenda denunciato processu. 92

Respondeo, quòd si compensationis causa remanet probata in processu, ante denunciationem, quòd etiam denunciato processu opponi poterit. quia compensatio exceptio est. *l. in compensationem. ff. de compens.* faciunt tradita per Paul.de Castr.*in dicta l.in compensationem* quia tunc non indiget probatione, cùm in processu probata sit; si verò compensatio probatione indigeat, tunc non erit compensatio admittenda. quia ex denunciatione processus, præclusa est via probationibus fiendis. Si † tamen compensationis probatio ex instrumentis dependeret, & hæc ad nouam partis notitiam perueniret, exacto solito iuramento de noua notitia, possent exhiberi, & de compensatione opponere, & secundùm hanc doctrinam reperi notatum in quibusdā manuscriptis obseruationibus nostri Regij supremi Senatus, fuisse in eo decisum die 14. Augusti 1532. ad relationem Magnifici Hieronymi Dalmau in causa Dionysæ Montpalau, contra quam instabat executio, N. Burgues Procurator Regius regni Maioricani, quæ olim vertebatur ad relationem Magnifici Ferdinandi Gort.ex quibus clarè apparet, quando locus fit oppositioni compensationum denunciato processu. 93

Circa constitut.8. huius tituli, qua cauetur, quòd liceat domino Regi, non obstante denunciationis ordine præcipere, quòd declaretur causa, quæ suæ Regiæ Maiestati apparebit, quæri potest, † an domino Regi liceat hoc facere, cùm ex constitutionibus præcedentibus dispositum sit, quòd causæ decidantur secundùm ordinem denunciationum. 94

Respondeo quòd potest, ex sequentibus. Primò, quia † cùm in eadem constitutione, seu capitulo curiarum fuerit petitum, circa decisionem causarum, in decretatione quam dominus Rex illi fecit, opposuit, quòd reseruabat sibi ius, & facultatem ordinandi, quòd causæ per eum assignandæ decidentur, sine ordine denunciationum causarum. Secundò 95

ex

96 ex alio fundamento, † quòd in hoc, quod est expediri causam secundùm ordinem denunciationum, paruum grauamen consideratur, & vbi paruum præiudicium parti infertur, potest dominus Rex liberè disponere, absque hoc, quòd in consideratione sit, quòd ius partis lædatur, seu deterioretur, secundùm tradita per Alex. *consf.* 54. *num.* 3. *lib.* 5. Bar. & Iaf. quos refert & sequitur Medices *in tract. de regul. iuris regul.* 5. *verbo, Princeps.* faciunt plura tradita per Thesaur. *decis.* 15. *num.* 5.

97 Cùm suprà dictum sit, quòd † exacto solito iuramento, denunciato processu, admittantur instrumenta semel, si ad notitiam partis peruenerint, quæritur an hoc absolutè intelligendum veniat.

Respondeo quòd non, sed cum hoc temperamento, quòd quando admittuntur instrumenta, exacto solito iuramento, de noua notitia, ita fiendum est, quòd realiter, & de facto exhibeantur, & tradantur scribæ causæ. nam si pars penes se instrumenta non habeat, sed illa exhibeat denunciato processu, dicens illa esse penes aliquem Notarium, petens sibi tempus dari, ad illa cum effectu tradendum, vel litteras compulsorias, aut cartella, vt Notarius satisfacto in suo salario,

98 illa tradat, tunc † non est locus exhibitioni talium instrumentorum, denunciato processu. & hoc in nostro Regio Senatu seruatur. nisi essemus in causis minorum vigintiquinque annorum, quia petentibus istis restitutionem in integrum, ad illa producenda, & reportanda, est eis restitutio concedenda, & ita fuit conclusum in Regio hoc Senatu in causa de Pons & de Malda, in fauorem pupillorum Alberti, contra Ducem de Cardona, referente Guillermo Iorda de Regio Consilio.

99 Quæri etiam potest, † an denuncietur processus, si pars causam esse desertam allegauerit, etiam ante processus denunciationem.

Respondeo ex traditis per Michaël. Ferr. 3. *p. obseru. c.* 290. vide eundem Ferrer. *c.* 284. *vers. vnde infero. & cap.* 289.

100 Quæri vlteriùs potest, † an denunciato processu possit opponi exceptio falsitatis alicuius instrumenti, in processu exhibiti.

Respondeo quòd non. nam licèt exceptio falsitatis opponi possit post sententiam, non tamen denunciato processu, *cap. cùm dilectus, de fide instrum.* faciunt tradita per Afin. *in praxi* §. 23. *cap.* 6. *vers. quartò ampliatur.*

Plura alia ad hunc titulum pertinentia inuenientur scripta & resoluta suprà *in cap. de recusat. iudicum, & eorum suspicio. & in cap. de dilationibus.*

CAPVT VII.

De iure emphyteutico.

1 *Dominium directum an probetur per duas confessiones extraiudiciales, cum sequent. & num.* 81.
2 *Confessio quando probet dominium, & n.* 3.
4 *Confessio dominij præiudicat successoribus confitentis.*
5 *Confessio geminata quid operetur.*
6 *Ius Canonicum in Catalonia obseruatur deficiente constitutione.*
7 *Notarius stipulando adquirit absenti.*
8 *Clausulæ solitæ apponi etiam omissæ censentur appositæ.*
9 *Notarius semper censetur rogatus de apponendis solitis clausulis.*
10 *Pluribus succedentibus in vna pecia terræ an quilibet insolidum teneatur integrè censum soluere, an verò pro rata, cum seq.*
11 *Ager vectigalis an diuidi possit.*
12 *Emphyteutica res an possit diuidi.*
13 *Census qua actione petatur.*
14 *Res emphyteutica vt diuidatur de consensu domini quid operetur.*
15 *Solutio census non potest fieri contra domini voluntatem.*
16 *Commissum in emphyteusi quando locum habeat.*
17 *Duobus succedentibus in emphyteusi quomodo soluantur census.*
18 *Solutio census quomodo fiat si duo rem possideant.*
19 *Consensus domini quando interuenire dicatur in diuisione rei emphyteuticæ.*
20 *Dominus quando dicatur approbasse contractum.*
21 *Dominus recipiens census præiudicat sibi quoad commissum.*
22 *Renunciare emphyteota quando possit rem allodialem.*
23 *Renunciationi debet præcedere solutio censuum.*
24 *Renunciatio quando possit impediri per dominum.*
25 *Non possidens rem non potest condemnari ad censuum solutionem.*
26 *Dominus directus semper habet ius ad censuum & laudimij perceptionem.*
27 *Domino directo inscio nullum fieri potest præiudicium.*
28 *Possessor an sit obligatus pro solutione laudemiorum antecessorum sua emptionis, cum sequent.*
29 *Hypotheca contrahitur pro solutione laudemiorum.*

30 Lau

104 *Ager*

247 *Firma*

247 *Firma dominij in posteriori contractu apposita impedit priori creditori moram purgare.*
248 *Possessionis nomen simpliciter prolatum, de qua possessione intelligatur.*
249 *Possessio corporalis qua dicatur.*
250 *Dominus directus non dat possessionem rei hypothecatæ.*
251 *Laudimium ex qua causa debeatur.*
252 *Possessio naturalis transfertur ex clausula constituti sine precario.*
253 *Laudimium soluitur tantùm de possessione naturaliter adepta.*
254 *Possessio propriè appellatur ea qua naturaliter capitur.*
255 *Emptor an teneatur soluere laudimium, vel venditor.*
256 *Emptor tenetur soluere onera rei emptæ.*
257 *Laudimium in ciuitate Barcinone soluitur per venditorem.*
258 *Laudimium ex titulo lucratiuo in ciuitate Barcinone & eius vineto ad quem spectet.*
259 *Laudimium non debetur ex titulo lucratiuo ex rebus sitis intra ciuitatem Barcinone & eius territorio, etiam si sint allodij Ecclesiastici.*
260 *Laudimium ex titulis lucratiuis soluitur extra ciuitatem Barcinone.*
261 *Dominus medius an possit pro se rē retinere.*
262 *Dominus medius retinens rem an debeat integrum pretium deponere.*
263 *Retentio ex pretio an liceat domino penes se retinendo rem emphyteuticam.*
264 *Dominus retinens, integrum pretium tenetur deponere.*
265 *Laudimium an debeatur proprietario, vel vsufructuario.*
266 *Laudimium licèt debeatur ratione rei, est tamen separatum ab ipsamet re.*
267 *Dari potest in emphyteusim res donata.*
268 *Recedere quando possint contrahentes in præiudicium domini, & seq.*
269 *Perfectus quando dicatur contractus.*
270 *Recedere possunt à contractu re non tradita in præiudicium domini.*
271 *Laudimium duplicatum quando debeatur.*
272 *Emphyteusis concessa pro se, & filijs, alienari non potest inuito filio.*
273 *Laudimium non debetur ex successione fratris quando succedit in hereditate paterna, in qua est incorporata legitima & Trebellianica primi fratris.*
274 *Laudimium an soluatur de venditione necessaria.*
275 *Laudimium duplicatum nō soluitur de recognitione factum intra annum.*
276 *Præscriptio quando locum habeat in emphyteusi.*
277 *Mutare nemo potest causam suæ possessionis.*
278 *Laudimium an soluatur de transactione, cum seq.*
279 *Laudimium an debeatur, si res non mutet dominium.*
280 *Laudimium an debeatur de parte fundi super quo transactio sit.*
281 *Laudimium an debeatur ex parte rei quando ipsius partis accipitur possessio.*
282 *Dominus medius an teneatur denunciare domino directo venditionem fiendam.*
283 *Denunciatio venditionis fienda de re emphyteotica nō est fienda de iure Cataloniæ.*
284 *Denunciatio venditionis fienda de re emphyteutica fienda est de iure communi ante venditionem.*
285 *Emphyteota an teneatur soluere censum re emphyteusi deperdita, cum seq.*
286 *Emphyteuta liberatur à solutione censum deperdita in totum re emphyteutica.*
287 *Emphyteuta tenetur soluere censum si renunciauit casibus fortuitis.*
288 *Emphyteuta tenetur soluere censum deperdita re, si ipse non curauit diuertere damnum.*
289 *Culpabilis est qui damnum poterat diuertere, & non diuertit.*
290 *Culpa est non facere quod fecisset diligentissimus paterfamilias.*
291 *Domo destructa an census debeantur, & sequent.*
293 *Census debentur domo destructa si possessor retinet aream.*
294 *Area præcipua est in ædificijs.*
295 *Renuncians aream domus combustæ non tenetur soluere census.*
296 *Hypothecaria actio competit domino pro censibus recuperandis.*
297 *Hypothecaria actio competit contra tertium possessorem.*
298 *Possessor rei emphyteuticæ tenetur soluere census decursos, aut rem dimittere.*
299 *Laudimium duplicatum vltra alias pœnas à iure soluere tenetur accipiens possessionem rei feudalis, seu emphyteuticariæ sine domini consensu.*
300 *Iuris nomen de quo iure intelligatur.*
301 *Verbum* penes *accipitur pro pœna commissi.*
302 *Commissum in Catalonia an locum habeat, cum num. seq.*
303 *Commissum an habeat locum in ciuitate Barcinone.*
304 *Possessionem capiens sine consensu domini, qua pœna puniatur.*
305 *Commissum an habeat locum ex alijs causis, & quibus.*
306 *Scientia requiritur in casu quo res cadit in commissum.*
307 *Consentire in alienationem dominum quandò appareat, cum seq.*

308 *Sciens & non cõtradicens consentire dicitur.*
309 *Consentire dicitur qui non contradicit cùm posset contradicere.*
310 *Taciturnitas cum scientia est consentire.*
311 *Pluribus dominis interuenientibus requiritur omnium consensus, seu firma.*
312 *Fatica quando non habeat locum.*
313 *Fatica concessa in subhastatione non potest dominus ea postea vti.*
314 *Consensum domini interuenisse quomodo probetur.*
315 *Probatio testium & scripturæ æquiparantur.*
316 *Possessionem commissi an possit dominus capere propria auctoritate.*
317 *Notorium in Catalonia an habeat locum.*
318 *Pœnam duplicati laudimij an possit quis effugere.*
319 *Laudimij duplicati pœna quando quis liberetur.*
320 *Mora quando possit purgari per emphyteotam.*
321 *Mora purgatur in pœna posita à lege.*
322 *Moram purgare volens quid facere teneatur.*
323 *Laudimium solui debet vt purgetur mora, aut illud est deponendum.*
324 *Laudimium duplicatum quando non debeatur ab eo qui emit rem sine domini consensu.*
325 *Noua possessio quæ dicatur.*
326 *Recognoucrunt proceres in quibus locis obseruetur.*
327 *Consuetudines Barcinonæ in quibus locis obseruentur.*
328 *Commissum solum cadit in re alienata, seu in parte.*
329 *Commissum solum ha et locum in parte negata.*
330 *Commissum non habet locum si contractus sit nullus.*
331 *Laudimy duplicati pœna non debetur ex contractu nullo.*
332 *Expensæ an reputentur factæ in re quæ commissa fuit.*
333 *Laudimij duplicati pœna euitatur quandoq.*
334 *Compensatio non admittitur ordinariè ipso iure.*
335 *Compensatio admittitur ipso iure ad euitandam pœnam.*
336 *Laudimij duplicati pœnam effugit accipiens possessionem cum protestatione sine præiudicio domini directi.*
337 *Protestatio euitat pœnam laudimij duplicati, & quomodo.*
338 *Ecclesia potest rem suam in emphyteusim concedere, seruatis solemnitatibus.*
339 *Ecclesia potest rem semel alienatam cum decreto iterum alienare sine eo si ad eam reuertatur.*
340 *Emphyteusis & feudum æquiparantur.*
341 *Emphyteusis sine titulo conseruatur cum possessione quadraginta annorum.*
342 *Emphyteota an teneatur titulum exhibere, an verò cadat ab emphyteusi.*
343 *Titulus emphyteusis præsumitur ex solutione pensionis quadraginta annorum.*
344 *Laudimium duplicatum quando non debeatur.*
345 *Solemnitas statuti in alienationibus non seruatur, si alienatio fiat inter coniunctas, & n. 147.*
346 *Consensus domini in alienatione quando non requiratur.*
348 *Firma domini quid operetur.*
349 *Laudimium an censeatur solutum ex firma domini.*
350 *Firma probat consensum domini.*
351 *Firma domini vbi sit fienda, & n. seq.*
353 *Notarij non possunt tradere instrumenta de rebus emphyteuticis, nisi in illis interueniat firma ratione dominij.*
354 *Dictio* &. *ponitur inter diuersa.*
355 *Firma ratione dominij non requiritur in generali obligatione.*
356 *Pœna constit 3. huius tit. an procedat in alijs contractibus quàm venditionis, cum seq.*
357 *Emptionis verbum an comprehendat alios contractus.*
358 *Emptionis verbum diuersimodè apponitur tam in re fauorabili, quàm in odiosa.*
359 *Emptionis nomen an comprehendat permutationem.*
360 *Venditionis nomen an comprehendatur sub venditione.*
361 *Permutatio an comprehendatur sub venditione.*
362 *Vendere prohibitus sine domini licentia, prohibitus est permutare.*
363 *Possessionem accipiens sine domini licentia siue ex permutatione, siue ex venditione, pœnas constitutionis meretur.*
364 *Vsufructuarius tenetur soluere census rei emphyteuticæ.*
365 *Notarij non possunt tradere contrahentibus instrumenta venditionum rerum emphyteuticarum sine firma dominorum.*
366 *Notarius debet seruare prædicta in rebus feudalibus.*
367 *Instrumenta edere an teneatur emphyteota domino directo.*
368 *Titulum realem tenetur emphyteota ostendere domino.*
369 *Titulus realis quis sit.*
370 *Titulus realis in Catalonia appellatur stabilimentum.*
371 *Titulus realis in Catalonia dicitur Precariū.*
372 *Solutiones tres vltimæ sequentes probant solutionem cæterarum.*

373 Solu

373 *Solutiones tres quando probent omnes præcedentes.*

374 *Emphyteota an possit cogi ostendere vltra tria chirographa posteriora.*

375 *Subemphyteuticare quando quis possit, & qua forma, cum seq.*

376 *Laudimium semper est soluendum domino directo.*

377 *Census in nuda perceptione quare apponantur.*

378 *Dominus subemphyteuticans ius firmæ retinet, & ad quid.*

379 *Dominus medius habet ius fatica pro retentione.*

380 *Emphyteuta subemphyteuticans rem an amittat dominium.*

381 *Vindicari potest res emphyteutica ob non solutionem census.*

382 *Dominium pleuum quando dicatur translatum in emphyteotam.*

383 *Census in nuda præstatione an præscribantur in totum.*

384 *Capacitas emphyteotæ regulatur à domino.*

385 *Laudimium in contractu cum pacto de retrouendendo quantum sit.*

386 *Laudimium medium debetur ex venditione cum pacto de retrouendendo, & seq.*

388 *Laudimia Regia fuerunt remissa quæ debita erant vsque ad curias anni 1599.*

389 *Laudimia debita ante curias anni 1599. in curijs eiusdem anni fuerunt remissa.*

390 *Laudimium in ciuitate de Vic soluitur integrum etiam in pacto de retrouendendo à principio.*

391 *Consuetudo attenditur in solutione laudimiorum.*

392 *Laudimium solutum ex contractu nullo an repetatur.*

393 *Repetitur laudimium solutum si contractus declaretur nullus.*

394 *Laudimium quo tempore præscribatur.*

395 *Laudimium quando incipiat præscribi.*

396 *Scientia requiritur in præscriptione, & à quo tempore currat.*

397 *Præscriptio à quo tempore incipiat.*

398 *Iuramento domini statur circa scientiam.*

399 *Ignorantia alienationis factæ magis præsumitur quàm scientia.*

400 *Iurare cogitur dominus an habuerit scientiã.*

401 *Laudimium præscribitur lapsis triginta annis.*

402 *Laudimium integrum debetur ex toto censu luibili.*

403 *Laudimium an debeatur de restitutione facta à fratre fratri.*

404 *Frater succedens ex patris dispositione non dicitur succedere fratri.*

405 *Laudimium remissum ob gratiam ei qui soluere tenebatur, an repeti possit.*

406 *Laudimium in pacto de retrouendendo quando recuperetur.*

407 *Expensas non recuperat qui realiter non soluit.*

408 *Spoly causa quando locum habeat inter emphyteotam & dominum.*

409 *Mandatum iudicis factum emphyteotæ ne soluat, eum excusat à mora.*

410 *Extractio portarum pro censibus emparatis fieri non potest.*

411 *Expensas an recuperet emphyteota possidens sine firma domini.*

412 *Expensas non recuperat malæ fidei possessor.*

413 *Retentio non competit pro expensis factis in re allodiali sine firma domini.*

414 *Laudimium duplicatum an debeatur quando emptor ignorabat dominium rei.*

415 *Ignorantia dominij an prosit emptori.*

416 *Emens habet regressum contra venditorem pro laudimio soluto si res libera fuit vẽdita.*

417 *Venditor debet condemnari ad resarciendum emptori quod soluit ratione rei.*

418 *Laudimiũ quãdo debeatur ex legato annuo.*

419 *Laudimium non debetur quando res peruenit de patre ad filium.*

420 *Laudimium non debetur quando res vadit de vno fratre ad alium iudicio patris.*

421 *Laudimium an debeatur ex Trebellianica.*

422 *Laudimium non debetur ex re qualibet hæreditatis paternæ quæ transit in filium.*

423 *Laudimium an debeatur ex diuisione inter cohæredes, & n. 508.*

424 *Laudimium intra ciuitatem Barcinon. non debetur ex titulo lucratiuo.*

425 *Æstimatio rei quando faciat emptionem.*

426 *Laudimium quando debeatur ex re æstimata in dotem.*

427 *Æstimatio causa dotis fit, & quomodo.*

428 *Æstimatio facit emptionem quando committitur marito electio restitutionis.*

429 *Bastardi in Catalonia de successione paterna an soluant laudimia.*

430 *Bastardi extranei reputantur.*

431 *Bastardi legitimati, pro legitimis habentur.*

432 *Bastardi in Catalonia an succedant.*

433 *Bastardi an soluant laudimia intra ciuitatem Barcinone.*

434 *Forensis an teneatur soluere laudimium de titulo lucratiuo de rebus in vineto Barcinone sitis.*

435 *Forensis soluit de rebus allodialib. Ecclesiæ.*

436 *Forenses an comprehendantur in sententia arbitrali.*

437 *Forenses an soluant laudimia de rebus lucratiuis intra ciuitatem.*

438 *Precarij instrumentum quomodo concipi debeat per Notarios.*

439 *Precarij instrumentũ quid continere debeat.*

440 *Precarium confirmat ius antiquum.*

509 *Causa*

509 *Causa necessaria consideratur.*
510 *Cohaeredes quando debeant laudimium ex diuisione.*
511 *Diuisio quot actus contineat.*
512 *Feudum an sit diuisibile.*
513 *Cessio inter cohaeredes quando dicatur necessaria.*
514 *Diuidui, vel indiuidui ratio est in consideratione.*

IN incantu, siue publica subhastatione fuit vendita quaedam domus plus danti & offerenti, saluis iuribus dominicalibus, eis qui postea apparerent dominos illius esse, & pretium fuit depositum in tabula cambij praesentis ciuitatis. Consuluit me Reuerēdus Gabriel Mallafre Praepositus praepositurae mensis Nouembris in Sede Barcinonen. & quaesiuit, † an dominium directum dictae domus esset dictae praepositurae, ex duobus instrumentis, in quorum vno quidam vocatus Michael de Monte Iudaico possessor dictae domus eam stabiliens Bartholomaeo Desteix dixit in instrumento stabilimenti dictam domum habere sub dominio directo dictae praepositurae: postea aliud instrumentum, quo dictus Praepositus dictū dominium probabat, erat confessio quam dictus Bartholomaeus Desteix fecerat Praeposito de dicta dominicatura. 1

2 Respondi † ex dictis duobus instrumentis plenè remanere probatum dominium directum dictae domus respectu dictae praepositurae, quia confessio prima venditoris dictae domus eam confitendo esse sub directo dominio, inducebat plenam probationem dicti dominij, iuxta notata per Guillerm. Benedict. *in cap. Rainutius. verbo & vxorem, à num.* 445 quòd ex tali confessione dominium
3 censetur translatum, in cuius fauorem † confessio fuit facta, aut saltim probatum remaneret, & sic fuisse decisum, refert Guid. Pap. *decis.* 272. tum ex traditis per Franciscum Viuium *lib.* 2. *commun. opin. opin.* 144. vbi asserit id in instrumento antiquo, in quo fit mentio, aliquem locum esse de iurisdictione alicuius dioecesis, vel territorij, plenè probari.

Tertiò ex dicta Guillermi Benedict. do-
4 ctrina *n.* 447. vbi talis † confessio non solùm obligat confitentem, sed & successores, maximè si se refert confessio ad actum similem praecedentem, adeò quòd non teneatur docere de iure praedecessorum, ex text. *in l. eum qui Ephesi. §. Iulianus. lo.* 2. *ff. de const. pecun.* quem textum commendat Bart. facit gloss. *in cap. si Romanorum, prope finem, verbo desunt.* 19. *dist.* &
5 sic † talis recognitio relata ad aliud factum praecedens habetur tanquam geminata, & perinde est atque si in iudicio fuisset facta. Afflict. *decis.* 164. *num.* 3. nam licèt confessio praedicta facta fuerit absente Praeposito obtinente dictam praepositurам, nihilominus † talis confessio valuit saltim de iure Canonico (quod, vt iam suprà dixi, ante omnia in hoc Catalaniae principatu est obseruandum, deficiente constitutione,) vt notatur *in cap. fin. de successio. ab intestat. l. generaliter. C. de non num. pecun.* Felin. *in cap. si cautio, de fide instrument.* quia praedicto casu confessio facta fuerat in fauorem Ecclesiae, quae minori aequiparetur. *cap.* 1. & 3. & vbique gloss. & DD. *de in integrum restit.* maximè, quia quoad interesse dicti Praepositi, licèt absentis, † censetur de iure acceptationem subsecutam fuisse per medium Notarij, cui tanquam personae de iure approbatae licitum est acceptare dictam confessionem, iuxta notata per glossam *in § alteri. Instit. de inutil. stipulat.* text. *in l. eum qui. §. pen. ff. de constit. pecunia*, & sic dominium praedictum ex tali probatione probatum remanere resolui. tenet hoc idem Ioann. Gutier. *de iuramento confirmat.* 1. *part. cap.* 54. *à num.* 9. 6 7

Sed fuit quaesitum, † an si in talibus instrumentis non reperiretur acceptatio Notarij in fauorem dicti Praepositi, valeret praedicta confessio facta absente Praeposito, in cuius fauorem facta fuerat. 8

Respondi quòd sic, quia similes acceptationes de stylo ordinario solent per Notarios apponi, & quòd si forsan in dicto instrumento non repetiretur, nil obstabat, quia clausula apponi solita, si non apponatur per simplicitatem, vel obliuionem Notarij, habetur quoad eius effectum ac si fuisset apposita. ita Caepolla *in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de aedilit. edict.* allegat text. *in l. qua nondum. §. quod dicitur.* ibi, *non ad illam, quae solet quotidie inferre cautionibus ff. de pignor.* notant Paul. Bald. Ias. & alij *in l. errore. C. de testament.* quia, vt resoluit Menoch. *de praesumpt lib.* 3. *praesumpt.* 43. Notarius † semper censetur rogatus de apponendo in instrumento contractus, qui celebratur, solitas & assuetas clausulas, quae ad perfectionem & validitatem contractus conducunt, si per tales clausulas non alteratur substantia contractus, nec aliquid noui addat, vel ex conuentione aliquid detrahat. 9

Existebat quidam in possessione recipiendi annuum censum supra quadam pecia terrae, quae postea fuit diuisa inter duos, aut tres. Dubitatum fuit, † an singuli teneantur soluere integros census, quos praestat dicta pecia terrae, an verò pro rata. 10

Diuidi † autem posse census indubitati iuris est, cùm aget vectigalis diuidi possit. *l. communi diuidundo.* 7 *ff. communi diuidundo.* 11

 vbi

vbi Iureconsultus in hæc verba prorumpit. *Communi diuiduudo iudicium locum habet & in vectigali agro.* Præsupposito autem quòd
12 absque dubio † res emphyteutica diuidi potest, secundùm aliquorum mentem, videtur dicendum iuxta tradita per Surdum *decis.32. num.7.* allegantem Nauarr. *in comment. de vsuris, quæst.16. num.114. vers. quæstio decima septima*, & alios, quòd si vnus possideat vnicam tantùm partem, possit insolidum conueniri. Secundùm autem ea quæ tradit Couar. *lib.3. variar. cap.7. num.6.* videtur dicendum contrarium, nempe non posse conueniri possidentem partem pro toto censu.

Prædictam autem dubitationem Surdus *dicta decis. 42. num. 7. circa medium*, aliter videtur distinguere, constituendo differentiam, an dominus petat census actione
13 reali, an verò personali, ita † quòd si petat actione personali, non teneatur conuentus possidens partem soluere, nisi pro rata; si verò actione reali petat, tunc teneatur integram pensionem soluere, cùm possessor debeat in iudicio actionis realis condemnari ad soluendum, seu deserendum, cùm res sit affecta onere hypothecæ.

14 Sed, † licèt hæc diuisio videatur approbata à Senatu Mantuano, prædicto dubio sic respondendum censeo, quòd aut diuisio est facta de voluntate domini, aut non. Si non est facta de voluntate domini, tunc certum est vnumquemque ex possidentibus partem rei emphyteuticæ teneri ad integram solutionem annui census, quia cùm tota pecia terræ esset obligata, non potuerunt contrahentes domino præiudicare, quia facto hæredum non alteratur prima obligatio *l.2. §. ex*
15 *his. ff. de verbo. oblig.* Vnde † emphyteotæ inuito domino non possunt soluere canonem per partes, vt attestatur Paul. de Castr. *in l. quidam existimauerunt. ff. si certum petatur.* quia obligatio illa soluendi est realis, & sic sequitur quemcunque possessorem, vt innuit Accurs. *in dicta l. communi diuidundo, verba*
16 *confundetur*, vbi attestatur † quòd si hæredes emphyteotæ diuiserunt inter se rem emphyteuticam, & vnus soluit pro parte sua canonem, & alter non, quòd tota res incidit in commissum, sequitur Alex. *cons.7. col.2. vol.5.* Hostiens. *in summa, tit. de locato. § fin. vers. quid si vnus ex pluribus.* Afflict. *decis.153. n.4.*

17 Si † autem de voluntate domini facta sit diuisio, tunc vnusquisque pro rata erit obligatus, & in solidum non poterit vnusquisque conueniri. ita Bart. *in l. fraudati. ff. de public.* qui dicit quòd si dominus consentit diuisioni, sibi præiudicat in hoc, quòd si vnus soluit partem suam, & alter non soluit per biennium, vel triennium, solùm pars non soluentis incidit in commissum, quia dominus consentiens approbauit factum, & sibi præiudicauit, & sic secundùm hanc sententiam † quòd ex diuisione facta cum consen- 18
su domini vnusquisque tantùm teneatur pro rata, & non vnus pro alio, fuisse decisum in Regio Senatu Neapolitano, refert Afflict. *decis.153. num. 6. & 6.* Sed † quomodo dice- 19
tur consensum domini interuenisse.

Respondeo resolutiuè quòd ex firma illius, si enim ipse firmauerit instrumentum, consensisse dicetur. ex text. *in cap. si quis presbyterorum. de rebus Ecclesiæ non alien.* tradit Mier. in curia Barcinon. Reg. Ferdinand. *col.2. c.13. de iure emphyt. n.23.* vel si diuisim sine protestatione receperit census à duobus, vel tribus,
inter quos facta fuit diuisio, quia † ex præ- 20
dicta census receptione sibi præiudicauit, & videtur eam approbasse. iuxta tradita per Guid. Pap. *decis.171. n.4.* ex glossa *in l.2. C. de iure emphyt. & in cap. potuit, de locato.* vbi dici-
tur † quòd dominus recipiendo canonem 21
sine protestatione renunciat commisso, quia censetur illud approbasse. sic in præsenti ex receptione simpliciter facta de pensione pro rata ab vnoquoq; absque protestatione dicitur dominum approbasse prædictam diuisionem. vide plura tradita per Menochium *de præsumpt. lib.3. præsumpt.112.* vbi plura de caducitate, de moræ purgatione per emphyteotam fienda, & aliis requisitis.

Quæsiuit à me Michaël Ribor loci de Salt
Episcopatus Gerundensis, † an possit renun- 22
ciare quandam peciam terræ domino directo illius, & quid si dominus prætenderet rem esse deterioratam.

Respondi quòd dictus Ribor poterat liberè dictam peciam terræ restituere domino directo illius, quoties voluerit, iuxta tradita per Stephan. Gratian. *decis. Rota Marchia 87.* dummodo ante renunciationem integrè soluat omnes census debitos, ex text. *in cap. 66. recognouerunt Proceres*, vbi ita disponi-
tur, † *Item quilibet emphyteota potest dimit-* 23
tere rem quam tenet pro alio in emphyteusim, dummodo soluat censum quem tenetur dare pro tempore præterito, & quòd faciat sibi instrumentum absolutionis, & saluo iure deteriorationis rei. quod caput *recognouerunt Proceres*, ex singulari priuilegio ciuitatis Gerundæ (quod vidi in quadam causa ciuili Inquisitionis inter Capitulum Gerunden. & Nobilem Beatricẽ Vila, & alios creditores loci de Sponella)
ibi seruatur, ex quo apparet † dominum ne- 24
cessariò teneri acceptare renunciationẽ prædictam statim, absque hoc quòd possit recusare, & petere se manuteneri in receptione cẽsuum, donec super deterioratione rei ius dicatur. quia talis prætensio locũ non habet; sed

si

si deteriorationem prætendit in iudicio ordi-
25 natio, † debet petere. quia ridiculum esset condemnare renunciantem non possidentem rem post renunciationem, ex regula *l. fructus. ff. de rei vindic. l. si fortè. §. etiam. ff. si seru. vindicetur.* Ludouic Roman. *consil.* 417. *num* 8 Capyc. *decis.* 14. *num.* 21. Cancer *lib.* 3. *var cap.* 1. *num.* 139.

26 Vendita † fuit in publica subhastatione quædam domus, (quæ sub directo dominio alicuius erat) non expresso iure dominicali, fuit pretium inter creditores diuisum. quæsitum fuit, an præiudicium aliquòd factum fuerit domino directo ex tali publica venditione, cùm dominus directus intra certum tempus non se opposuerit tali alienationi.

27 Respondi † quòd non, quia dominus directus non habet necesse opponere se tali executioni ad conseruandum ius suum, sed quomodocunque res vendatur, illæsum sibi remanet ius suum, cùm res ad quemcunque possessorem cum suo onere transeat, *l. alienatio. ff. de contrahend. empt. cap. cùm non sit in homine, de decimis.* Massarius *in sua praxi in titulo de executio & subhastat. fol.* 77. *col.* 4. Boërius *decis.* 112. *num.* 115.

28 Quæsitum fuit, † an cùm domus quædam fuisset bis vendita in villa de Olesa, quæ erat sub dominio directo Monasterij de Monserrat, non soluto laudimio de prima venditione, secundus emptor remaneret obligatus ad soluendum primum laudimium debitum ex prima venditione.

29 Respondi quòd sic. nam licèt † secundus emptor non sit personaliter obligatus ex contractu per eum celebrato, quia in emptione de tali onere soluendi pactum non interuenerat; tamen aderat obligatio realis quæ fundi possessorem sequitur, quia ipsa res vendita hypothecata remanet pro solutione laudimiorum, vt tradit Amad. de Ponte *in tractatu de laudimijs, quæst.* 45. quod probare conatur ex *l. Modestinus. ff. de solutio. l. in creditore. ff. de euictio.* & iuxta hanc resolutionem fuit decisum in Consilio Neapolita. teste Vin-
30 cent. de Franchis *dec.* 659. dicente, † quòd ciuitas quæ emerat certas domos sine consensu domini directi, fuit condemnata ad soluendum laudimia tam debita ex sua emptione, quàm ex alia primò facta, aut ad desendam domum, & illam intra manum domini directi mittendam.

31 Dubium exiuit, † an mulier tenens & possidens hæreditatem mariti pro suis dote & sponsalitio, iuxta constitutiones Cataloniæ, & alia iura patriæ, teneatur soluere laudimium de illius possessione. Altercatum fuit dubium inter DD. existimantes quàm plurimi quòd mulier hoc casu tenebatur laudimium soluere, ex fundamentis sequen-
tibus. quia † laudimium debetur ex trans- 32
portatione vnius manus ad alteram, quando peruenit ex titulo oneroso. gloss. *in l. fin. C. de iure emphyteo. vers. & ne auaritia. verbo æstimationis,* & iuxta constitutiones Cataloniæ, vt refert Peguer. *in cap. item ne super laudimio. prælud.* 3. *num.* 7. quòd autem † vi- 33
dua habeat tenutam ex titulo oneroso, clarè apparet, cùm sit ex causa dotis sibi non solutæ per hæredes mariti, & hæc onerosa causa dicitur, vt refert idem Peguer. *in cap.* 1. *vers. item que perso que sobre lo luisme, n.* 4. *vers. item dicitur, consemblant.* ratione pacti lucrandæ dotis, quod † est titulus onerosus, quia 34
præcedit causa onerosa, scilicet dotis & matrimonij, vt *in auth. de nuptijs. §. quia verò hæc tenus. gloss. incip. homines secundò nubentes.* & gloss. *in l. si donaturus ff de condict. ob caus.* tum etiam, quia mulier iura hæredis habet, actionésque actiuæ & passiuæ in ea concurrunt.

His tamen non obstantibus, contrarium defendebam, nempe mulierem non teneri soluere laudimium de possessione adquisita ratione tenutæ, quia † laudimium debetur 35
ex actu quocunque, per quem adquiritur dominium, vt tradit Peguera vbi suprà *num* 98. certum est autem ex tenuta non adquiri dominium ipsi mulieri, sed solùm ius hypothecæ ei competit pro dotis securitate, † vt la- 36
tiùs infrà dicemus *in cap. de dotis recuperatione.* & sic cùm dominium ei non adquiratur, dicebam non debere ipsam mulierem pro tenuta laudimium soluere, quãto magis quòd constitutione secunda sub tit. *de iure emphyteutico.* cauetur quòd pro securitate, quam maritus præstat mulieri de sua dote conseruanda, nullum soluatur laudimium, vt apparet ex illis verbis, *exceptat empero obligatió de feu feta per marit, o altri per ell a sa muller per seguretat del dot per lo qual al sor del feu res no sie pagat.* ex quibus verbis deducitur clarè, † ex tenuta nullum laudimium fore soluen- 37
dum, & sic in officio Baiuliæ generalis Cataloniæ, me existente Relatore, fuit resolutum intra nos Assessores quòd egregia Comitissa de Sualla non tenebatur soluere laudimium de tenuta, quam habebat in bonis sui egregij mariti defuncti.

Sed † quæsitum à me fuit tanquam Ad- 38
uocato Monasterij Beatæ Mariæ de Monserrat, cui auctoritate Apostolica fuit vnitum Monasterium, & Abbatiæ sancti Benedicti de Bages, cuius occasione euenit dubium quòd in ciuitate de Manresa sunt plures domini medij, qui habent diuersa allodia sub domino directo dicti Monasterij de Monserrat, cui nullam pensionem soluunt dicti domini

domini medij, ex quo prætendunt dicti domini medij illos non teneri ad solutionem laudimiorum ex alienationibus quæ fiunt de dictis proprietatibus, eo quòd non soluunt dictam annuam pensionem, prætendendo consuetudinem esse in dicta ciuitate de Manresa quòd laudimium soluatur dominis qui recipiunt annuos census.

39 Iuxta prædicta fuit quæsitum, † an dominus directus non obstante dicta consuetudine possit prætendere laudimium de alienationibus quæ fiunt de proprietatibus quæ tenentur sub dominio directi dicti Monasterij, licèt non fuerit assuetum recipere annuos census.

40 Respondi † quòd etsi actualiter dictum Monasterium non recipiat, neque receperit à prædictis dominis mediis aliquam modicam pensionem, cùm Monasterium posset percipere quoties vellet, perinde est non soluere atque si soluissent, quod clarum fiet ex sequentibus.

41 Primò, quia † non potest dari contractus emphyteuticus ille, qui conseruatur sine modica annua præstatione, cùm annua præstatio sit de essentia ipsius contractus emphyteutici, iuxta text. *in l.* 1. *& toto tit. C. de iure emphyteut. l.* 1. *& toto tit. C. sine censu & reliquis fundum comparari non posse.* Iaf. *in l.* 1. *num.* 120. *C. de iure emphyt.* Ferrar. *in praxi in forma libelli de feud. reuocat. in princ. num.* 44. adeò quòd neque pacto fieri potest quòd sit

42 † emphyteusis absque annua præstatione, quia hæc annua præstatio fit in signum dominij directi, & vt dominus medius recognoscat dominium directum. Bart. *in l.* 1. §. 1. *ff. de publican.* Innocent. *in cap. ad audientiam lo* 2. *col.* 2. *de rebus Eccles. non alienand.* Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 7. *num.* 1. *vers. sic & census dicitur iure Pontificio.* & sic licèt in dicta ciuitate de Monresa existant domini medij, etiam à mille annis retro, absque solutione dicti annui

43 census, † non censetur liber à præstatione solutionis, nec dominus directus cecidit & iure perceptionis, glossa singularem *in cap. constitutus, de religios. domibus.* Abb. *in cap.* 1. *de in integr. restitut. column.* 2. & *ibi* Augustin. Beroius *numero* 69. Socinus *consil.* 167. *lib.* 2. Iaf. *in leg.* 2. *Cod. de iure emphyteut. num.* 41. quam sententiam communem atte-

44 statur Decius *consil.* 137. *col.* 2. & sic † dominus medius tenetur ad solutionem annuæ pensionis, quam petere potest dominus directus, qui si petat, & ipsi non soluatur, potest rem emphyteuticam recuperare, vt in casu denegatæ solutionis dominium vtile, quod habet dominus medius, consolidetur cum dominio directo, iuxta text. *in l.* 2. *C. de iure emphyt.*

Sed quæri potest, † an dominus directus 45 possit rem in emphyteusim dare, cum pacto quòd non teneatur emphyteuta aliquid soluere, sed solùm recognoscere dominum directum vt talem.

Respondeo ex suprà traditis quòd non, quia tale pactum est contra naturam & essentiam contractus emphyteutici. nam in hoc contractu certa quantitas etiam minima debet dari per dominum medium, † non ratione pretij, quia tunc esset contractus emptionis & venditionis, sed præstatur in recognitionem dominij directi. Bart. *in l.* 1. *n.* 4. Bald. *num.* 7. *C. de rescinden. vendit.* Iacobus de sancto Georgio *in auth. qui rem, num.* 25. *C. de SS. Eccles.* Aluat. Valasc. *de iure emphyteut quæst.* 1. *num* 15. *& quæst.* 11. *num.* 19. *vers. tu aduerte.* 46

Quæritur vlteriùs, † an à tali domino 47 medio possit allegari contra dominum directum præscriptio.

Respondeo quòd non, ex gloss. *in l. malè agit,* & *ibi* Bald. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* dominus † enim directus semper possidet 48 tanquam habens dominium quidditarium, & ciuile, ciuilémque possessionem: dominus † autem medius naturalem & bonitariam, 49 iuxta gloss. & *ibi* communiter scribent. *in l.* 3. *ex contrario. ff. de adquir. possess. l. ficus certo.* §. *si duobus vehiculum. ff. commod.* Afflict. *decis.* 380. *num.* 4. hæc † autem ciuilis possessio impedit 50 quòd emphyteuta, qui tantùm naturalem habet, præscribere non possit, quia † vtraque possessio in præscriptione requiritur, 51 nempe naturalis & ciuilis. Bart. *in l.* 3. §. *ex contrario. ff. de adquir. possess.* Paul. de Castro & alij *in l.* 1. *num.* 1. *C. de seruis fugitiuis.*

Quæri potest, † quid sit dominium directum, & quid vtile, & in quo differant. 52

Respondeo quòd dominium directum est maius quocunque alio. Petrus Iacobin. *in libello de actione pro re emphyteutica, qua cessit in commissum. fol.* 11. Socin. *in l.* 1. *ff. ad leg. falcid. num.* 2. notat Matthes. in Vsar. *si quis suum feudum. quæst.* 11. quos allegat Solso. *in lucer. laudim.* 3. *quæstio. princip. num* 23. dicens † illud 53 esse dominium directum, ius nempe quod quis habet in re in corporali immobili; dominium verò medium est ius quoddam dominationis in re corporali immobili ex consensu & voluntate domini directi. Montaner *in additio. ad Anton. Oliba.* 2. *part. de actio. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 14. † hoc autem dominium medium appellarunt Doctores commoditatem quandam vsus, vt *in l.* 1. §. *quod autè. ff. de superficieb.* aut solum vsumfructum, vt *in dicta l.* 1. *in dicto* §. *quod autem.* Bald. & Paul. de Castro *in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure.* Solso. *in* 8. *cellul. de speciali obligatione. num.* 22. 54

Quæritur vlteriùs, † an contractus præ- 55 sumatur,

sumatur censuaticus, vel alius diuersus, & ex quibus.

Respondeo, quòd si modica pensio soluatur, ita vt quantitas quę soluitur non æquiualeat fructibus, tunc dicitur contractus emphyteuticus, iuxta Bart. *in l. 1. num. 9. C. de iure emphyt.* Ias. *ibidem, num* 5. Ias. *cons.* 49 *n.* 16. *&* 17. Vincent. de Franc. *decis.* 235. *n.* 2. Thesaur. *decis.* 20. *num.* 5. Surdus *decis.* 198. *num.* 1. Aluar. Valasc. *de iure emphyt quæst.* 1. *num.* 9. quos refert Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 18. *p.* 1. *num.* 29. si verò quantitas quæ soluitur æquiualet fructibus, tunc non iudicatur contractus emphyteuticus, iuxta tradita per suprà citatos auctores.

56 Quæro vlteriùs, † an dominus directus possit compellere tertios emphyteotas ad capibreuiandum, & recognoscendum dictum dominium.

Respondeo, quòd sic. hoc tamen modo quòd dominus directus debet præcipere domino medio quòd faciat capibreuiare dominum tertium, vel quartum, & recognoscere dominium directum sibi, iuxta notata per Socar. *in consuetud. Catal. cap. & eodem modo, sub tit qualiter procedatur contra emphyteutam iniuriantem, mihi fol.* 110. *num.* 17 *&* 18. iunctis iis quæ notat *eodem cap. num.* 2. quod præsensit antea Guillermus de Vallesica ad Vsat.

57 *omnes homines, num.* 4. vbi ait, † quòd si plures sint domini alicuius emphyteotæ, vltimus iudicem assignabit, idque confirmat ex consuetudine Barcinonen. *recognouerunt Proceres, cap.* 35. & ex *constit.* 29. Regis Iacobi in prima curia Barcinon. quæ hodie est constitutio sexta, tit. *de iurisdict. omn. indic.* quod ex eodem Vallesica sequitur Socar. *in consuetud. Catal si quis habet hominem, num* 30. *mihi*

58 *pag.* 454. quia† casu quo emphyteuta, qui dicitur dominus medius, est tardus & inobediens in procedendo contra suum emphyteotam, tunc superior, id est, dominus directus, debet assignare iudicem, vt tradit idem Socar. ad dictam consuet. *num.* 18. *mihi pag.* 111.

59 Quæsitum fuit, † quæ actio detur dominis pro recuperatione censuum.

Respondeo quòd licèt actio personalis dicatur ea quæ ex contractu oritur, vt ait Iustin. *in § omnium. Instit. de actio.* tamen actionem realem competere pro exactione censuum, attestatur Anton Oliba 2 *part de actio.*

60 *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 18. vbi expresiè ait † posse dominum directum agere in rem aduersùs possessorem rei emphyteuticæ, quam secundus dominus (qui medius dicitur) occupatam habet, & etiam contra tertium, ex *l* 1. §. *quod autem*, & *ibi* gloss *ff de superficieb.* faciunt tradita per Roman. *cons.* 311. quem ad hoc institutum citat Crauetta *consil.* 341. *n.* 9. *&* 10 *tom.* 3. Felic. Solis *de censib. lib.* 3 *cap* 1. Hippolytus Montaner *in additio. ad Anton. Olib. de actio* 2. *p cap.* 7. *num* 47.

Reuerendus† Raphaël Ferret presbyter & 61 beneficiarus in Sede Barcinon. petiit à N Rabassa hortulano certos annuos census, qui à prædecessoribus dicti Rabassa exacti erant per beneficiatos per spatium plusquam quadraginta annorum, quas solutiones probabat dictus Ferret diuersis chirographis, quos census præstabat dictus Rabassa ratione cuiusdam peciæ terræ. euenit quòd dictus Rabassa decessit, eius hæres succedens recusauit soluere, & dixit se possidere diuersas terræ pecias, & sic petebat vt dictus Ferret designaret indiuiduæ terræ peciam.

Quæsitum fuit, † an dictus Ferret tene- 62 retur dictam peciam terræ designare.

Respondi quòd non, sed sufficere quòd probaret dictum Rabassa nouum hæredem possidere easdem pecias terræ, quas possidebant illi, qui soliti erant prædictos census soluere per spatium plus quàm quadraginta annorum, quia probata dicta possessione onus illud census censebatur iniunctum super omnibus terris, aut saltim ipsi debebant illam designare in indiuiduo, quia tempus illud quadraginta annorum & plus, sufficiens erat ad adquirendum dominium per præscriptionem, iuxta tradita per Mascard *consil.* 279. *num.* 19. quia ex præscriptione inductus censetur titulus. quia licèt emphyteusis à principio requirat scripturam, ex *l.* 1. *C de iure emphyt.* tamen † quando de pluribus so- 63 lutionibus constat, non est necessarium vt condemnetur quis ad soluendum de cætero. tenet Bart. *in l. litibus*, per illum text. *C. de agr. & censit. lib.* 11. Alex. *cons* 50. *vol.* 1. Bald. *de præscript.* 1 *part. princip quæst.* 10. *num* 36 Narta *cons.* 446. *num.* 16. *&* 17. & sic cùm simus in antiquis, non est † quòd per dictum benefi- 64 ciatum indiuiduetur dicta pecia terræ, quo casu sufficit præsumptiua probatio. ita ex mente Aymun. Crauet. *de antiquit. temp parte vlt. num.* 35. Decij *consil.* 54 *num.* 3. & aliorum tenet Mascard. *de probat. conclus.* 103. *num.* 18.

Quæritur, † in quo differat res feudalis 65 ab emphyteuticaria.

Respondeo quòd in pluribus, sed præcipuè in hoc quòd res emphyteutica conceditur sub certo onere soluendi, vt ex text. *in l.* 2. *C. de iure emphyt. c potuit*, cum similibus, *de locat. & cond.* feudum autem licèt concedi soleat propter seruitia & in præmium, cùm † certa pecuniæ quantitas non interueniat, 66 gratuitum dicitur, vt est text *in cap* 2. *de feud. dat. in vicem leg. commiss.* requirit tamen feudum

feudum quòd seruitia intercedant, vt *in c. 1. quib. mod. feud. amittatur.* tum & quòd seruitia quæ ratione feudi præstantur, non sit necesse ea ordinariè præstari, sed quando casus oc-
67 currerit: emphyteusis † tamen requirit præstationes annuas, & alias differentias, quas congessit Ferrar. *in sua praxi in tit. forma libelli ad reuocan. feud. mihi pag. 282.* Socattars *c. 12. quomodo procedatur contra emphyteotam intuitantem, mihi fol. 111.* Iulius Clarus *receptar. sentent. § feudum, in princ.* Rosenthal *in tract. de feudis cap. 1.*

68 Sed quæri potest, † quomodo procedatur ad capibreuiandum.

Respondeo quòd ordinariè solet accedere dominus, qui capibreuiare vult, ad adm. Reuerendum Cancellarium, seu ad Magnificum Regentem Regiam Cancellariam, & alteri ex his solet offerri per eum supplicatio, narrando se velle capibreuiate in dominibus N. & N. iudicum, & N. scribæ, supplicans domos eorum in territorium & pro territorio concedere, & fit decretatio per scri-
69 bam mandati, quòd † Excellentissimus Locumtenens concedit territorium, & pro territorio domos Magnificorum iudicum nominatorum, & domum Notarij nominati pro dicta capibreuiatione facienda. de qua forma loquitur Michaël Ferrer. *3. p. obser. cap. 114.*

70 Potest † autem fieri per generale præconium publicatum de mandato Excellentissimi Locumtenentis, quo præcipiatur quòd capibreuiant omnes emphyteotæ dominis suis, de qua forma fit mentio à Ferr. *3. p. obser. c. 113.* quæ forma nunquam ferè practicatur.

71 Frequentior † igitur est forma prædicta, & debet aduertere dominus qui offert prædictam supplicationem, quòd in ea nominet tres, aut quatuor iudices, vt notat Solsona *in stylo capibreuiandi fol. 10. §. & quia negotia*, vt postea pro alteratis suscitandis & causis appellationum mutato Assessore non indigeat nouo territorio ad capibreuiationem, quam sic nos appellamus, de iure communi appellant *recognitionem*, seu *renouationem*.

72 Quæritur † an quis possit effugere capibreuiare.

73 Respōdeo † quòd non, ex plutibus fundamentis, quæ refert Ant. Oliba ad Vsat. *alium namque. c. 9. num. 11.* formam prædictam tradens ad compellendum emphyteotas ad ca-
74 pibreuiandum. Et † obtento territorio supradicto cum alia supplicatione iudicibus nominatis offertur, & ab eis petitur litteras, siue cartella citatoria expediri, & per illos in calce dictæ supplicatiunis, quæ eis offertur, fit prouisio quòd inferatur, seu consuatur terri-
75 torium, & quòd † expediantur litteræ, siue cartella decē & viginti sex dierū respectiuè, nempe decem dierum pro plebeiis, & viginti sex dierum pro militaribus, & pro gaudentibus militari priuilegio. quæ notificantur emphyteotis, & postea reproducuntur, & formatur processus ordinarius datis dilationibus ad probandum.

Quæri potest, † quomodo procedatur ad capibreuiandum in terra Baronis. 76

Respondeo quòd si Baro consentiat, & concedat territorium domino directo, vt capibreuiet in suo territorio, poterit impunè capibreuiationem facere, & emphyteotas aliunde trahere, quia † dominus hanc habet licentiam trahendi quò voluerit emphy- 77
teotas, dummodo tamen non vltra metas ordinarias eos conuocet, vt ex mente Solsonæ *in stylo capibreuiandi post formam territorij, num. 1. pag. 15.* tradit Fontanella *de pact. nuptial. tom. 1. clauf. 4. gloss. 11. à num. 5.* Meta † autem ordinaria appellatur quæ fit in- 78
tra dietam à domo dicti emphyteutæ, ita vt vnica die possit ire & redire. Socar. *in consuetud. Catalon. cap. si aliquis habet, num. 59. cum sequent. pag. 462.* refert Fontanell. vbi supra *num. 29.* potest † autem eum trahere 79
vltra vnam dietam, dummodo dominus soluat emphyteutæ expensas, quas facit eundo & redeundo, & conducendo Aduocatum, iuxta tradita ex decisione Regij nostri Senatus per Fontan. *tom. 1. clauf. 4. gloss. 12. à num. 153.*

Quæritur vlteriùs, † si in re emphyteuti- 80
ca sint plures domini, quis eorum teneatur iudicem assignare ad capibreuiandum.

Respondeo, quòd dominus vltimus, vt pluribus fundamentis confirmat Guillerm. de Vallesi. in Vsat. Barcinonæ *omnes homines, num. 4. fol. mihi 39.* & hanc eandem resolutionem tenet Socar. *ad consuetud. Catalon. c. si aliquis habet hominem. mihi fol. 454. à n. 30.* cætera quæ ad capibreuiationis materiam attinent, traduntur à Solsona *in suo stylo capibreuiandi, per totum.*

Quæsitum fuit vlteriùs, † an vnica con- 81
fessio facta per aliquem alicui, recognoscendo illum in dominum, ex tali confessione censeatur dominium probatum.

Respondeo quòd vnica confessio, etiam præsente eo cui confessio fit, non probat sola & de per se dominium, quia † ex nuda con- 82
fessione dominium non transfertur. *l. traditionibus. C. de pact.* & ita decisum refert Nobilis à Peguera *tom. 1. decis. 141. in princ.* Si verò confessio fit relatiuè facta, ita vt cum confessionē dominij confiteatur, etiam confitens se in recognitionem dominij solitum esse soluere annuam pensionem, sanè † hæc con- 83
fessio adminiculata vim semiplenariæ probationis habet, iuxta tradita per Bart. *in l. admonendi.*

monendi. ff. de iureiur. faciunt tradita per Guid. Papæ *decis.* 272. *num.* 3. & *ibi* additio. Ranchini,& clariùs additio Ranchini ad *decis.* 315. & alio adminiculo, veluti si probetur quòd vendens extraiudicialiter pluties dixit domum venditam à se esse sub dominio & allodio alicuius ad certam annuam
84 pensionem. hæ duæ † confessiones geminatæ, nempe extraiudiciales, & eæ quæ in instrumento facta est, vim plenæ probationis habebunt, vel si vnica sit iurata, iuxta tradita per Surdum *decis.* 10. *per totam.*

85 Quæri potest, † an res Ecclesiæ possint in emphyteusim concedi.

Respondeo quòd non poterunt concedere in emphyteusim Prælati ipsius, nisi eisdem casibus, in quibus emptio, & venditio con-
86 sistit, quia † emphyteusis cõtractus est translatiuus dominij, iuxta text. & quæ *ibi* notant ordinarij scribentes, *in l. fin. C. de rebus alien. non alienan.* faciunt tradita per Couarr. *lib.* 2. *var. c.* 17. *n.* 4. & sic est tenendum. si
87 verò † res semel fuerit concessa in emphyteusim, & postea reuertatur ad Ecclesiam, poterit de nouo sine alia solemnitate in censum dari, iuxta tradita per Iulium Clarum *recepta. sentent. lib.* 4. §. *emphyteusis, quæst.* 6. *in princ.*

88 Quidam † dominus directus petebat quosdam census super quadam pecia terræ, possessor verò illius negabat peciam terræ, qoam ipse possidebat, esse illam. quæsitum fuit, quid esset probandum per dominum petentem census circa illius identitatem.

89 Respondi † identitatem peciæ terræ in rebus antiquis probari saltim per duos confines, maximè si sunt considerabiles, veluti si afrontat cum via regali, vel cum aliquo flumine, vel alia simili considerabili afrontatione, iuxta tradita per Cæsarem Barzin. *decis. Rotæ Bonon.* 2. *num.* 52. *& sequent.* quia
90 † res immobilis saltim per duo confinia debet designari, iuxta text. *in l. forma* 4. *ff. de censib.* confinia autem probantur per probationes minus perfectas (quia non præsumuntur mutata.) per testes etiam probãtur, etiam si sint vasalli quorum interest, etiam si testes rustici sint. probantur etiam per lapides terminationum, per scripturam in lapide incisam, per libros antiquos, per priuilegia antiqua, per famam publicam, per coniecturas, & per custodias locorum, vt latè hæc omnia tradit Caldas Pereyra *de emptio. & vendit. c.* 21. *à n.* 13. *cum seq.*

Michaël Font negociator, dominus directus quarundam domorum in præsenti ciuitate in vico vulgò dicto *lo carrer cremat*, vendidit cuidam census & dominium directum quos percipiebat, & quod habebat in dictis domibus. † euenit quòd dominus medius 91
volebat quòd dicta venditio sibi fieret, prætendens quòd ipse erat præferendus in dicta venditione, quia magis congruum sibi erat dominium directum applicari, quàm extraneo illo emptori. quæsitum fuit, an dominus medius de iuris rigore esset præferendus in adquisitione dominij directi extraneo illius emptori.

Respondi quòd non. quia in iure solùm cautum inuenitur, vt directus dominus præferatur, & admittatur ad prælationem in contractu emptionis & venditionis, iuxta tex. in *l. fin. C. de iure emphyt.* Andre. *in* §. *nec dominus, col.* 5. *in fine num.* 46. *vers. nam emphyteuta. C. de prohib. feudi alienat.* Salicet. *in l. fin. vers. quæro sicut. C. de iure emphyt.* & iuxta hanc resolutionem fuisse decisum refert Vincent. de Franchis *decis.* 17. *numer.* 8.

Erat † concessum in emphyteusim quoddam prædium situm in patochia de la Massanera, aliàs de Cornella, sub certo annuo censu cuidam, qui inscius valoris dicti fundi illum accepit, & coluit tribus annis. euenit postea quòd sibi erat valde dammosus, & pro intrata partem pecuniæ obrulerat. dubium extitit, an sine restitutione & libera renuntiatione posset agere ad recisionem prædicti contractus emphyteutici, quia ipse rescindendo recuperabat intratam à se solutam, quam amittebat, si liberè emphyteusim renunciabat. 92

Respondi † quòd erat inspiciendus valor ipsius fundi, & fructuum perceptio, 93
tum & pacta apposita in contractu, † quia 94
pactum pars pretij esse dicitur *in l. fundi partem. ff. de contrahen. empt.* & sic computatis omnibus prædictis, locus erat retractui, si intra vigintiquinque annos censuum solutio excedebat valorem fundi, prout decisum refert secundùm hanc resolutionem Thesaut. *decis. Pedem.* 120. *in princ.* confirmando eam ex *authentica de Ecclesiast. tit.* §. *si verò loca, & in authentica de non alienan. & permut. rebus Eccles.* §. *si verò alicuius. &* §. *dudum. glos. fin. in authentica præterea. C. de episc. & cler.* quia † contractus 95
emphyteusis admittit in se recisionem, ex dispositione *l.* 2. *C. de rescinden. vendit.* iuxta tradita per Cagnol. post alios per eum citatos *in dicta l.* 2. *num* 203. sequitur Arias Pinel. *de rescinden. vendit.* 1. *part. c.* 3. *n.* 33. docens † quid teneatur probare emphyteu- 96
ta vt reuocetur contractus emphyteuticus, vel vt reducatur pensio, dicens quòd † de- 97
bet probare maiorem esse pensionem, etiam vltra dimidiam fructuum perceptione, prout in cõtractu locationis admittunt Doctores,

quamuis certum sit, reductionem pensionis, vel recisionem contractus emphyteutici potiùs debere fieri, quia in hoc contractu læsio esset perpetua, in locatione verò temporalis, vt aduertit Thesaur. *dicta decis.* 120. *numer.* 2.

Sed in Catalonia non est hoc in controuersia, quia quoties emphyteuta vult, renuntiare potest, & res consideratur iuxta statum in quo renuntiatio fit, & quod emphyteota soluit, pro soluto vadit, ita Fontanel. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauf.* 4. *glos.* 18. *part.* 1. *num.* 122. *cum seq.*

98 Præpositus † præpositurae mensis Nouembris in Ecclesia maiori Barcin. ratione suæ præpositurae erat dominus directus quarundam domorum. euenit quòd quidam particularis alius prætensus dominus litem mouit circa possessionem dictarum domorum, & in discursu causæ probauit ad se spectare census, & condemnarunt dominũ medium vt solueret de cætero census dicto domino, non verò Præposito. ipse Præpositus voluit agere ad recuperationem quarundam pensionum. dominus medius recusabat soluere dictam census pensionem. quæsitum fuit, quid iuris.

99 Respondi † ipsum dominum medium teneri soluere annuam pensionem dicto Præposito, non obstante quòd in dicta sententia fuisset declaratum alium esse dominum directum. motus fui, quia talis sentẽtia quoad interesse Præpositi erat quædam papiratio, quæ domino directo nocere non poterat, vt tradit Afflict. *in tract. de feudis. in c. si vasallus num.* 8. Rota *decis* 482. vbi deciditur quòd sententia contra vnum lata non potest exequi contra alium non citatum. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo. l. cùm quæritur. ff. de except. rei iudic.*

100 Lata † fuit sententia in causa quadam emphyteuticali inter Abbatem de Monserrat, & quendam hominem villæ de Piera, in qua fuerat iste condemnatus, ex titulis & confessionibus suorum prædecessorum, exhibitis per œconomum de Monserrat ad soluendum certos census, prout soliti erant sui prædecessores. Tempore executionis pro parte emphyteotæ fuit deductum, non posse sententiam exequi, quia priùs œconomus prædictus probaret prædecessoris dicti emphytentæ solitos esse soluere dictos annuos census, quia sententia illa erat conditionalis,

101 † per illa verba, *prout soliti erant soluere prædecessores sui*, cùm nullibi in processu constatet de tali possessione, sed solùm de confessionibus, quibus confitebantur prædecessores se obligatos esse ad præstationem dictorum censuum. fuit quæsitum, quid iuris, an dicta sententia diceretur conditionalis, & an esset priùs verificanda dicta possessio.

Respondi † quòd talis sententia non continebat conditionem, nec talia verba conditionalia esse, iuxta tradita per Bart. *in l. eum qui. §. Iulianus. ff. de constit. pecun.* quia dicta sententia continet certam & expressam dispositionem, & sic potest exequi absque alia verificatione; † prædicta enim verba non faciunt conditionem relatiuam, iuxta text. *in l. penult. C. de instit. & substit.* Dyn. *in l. sciendum. C. de commit. & contrah. stipulat.* facit gloss. *in c. quoniam Abbas, de offic. deleg.* & tradita à Ioanne Garcia *in tract. de expens. & melior. c.* 4. *à n* 32. & sic est certum quòd cùm dicta verba non inducant conditionem, non erit verificanda ante excommunicationem, sed potiùs absolutè exequi poterit. 102 103

Quæro, † quando ager alicui tribuitur sub certa annua pensione, quomodo appelletur iste contractus, & quæ actio competat, si ille, cui ager datus fuerit, à possessione illius cadat. 104

Respondeo quòd contractus est emphyteusis; ager verò ille dicitur ager emphyteuticarius, vt notat Sebast. Brant *in expositio. tit. ad titulum ff. si ager vectigalis, vel emphyteut.* huic autem, cui sub annuo censu ager est conce ssus, si à possessione illius cadat, † competit actio vtilis pro eo recuperando, eo quòd directa actio rei vẽdicationis competere non possit, cùm illa vero domino competat, non alteri. *l. in rem. & l. officium. ff. de rei vendicat.* & sic de hac actione est titulus inscriptus *ff. si ager vectigalis, vel emphyteut. petatur.* 105

Quæritur vlteriùs, † an possidens partem emphyteusis possit compelli ad soluendam integram pensionem. 106

Respondeo quòd sic, iuxta tradita per Nauarr. *in comment. de vsuris quæst.* 16. *num.* 14. *vers. quæst.* 17. quamuis Couarr. teneat contrarium, dicens quòd vnusquisque possessor tenetur pro parte quam occupat, *in lib.* 3. *varia. cap.* 7. *num.* 6. non enim obstat quod dicebat Couarruuias, quia declaratur per Surdum *decis.* 32. *num.* 8. dicentem † quòd si dominus consenserit partem suam respectiuè per quemlibet solui posse, tunc diuidi solutionem; secùs verò esse si dominus insistat quòd alter ex possessoribus integrum canonem soluat, hoc enim casu emphyteota quilibet à quo census petuntur, † aut tenetur integrè soluere pensionem, aut rem emphyteuticam deserere, iuxta tradita per Rom. *consil.* 311. *n.* 2. & per Surdum *dicta decis.* 32. *n.* 8. 107 108

Solent † autem res emphyteuticæ vltra fructus ordinarios domino directo, neupe 109

nempe in casibus alienationum, & transportationum dictarum rerum, alios extraordinarios parere, quos appellant *laudimia tertia*, siue *foris capta*. & quia cùm res ad loca s[acr]a, vel ad vniuersitates perueniant, non soleant alienari, quia dicuntur peruenire ad manum mortuam, vt tradit Oliba. *de iure*
110 *fisci. c. 7. n. 7.* ne hisce † iuribus domini directi defraudeutur, inuentum est remedium quoddam, quòd aut Ecclesia, aut vniuersitas, ad quem res emphyteutica peruenit, tenetur talem rem in aliam manum habi-
111 lem transportare, † aut illam amortizare, quia amortizatio cedit in compensationem laudimiorum, quæ adquiteret dominus de alienationibus fiendis, iuxta tradita per Oliba vbi suprà *num. 29.*

112 Quæritur, † intra quod tempus Ecclesia, vel vniuersitas teneatur rem emphyteuticam, quam adquirit, in manum habilem transportare, vel eam amortizare.

Respondeo quòd intra annum à die qua res ei delata est. Gregor. in syntagm. *lib. 20. c. 38. n. 5. & 6.* & alij, quos refert Oliba in dicto Vsatico *alium namque c. 7. n* 8. faciunt tradita per Bellugam *in speculo Princ. rubr. 14. §. restat. num. 11.*

113 Sed quæritur, † an amortizatio fiat à quocumque superiore, vel inferiore Principe.

Respondeo quòd quilibet dominus emphyteotæ manui mortuæ potest præcipere quòd intra annum adquisitionis rei emphyteoticæ illam in manum habilem transmittat, aut amortizet, & præstet indemnitatem, vt tradit Ant. Oliba. *in dicto Vsat. cap. 6. num. 16.*

114 Cuidam † Ecclesiæ peruenit quædam pars decimæ, quæ existebat sub feudo domini Regis, & petitum fuit ab Ecclesia pro parte fisci Baiuliæ generalis Cataloniæ, me existente adhuc Aduocato, an quòd dictam partem decimæ aut transmitteret in manum habilem, aut illam amortizaret. quæsitum à me fuit, quid ei consulerem.

115 Respondi † Ecclesiam nec tenere decimam illam amortizare, nec in manum habilem transmittere, quia iam nullum ius fisci Procuratori ad per eum petita competebat. nam ad prædictum effectū fortior actio, quæ fisco competere poterat, erat actio hypothe-
116 caria tanquam fortior. hæc † autem certum est quòd quadraginta annis præscribitur, ex traditis de communi aliorum Doctorum per Oliba *in dicto Vsat. c. 7. n. 49.* vbi resoluti-
117 uè traditur, † ius petendi amortizationem quadraginta annis præscribi, non verò ius superioritatis quòd census soluatur, vt alibi diximus.

118 Quæritur, † an hoc quod est compellere

Ecclesiam quòd rem emphyteuticam transmittat in manum habilem, sit contra libertatem ipsius, & an ex hoc possit Ecclesia contradicere tali amortizationi.

Respondeo † quòd non, quia tūc dicitur fie- 119
ri aliquid contra libertatem Ecclesiæ, quando ab Ecclesia aufertur aliquid quod ei competit, & illi est adquisitum de iure communi, iuxta tradita per Deciū *in authent. cassa & irrita. C. de SS. Eccles. num. 17.* non verò quando ex iusta causa prohibetur de nouo aliena adquirere, & sic non videtur contra Ecclesiam prędicta dispositio, † quòd aut 120
ponat in manum habilem, aut amortizet, quia Ecclesia iam adquirit æstimationem & pretium rei, vt de legato eidem Ecclesiæ facto scripsit Speculat. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, num. 116. & 117.* vnde fit quod superius dictum est, nempe † quòd non potest 121
res feudalis, nec emphyteuticaria in Ecclesiam transire, etiam pro anima sua, nisi cum consensu & voluntate domini, iuxta text. *in cap. 1. §. donare, qualiter feud. olim alienari poterat.* Specul. *de feudis. §. 2. & in tit. de locato. §. nunc aliqua. vers. 116. & in numero 117.*

Sed obtulit se casus, in quo consultus fui, & est sequens. quidam † testator le- 122
gauit alicui communitati rem emphyteuticam, hæres illam rem statim Ecclesiæ tradidit, postea per dominum directum fuit factum mādatum Ecclesiæ quòd talem rem in manum capacem & habilem transmitteret, aut quòd amortizaret. prætendebatur pro Syndico confratriæ, cui legatum erat relictum, quòd † hæres res tenebatur ei refi- 123
cere quanto augebatur census ratione amortizationis, quia dicebat quòd testator iam sciebat quòd res aut erat transferenda, aut amortizanda, & sic cùm hoc de iure iam inerat dispositioni, & per consequens hæres debebat dictam rem liberam tradere, & dato quòd testator hoc ignorasset, adhuc nil prodetat, quia † ignorantia hæc esset iuris, 124
quæ neminem excusat, & per consequens fuit prætensum quòd hæres reficeret communitati prædictæ onus illud quod augebatur ex amortizatione. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi † quòd communitas tenebatur 125
soluere onus illud, quod ei augebatur ex augmento pretij amortizationis, ex sequētibus. Primò, quia onus amortizādi est onus reale, & sic sequitur rē, & ad quemlibet possessorē peruenit. Secūdò, quia vulgata regula est, † quòd qui cōmodum sentit, debet sentire & 126
onus, ex *l. vnic. § pro secundo. C. de caduc. tollen. l. fin. C. de furt.* & ex vulgata iuris reg. *qui sentit.* in hac etiam opinione residet Belluga

in speculo princip. rubr. 14. § *restat. n.* 12. Secus
127 verò esse dixi, † si res Ecclesiæ relinqueretur, quia eo casu sic existimaui distinguendum, quòd si res simpliciter legetur ex intuitu charitatis tantùm, & absque alia contemplatione, hoc casu teneatur Ecclesia su-
128 pra se onus amortizationis assumere, † cùm adhuc luceretur in re legata, nec possit dici quòd Ecclesia læditur, cùm non dicatur Ecclesia lædi in non adquirendo, vt ex vulgatis iuribus, & suprà proximè dictum est. Si
129 † autem legetur res in recompensationem alicuius celebrationis Missarum, vel anniuersariorum, vel aliorum piorum suffragiorum celebrandorum per Ecclesiam, tūc proculdubio hæres teneretur reficere pretium amortizationis, quia tunc euidenter læderetur Ecclesia, cùm id quod augeretur in onere soluendi pro amortizatione diminueret rei valorem respectu oneris celebrandi &
130 adimplēdi diuina † obsequia hoc enim casu conformare se in hoc voluisse testatorem apparet, & sic debet fieri prædicti legati ampliatio. faciunt alia tradita per Bellam. *in dicta rubr.* 14 §. *restat. n.* 14. ad quem te remitto.

131 Monasterium † sancti Francisci de Paula præsentis ciuitatis pro construendo Monasterio, & claustrum diuersas domos emit, & eas solo æquauit. fuit ab aliquo domino directo aliquarū ex dictis dumibus quæsitum, an dictum Monasterium teneretur amortizare.

Respondi quòd licèt verum sit, quòd quoties res emphyteutica peruenit ad manum mortuam, tenetur manus mortua amortizare, etiamsi Ecclesia sit. hoc dixi procedere,
132 † quoties res allodialis peruenit Ecclesię pro lucrandis fructibus, & pro patrimonio, ita vt fructus qui producuntur ex tali proprietate, cedant in sustentationem personarum deseruientium Ecclesiæ; secus verò est quando domus prædictæ peruenerūt ad dictum Mo-
133 nasterium, † quia eas emerat pro ædificando, & ampliando dicto Monasterio, & pro ædificando claustro. quo casu non tenetur dictum Monasterium amortizare, quia Monasterium prædictum non emerat dictas domos ad superfluitatem, sed ad necessitatem,
134 † quo casu liberū ab amortizatione esse docet text. iuncta glos. *in l. placet, C. de SS. Eccl.* faciunt quæ ad propositum allegat Solsona *in suo libello, stylus capibreuiandi, in cap. de forma amortizationis per laicum facta laico de re laici, propè finem fol. mihi* 84. *pag.* 2. *cum seq. vsque ad finem.* & consultus sic respondi. Nescio profectò quem exitum res habuit, quia ex eo tempore, quo hoc responsum dedi, nunquam peruenit ad me prædictus dominus directus, qui hoc petierat, nec curaui quid in hoc casu esset factum.

Quæritur vlteriùs, † quoties possit dominus allodialis facere capibreuiare suum emphyteotam. Aliqui fuerunt in voto quòd semel, respectu cuiuscunque noui adquisitoris. ego verò respondi quòd toties quoties voluerit, dummodo non fiat expensis ipsius emphyteotæ. approbat hanc resolutionem Solson. *in suo stylo capibreuiandi. fol.* 6. & eam confirmat ex *authentica de nōn alienandis rebus Ecclesiæ* §. *emptoribus. C. de SS. Eccles.* glos. *in authentica si quas ruinas. C. eod. tit verbo dentur*, vbi dicit quòd debet fieri renouatio de Baiuliis: laudi autem commentatione hoc esse tenendum, tradit Guido Papæ *decis.* 417. *per totam.* Ferretius *in addit ad Guid. Pap.* 135

Quæri potest, † an in recognitione quam facit emphyteota possit compellere eum dominus quòd se obliget ad soluendam annuam pensionem sub obligatione omnium bonorum suorum, an verò solùm sub obligatione eiusdem met rei emphyteoticæ. 136

Respondeo quòd non potest obligari emphyteota per dominum ad soluendum censum annuum sub obligatione omnium bonorum suorum, sed solùm sub obligatione rei emphyteuticæ Barr. quem sequitur Maffuer. *in tit. de locat. num.* 30. & alij quos sequitur Ferrer. *in additionib. ad Guidonem Papæ decis.* 417.

Quæritur vlteriùs, † quo modo sit exequenda citatio in causis capibreuiationum, si emphyteotæ habitant in tertiis sitis extra territorium, vbi sit capibreuiatio? vide notata suprà in tit. *de citat. n.* .. 137

Quæsitum fuit, † quo modo fienda amortizatio. hunc articulum breuiter tetigit Fontanella *de pact. nuptial. glos.* 118. 1. *par. num.* 82. & *in glos.* 12. *ac feud. num.* 23. Vera tamen resolutio est, quòd æstimatur pretium rei quæ venditur, & facta æstimatione pretij ex pretio computatur laudimium, & facto computo de laudimio consideratur an res sit magni valoris (eo quòd quanto maioris valoris res est, tātò tardiùs venditur, † vt notat Solsona *in suo libro, stylus capibreuiandi, fol.* 91.) & sic si res parui valoris est, quia frequentiùs vendi solent, illud quod pro laudimio debetur ex iusto pretio, diuiditur in triginta partes, & augetur census pro quolibet anno in vna ex illis partibus, in quas est diuisum laudimium; si verò res sit magni valoris, eo quòd tardiùs res venditur, tunc distributio laudimij fit in quadraginta partes, & augetur census annuus in illa quadragenaria parte vltra assuetum censum, iuxta sequentia. 138 139

Ponamus † quòd hæreditas valet mille libras, & quòd sita est intra territorium Barcinon. 140

cinon. & quòd solùm tenetur pro vnico domino, tunc si dominus directus sit Ecclesiasticus, habet pro laudimio quatuor solidos pro libra; si verò † laicus sit dominus, 141
tunc habet de laudimio ad rationem duorum solidorum pro libra, sic quòd ex prædictis mille libris dominus directus Ecclesiasticus haberet ducentum libras pro laudimio, quæ repartitæ in triginta partes imponerentur de augmento pro vnoquoque anno sex libræ, terdecim solidi, & octo denarijs; si verò † dominus directus esset laicus, 142
tunc solùm haberet de laudimio centum libras in triginta annos pro augmento vniuscuiusq; anni, quæ summā augmenti facerent trium librarum, sex solidorum, & decem denariorum, quod computum fuit factum ratione cuiusdam domus quæ peruenerat ad communitatem Ptesbyterorum parochiæ
143 B. Mariæ del Pi præsentis ciuitatis. Si † verò res quæ venditur (vt dictum est) fit magni valoris, veluti castrum aliquod, tunc habito respectu ad solutionem laudimij (prout superiùs dictum est) tale laudimium diuiditur in quadraginta partes, & augetur census ordinarius in illa quadragenaria parte. Si autem sit extra ciuitatem, & peruenit res allodialis alicui manui mortuæ ex titulo onerofo, solent solui duo laudimia, vnum pro amortizatione, aliud pro adquisitione.

In Baiulia autem generali Cataloniæ,
144 † quando perueniunt res emphyteusis realis ad manum mortuam, solent tria laudimia solui, primum pro pretio alienationis, aliud pro gratia amortizationis, eo quòd dominus Rex permitrat quòd suum allodium peruenit ad manum mortuam,
145 & † hæc duo laudimia soluuntur in pecunia numerata; tertium verò laudimium pro ipsa amortizatione, & hoc tertium laudimium est illud, quod patitur in triginta, vel quadraginta annos, vt suprà dictum est,
146 & † si postea res amortizata transmittatur in manum habilem, cessat illa census augmentatio à die quo fuit alienata, quia cessat causa amortizationis, & domini adquirunt ius alienandi, per consequens adquirendi laudimia, quibus priuati erant, eo quòd res ad manus mortuas peruenisset. hoc tertium laudimium durissimum mihi
147 visum fuit; sed † quidquid mihi appareret, ita seruatur in Baiulia generali Cataloniæ, & iuxta hanc resolutiònem fuit facto verbo lata sententia in dicta Baiulia, referente Hieronymo Tambori Assessore die 4. Iulij 1619. in causa quæ in dicto Consistorio vertebatur inter fisci Procuratorem dictæ Baiuliæ, contra Syndicum & singulares villæ de Sarria ratione carniceriæ illius, quam à N. Anglo eiusdem loci emerat vniuersitas, & fuit condemnatus Syndicus dictæ villæ ad soluendum tria laudimia. moti fuerunt in dicta sententia ex aliis instrumentis amortizarionis exhibitis proparte dicti fisci Procuratoris, quæ in processu prædicto vidi. Idem fuit postea obseruarum respectu communitatis presbyterorum villæ de Cardona ratione amortizationis castri de Querol, quod emerat in publica subhastatiune facta ad instar Deputatorum Cataloniæ die 31. Maij 1627. vt est videre in libro feudorum dictæ Baiuliæ dicta die.

Quæritur vlteriùs, † an electio amortizationis sit in facultate domini directi, an verò emphyteotæ adquirentis. 148

Respondi quòd est in electione domini, ita vt si dominus directus contentetur quòd res allodialis remaneat penes manum mortuam, hoc casu interueniat amortizatio, & cum hoc onere amortizationis remanebit penes manum mortuam; si verò dominus directus nolit, etiam cum amortizatione rem penes manum mortuam remanere, † non remanebit, quia 149
in summa hoc quod est remanere penes manum mortuam, etiam cum amortizatione à solius domini directi voluntate pendet, iuxta ea quæ tradidit dictus Solsona *in dicto libro, stylus capibreuendi fol. 81. cum sequent.* & sic in Consistorio Baiuliæ generalis Cataloniæ fuit lata sententia die 19. Iunij 1626. insequendo conclusionem in Regia audientia factam die quinta dictorum mensis & anni, in & cum qua fuit declaratum, non licere iuratis villæ de Pals retinere penes se etiam amortizando Baiuliam de Sac dictæ villæ, eo quòd dominus Rex noluit quòd dicta Baiulia de Sac penes dictam villam remaneret, sed quòd in manum habilem transmitteretur. ex quo præiudicium inferebatur domino Regi, & eius patrimonio, quòd dicta Baiulia penes vniuersitatem prædictam remaneret. erat processus dictæ causæ vertens in Baiulia generali inter Procuratorem fisci dictæ Baiuliæ agentem contra iuratos villæ & termini de Pals. ex quibus clarè constat, facultatem, quòd res in manu mortua remaneat cum amortizatione, dependere à manu domini directi.

Quidam † sartor habens quasdam domos in præsenti ciuitate Barcinon. legauit eas cum suo vltimo testamento confrartiæ sartorum, nesciens eas teneri sub directo dominio 150

minio cuiusdam domini, sed existimat eas francas & liberas. euenit quinquaginta duobus annis plusquam elapsis quòd apparuit dominus directus dictarum domorum. ipse prætendit quòd dicta confratria dictas domos absolutè transmitteret in manum habilem; econtrario verò confratria prędicta prętendit ius illud fuisse præscriptum. fuit quæsitum quid iuris.

151 Respondi † dominum directum non posse compellere confratriam ad transportandam dictam domum in manum habilem, quia hoc ius iam erat præscriptum ex lapsu quadraginta annorum, sed tantùm posse dictum dominum compellere confratriam ad faciendum augmentum pro dicta amortizatione, quod *finantiam* appellant practici, quia hoc casu præscribitur habilitas possidendi, non verò ius superioritatis & obsequij, ita ex sententia aliorum sequitur Oliba *in d. Vsat. cap 7. n. 35.*

Suprà dictum est dominum allodialem posse assignare suis emphyteotis iudices.

152 Quæritur † an si dominus nominauerit iudicem secularem, & emphyteota sit Ecclesiasticus, an teneatur talis emphyteota comparere coram tali iudice seculari.

Respondeo quòd si capibreuiario fiat extra ciuitatem Barcinon. † tenebitur emphyteota Ecclesiasticus comparere coram iudice emphyteuticario seculari, & ita fuit declaratum per adm. Reuerendum Iacobum de Agullana Cancellarium die 12. Augusti. 1615 in causa contentionis ortæ inter communitatem Presbyterorum Villæfranchæ de Panades, & Rectorem Collegij de Bellem Societatis Iesu præsentis ciuitatis Barcinon. eo quòd nominasset dictus Rector in iudicem emphyteoticarium N. Prats, & Fõtanet, coram quo citarunt Presbyteros communitatis Ecclesiæ Villæfranchæ de Panades, ad capibreuiandum triginta quarterias tritici de censu, quas tenebatur dicta communitas soluere Prioratui de Caceres auctoritate Apostolica vniro dicto Collegio de Bellem, & euocata dicta causa capibreuiationis ad Regiam audientiam, & commissa magnifico Ioanni Magarola ad instantiam dicti œconomi, communitas dictorum beneficiatorum firmauit ius in curia Ecclesiastica Barcinon. prætendendo tanquam clericos non posse conuocari coram iudice laico, sed coram Ecclesiastico, & sic firmata contentione inter dictas duas curias fuit declaratum per adm. Reuerendum Cancellarium, vt suprà, nempe quòd clerici possunt ratione emphyteusis, quam tenent, conueniri per iudicem secularem nominatum per dominum.

153 Licèt autem hæc declaratio sic facta fuerit, reperi † prædicta locum habere extra ciuitatem Barcinonæ; intra ciuitatem verò Barcinonæ dominus directus debet nominare emphyteotæ Ecclesiastico iudicem Ecclesiasticum, vt notat Solsona *in stylo capibreuiandi fol. 18. pag. 2. vers. aduertendum tamen est.* 154

Quæri potest, † an emphyteota malè vtens re emphyteutica amittat totum ius quod habet in re emphyteutica. 155

Respondeo † quòd sic, & non solùm cadit à re qua abutitur, verùm etiam si plures res habeat in emphyteusim concessas, si abutatur vna, priuatur omnibus, iuxta tradita per Castillo Sotomaior *controuersia. quotidia. de vsufruct. lib. 1. c. 24. à n. 16.* & maximè *n. 24.* vbi refert hoc idem tenere Tyraquel. *in tract. lignagier glos. 1. §. 23. n. 2.* & alios quamplures, quos refert hanc opinionem sequi, quod intelligendum, si deterioratio magna sit & perpetua †, iuxta text. *in authentica qui rem. C. de SS. Eccles.* & *ibi* Bald. quod tradit Ias. *in l. 2. n. 99. C. de iure emphyt.* faciunt adnotationes Matthæi *ad decis. 282. Guid. Papæ.* 156 157

Quæritur vlteriùs, † quid importet firma ratione dominij, quam domini in instrumẽtis apponunt, dicentes: Ego T. firmo ratione dominij, iuribus meis & meorum successorum semper saluis. 158

Respondeo quòd talis subscriptio conseruat ius dominij directi, non solùm quo ad expressa in instrumento, verùm etiam & in omnibus aliis, etiam non expressis, ex quibus præiudicium aliquod directè, vel indirectè posset inferri ipsi domino. faciunt plura quæ in confirmationem huius opinionis & in declarationem huius subscriptionis tradit Cancer *lib. 3. var. c. 4 à n. 259 cum seq.*

Quæritur, † si res fuerit in emphyteusim duobus concessa, cum clausula quòd decedentibus sine liberis res reuertatur ad dominum, an casu quo vnus decedat sine liberis, pars sua adquiratur alteri, an verò restituatur domino. hanc quæstionem controuersam esse attestatur Cancer *lib. 3. var. c. 22. de iure accrescen. à n. 58.* referens tandem quòd est attendenda valde conceptio verborum, sub qua emphyteusis conceptio est facta, quia si ex coniecturis apparet contrahentes inspexisse ad hoc vt vnus alteri succedat, locum habebit ius acrescendi vnius partis in fauorem alterius, aliàs non erit locus. 159

Circa constitutionem primam huius tituli, & circa alias constitutiones, sunt aliqua obseruanda, & in primis circa primam, in qua leguntur hæc verba, *si las cosas errades.* ex his verbis est notandum † quòd sapientis 160

est

est mutare consilium, vt in simili dispositione loquitur Imperator *in auth. vt fratrum filij succedant, in princ. col. 9.* quod clariùs attestatur Accurs. *in gloss. verbo piget*, dicens † quòd melius est se ipsum corrigere, quàm expectare vt ab alio quis corrigatur, quod probat ex *auth. de nuptijs §. 2. col. 4.*

161

162 Circa illa verba *alienar*, quæritur † quid intelligatur sub nomine alienationis.

Respondeo, quòd nomine alienationis in hac constitutione non solùm quilibet modus, per quem dominium in alium transfertur, iuxta ea quæ de proprietate nominis alienationis tradit Socar. *in consuet. Catalon. c. 12. num. 66. cum seq.* verùm etiam & pignoratio, iuxta verba præcedentia in dicta constitutione, quia cùm priùs locuta fuerit constitutio de impignoratione, de emphyteusis concessione, & obligatione, postea adiecerit, & alio modo alienationis, clarum est dictam constitutionem longiùs voluisse extendere verbum illud *alienationis*, iuxta gloss. *in cap. nulli, de rebus Eccles. non alienandis*, vnà cum traditis à Socar. *vbi suprà.*

163 Vlteriùs quæri potest, † de qua alienatione senserit hæc constitutio, an de voluntaria, an verò de necessaria.

Respondeo solùm loqui de alienatione voluntaria, non verò de necessaria, iuxta tradita per Ias. *in l. fin. C. de iure emphyt num 47. & 48.* & ante eum præsensit gloss. & Barr. *in l & ideo, num. 4 ff. de condict. furtiua*, dicens

164 † quòd in diuisione quæ fit inter duos fratres succedentes, non est necessaria domini voluntas & consensus, quia ait quòd talis diuisio venit necessariò ex legis dispositione, & hæc ex facto hominis non dependet, quo fit quòd necessaria alienatio non comprehenditur. ita etiam Alberic. *in dicta l.* Crauet. *cons. 215. vol. 2. pater dedit dotem.*

Circa illa verba, *sens especial licentia*, quæri

165 potest, † an sufficiat expressa voluntas domini.

Respondeo quòd non, quia expressio prædictorum verborum denotat expressum consensum pro forma requiri, & sic non sufficit tacitus consensus, iuxta tradita per Aretin. *in l. si quis mihi bona. §. quarum. ff. adquir. hæredit. cap. 1. §. 1. de prohib. feud. alien.* & vtrobique communiter scribentes.

166 Quæri vlteriùs potest, † cùm ex dispositione constitutionis secundæ huius tituli, & aliàs, ius emphyteuticum, idest, res emphyteutica, redacta sit ad instar patrimonij, an possint liberè alienari.

Respondeo ex prædictis, quòd in alienatione voluntaria non possunt alienari, contra notata per Ripam *in l. obligatione generali, num. 39. de pignor.* sequitur Ias. *in dicta l. generali, & in l. quibus, num. 16. ff de leg.* hoc enim videtur dispositum ex dicta constitutione 2. prout declarat Fontan. *de pact. nuptial. 1. tom. gloss 12. à num. 130.*

Circa illud verbum *possessio*, quæritur, † cùm possessio adquiratur per clausulam 167 constituti, & precarij, & alios modos fictos, quos tradunt scribentes *in tit. ff. de adquir. possess.* Tiraquell. *in tract. de constit.* & alij innumeri Doctores, an possessio, de qua loquitur hæc constitutio, sit possessio vera & realis, an verò ficta.

Respondeo constitutionem hanc solùm esse intelligendam de vera & reali possessione, non verò de ficta. ita Guid. Papæ *decis. 101.* quod confirmat ex plurimorum Doctorum sententia, & ex text. *de prohib. feud. alien. §. callidis.* & faciunt tradita per Ferrar. *in addit. ad dictam decis. 105.*

Constitutione secunda huius tituli cauetur, † quòd quoties renouatio feudi extitit, 168 & tunc laudimium solui debet domino ex noua adquisitione, vt totale dubium enetuetur, fuit dicta constitutione dispositum, quòd si aliqua res feudalis, etiam quòd sit ex descendentibus per rectam lineam, titulo oneroso peruenerit, veluti, venditionis, permutationis, aut aliàs, tunc pro laudimio tertia pars pretij, aut æstimationis feudi pro laudimio soluatur. Ex quibus verbis apparet † permutationem inter titulos onerosos 169 computari, & ex ea laudimium deberi. iuxta quam constitutionem resoluitur quòd ex permutatione etiam inter descendentes debet solui laudimium, quod non soluebatur ex permutatione, iuxta tradita per Nicol. Boër. *decis. 263. num. 1.* vbi *in num. 13. & 14.* resoluit quòd de consuetudine solui debet laudimium. nam cùm † permutatio ex no- 170 stra constitutione habeatur pro titulo oneroso, nil mirum quòd debeatur laudimium, etiam si translatio fiat de patre in filium, cùm non attendatur nisi causa, & titulus ex quo fit translatio. ita Solsona *in suo libro, lucerna laudim. 1. principali quæstio. num. 5.*

Sed quæritur, † an ex definitione facta à 171 fratre fratri, casu quo aliquid emphyteuticum filio datur pro iuribus in hæreditate patris competentibus, debeatur laudimium.

Respondeo quòd non, quia cùm illud quod à fratre hærede fratri datur, sit pro iuribus paternis, & filius illud capiat titulo lucratiuo in hæreditate patris, & iudicio testatoris, nil mirum, si ex tali præstatione nullum laudimium debeatur. faciunt tradita per Solson. *in dicta lucerna laudim, quæst 1. princip. num. 7.* ex mente Guidonis Papæ, & aliorum.

Q 4 Quæ

172 Quæro, † quæ differentia sit inter solutionem laudimij.

Respondeo quòd magna. nam in ciuitate Barcinon. & eius territorio, ex qualibet adquisitione rei emphyteoticæ ex titulo lucratiuo nullum debetur laudimium, ex cap. 1. *recognouerunt Proceres*, quo disponitur quòd liceat vnicuique legare, donare inter viuos, vel alio quoquo modo, res quas tenet pro alio in emphyteusim absque firmamento & consensu domini, dummodo non interue-
173 niat fraus. Hoc autem obseruandum † in ciuitate de Girona, quia ciues Gerundenses gaudent hoc priuilegio ex Regio priuilegio Regis Petri III. octauo Kalendis Februatij 1283. iuxta quod priuilegium obtenta fuit Regia sententia, de qua meminit Fontanella *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. num 138*

Circa verbum, *o, per foris capi*, in constitutionibus antiquissimis, ex quodam grauissimo Regio Senatore notatum vidi in hoc ver-
174 bo, † quòd tertium, de quo in hac constitutione, non est tertium, vulgò dictum *terç deuant*, vt voluit Marquill. in Vsat. *si quis Bailiam*.

175 Nobilis † Eleonora de Cabrera matertera mea habuit ratione tenutæ pro suis dote & sponsalitio hæreditatem vniuersalem Nobilis Don Federici de Cabrera eius viri, quotempore fuit facta venditio cuiusdam domus quæ sub directo dominio & allodio dictæ hæreditatis de Cabrera existebat, quam postea dicta Nobilis Eleonora de Cabrera virtute cuiusdam transactionis & concordiæ initæ inter eam, & Nobilem Elizabetham de Cabrera & Lull renunciauit, & ipsa Nobilis Elizabetha de Cabrera accepit possessionem dictæ hæreditatis, post quam renunciationem & nouam adquisitionem voluerunt firmare instrumentum prædictæ venditionis ratione dominij, & cùm venditio facta fuisset tempore quo tenutam habebat dicta matertera mea, voluerunt quòd ipsa firmaret dictum instrumentum, & offerebant solue-
176 re eidem laudimium. quæsitum fuit, † an posset recipere laudimium, & firmare venditionem prædictam.

Respondi quòd non, sed quòd firma erat fienda per dictam Nobilem Elizabetham de Cabrera & Lull, quia laudimium soluitur pro firma, vt notat Mieres ad constitot. 2. hoc titulo *num. 82.* tradit Guillerm. de Vallesica ad Vsatic. *qui seniori, in princ. fol. 101.*
177 Peguer. *decis. 158. n. 1.* & certum est † tempore firmæ dominij perfectionem recipere
178 contractum emptionis, cùm † quoad vsque firmauerit dominus, potuissent contrahentes ab emptione recedere. *l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptio. reced.* licèt videatur dicere contrarium Guillerm. de Vallesica vbi suprà, qui dicit quòd non possint recedere in præiudicium domini, sed est intelligendum, quando vltra conuentionem interuenit rei redditio, vt dixit idem Vallesica paulo antè *in eod vsu, vers. Credo dicendum.*

Quæsitum fuit; † an dominus medius 179
possit vti iure retentiouis in contractu permutationis.

Respondi quòd non, ex traditis à Mier. ad dictam constitutionem, *item ne super laudimio, num. 49.* vbi postquam dixit ius fatigæ retinendi non competere vero domino, nisi in contractu emptionis & venditionis, expressè docet † quòd inde fit quòd retentio 180
non competit in contractu permutationis, vt latiùs per eum, nisi permutationis contractus solo nomine esset permutatio, & hoc colore nominarent contractum in fraudem domini directi.

Circa illud verbum, *substitutio, o, vincle*, quæritur, † an de quarta quæ pertinet ad hæ- 181
redem pro Trebellianica, vel pro falcidia, si pro hac parte hæres retineat aliquod prædium emphyteuticum, debeatur laudimium dominio directo.

Respondeo quòd non, iuxta tradita per Iacobum de Vallesica in Vsat. *si quis suum feudum.*

Circa illud verbum, *si empero a quell*, nota resolutiuè quòd † non debetur laudimium 182
de his, quæ ex linea paterna filiis obueniunt ex titulo lucratiuo, & idem attestatur Solsona *in lucerna laudimio. 1. princip. quæst. num. 2. mihi fol. 11 num. 2.* Peguer. *in repet. cap. item ne super laudimio. vers. si empero num. 3. fol. 44.* Socar. *in consuet Catalon. cap. si de functo Catilano, n. hi fol. 235 num. 21.*

Circa verbum illud, *per seguretat del dot*, pro resolutione traditur expressa virtute huius constitutionis quòd † de rebus emphy- 183
teuticariis, vel feudatariis, quæ in dotem dantur, vel pro dotis seruitute hypothecantur, nullum laudimium fit soluendum. idem tradit Socar. *in consuetud. Catalon. in cap. cautum, num. 46. mihi fol. 557.*

Sed † quærit dubium, & resoluit idem 184
Socarrats *in dicto numero 46.* dicens quòd cùm prædicta constitutio solùm loquatur in dote quæ ab ascendentibus descendentibus constituuntur, quid erit dicendum, quando dos datur ab extraneo, vel fit ab eo obligatio. &

Respondet quòd † cùm iste casus sit omis- 185
sus per constitutiones, debet regulari à dispositione iuris communis, argument. *l. commodissimè ff de liber. & posthum.* & sic quòd debet distingui quòd aut datur res inæstimata,

&

& tunc non debetur laudimium: aut datur
186 æstimata, † & sic ex ea debetur laudimium, cùm translatum sit dominium irreuocabiliter, argumento *l. quoties*, cum ibi notat. *C. de iure dot.* & secundùm ea quæ notat Bart. *in l. si superuacuum, circa finem. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. & in l. qui balneum. §. Titia. ff. qui pot. in pignor. hab.* vbi ait dictus Socarrats ex mente Bart. *in l. qui balneum. §. Titia. ff. qui potio in pignor. hab.* vbi addidit quòd siue detur ab extraneo, siue à patre, siue à muliere, nisi detur æstimata, non debeatur laudimium, cùm dicat quòd de donationibus non debetur laudimium, secundùm gloss. *in l. fin. C. de iure emphyt.* & Petrum Iacob. & Speculat. *in tit. de locato. vers. 209. quæritur.*

187 Salua † tamen pace tanti viri, miror quomodo dixerit nostram constitutionem non loqui de fundo emphyteutico dato mulieri in dotem pro extraneo, cùm constitutio id expressè disponat *mihi pag. 376. column. 1. vltra medium.* ibi, *si empero algun altre quis vulle que sie dara seu en dot a algun altre quis vulle quesie*, &c. disponens quòd si fundus emphyteuticarius datur in dotem à persona extranea, soluatur de laudimio decima pars æstimationis. quæ constitutio clarè disponit constituendo differentiam quãdo res datur à patre filio, vel decedenti, aut extraneo.

Circa verba illa, *semblantment si fembra*,
188 ex his verbis resolutiuè concipitur † quòd mulier in Catalonia succedit in re feudali, & ita attestatur Marquilles in Vsat. *si quis suum feudum. col. 14.* idem tradit Socar. *in consuet. Catal. cap. si defuncto Castlano, mihi fol. 235. in*
189 *princ.* & sic † ipsa est quæ tenetur pro feudo facere homagium, & alia pertinentia ad vasallum, vt notat Socar. vbi suprà *num. 6.* quæ tamen non per se, sed per substitutum præstare facit, vt idem Socar. *in consuetud. nullus potest, mihi pag. 349. num. 6.*

Circa illa verba, *Ajustants quell vasall sie legut de son seu entre viuis, o, ensa derrera volun-*
190 *tat ordenar en abil*, quæsitum fuit † de qua habilitate loquatur.

Respondeo quòd verba prædicta debent intelligi de habilitate & capacitate ad retinendum, quia si transferretur in spurium, non valeret, nec per eum posset retineri. *c. 1. cum glossa, si de feudis fuerit controuersia.* maxi-
191 mè † si feudum esset honoratum. quo casu spurius non admittitur. *l. generaliter. § spurius. ff. de decur.* Bald *consil. 207. vol. 2.* & hæc constitutio debet intelligi in feudo hæreditario, quia non potest intelligi nisi de feudo deuoluendo in agnatos, virtute pacti appositi in prima infeudatione, vt notat Andr. de Isern. *in cap. 1. an agnat. vel filius in vsib. feudo* Alex. *consil. 14 19. & 28. vol. 5.* Marquilles in Vsat. *si quis suum feudum, col. 3.* Calic. *in extrauagat. curiæ. specialitate 153.* faciunt tradita per Ant. Oliba *de iure fisci. cap. 7. n. 34. cum seq* docentem quòd id non solùm de incapacibus est intelligendum, sed etiam de personis deterioris conditionis.

Quidam † habens dominium directum 192 alicuius domus, super qua recipiebat quinque libras de censu, legauit Petro in perpetuum census quos percipiebat super ipsa domo. Euenit controuersia inter hæredem & lagatarium. nam hæres prætendebat solùm censeri legatam commoditatem percipiendi annuam illam pensionem, non verò dominium. quæsitum à me fuit, quid iuris.

Respondi † quòd ex eo quòd fuit lega- 193 tum factum de dicto integro censu absque reseruatione alicuius census, vel quantitatis supra dicta domo, censebatur non solùm legatum factum de quantitate quæ percipiebatur, sed etiam de dicto dominio, cùm certissimum sit non posse conseruari dominium directum absque aliqua solutione annua, licèt minima, vt suprà *num. 41.* dictum est.

Circa verba, *succesia ab intestat en lo sen axi con en los altres bens*, resolutiuè dicendum est, † quòd in Catalonia feuda quoad suc- 194 cessionem legitimatum personarum sunt redacta ad instar patrimonij, quod secus erat de iure communi, ex quo non poterant disponere, nisi cum expressa licentia & permissu domini eiusdem feudi, vt notat Afflict. *de. if. Neapol 112. per totam*, & Guid. Papæ *decis. 59.* faciunt tradita per Socar. *in consuetud. Catalon. cap. Castlanus. fol. 189. à num. 11. cum sequenti.*

Circa illa verba, *e fadiga de trenta dies en lo contracte de la venda*, quæritur circa ius quod domino quæritur, † an in omnibus contra- 195 ctibus dominus possit vti iure fatigæ? &

Respondeo quòd non, sed solùm de venditione. nam in diuisione, in permutatione, aut in mera donatione dominus fatica vti non potest, & ita ex pluribus fundamentis tradit Socar. *ad consuet. Catal cap. cantum, n. 68. mihi fol. 566.* Miet. *in constit item ne super laudimio Reg.* Petr. *in curia Perpin. num. 49. col. 6. mihi fol. 589.* quæ respicit tempus triginta dierum, iuxta huius constitutionis dispositionem.

Sed quæri potest, † à quo tempore cur- 196 rant isti triginta dies? &

Respondet Mietes *dicto num. 49.* à tempore quo dominus scit venditionem esse perfectam. idem attestatur Solson *in lucer. laudim. 3 part. princ. n. 13.* & licèt hoc sit verum, tamen cum grano salis est accipiendum, nempe quòd non currat tempus à tempore quo dominus sciuit alienationem per testes,
aut

aut requisitionem intra ciuitatem Barcinon.
197 sed † solùm computatur scientia à die quo instrumentum venditionis fuit domino præsentatum, ex dispositione particulari *cap.80. del recognouerunt Proceres.* quo cautum est quòd nemo dat faticam honoris, qui per eum steterit, donec instrumentum venditionis fuerit præsentatum, vt etiam notat Socar. *in dicto cap.cautum, num.55.* & secundùm huius textus dispositionem iudicatum fuisse refert Fontanell. *de pact.nupt.tom.1.claus.4.gloss.12. num.34.* quod erit seruandum in omnibus locis, in quibus obseruatur dictum *c.recognouerunt Proceres.* tradit plura Fontanell vbi su-
198 prà *à num.112.* & † quòd præsentatio debeat fieri per eosdem contrahentes, aut saltim nomine eorum, tenet Solson. *in lucerna laudimio.3.quæstio.princip.num.15.in fine.*

199 Fuit † vendita quædam domus in vico S. Annæ præsentis ciuitatis Barcinonæ, & tradita realis possessio eidem emptori inscio domino directo: dominus autem directus vsus fuit fatica in fauorem alterius. quæsitum à me fuit, quid teneretur facere iste, in cuius fauorem fatica fuerat data.

Respondi ex traditis per Solsonam *in lucerna laudimio.3.quæst princip mihi fol.94.colum.1.*
200 *num.15.* primò † quòd cùm scriptura per Notarium faciat interpellare emptorem, & in præsentia testium declarando ei quòd dominus directus in sui fauorem vsus fuit fatica, & quòd ei restituat possessionem, offerendo ei pretium, & interpellando vt illud recipiat vnà cum omnibus expensis, & quòd ei firmet instrumentum venditionis. Secundò quòd si recuset quòd deponat pretium & expensas ad soltam iudicis, coram quo eum citauerit, petendo vt eum condemnet ad faciendam reuenditionem, attento quòd dominus directus in eius fauorem fuit iam vsus fatica, & hæc citatio est tertium quod facere tenetur.

201 Extitit dubium, † an ius hoc concedendi faticam possit in fauorem tertij cedi. & in hoc dubio distinctio est facienda, quòd aut loquimur de iure Cataloniæ, aut de iure communi: si de iure Cataloniæ loquamur,
202 certum est † ius hoc posse alicui cedi. ita Nobilis à Peguer. *in cap. item ne super laudimio, vers.6 num. 32.* & ante eum præsensit Socar. *in cap.cautum, num.53.* vbi refert Senatus decisiones Solson. *lucer.laudim.3. quæst princip. à num.17. cum seqq.* de iure verò communi cedi non potest, quia iudicatur actus personalis, qui personam non egreditur. Guid. Pap. *decis.411. in princip.* & ibi addit. Ranchini *ex l fin. §. sed nec hac occasione. C. de iure emphyteutic.*

203 In eadem constitutione disponitur, † quòd reseruetur ius faticæ 30. dierum domino directo in contractu venditionis, & laudimia etiam, &c. iuxta quæ verba quæri potest, an de feudalibus possit dominus liberè disponere sine consensu domini directi. quod dubium tetigit Calic. in Vsat. *si à Vicecomitibus. 2.opposit.num.7.in fine*, dicens † quòd de iure 204
Cataloniæ potest vasallus de rebus feudalibus, seu emphyteuticariis tam inter viuos, quàm in vltima voluntate disponere, & quòd sola gratificatio domini respectu rei feudalis, seu emphyteuticariæ locum habet in casu venditionis. hoc idem sentit Socar. *in consuetud.Catal. cap.cautum.num.68.* dicens ius faticæ (quod idem est atque gratificatio) solùm in venditione habere locum.

In eadem constitutione, & eodem verbo *contracte*, quæri potest, † ex quibus coniectu- 205
ris & præsumptionibus probari possit contractum esse emphyteuticum, seu locationis & conductionis.

Respondeo hanc dubitationem decidi posse ex traditis per Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt.105.* dicens † quòd ex verbis 206
contractus est iudicandum qualiter nominetur à contrahentibus, vt in princ. dictæ præsumptionis, vel aliter † iudicabitur cōtractus 207
emphyteuticus, si concessio fit in perpetuum, vt *in num. 3.* vel quando pensio quæ imponitur, modica est, & non correspondet fructuum perceptioni, *n. 6.* quia † effectus ma- 208
gis quàm verba attenditur, ad cognoscendum contractum. plura etiam alia traduntur ad hoc institutum à Menoch. *vbi suprà, & præsumpt.106. cum sequentibus, vsque ad præsumptionem 111.* inclusiuè, in illis verbis *hon empero lo vassall*, in quibus loquitur de dispositione rei feudalis, vel emphyteuticariæ in fauorem manus mortuæ. quæri potest, † quæ propriè dicatur manus mortua.

Respondeo quòd illæ quæ non habent li- 209
beram & spontaneam facultatem disponendi de rebus, iuxta tradita per Panorm. *in cap. potuit, in gloss.verbo, probentur, de locato.* faciunt notata per Solson *in suo libro, stylus capibreuiandi fol.68 pag.2.num.2.*

Circa illa verba, *esser alienat*, quæritur,
† an hæc verba importent necessitatem ab- 210
solutam.

Respondeo, quòd non, sed relatiuam ad dominum, id est, quòd ipso nolente rem feudalem, seu emphyteuticariam penes manum mortuam remanere, tunc compelletur manus mortua in habilem transmittere; secus verò, † si dominus consenserit, quia tunc 211
ipso consentiente remanebit res in suo esse, quia, vt suprà dictum est *num. 109.* amortizatio fuit inducta ne domini directi fraudentur suis iuribus, & sic nemini fit iniuria,
cuius

cuius voluntatem sequimur. faciunt notata per Socar. *in cap. cautum, à num. 68. cum seq.*

In illis verbis, *fera empenyorat lauor per la tal*
212 *hypothecaria obligatio*, &c. quæritur † de qua hypotheca intelligatur.

Respondeo quòd de reali & vera hypotheca, non verò de verbali; sed debet requiri actus positiuus, iuxta tradita per Solson. *in lucer. laudim. cell. 8. num. 19.* vbi ex mente Ioan. de Socarrats dicit quòd prædicta obligatio debet intelligi de reali & actuali possessione, vel per clausulam hypothecæ eum constituto, quia hoc pactum de constituto operatur atque vera traditio, si constitutum appona-
213 tur simpliciter sine precario. quia † ex sola clausula constituti vera realis possessio censetur translata etiam naturalis, iuxta tradita per Tiraquel. *in tract. de constit. 1. parte*, & quotidie experimur quòd in censualibus, etiamsi rei specialiter hypothecatæ non apprehendatur corporalis possessio ex sola speciali hypotheca, soluitur domino directo laudimium, si clausula constituti in obligatione existat.

214 In † quadam scriptura fuit repertum certam domum existere sub dominio alicuius, nec fuerat expressum, an directo, vel medio. quæsiuit quidam Notarius, de quo dominio esset intelligendum.

Respondi quòd cùm in dicto instrumento nullius alterius dominij mentio reperiretur facta, quòd procul dubio intelligendum erat de domino directo. ita tenuit Ioan. de Socar. *ad constit. Catal. cap. si verò, num. 19.*

215 Quæsitum fuit, † cuius efficaciæ & valoris sit subscriptio domini directi in obligationibus, in quibus res emphyteuticæ hypothecantur.

Respondeo ex traditis per Solson. *in lucerna laudimio. cell. 8. num. 19. circa medium*, di-
216 centem quòd † domini firma facit posteriorem creditorem anteponi priori habenti etiam expressam hypothecam sine domini consensu. & idem tenere attestatur dictus Solsona Marquill. in Vsat. *si quis suum feudum.* Sed certè mihi videtur acrior hæc resolutio. nam nullibi reperimus cautum hanc prælationem concedi posteriori creditori habenti rem firmatam per dominum directum anteriori creditori habenti etiam specialiter rem
217 hypothecatam, † nisi ratione rei sitæ intra ciuitatem Barcinonam, & eius territorio, ex dispositione particulari *del recognoscerunt Proceres, in cap. 12.* prout expresse hoc tradit Cancer *tom. 1. var. cap. 11. de emphyteusi, num. 22.* desumendo argumentum à contrario sensu,
218 prout notant scribentes, dicentes † quòd casus specialis firmat regulam in contrarium. ex quo infertur ex *dicto cap. 12.* quòd firma domini directi facta nocet secundo creditori, & est maximi effectus, vt notat Fontanel. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. à n. 137.* vbi dicit † dispositionem capitulorum *del re-* 219
cognoscerunt Proceres, seruari in ciuitate de Gitona ex quodam priuilegio relato per dictum Fontanellam *ibidem.* nisi mulier firmauerit in obligationibus, nam tunc etiam prior non præfertur. Marquill. in Vsat. *si quis suum feudum.*

Vltra ea quæ dicta sunt suprà *num. 37.* an mulier teneretur ex tenuta soluere laudimiũ, quæsitum fuit, † an si ipsa possidet hæredi- 220
tatem eius mariti vltra dictam tenutam ex clausula vsusfructus sibi relicti per eius maritum in suo vltimo testamento, an hoc casu ratione vsusfructus teneatur soluere. quod dubium fuit suscitatum in officio Baiuliæ generalis Cataloniæ contra egregiam Comitissam de Saceala, cui egregius Comes eius maritus plenum vsumfructum durante eius vita reliquerat testamento per eum facto penes Galcerandum Seuerum Pedralbes Notarium publicum Barcinonæ.

Respondi † mulierem non teneri, si ipsa 221
vti vsufructuaria contrahat iuncto titulo tenutæ, nam sunt duo tituli qui adinuicem non contrariantur, & sic possunt in vno eodemque subiecto concurrere, iuxta tradita per Roman. *consil. 354. num. 14.* Mandos. ad Roman. *consil. 431.* & sic † cùm præcedat ti- 222
tulus tenutæ, iuxta suprà dicta *num. 37.* nil interest quòd concurrat titulus vsusfructus, quia in concursu duorum titulorum, qui adinuicem non contrariantur, pinguior titulus & vtilior est in consideratione, alius tanquam subsequens admittitur. faciunt tradita per Oddo. *consil. 23. num. 13.* Roderic. Suarez *consil. 10. num 61. & 65.* Felin. *in cap in nostra, n. 2. de rescript.* vbi refert † Rotam tenere adqui- 223
rentem duas gratias pro vno beneficio obtinendo, si in vna succumbat, posse obtinere in prima, quia ambæ tendunt ad vnum finem. faciunt tradita per Cancer *tom. 3. var. cap. 3. de priuileg. n. 296. cum seq.* Allegaui etiam & aliud fundamentum in confirmationem meæ resolutionis, quòd † quando concurrunt plu- 224
res causæ pariformiter in productione alicuius effectus, non est dicendum effectum magis produci ex vna, quàm ex alia. *l. 3. § si ex pluribus ff. de adquir. possess.* Martinus Monter *decis. regni Arragon. 5. num. 68. & decis. 17. num. 66.* Grat. *consil. 29. num. 25. lib. 2.* maximè quia in iure receptum est quòd licèt † do- 225
minium ex pluribus titulis adquiri non possit, possunt † tamen plures tituli adquiri, vt 226
ex illis, si opus sit, possit quis se defendere, *cap. post electio. de concess. prabend.* Anton. Gom. *in l. 45. Tauri, num. 97. & 98.* quia licèt primus titulus

227 titulus † sit validus, tamen potest adquiri secundus titulus ad cautelam. facit text. *in l. 4. ff. ad legem falc.* sequitur Crauetta *cons.* 16. faciunt tradita per Decian. *consil.* 13. *n.* 1. *vol.* 2. Dec. *cons.* 171 in casu transmisso de Hispania
228 *num.* 19. Certum est autem † prædictos titulos, qui in vidua prædicta concurrebant, nempe titulus legalis ex dispositione constitutionis hac nostra, & titulus vsusfructus sibi relicti in testaméto egregij Comitis, non esse contrarios, cùm tendant ad eundem fi-
229 nem; vsusfructus † verò titulus pinguior est tenuta, cùm iste faciliùs reuocetur per dotis solutionem, ille verò toto vitæ tempore duret; possunt igitur concurrere: simul autem concurrentibus præfertur titulus tenutæ, ex quo non debetur laudimium.

Quæri etiam vlteriùs potest de casu qui
230 euenit. † Domina N. Vidal, vidua Petri Pauli Vidal, quondam scribæ maioris domus Deputationis generalis Cataloniæ, eiúsq; hæreditatem & vniuersa bona tenens virtute constitutionis hac nostra, & vsufructuaria testamentaria, habens quendam fundum in termino de la Massanera, aliàs de Cornella, in emphyteusim concessit Petro Artigas, certa annua pensione adiecta, & quòd pro intrata certam annuam solueret pensionem. ipse Artigas pro soluenda intrata ducentum
231 libras ad forum censualis accepit, & † bona sua omnia obligauit & hypothecauit pro securitate censualis prædicti, & pensionum illius. euenit postea quòd oppressus diuersis infirmitatibus ipsius Artigas mulieris & filiorum, ob malignitatem territorij, vbi fundus prædictus erat situs, decreuit illum derelinquere, & dictæ viduæ restituere. quæsitum fuit, an ille fundus remaneret obligatus prædicto censuali, & an creditor censualista esset præferendus dictæ viduæ pro pretio & pensionibus illius.

232 Respondi † dictum fundum non remanere obligatum dicto censuali, nisi in meliorationibus quas dictus Artigas fecerat. nam si dictus Artigas fecit aliquas meliorationes, in eo valor earum est obligatus dicto censuali; fundus verò nequaquam remanet obligatus, quia fundus prædictus non perueniebat ad dictam viduam Vidal, ex noua
233 causa, seu titulo lucratiuo, † quo casu remaneret ius pignoris facti per dictum Artigas, seu hypothecæ pro securitate censualis, iuxta text. *in l. traditio. §. 1. ff. de adquir. rer. dominio.* faciunt tradita per Boër. *decis.* 181. *n.* 7. Guid. Pap. *decis.* 575. Osasc. *decis.* 156. *num.* 10. Nattam *cons.* 615. *n.* 7. quos refert Cancer 1. *tom. variar. c.* 11. *de emphyteusi, n.* 25. & hoc est
234 quod ait Cancer *num.* 26. quòd † quoties ius domini directi non fit deterius, tenetur dominus directus pati quòd res vendatur, & creditori censualistæ satisfiat in suo credito. Cùm autem in prædicto casu fundus reuerteretur dictæ viduæ Vidal, propter impossibilitatem dicti Artigas soluẽdi annuos census impositos, † censetur dictus fundus restitu- 235
tus ex causa necessaria, & per consequens cùm nullæ meliorationes essent factæ per dictum Artigas, ex quibus solui posset pensio dicti censualis, certum est quòd totum illud onus hypothecæ impositum per dictum Artigas euanuit, quia † resoluto iure datoris, 236
resoluitur ius acceptantis. *l. ex vectigali, & ibi* Bart. Bald. & alij *ff. de pignor.* Osasc. *decis.* 156. *num.* 9. faciunt tradita per Stephan Bertrand. *cons.* 160. *num.* 4. *vers. præterea.* & hanc tenet sententiam ex prædictis fundamentis per dictum Cancer vbi suprà relatis *num.* 25. vnde aquieuerunt eo tempore partes prædictæ, nescio qualis fuerit exitus approbatus.

Quidam † pro securitate cuiusdam cen- 237
sualis hypothecauit specialiter quandam domum cum clausula *constituti.* post quam obligationem iterum alium contractum celebrando, eandem domum hypothecauit cuidam violario expressè. creditor violarista postquam intellexit prædictam domum specialiter antea fuisse prædicto censuali hypothecatam, fecit firmare instrumentum dicti violarij ratione dominij per dominum directum, eique soluit laudimium, cúmque dicta domus esset sita intra ciuitatem Barcinonam tempore quo decreta fuit executio, prætendit prior creditor se priorem esse in pretio domus; posterior † verò prætendit se es- 238
se priorem, cùm domus esset sita intra ciuitatem, & ipse haberet instrumentum violarij firmatum iuxta dispositionem dicti capituli duodecimi *del recognoncrunt Proceres.* Prior † verò creditor cẽsualista, vt possit præ- 239
ferri prædicto posteriori, volebat soluere laudimium, & firmari instrumẽtum per dominũ directum. quæsitum fuit, an locum haberet.

Respondi † non posse firmam factam po- 240
steriorem præiudicare priori primò, quia ex illa firma priori ius fuit quæsitum ipsi posteriori, cùm ex firma dominij præferatur posterior creditor priori: si igitur firma illa confirmauit tempore quo fuit interposita ius creditori, quomodo potuit postea auferri illud ius quæsitum per secundam firmam. Non equidem. nam licèt † moræ purgatio ad- 241
mittatur semper de iure Canonico ex æquitate, nõ † tamen admittitur quando ius quæ- 242
situm est alicui, & postea deterioretur, vt probant scribentes, ex *cap. tuam, & ibi* gloss. *verbo persolutis. de ordin. cognit.* notat Peguera *in sua praxi ciuili. tit. de except. litis ingressum imped. mihi fol.* 183. *pag.* 1. *col.* 2. faciunt tradita per

per Cancer *lib.3 .var. c.6. n.11 t.* vbi ait quòd
243 † non admittitur obligatio facta de adimplendo modo, quando priùs est opposita exceptio de modo non adimpleto. quia tunc
244 † ex non adimpleto modo censetur ius quæsitum tertio, cui non potest præiudicari. Cravetta *consf.248. ad finem.* Paul. de Castr. *consf.70.* Marsil. *consf.489.* Aret. *consf.123 .n.6.* Alex. *consil.235.* cùm igitur ex firma prima prælationis ius sit quęsitum ei, qui instrumentum ratione
245 dominij firmare fecit, † non est dandus locus ei, qui in mora fuit non firmandi obligationem in sui fauorem factam, & sic sibi imputari
246 tari debuit, nec ipsius † mora debet postea esse nociua posteriori, qui diligens fuit ad suum creditum assecurandum quo ad prælationem anteriorum creditorum ex firma ra-
247 tione dominij apposita, quia † firma facta dominij præcedens excludit moræ purgationem, iuxta gloss. *in Clem. ne in agro. vers. ipse iure, de statu monach.* & tradita per Cornel. *consil.246. n.3. lib.3.* Nattam *consf.365. n.10.* Bero. *consf.150. num.2. lib.1.* quos refert Magon. *decis. Floren. 62. vers. & dato.*

Circa verbum illud dictæ constit. 2. *la pos-*
248 *sessio, o, quasi de a quell,* quæsitum fuit † de qua possessione prædicta verba essent accipienda.

Respondi ex traditis per Mier. *ad constit. als ascandols,* quæ est tertia huius tituli *n.68.* dicēs quòd ex quo cōstitutio loquitur per verbum *la possessio,* debet intelligi de possessione verè reali, non verò de ea quæ fit per actum fictū, & hoc sequi videtur Solf. *in lucer. laud. cell. 12.* de duplicato laudimio quod soluendum ve-
249 nit, si † corporalis possessio apprehendatur, & hoc esse tenendum attestatur Guid. Pap. *decis. 10 t. n.7.* Sed si ratio prædicti Guidonis rectè perpendatur, potiùs erit dicendum contrarium. nam ipse ait quòd ideo debetur domino directo laudimium pro labore, nempe quem dominus tenet accipiendi emptorem, vel creditorem, & illum immittendi in realem & veram possessionem. quæ ratio non militat hodie, imò cessat, quia nunquam eue-
250 nit, nec obseruatur, quòd † dominus immittat in possessionem ipsum emptorem, sed ipse illam accipit. & sic apparet prædictam rationem non militare, imò laudimium deberi pro subscriptione, vt supra à *n.176.* est dictū. qua-
251 re salua pace prædictorum existimo † laudimium deberi vbi possessio ex clausula *constituti* transfertur, vti supra dictum est *n.113.* & sic quoties in instrumento hypotheca interuenit cum clausula *constituti,* sine precario, debebitur laudimium, & poterit dominus directus compellere alienantem quòd ei soluat dominium, nec hæc resolutio contrariatur doctrinæ Mier. *vbi suprà.* nam licèt ipse dicat quòd possessionis nomen comprehendit ve-
252 ram possessionem, cùm † per *constituti* clausu-

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

lam censeatur translata naturalis, vt *d.n.113.* dictum est, clarum apparet non contrariari hanc resolutionem prædictæ, & hanc meam resolutionem constat placere Ranch. *in addit. ad dictam decis. 101. Guid. Pap.* tamen licèt in puncto iuris hæc sit verior sententia, in praxi tamen obseruatur quòd † non soluitur laudi- 253
mium ex possessione adquisita per alium modum quàm per realem & corporalem pedum positionem, iuxta text. *in l. 1. in princ. ff. de adquir. possess.* † quæ vera & propriè possessio ap- 254
pellatur, vt post Bart. & Rip. *in d.l. 1. n.1.* Bologner. *n.10.* Conan. *lib.3 .comm. c.8. n.8.* Charon. *lib.10. verosimil. c.6.* Gomez *in l.45 .Tauri. n.18.* Couar. *de testam. 1. p. rubr. de testament.*

Circa illud verbū *per lo comprador, o, non adquisidor,* quæritur, † an indistinctè emptor te- 255
neatur soluere laudimium, an verò venditor.

Respondeo quòd in Catalonia, vbi non est inter partes actum quòd venditor soluere teneatur laudimium, emptor tenetur illud soluere, & hoc etiam de iure communi seruatur, iuxta text. *in l. fin. C. de iure emphyt.* nam
† indistinctè onus rei venditæ & alienatæ te- 256
netur soluere nouus adquisitor. Capella Tolosan. *decis.451.* & Afflict. *decis.95.*

In ciuitate tamen Barcinona contrarium seruatur. nam † in ea & eius territorio ven- 257
ditor tenetur soluere laudimium, nisi pactum factum sit inter partes quòd emptor soluat, quia hoc casu emptor virtute pacti tenetur. ita Solf. *in lucerna laudimio prælud. 4. n.7. & prælud. 5. n.3.* in fine autem attestatur, † in titulis 258
lucratiuis in ciuitate Barcinona, suburbiis, horto & vineto solutionem laudimij ad adquisitorem non pertinere. quod fortius extendit *in cell. 7. mihi p 41. col. 1.* dicens, ex concessione Regis Petri facta de ann. 1282. (confirmando consuetudines Barcinonæ insertas *in recognouerunt Proceres*) constare clarè † iam 259
antiquam fuisse consuetudinem inconcussè obseruatam quòd in ciuitate Barcinona & eius territorio non soluatur laudimium de quibuslibet allodiis quæ ex titulo lucratiuo in alium transferuntur, etiam si allodia sint Ecclesiastica.

Sed quæri potest, † an laudimium solua- 260
tur de rebus adquisitis titulo lucratiuo extra ciuitatem Barcinonam.

Respondeo quòd siue fiat alienatio inter transuersales, siue extraneas personas, debetur domino directo laudimium. ita ex pluribus fundamentis respondit Solf. *in lucer. laud. cell. 7. num. 1. cum seq.* deducens argumentum à contrario sensu, illud exemplificans. est tamen magna differentia in quantitate soluendi laudimium.

In præsenti ciuitate Barcinona vēdita † fuit 261
quædam domus in publica subhastatione, & liberata tanquam plus danti Michaëli Font

villæ de Terrassa habitatori præsentis ciuitatis, & per eum fuit pretium solutum per medium tabulæ præsentis ciuitatis, firmata venditione per dominum directum (qui erat admod. Reuerend. Prior Ecclesiæ S. Annæ.) dominus medius voluit vti iure faticæ, retinendo pro se dictam domum, & pretium fuit rescriptum per eum in dicta tabula dicto Font, non tamen integrum, quia dicebat se retinere penes se residuum ex eo quòd sibi debebatur certum laudimium alterius venditio-
262 nis præcedentis. fuit quæsitum, † an hoc liceret domino.

Respondi posse dominum medium retinere pro se iure faticæ dictam domum, non tamen posse ratione prætensi laudimij sibi debiti retinere partem pretij, sed integrum pretium debere soluere, & hoc idem sensit Solf. *in lucern. laudim. 3. principali q. n. 7. mihi fol. 92. pag. 2. col. 4. vers. contrarium est tenendum* quia
263 † retentio non habet locum, quia emptor soluendo pretium licèt rem acciperet, non fiebat locupletior, & retinendo dominus medius ex pretio locupletaretur cum iactura emptoris à quo res euocatur. iuxta notata per scribentes *in l. cùm seruum ff. de reb. cred. & in l. 1. C. de rebus alien. non alienand.* concludens
264 in fine quòd † dominus vtens fatica iure retentionis debet integrum pretium absque retentione aliqua soluere, & reficere ei, à quo res auocatur, vt latiùs per Solson.
265 Quæsitum fuit, † an laudimium debeatur proprietario, an verò vsufructuario.

Respondeo quòd vsufructuario, quia laudimium fructibus adæquatur, & inter fructus connumeratur. Oldrad. *cons. 24. post princ.* Io. Andr. ad Specul. *tit. de locato. § nunc aliqua, num. 29.* Paris de Puteo *c. 84.* Iul. Clat. *in § em-*
266 *phyteusis, q. 23.* Surdus *decis. 31. n. 12.* quia † licèt laudimium debeatur ratione rei emphyteuticæ, est tamen separatum ab ipsamet re, vt idem Surdus *d. decis. 31. n. 10.* & sic diuerso inte regulatur.
267 Quæritur, † an res quæ alicui fuit data, possit stabiliri.

Respondeo ex exemplaribus Regiæ audientiæ, nempe rem datam post factam donationem posse stabiliri, & ita reperi fuisse declaratum in Regia audientia, referente Nobile Ludouico à Peguera in causa fratrum Santacanas, contra Eleonoram Duanya 12. Decembr. 1594. actuario Papiol Notario. In simili fuit etiam declaratum in causa vertente inter Michaëlem Ioannem Cellers, contra Petrum Portassa, referente Magnifico Hieronymo Sunyer die 2. Iulij 1592. Notario olim Ioan. Bas, nunc Cortell, quas decisiones fecerunt insequendo tradita per Berenga. Ferd. *in c. 6. pralud. ad cap. vnic. de filijs natis ex matrimon. ad morgana. contract. in vsibus feudo. num. 7. cap. 7. num. 6. vers. quintus casus.*

Quæsitum fuit, † si celebratus fuerit aliquis contractus ex quo laudimiũ debeatur, & ipse cõtractus fuerit perfectus quoad omnia, non verò quo ad traditionem, an postea possint cõtrahẽtes recedere in domini præiudiciũ, ita vt oõ teneantur soluere duo laudimia. 268

Respondeo quòd † licèt contractus dicatur perfectus quoties res vendita est certa, & pretium certum, solutionísque modus destinatus & certus, vt *in c. de empt. & vendit.* diximus, ex qua doctrina fuerunt qui dixerunt non posse contrahentes recedere à contractu in præiudicium domini directi, vt tradit Tiraq. *de retractu lignagier. §. 1. gl. 2. n. 42. & de retract. conuent. § 6. gl. 2. n. 5.* dicens quòd quando receditur à primo contractu nullo, non debetur ladimium; secus verò si primus contractus sit validus. Ant. Gom. *lib. 2. var. c. 2. n. 31.* 269
tamen vera resolutio est quòd † possunt contrahentes etiam primo contractu perfecto ab eo recedere in domini directi præiudicium, absque hoc quòd ei laudimium non sit soluendum vbi res non fuit tradita; si verò tradita fuit, non poterunt recedere, sed tunc 270
† duo laudimia soluent, nempe vnum pro primo contractu, & aliud pro secundo, in quo à primo recesserunt. faciunt tradita per Solf. *in lucern. laudim. cell.* 12. à principio. in qua cellula latè disputat de solutione laudimij duplicati in summa, referens quòd laudimium vt debeatur requiritur realis & vera ipsius traditio, non verò per actus ciuiles & fictos. 271

Cùm emphyteusi soleat apponi conditio, seu modus, videlicet quòd concedatur alicui & vxori ac filio vtriusque, quæsitum fuit, † an pater possit talem emphyteusim alienare. 272

Respondeo quòd pater non potest eam alienare inuito filio, quia cùm facta fuerit acceptatio pro se & filio, pater non potest eo inuito præiudicare, secundùm Bald. Angel. & Imol. *in l. apud Iulianum. § si quis alicui. ff de legat. 1.* Alex. *cons. 106. col. fin. n. 8. lib. 4.* & ita refert Gamma *decis. 8. in princ.* plures citans Doctores hanc tenentes sententiam.

Quæsitum fuit, † an laudimium deberetur ex successione filij secundi succedentis in bonis patris ex iudicio testatoris pro illa parte quæ iure legitimæ & Trebellianicæ pertinebat ad ipsum primum fratrẽ. in hac quæstione varias fuisse Aduocatorum sententias, refert Canc. *3. tom. var. c. 15. de renunc. n. 167.* sed negatiuam sententiam esse tenendam resoluit, prout ipsum secutum fuisse *tom. 1. var. c. 11. de emphyteusi*, refert, & hanc negatiuam sententiam secutum fuisse Socarrats *in consuet. Cat. c. cautum, n. 7.* & Nobilem à Peguera *in c. item ne super laudimio. vers. 2.* & de facto secundùm hanc sententiam fuisse iudicatum, refert dictus Cancer *dicto cap. 11. de emphyteusi, n. 65.* 273

Ad

274 Ad † instantiam Conuentus fratrum Minimorum Ordinis sancti Francisci de Paula fuerunt venditæ quædam domus Reuerendi Pauli Reuerter presbyteris in Ecclesia maiori Barcinonæ, ipso contradicente & adeò reluctante, quòd pluribus annis de hac venditione lis fuerit inter eos ventilata in Regia audientia ad relationem Magnifici Ioan. Gallego. quę domus sub directo dominio & allodio existebant Monasterij S. Bened. de Bages auctoritate Apostolica vniti Monasterio de Monserrat. fuit petitum pro parte dicti Monasterij quòd solueretur ei laudimium. è cõtrario pro parte dicti Pauli Reuerter fuit prętensum quòd nullum laudimium debebatur, eo quòd prædictæ domus erant venditæ per eum violenter & necessariò in executionem sententiarum Regiarum, & subsecuta ęstimatione per Proceres & expertos, qui iustum pretium taxauerant, & sic minuebatur pretium si ex eo laudimium solueretur, & ei præiudicia duo inferebantur. primum in eo quòd domus fuerunt venditæ (eo inuito & contradicente) pro amplitudine dicti Monasterij: aliud in eo quòd detracto laudimio de valore & pretio deposito pretium minuebatur, & quòd non erat iustum quòd ipse in hoc læderetur, maximè cùm venditio fuisset coacta, & ipso contradicente & reluctante. allegabat in sui fauorem doctrinam Ias. dicentis *in l. fin. num. 47. & 48. de iure emphyteut.* non deberi laudimium ex alienatione necessaria, & idem dicebant tenere Bar. *in l. & ideo. ff. de condict. furt.* Rebuff. *in tract. de praeconijs & licit.* & ex aliis quæ retulit Cancer *tom. 1. var. c. 11. de iure emphyt.* Ex parte Monasterij de Monserrat allegatæ fuerunt doctrinæ ordinarię circa solutionē laudimij deberi ex quacunque alienatione, & quòd non sperabatur læsio aliqua respectu dicti Reuerter, cùm æstimatio domorum iam fuisset habita ad maius pretium. æstimato laudimio, & aliis, non fuit iuridicè in hoc casu declaratum, quia dictus Reuerter post altercationem huius articuli soluit laudimium per paritatem in tabula cambij præsentis ciuitatis. erat scriba processus Vilella, Notarius.

275 Quæritur vlteriùs, † si alicui vendita sit res, & tradita possessio, ipse verò qui possessionem accepit, eam recognoscat pro alio emisse, ipsúmque in eius possessionem immittat, an ex tali immissione debeatur laudimium, ita vt duplicatum laudimium debeatur.

Respondeo quòd licèt supradictũ sit quòd laudimium debetur ex causa realis apprehensionis, & sic hoc casu videatur dicendum duplex laudimium deberi pro vnoquoque actu possessionis; tamen si intra annum prædicti primi contractus recognitio fiat, & possessio per secũdum emptorem adipiscatur, vnicum tantùm laudimium debebitur. quia de consuetudine Cataloniæ hoc ita obseruari attestatur Socar. *in cap. cautum. in fin. n. 74. pag. 567.* Nobilis à Pegu. *in repet. item ne super laudimio. vers. 1. n. 110.* & de hac consuetudine attestatur etiam Cancer *tom. 1. var. cap. 11. num. 64.*

Vendita fuerat quædam domus tanquam libera, postea lapsis quadraginta annis apparuit esse allodialem; quæsitum fuit, † an em- 276
ptor ex illa bona fide posset se defendere præscriptione.

Respondi quòd non, quia dominium directũ est inpræscriptibile, non data scientia ex parte domini directi, ipso enim sciente & tacente contra eum præscriptio currit; secus verò si ignoraret, quia † non potest ipse em- 277
phyteuta mutare causam suæ possessionis, vt latiùs tradit Natta *cons. 518.* & Roland. à Valle *cons. 52. per totum, vol 3.* & expressè hanc sententiam tenet Crauetta *de antiquit. temp. 4. p. n. 139. in fin.* Cassanę *in consuet. Burgund. rubr. 11. § 2. n. 16. & 41.* Greg Lop. *l. 10 tit. 26. partit. 4.*

Orta † lite super quodã fundo emphyteu- 278
ticario sito in termino de Sarria, fuit lis transactione sopita inter colliigantes. fundus remansit penes eum, qui iam antea habebat, & alteri colligiganti certam pecuniæ quantitatem fuit largitus dominus directus dicti fundi petebat laudimium sibi solui pro illa quantitate, quæ ratione dicti fundi & transactionis soluta fuit. quæritur † an tale laudi- 279
mium deberetur, & esset soluendum.

Respondi non deberi tale laudimium, cùm res non mutet dominum possessorem, penésque eundem remanet, & sic cùm nullum dominium, nec possessio rei, super qua transigitur, in alium transferatur, nil mirum si laudimium non debeatur, vt ex mente Ias. *in l fin. n. 121 & 122. C. de iure emphyt.* ex Solson. *in lucerna laudimio. cell. 7. in fin.* Peguer. *in c. item ne super laudimio. vers. 1. n. 85.* refert Cancer *tom. 1. var. c. 11. de emphyt. n. 71.* quamuis certum sit, quòd † si in transactione pars fundi in alium 280
transmitteretur, & illius partis alter ex transigentibus possessionem acciperet, soluendum esset laudimium pro ea parte. † ita Paris. *con- 281
sil. 1. n. 134. lib. 1.* quod confirmant ex *l. non solum. C. de prædijs minor.*

Quæsitum fuit per N. Cruills Notarium villæ de Terrassa, † circa quædam allodia 282
quæ habebat Nobilis Mich. de Cruills in illa villa, an domini, seu possessores dictarum proprietatum tenerentur, antequam conuenirent de vendendo dictas proprietates, denunciare dicto domino directo venditionem fiendam de honoribus qui pro eo tenentur.

Respondi quòd † de iure Cataloniæ non 283
tenetur fieri denũciatio domino directo ante

venditionẽ, imò poteſt venditio prædicta fieri & perfici quoad conuentionẽ, & vſque ad rei poſſeſſionis traditionẽ, abſque pœna aliqua, ſine denunciatione domini, vt tradit Solſon. *in lucer laud. q. 3. n. 9 & 10.* & confirmari poteſt hæc reſolutio ex verbis dictæ conſtitutionis, *itẽ ne ſuper laudimio in verſ. ajuſtants que al vaſ-*
284 *ſall.* Secus verò eſſet † de iure communi, quia denunciatio fienda eſt domino directo antequam conuentio fiat, aut ſaltim contractus adimpleatur, iuxta tradita per Vincent. de Franch *deciſ. 17. n. 9.* & Franciſc. Marcum *deciſ. 575. num. 2. parte 2.*

Riatia quæ diſcurrit à dicta villa de Taraſſa, & peruenit ad flumen de Lobrigat, de anno diluuij quaſdam pecias terræ ſub allodio Comitiſſæ de Bonauent iuxta villam S. Andreæ de la Barca arena repleuit, & totaliter incultas eas fecit, cùm eſſem Aſſeſſor dictarũ
285 Baroniatum, quæſitum fuit, † an emphyteota eſſet liberatus omnino à ſolutione cenſus? & viſis te oculis ſubiectis dictis peciis terræ, & quòd infructiferæ erant,

286 Reſpondi † liberatum eſſe emphyteutam à ſolutione dicti cenſus, vt probat text. *in l. 1. C. de iure emphyt.* niſi conſtaret ex inſtrumento, cum quo peciæ terræ datæ erant in emphy-
287 teuſim, quòd † emphyteuta ſe obligaſſet ad ſolutionem cenſus, non obſtante caſu fortuito, quia ſi de tali pacto conſtaret, teneretur emphyteuta ſoluere annuos cenſus, vt tenent Iaſ. *in l. 1. C. de iure emphyt. n. 13.* Aluat. Valaſ. *de iure emphyt. 1. p q. 27. n. 1.* quod confirmatur ex *l. 1. C de iure emphyt.* in illis verbis, *ſuper omnibus, vel etiam fortuitis caſibus.*

288 Sed quæſitum tunc etiam fuit, † quid ſi periiſſet emphyteutica res partim culpa emphyteutæ, qui non curauit à principio periculum cultare, & ſic paulatim res fuiſſet facta inculta.

Reſpondi quòd tunc tenebatur emphyteuta ſoluere cenſus, nec liberabatur ab obligatione ſoluendi. ita repeti hoc atteſtantem Fabrum *in ſuo C. lib. 4. tit. 42. de iure emphyteut. definit. 37.* referens quandam deciſionem Senatus Sabaudiæ, qui in quodam ſimili caſu pro hac opinione declarauerat, & ratio poteſt
289 eſſe, quia † in culpa videtur eſſe, eo quòd non præuenit quod poterat præuenire. *l. habitatores. § fin. ff. locat.* Alex. refert Surd. *dec. 198. n. 17.*
290 culpa † enim reputatur non facere quod feciſſet quilibet diligentiſſimus paterfamilias. Bart. *in l. ea igitur. ff. de pignor. actione.*

291 Euenit † in præſenti ciuitate Barcinona quædam domus in platea de la Lana, quæ retro pluribus annis fuit combuſta, & ſtetit per plures annos, quibus non refecta fuit quoad vſque Michaël Boſc pictor de vidrieras illam reædificauit. dominus directus petebat cẽſus ab eo de annis decurſis; ipſe verò Michaël Boſc nolebat cenſus ſoluere, dicens ſe tunc domum dirutam non poſſidere, ſed potiùs alium, quem petiit citari, vt condemnaretur in caſu ſuccumbentiæ; ipſe verò tertius excipiebat, dicens ſe non teneri, cùm caſu fortuito fuiſſet dicta domus combuſta. quæſitum fuit † quid iuris. 292

Reſpondi duo dubia contineri. primùm, an domo combuſta cenſus deberentur: ſecundum dubium erat, an dictus Boſc nouus poſſeſſor, an verò tertius ille citatus qui domum vendidit dicto Boſc, teneretur ſoluere prædictos cenſus.

Reſpondi † cenſus deberi, quia licèt domus ſit cõbuſta, remanebat tamen area ipſius, 293
quæ † in ædificiis pars præcipua iudicatur, 294
iuxta text *in l. qui res. § aream ff de ſolut.* & tritum eſt principium quòd ædificiũ ſolo cedit. hanc ſententiam tenet Angel. *in auth. de non alien. §. lex itaque in fin.* tradit hanc eandem ſententiam Surd. *deciſ. 198. num. 11.* inſinuans
quòd † imputetur emphyteutæ quòd non renunciauerit aream cùm poſſet. idem tenet 295
Oliba *de act. 2. p lib. 1 c. 7. n. 11. verſ. ſed re peremptæ;* quo verò ad ſecundum caput, dixi dominum directum rectè ſe experiri, petendo à dicto Michaële Boſc poſſeſſore dictarum domorum † cenſus præteritos etiam decurſos 296
de tempore, quo ipſe non poſſidebat, quia pro recuperatione cenſuum habet dominus actionem hypothecariam, quæ † contra quẽ- 297
cunque rei poſſeſſorem tranſit, iuxta tradita per Canc. *tom. 1. var. c. 11. de emphyt n 43.* docet Mier *ad conſtit. als aſcandols, n. 9* dicens quòd contra particularem ſucceſſorem habet dominus actionem perſonalem in rẽ ſcriptam, & ſic dictum Boſc rectè poſſe condemnari
† ad ſoluendos decurſos cenſus, etiam de dicto tempore, quo non poſſedit, aut ad defendam vacuam poſſeſſionem dictæ domus; 298
euictionis tamen cauſa tertium citatum debere condemnari ad ſoluendum dicto Boſc quidquid ipſe ſoluiſſet.

In conſtitutione tertia huius tituli, quæ incipit, *als aſcandols*, fuit diſpoſitum per Sereniſſimum Regem Ferdinandum primum in curia Barcinon. anno 1413. *c. 16.* quod eſt dicta conſtitutio, quòd † nemo in Catalonia 299
audeat emere rem feudalem, ſiue emphyteuticariam ſine firma, aut approbatione dominorũ directorũ. & caſu quo dictarum rerum emphyteuticariarũ, vel feudaliũ nactus fuerit quis poſſeſſionem ſine conſenſu, aut firma dicti domini allodialis, ſeu feudalis, vltra pœnas à iure ſtatutas duplicatum laudimium domino directo loco pœnæ ſoluere teneatur, circa cuius conſtitutionis contexturam aliqua dubia decidentur.

Circa

300 Circa verbum primum † *possessio*, de qua possessione intelligatur, iam satis est dictum hoc capite *n.* 248. *cum seq.* ad quos recurre.

Circa verbum *penes de dret*, quæri potest, de quo iure intelligatur. quæ verba disputat Marquil.in Vsat.*iudicia curia, mihi fol.*134.*p.*2. tractans an de iure communi, vel de iure Gotorum; sed cùm *iuris* nomen absolutè prolatum intelligatur de iure communi, vt suprà dictum est;

Respondeo quòd prius debet intelligi de pœnis quæ apponuntur ex dispositione constitutionum & pragmaticarum, videlicet pacis & treugæ ruptarum, vt interpretatur Solsona *in lucerna laudimio.cell.*12.*fol.*74.*col.*1. quod *ius* in Catalonia commune appellatur, vt aliis in locis dictum est, Marquilles

301 verbo hoc *ius*. cùm † verbum *penes* intelligatur quòd cadat res in commissum, si per alium absque firma domini directi fuerit accepta possessio.

302 Quæri hîc potest, † an commissi pœna sit in Catalonia in vsu, propterea quòd emphyteuta nouus acceperit possessionem rei emphyteuticæ sine firma domini.

Respondeo quòd in ciuitate Barcinona, & eius territorio, non datur pœna commissi, ex eo quòd emphyteuta nouus possessionem acceperit de emphyteusi absque firma & consensu domini,& ita tenet Marqu.in Vsat. *si quis suum feudum, mihi fol.*118 *pag.*2.*col.*4.*in*

303 *fine.* sed † solùm punitur in duplicato laudimio. idem attestatur Solsona *in lucerna laudimio.cell.*12.*mihi fol.*74.*pag.*1.*col.*1. in aliis verò partibus Cataloniæ, vbi non gaudent priuilegiis & gratiis ciuitatis Barcinonæ, attestatur Solsona vbi proximè,quòd in tota Catalonia obseruari potest quòd capiens propria auctoritate possessionem rei emphyteu-

304 ticæ absque domini consensu, † possit puniri pœna quingentorum aureorum, & per processum pacis & treugæ violatarum, vt suprà dictū est. Sed credo prædictas pœnas non esse in vsu, etiam extra ciuitatem Barcinonam, iuxta tradita per Fontan. *de pact. nuptial. tom.*1. *claus.*4. *gloss.*17. *num.*117. vbi refert de emphyteusi in villa Castilionis, de Empuries solùm pœnam duplicati laudimij Senatum Regium iudicasse,Peguer.*tom.*2.*decis.*58.nam quoad ciuitatem Barcinonam, eius territorium & loca alia quæ gaudēt priuilegiis prædictæ ciuitatis, pœnæ illæ aliæ de iure, dempto laudimio duplicato, fuerunt sublatæ, vt latè Solson.*in d.cell.*12.*mihi fol.*74.confirmat.

305 Sed fuit quæsitum, † commissum in Catalonia an admittatur, & in quibus casibus. latè tractat Solsona *in d. cell.* 12. & Socar. *vbi suprà*,Calic.& Vallesic. ex quibus resolutiuè tradit Cancer *tom.*1.*variar.cap.*11.*de emphyteusi,num.*15. dicens, quòd solùm in duobus casibus, nempe si emphyteuta neget scienter dominium, vel si scienter alienans rem, & sciens esse emphyteuticam, hoc tacuerit. itaque † duobus modis negando ex- 306
pressè dominium, vel expressè tacendo; sciens tamen is qui negat, vel tacet, rem esse emphyteuticam faciunt tradita per Don Ludouic. à Peguer. *in repet. cap. item ne super laudim. vers.*6.*num.*16.& quid de recuperatione expensarum factarum per bonæ fidei possessorem in re quæ in vim cōmissi recuperatur, Cancer *dicto c.*11.*à num.*16.*cum seq.* Tertium casum commissi apponit Mieres *in constitutione als ascandols, num.*83. ex mente Caliçij in Vsat. *si quis suum feudum*, nempe quando in fraudem domini non exprimunt verum pretium,quod tradit Oliba *de act.tom.*2.*lib.*1. *cap.*7.*num* 40.& 45.

Acac.Ant.de Ripoll Resol.var.

Cùm dictum sit quòd accipiens possessionem rei emphyteuticæ sine domini consensu eadit in pœnam duplicati laudimij,quæritur, † quomodo obtineri debeat de tali consensu. 307

Respondeo quòd sufficiat à domino licentiam, seu consensum petere, quo petito, & ipso domino non contradicente, † censetur 308
ipsis consensum interuenire, & in hac opinione est Marquill. *in dicto Vsat. fol.*118. *col.*1. *vers. sed quæro iuxta hunc Vsat.* nisi sciens ius suum vbique durare non cōtradixerit. *l. sicut.* § *non videtur ff. quibus modis pignus,vel hypoth. tacitè contrahatur.* quotiescunque enim † fit 309
aliquis actus, cui aliquis contradicere potest, si non contradicit, consentire & illum approbare dicendum est. notat gloss. *in cap.*1. *verbo permissu, de prohib.feud.alien.*docet Mynsinger *obseru singul cent.*4.*obseru* 83. *per totam.* faciunt tradita per Ias.*cons.*227 *à n* 31.Calic. in Vsat. *si quis suum feudum, in princ.* vbi dicit quòd † dominus sciens venditionem,& non 310
contradicens, eam videtur approbare. idem Calic.in Vsaric. *Castlani.num.*1.dicens,scientiam cum taciturnitate idem operati atque consensum.

Circa verbum *dels senyors*, quæritur, † an 311
si plures sint domini, omnium requiratur consensus, aut vnius,videlicet directi.

Respondeo quòd requiritur consensus omnium,& non sufficit alterius, quia constitutio loquitur per verbum, *senyors*, quod pluralitatem denotat, & sic non sufficit consensus, seu firma vnius, sed omnium, vt tenet Mieres ad hanc constitutionem *num.*79. confirmans ex *l. per fundum. ff. de seruitut. rustic.prædio.*

Fuit venditum † quoddam prædium in 312
parochia sancti Geruasij præsentis ciuitatis Barcinonæ, quod erat Pauli Calopa, & in taba quæ fuerat tradita curritori, appositum

erat quòd qui plus offerret, & cui liberaretur hasta fiscalis, illi dabatur fatica per Rectorem dictæ parochiæ, qui erat dominus directus dicti prædij. postea Rector prædictus cupiebat vti fatica in fauorem alterius. dubitatum fuit, attento quòd dictum prædium situm erat in territorio Barcinonæ, in quo ex capitulo *del recognoueren Proceres*, quo cautum est quòd nemo donet, nec promittat faticam honoris, qui per eum tenetur, donec instrumentum venditionis ei fuerit præsentatum, & volebat se iuuare hoc remedio. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi, postquam difficultatem inuestigaui, ex traditis per Mier. *ad constit. als ascandols, n.73.* qui disputans an dominus possit à se
313 abdicare ius vtendi fatica, dicit † quòd sic, nempe quando de voluntate domini res publicè venditur, sub prædicto pacto, vt qui maior sit in dita, ille habeat faticam. tunc enim ait quòd is qui maius pretium offert, securus sit de fatica, & hoc casu non potest dominus ea vti, sic, cùm dictus Rector firmasset tabam in supradicta forma, postea non potuit ea vti in alterius fauorem.

314 Quæritur vlterius, † quomodo constare debeat de consensu domini consentientis in alienatione rei emphyteuticæ.

Respondeo, quòd aut per firmam & subscriptionem ipsius in eodem instrumento, aut de consensu ipsius externo, & iste probabitur per testes. tenet Mier. in dicta constitutione *als ascandols, num.*23. tractans an firma & consensus debeat necessariò apponi in instrumento & scriptura, determinans quòd non, & sic vidisse practicatum & decisum,
315 & quòd † quoties per scripturam non possit probari domini consensus, videlicet per firmam illius, quòd poterit consensus per testes probari, cùm probatio testium & scripturæ parificentur. *cap peruenit, de testibus. l. in exercendis. C. de fide instrum.*

Circa prædicta verba constitutionis, *e al-*
316 *tres penes de dret a fejara*, quæritur, † casu quo res ex prædictis casibus cadat in commissum, an dominus directus possit propria auctoritate possessionem rei emphyteuticariæ accipere.

Respondeo quòd non, quia priùs debet præcedere sententia declaratoria rem emphyteuticam in commissum incidisse, quia
317 † in Catalonia non proceditur per notorium, sed ordine iudiciario seruato, & sic etiam obseruari attestatur Guido Papæ *decis.*107. *in princ.* quod dictum probat ex *cap. licet Episcopus*, & *ibi gloss. super verbo vocato, de prabend. lib.*6. faciunt tradita per Ranchin. & Ferrer. *in dicta decisione.* faciunt notata per Menoch. *de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.* 112. Ant. Oliba *de action. tom.*2. *lib.*1. *cap.* 7. *à num.* 8. *&* 20.

Quæsitum fuit, † an emptor qui propria 318
auctoritate nactus fuit possessionem rei emphyteuticæ, possit se liberare à pœna solutionis duplicari laudimij, vel à pœna commissi, in casu quo commissum locum habeat.

Respondeo † laudimij duplicati pœnam 319
posse effugere nouum adquisitorem, si moram purgauerit, quia emphyteuta de iure Canonico potest moram purgare, vt habetur *in cap. potuit, de locat.* Guid. Papæ *decis.*107. *n.*1. Anton. Oliba. *de action. tom.*2. *lib.*1. *cap.*7. *n.*9. Sed magna est controuersia, † quando possit 320
purgare moram emphyteuta, cùm tres fuerint diuersæ sententiæ autorum, vt attestatur Guido Papæ *decis.*123. *per totam*, resoluens quòd mora purgari potest certiùs ante litis contestationem. quod vera ratione fundari apparet, quia pœna commissi est à lege imposita. quando † autem pœna à statuto ap- 321
ponitur, potest purgari mora vsque ad litis contestationem, vt per Dynum *in l. si ita quis. § Seia. ff. de verbor. oblig.* Bart. *in l. si insulam. ff. eod. l.*1. *ff. de pen. legata.* tenet Guido Papæ *decis.*171. *num.*2.

Quæsitum fuit, † casu quo emphyteuta 322
nouus accipiens possessionem inscio domino, volens euitare pœnam duplicati laudimij, quid teneatur ipse emphyteuta facere.

Respondeo quòd antequam dominus litem contra eum inchoare attentet, debet ad dominum accedere, & ei laudimium offerre, & veniam petere capiendi possessionem. quo casu tenetur dominus consentire nouæ adquisitioni, & laudimium accipere: si † au- 323
tem dominus nollet recipere laudimium, debet tunc emphyteota obsignationem, consignationem & depositum facere, in forma tradita *in l.*2. *C. de iure emphyt. in fine.* tradit Guido Papæ *decis.*123. *num.*2.

Quidam † sartor habitabat in quadam 324
domo, quæ erat sub dominio directo cuiusdam beneficiati sub inuocatione sanctæ Elizabethæ de Vngria Ecclesiæ maioris Barcinon. euenit quòd domus eidem fuit vendita, & ipse soluit pretium. euenit postea quòd dominus directus, nempe dictus beneficiatus, volebat recuperare duplicatum laudimium, prætendens emphyteutam sine eius licentia & consensu accepisse possessionem, & per consequens in duplicatam pœnam incidisse. quæsitum fuit, † an deberetur dicto 325
beneficiato duplicatum laudimium.

Respondi quòd non, quia cùm tempore quo domus fuit vendita dicto sartori, iam ipse habitaret dictam domum, & in eius possessione esset, non poterat dici nouam possessionem adquisiuisse sine licentia ipsius domini

mini directi. idem tenuit Miet. *ad constit. als ascandols. n.* 54.

316 Quæri potest, † dispositio consuetudinum ciuitatis Barcinon. quæ vulgariter dicuntur *del recognoverunt proceres*, in quibus locis particulariter obseruentur.

Respondeo quòd obseruantur in ciuitate de Girona, vt suprà dictum est, *num.* 219. obseruantur etiam in locis habentibus particulare priuilegium ad obseruantiam eorū,
317 quales sunt † villa de Granollers del Valles, villa de Igualada, villa de Moya, districtus Franquedarum de Valles, y del Maresme, villamaior, villa de Cardadeu, parochia del Fou, parochia de santa Susanna, Baiulia de Parets, Baiulia de Mollet, parochia de Gallechs, quos districtus quo ad prædictas consuetudines Barcinonæ obseruandas refert Marquilles in Vsat. *si quis suum feudum, mihi fol.* 119. *colum.* 1. *in princ.*

318 Quidam † habens quendam fundum sub directo dominio alicuius, pro subueniendis aliquibus necessitatibus vendit dimidiam illius fundi partem, & expressè cauit quòd dicta medietas, quam vendebat, erat libera & franca, & quòd non tenebatur sub dominio alicuius. dominus directus agere volebat cōtra vendentem, & declarare commissum locum habere, cùm ipse asseuerasset in venditione medietatem illam esse liberam, & sic clarè negauit dominium. quæsitum
319 fuit, † an commissum locum haberet solùm quo ad partem alienatam, an verò contra totam hæreditatem.

Respondi commissum locum non habere nisi in parte alienata, quia solùm respectu illius interuenit negatio dominij, vt tenent Ias. *in l. fin. n.* 121. *C. de iure emphyteu. & in l. si prius n.* 31. *ff. de noui operis nuntiat.* Iulius Clar. *in* §. *emphyteusis, quæst.* 13. *num.* 10. & alij autores, quos refert Ioan. de Castillo Sotomaior *controuersia. quotidia. de vsufruct. lib.* 1. *q.* 24. *num.* 8.

330 Quæri vlteriùs potest, † an commissi pœna locum habeat, vel duplicati laudimij, ex contractu qui postea fuit declaratus nullus, veluti si venditio facta fuit, & in instrumento negatiuè dictum fuerit rem venditam non teneri sub directo dominio alicuius, & ex eo fuerit declaratum rem venditam in commissum incidisse, & an si cōtractus venditionis fuerit nullus declaratus, euitari possit pœna commissi, & res recuperari.

Respondeo quòd casu quo contractus nullus declaratur, non habebit locum com-
331 missum, imò potiùs † res quæ commissa etat, erit restituenda, quia pœna commissi, vel duplicati laudimij, non debetur ex contractu nullo. ita ex mente Bald. *in l.* 2. *num. C. de Episcop. aud.* & ex Ias. *in l. fin. C. de iure emphyteut. num.* 139. & ex pluribus alijs affirmat Molina *de Hispan primogen. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 18. Surdus *decis.* 41. *à n.* 18.

Euenit † quòd quidam emptor alicuius 332
rei emphyteotæ, cùm esset ei vendita tanquam libera, aliquas expensas & meliorationes in ea fecit, postea fuit declaratū ipsam rem venditam in commissum incidisse. quæsitum fuit, an iste emptor posset dictas expensas à domino directo recuperare.

Respondeo quòd non, ex traditis per Guid. Papæ *decis.* 348. ex mente Bart. ex *l. Imperator. ff. de in diem addict.* ex trito illo principio quòd ædificium cedit solo, perindèque, cùm solum domino directo reuertatur, ex eo quòd fuit declaratum commissum ex negatione dominij, ideo nil mirum si expensæ non repetantur, cùm in solo alieno censeantur factæ. quæritur, † an duplicati lau- 333
dimij pœna ex aliqua causa euitetur.

Respondeo quòd sic, nempe casu, quo dominus directus est debitor noui adquisitoris in aliqua quantitate æquiualenti laudimio, quia hoc casu accipiens possessionem etiam sine firma domini non cadet in pœnam prædictam, ex notatis per Antonium de Gamma *decis. Regni Portug.* 91. *num.* 2. qui attestatur quòd † commissi pœna euitatur in 334
emphyteota, cui est debitor dominus allodialis, redditque rationem, dicens quòd licèt compensatio non fiat ipso iure si ab homine non apponatur. *l. si constat. C. de compensatio.* ad † euitandam tamen pœnam com- 335
missi admittitur ipso iure, ex Ias. *in l.* 1. *num.* 60. *C. de iure emphyteut.*

Quæritur vlteriùs, † an si accipiens pos- 336
sessionem rei emphyteoticæ, illam accipiat cum protestatione dominij, dicens quòd casu, quo dominus non consentiat, habeatur possessio pro non accepta, tali casu debeatur laudimium duplicatum.

Respondeo quòd non debetur laudimium duplicatum, quia † protestatio illa seruat ius 337
illæsum ipsi domino. nam illa conditio liberat protestantem à pœna, vt expressè attestatur Bald. *in c.* 1. §. *hoc quoque. colum. fin. de successio. feud.* & ex *l. si quis locuples. ff. de manum. testament.* refert & sequitur Ias. *in l. fin. num.* 144. *C. de iure emphyteut.* tenet & sequitur hanc sententiam Ant. de Gamma *decis.* 147. *num.* 4.

Quædam † domus sita in præsenti ciuita- 338
te Barcinon. in vico dicto de les cases de Monserrat, quæ erat Hospitalis generalis, fuit certis & legitimis causis & præcedentibus solemnitatibus à iure requisitis data in emphyteusim, sine quibus non poterat, cùm res Ecclesiæ vltra triennium concedi non

possint. *Clement. 1. de rebus Eccles. non alien.* & ex *extrauag. ambitiosa, de rebus Eccles.* tradit Couarr. *lib. 2. variar. c. 10.* tractu temporis hæc eadem domus fuit legata eidem Ho-
339 spitali, quæsitum fuit, † an postea posset prædicta domus de nouo in emphyteusim concedi, & an licentia & decretum & solemnitates à iure requisitæ iterum interuenire deberent.

Respondi quòd poterat dicta domus concedi in emphyteusim absque nouo decreto, neque solemnitatibus, vt in materia rei feudalis probatur ex *c. 2. de feud.* & ibi commu-
340 niter scriben. quia † validum est argumentum de feudo ad emphyteusim, vt docet Bart. *in auth. qui rem. C. de SS. Eccles.* Bald. *in authent. quibuscunque. C. eod.* & tradit Guido Papæ *decis. 100.*

Mandatum fuit alicui factum de capibreuiando, ipse verò non inueniens titulum, eo
341 quòd esset deperditus, quæsiuit, † an posset priuari per dominum directum, eo quòd non poterat ostendere titulum, quia erat tertius possessor, & successerat in hæreditate quadam cùm esset extra regnum, & non potuit recuperare multa quæ partim furto capta fuerunt, quædam verò fortuitò deperdita.
342 Respondi † eum se debere paratum ostendere ad iurandum se non habere titulos, nec minus fecisse quin haberet, & quòd non poterat ab emphyteusi priuari, si probaret se quadraginta annis soluisse pensiones dictæ emphyteusis, quia ex tali annua præstatione
343 † præsumitur titulum præcessisse, secundùm receptiorem sententiam Bart. & aliorum *in l. comperit. C. de præscript. 30. vel 40. annorum,* larè Ias. *in l. 2. num. 60. C. de iure emphyteut.* Gamma *decis. 127.*
344 Quæsitum fuit, † cùm quædam domus fuisset vendita per Ioannem Serra Antonio Nebot eius consobrino, & specificato dominio dictæ domus dictus Nebot possessionem dictæ domus sine domini cõsensu realiter & de facto accepisset, dominus verò directus ab eo duplicatum laudimium exigere volebat, nolebatque instrumentum vendirionis firmare quin duplicatum laudimium solueret.
345 quæsiuit à me dictus Nebot, † an ex aliqua causa se posset tueri ne dictum duplicatum laudimium solueret. in quo puncto multum insudaui, & postquam reuolui varios libros reperi Rotam Auenionen. Hieronymi Laurentij 135. *num. 9.* asserentem quòd licèt ex statutis requiratur certa forma & solemnitas in celebratione aliquorum contractuum, ta-
346 men † vbi contrahitur cum persona consanguinea, cessant similes prohibitiones, confirmantem prædicta ex *c. 1. §. 1. per quos fiat inuestitur. c. 1. §. fin de alienat. feudi.* vbi quamuis prohibitum sit sine domini voluntate fundum alienare, fallit † quando inter proximos 347
sit alienatio. idem dicit Bald. *cons. 407. lib. 2. & cons. 37. in fine lib. 3.* Cephalus *cons. 109. num. 20. & cons. 13. num. 41. & cons. 161. numer. 25.*

Quæsitum fuit ex firma domini in instrumento, † an aliqua præsumantur. 348

Respondeo quòd sic, quia in primis censetur laudimium solutum, & non potest vltrà retro aliquid de laudimiis petere ipse dominus, iuxta notata per Mier. *in constit. als ascandols. num. 34.* vbi *num. 35.* quærit † quid 349
si instrumẽtum reperiatur penes emptorem firmatum, & quæstio sit de recenti super fotiscapio, debet attendi an domino fuerit traditum, vel subtractum, iuxta notata *in l. Labeo. ff. de pact. & in l. si chirographum ff. de probat.* probat etiã † firma consensum domi- 350
ni interuenisse in tali alienatione. Mier. vbi suprà *num. 33.* quæ quidem non requiritur
† quòd sit in eodem instrumento, licèt ordinariè & frequentiùs apponatur, sed instru- 351
mento ad partem apponi posse attestatur Solsona *in lucerna laudim. cell. 12. de laudimio duplicato. colum. 3.* & ego sic practica- 352
ui per quatuor vices, quod non transit sine scrupulo, & in eo videri existimo, salua pace tanti viri, quòd firma ratione dominij debet apponi in eodem instrumento, cùm habeamus constitutionem expressam quartam sub hoc titulo, qua disponitur † quòd non 353
liceat tabellionibus sub pœna priuationis sui officij tradere instrumenta sine mentione expressa dominicatarum & censuum, quos præstant res quę in contractum deducuntur, & quousque tales contractus sint approbati & subscripti per dominos, ponderando dictionem illam *y fermadas*, quæ diuersa est à verbo *locadas*, cùm † dictio *&* inter diuersa 354
ponatur, vt notant DD. *in rubrica tit. C. de iuris & facti ignorantia.* & quotidie experimur quòd Notarij non claudunt instrumenta censualium, in quibus est specialiter hypothecara res allodialis, si domini firma non reperitur, sed solent firmare instrumentum apochæ.

Quæsitum fuit, † an casu quo generaliter 355
bona quis obliget, requiratur firma ratione dominij earum rerum, quæ sunt emphyteuticæ.

Respondeo quòd non, ita tenet Marquill. in Vsat. *si quis suum feudum. vers. sed quid in generali obligatione fol. 106.* Mier. *in cons. item ne super laudimio.* Socarr. *in commento. Petri Alber. c. eodem, num. 40.* refert Cancer *tom. 1. variar. c. 11. de emphyteusi. num. 20.*

Circa † hanc constitutionem tertiam, 356
quatenus

quatenus imponit pœnam contra accipientem possessionem rei emphyteuticæ sine domini consensu titulo emptionis, in illis verbis, *si algu comprara*, quæsitum fuit an similis pœna locum habeat in aliis contractibus, qui non sint emptionis & venditionis.

Respondeo ex traditis à Iasone *in l. fin. ff. de condict. causa data n. 3.* vbi quærens, † an
357 nomine emptionis comprehendatur alius contractus innominatus, veluti contractus permutationis, & allegans rationes pro vtraque parte resoluit quòd differentia est constituenda, an tale verbum sit positum in materia odiosa, aut in fauorabili, & an militet eadem ratio. nam † si nomen emptionis
358 est positum in materia fauorabili, tale verbum comprehendit alios contractus similes,
359 & per consequens † comprehendit permu-
360 tationem, ex *l. sciendum. § deinde. vers. sed si quis permutauerit*, quem Angel. ad hoc reputat mirabilem *ff. de ædilitio edict. l. fin. ff. de rerum permutat.* ex quibus *num. 4.* Iason re-
361 spondet *dicta l. fin.* † quòd emphyteota, qui non potest rem vendere sine domini consen-
362 su, † non poterit eam permutare sine consensu domini, quia, vt ipse attestatur, in permutatione militat eadem ratio respectu domini, quæ militat in venditione. gloss. & DD. *in l. fin. C. de iure emphyt.* Specul. & Ioan. Andr. *in titulo de locat. §. nunc aliqua vers. 21.* & alij per Iaso. allegati, & sic clarè apparet
363 quòd † accipiens possessionem rei emphyteuticæ, siue sit adquisita ex contractu emptionis, siue permutationis, vel alterius similis contractus, sine firma, vel consensu domini, cadet in pœnas prædictas, licèt constitutio solùm loquatur in contractu emptionis.

364 Legato † vsufructu alicuius domus emphyteuticæ, quis teneatur domino soluere censùs annuos.

Respondeo quòd vsufructuarius, quia solutio census cùm sit onus reale, sequitur possessorem ipsius rei, quæ est obnoxia solutioni dictorum censuum, & quòd ipse vsufructuarius non possit se eximere à solutione, etiam citando hæredem vniuersalem, probat Hieronym. Gabr. *cons. 47. num. 6. & 7. lib. 1.* Pinel. *in l. 1. 2. §. 1. C. de bonis mater. n. 76. vers. tertiò amplatur.* Caualcan. *de vsufruct. mulieri relicto, num. 60.* Ioan. del Castillo Sotomaior *controuersia quotidia. de vsufruct. tom. 1. cap. 73. num. 11.* & clariùs *in c. 56. num. 16.*

Constitutione quarta, quæ incipit *per obuiar*, cauetur, quòd in tota Catalonia Comitatibus Rosilionis & Ceritaniæ obseruetur
365 quòd † Notarij sub pœna priuationis Notariatus non possint tradere cõtrahentibus instrumenta venditionum rerum emphyteuticariarũ, quin in dictis instrumentis specialem mentionem faciant, sub cuius dominio tenentur res alienatæ, & quousque dicta instrumenta contractuum sint subscripta per dominos, sub quorum dominio honores tenentur, † quòd Notarij teneantur eadem 366
obseruare in rebus feudalibus. quod fuit etiam dispositum in allodiis Ecclesiarum, ex Pragmatica Regis Ferdinandi II. quæ est secunda sub tit. *de iure emphyt.*

Circa hanc constitutionem quartam quæri potest, † ad quid teneatur emphyteota ra- 367
tione instrumentorum domino directo.

Huic dubio respondet Solsona *in suo stylo capibreuiandi fol. 47. num. 8.* dicens quòd ex dispositione huius constitutionis † vasal- 368
lus recognoscens dominum respectu rei emphyteuticæ tenetur ipsi domino directo, vel tabellioni, omnia & singula instrumenta, quibus mediãtibus adeptus est rem ipsam quousque perueniat ad titulum realem, allegando text. *in l. prætor ait. §. 1. ff. de edend.* Abb. *cons. 74. dubio 1. colum. 1.* Speculator *in §. nunc aliqua. vers. 161.* sequitur Ias. *in l. fin. C. de iure emphyt. col. 93.* Bald. *in addit.* ad Specul. *in vers. cogitur.*

Quis † sit titulus realis respectu emphy- 369
teotæ potest quæri hîc iuxta prædicta & licèt secundùm iuris communis loquelam variè posset accipi hoc quod est titulus realis, secundùm ius nostrum Cataloniæ, † titulus 370
realis dicitur ille, quem dominus directus facit emphyteotæ de proprietate emphyteotica, seu feudali, prout sunt concessiones in emphyteusim, quas in Catalonia *stabilimenta* appellant, prout tradit Solsona *in dicto stylo capbreu. pag. 48. num. 2.* Calic. in Vsati. *si à vicecomitibus fol. 80. col. 2.* & in commem. Petri Albet. *c. vasallus si decesserit.* Possunt etiam sub nomine tituli realis comprehendi † instrumenta laudationum, & renoua- 371
tionum, quas iu Catalonia *precaria* appellamus, de quibus meminit Ias. *in l. 1. C. de iure emphyt. in 2. quæstio.* præsensit & glos. *in auth. ingressi.* & glos. *in § fin. de vectig.*

Quæsitum † fuit in causa capibreuiationis 372
Collegij de Bellem præsentis ciuitatis, an tres solutiones trium annatarum probarent solutiones omnium præteritarum, & an dominus posset compellere emphyteotas ad ostendendum chirographa retro annorum.

Respondi quo ad primum † quòd ex so- 373
lutione trium annatarum ex tribus chirographis diuersis diebus constructis censebatur omnes annatas præteritas esse solutas. Bald. *in l. quicunque. quæst. 1. n. 3. C. de apochis pub. lib. 10. & in l. 2. vers. pone quòd quis, de dotis promissio.* plures hanc sententiam tenentes

tes refert Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 139. n. 24. cũ seq* latè referens de solutione præteritarum pensionum, ex quibus clarè apparet
374 † quòd non potest talis emphyteota cogi vltra tres dictas pensiones ostendere chirographa retro lapsorum annorum, vt est text. *in l. quicunque. C. de apoch. pub. lib.* 10. de debitoribus tributorum, in illis verbis, *si trium cohærentium annorum sibi apochas securitatésque protulerit, superiorum temporum apochas non cogatur ostendere.* cuius text. contexturam latè prosequitur Menoch. *dicta præs.* 139. *in princ. vsque ad finem.*

Constitutione 5. huiusmet tituli, quæ in-
375 cipit, *com moltas vegades*, &c. cauetur † quòd casu quo primus emphyteuta voluerit subemphyteuticare rem quæ sibi in emphyteu-
376 sim fuit concessa, † teneatur talis emphyteota de subemphyteusi, quam facit soluere primo domino, laudimium, seu foriscapium, prout solitum est solui de venditionibus, quæ fiunt in locis vbi contractus celebratur, æstimando census qui onerantur, & de pretio quod pro intrata præstatur, & quòd census qui imponitur, sit in nuda perceptione,
377 ita, † quòd ratione dicti stabilimenti non adquiratur primo emphyteutæ subemphyteuticando ius aliquod in re subinfeudata ra-
378 tione laudimij, sed solùm † ius firmandi alienationes subsequentes ad conseruandum ius dominij, & ius fatigæ ratione retentionis pro
379 se, casu quo alienetur, & quòd † domini directi non teneantur alienationes fiendas firmare aliter quàm suprà disponitur, & quòd hæc constitutio non comprehendat honores intra ciuitatem Barcinonam existentes, & in eius territorio, nec alios existentes in aliis villis & ciuitatibus, villis, seu locis in quibus aliàs est dispositũ, quales sunt quæ enumerantur suprà *in num.* 326. *&* 219. quam constitutionum declarauit Cancer *tom.* 3. *var. cap.* 4. *de seruitutib. num.* 194. *cum sequen-*
380 *tibus*, dicens † quòd emphyteuta qui subemphyteuticauit rem, non abstulit à se totum ius quod in illa re habebat, quia apud eum remanet vtile dominium quod habebat, & aliud secundum dominium formatur respectu noui adquisitoris, vt tradit Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 13. *à n.* 11. *vsque ad finem.*
381 ex quibus *in dicto num.* 11. dicebat † quòd si nouus adquisitor non soluerit pensionem, poterit rem ab illo nouo adquisitore vindicare, dicens vlteriùs dictus Aluarus Valascus
382 (quem allegat Cancer *vbi suprà*) † quòd vbi primus emphyteota vult totum suum ius in alium transferre, hoc expressè dicit, nempe quòd constituit ipsum secundum emphyteotam in suo loco, & quòd vt talem dominus directus hunc secundum cognoscat, &

quòd ab eo accipiat solutionem annui census, prout tradit Socin. *cons.* 156. *lib.* 2. Angel. *in* §. *adeò, post n.* 7. *Instit. locat.* inserens etiam
Cancer *ibidem*, † quòd quemadmodum cen- 383
sus in totum non præscribuntur contra dominum directum, vt infrà latiùs dicemus, ita nec præscribi possunt in totum isti census in
nuda perceptione constituti, quia † capaci- 384
tas istius tertij emphyteotæ regulatur à capacitate secundi, in quo adhuc remanet quædam qualitas dominij & ciuilis possessionis ad conseruandum ius suum.

In † territorio de Vic fuerant venditæ 385
quædam decimæ in parochia de Granollars in loco dicto la Plana de Vic Iacobo Bru ciui honorato Barcinonæ socero meo, per Ioan. Franc ciuem honoratum, & Regium Aguaçilium ordinarium, & facta venditione sub pacto de retrouendendo illius virtute fuerant per hæredes & successores dicti Franc, qui erant tutores & curatores pupillæ Franc neptis dicti venditoris redemptæ à Francisco Bru filio & hærede vniuersali dicti Iacobi, prout de facto recuperatæ fuerant, & cùm dictæ decimæ fuissent feudales domini Regis, fuerant ad instantiam fisci Procuratoris Baiuliæ generalis Cataloniæ expeditæ literæ citatoriæ directæ dictis cura-
toribus, † vt feudum prædictum recogno- 386
scerent, soluerent laudimia, & inuestituram caperent. pro parte fisci Procuratoris prædicti petebantur duo laudimia media, quæ efficiebant vnum integrum laudimium, nempe medietatem pro venditione, & medieta-
tem pro recuperatione, cùm † in venditio- 387
ne facta sub pacto de retrouendendo medium tantùm laudimium soluatur, iuxta tradita per Tiraquel. *de retract. conuentio.* §. 6. *glos.* 2. *à n.* 4. *vsque ad* 19. Socat. *in constit. Catalon. c. cantum. num.* 33. *pag.* 553. Solsona *lucerna laudimio cell.* 10. ipsi verò curatores
dixerunt † nullum laudimium eos debere, 388
quia venditio facta per dictum Ioan. Franc dicto Iacobo Bru, erat ante annum 1599. quo tempore in curiis celebratis per Regiam Maiestatẽ Philippi III. in ciuitate Barcinona
fuit facta generalis † remissio omnibus lau- 389
dimiis debitis domino Regi, tam rerum feudalium, quàm emphyteuticarum vsque in diem conclusionis prædictarum curiarum, vt constat ex capitulo 41. dictarum curiarum, cuius vigore dictus Franc recognouerat dictum feudum, & ego vidi in Regestris Baiuliæ generalis inuestituram factam de dictis decimis post curias prædictas ad gaudẽdum de gratia remissionis prædictæ. & quòd secundum medium laudimium de recuperatione, quam fecerant dicti curatores, eadem ex causa non debebant, quia † in ciui- 390
tate

tate Vic, & eius territorio obseruatur quòd licèt venditio fiat sub pacto de retrouendendo, totum laudimium integrum soluitur, & non diuiditur. de quo facto informationem dederunt, & cùm ex testium depositionibus appareret de prædicta consuetudine, & venditio facta fuisset ante curias anni 1599. & sic casu, quo laudimium esset soluendum, fuisset integrè solutum eo tem-
391 pore, & cùm † in solutione laudimiorum recurratur ad loci contractus consuetudinem, & ad morem regionis vbi res est sita, vt notatur *in cap. 1. de feudi cognit.* Stephan. Bertrand. *conf.* 78. *num.* 5. *in fin.* Guid. Papæ *decis.* 59. *&* 297. notat Socarr. *in commem.* Petri Alber. *cap. cautum.* Peguer. *in cap. item ne super laudimio, pralud, 3. num. 4.* Inde in Baiulia generali fuit resolutum, verbo quòd curatores prædicti nouam reciperent eo nomine inuestituram absque solutione alicuius quantitatis, cùm censeretur iam integrum laudimium solutum tempore venditionis, aut secundùm dictam consuetudinem dictæ ciuitatis eo tempore soluendum, de quo casu non fuisset solutum, erat debitum saltim, & de eo facta remissio per suam Regiam Maiestatem in & cum dicto Capitulo.
392 Ex † contractu nullo laudimium non deberi suprà resolutum est, sed quid venit dicendum, si bona fide laudimium tempore contractus fuerit solutum, & postea contractus nullus iudicetur, an qui laudimium soluerit, illud repetere possit.

Respondeo quòd licèt rationes pro vtraque parte existant, quas refert Nobilis à Peguera *decis.* 148. *per totam*, video tamen decisionem Regij Consilij ab eo relatam in fine,
393 in & cum qua fuit conclusum quòd † dato quòd laudimium solutum fuisset, si ex postfacto contractus nullus declararetur, laudimium erat restituendum, prout ibi restitui fuit prouisum.

394 Quæsitum fuit, † an laudimium præscribatur, & quo tempore incipiat currere præscriptio, & quid sit fiendum in casu præscriptionis laudimij.

395 Respondeo quoad primũ, quòd † ius laudimij petendi præscribitur spatio triginta annorum, vt probant ex *cap. item est consuetudo quòd si pater*, in commemorat. Petri Alber. & ex Vsatico *omnes causæ*, & tradit Nobilis à Peguera *in repetit. cap. item ne super laudimio, fol.* 38. *pag.* 2. *num.* 116. & quoad secundum
396 dico quòd † hoc tempus triginta annorum incipit currere à tempore quo dominus directus habet notitiã alienationis, aliàs enim
397 † inscio domino non currit præscriptio, secundùm Peguer. *dicto loco*, quod receptum tradit Socarr. *in cap. si verò nullum instrumentum, in commem.* Petri Alberti, *mihi fol.* 160. *n.* 27. *cum sequentibus*, & maximè *num.* 32. *in fine*, vbi ait quòd circa laudimij solutionem potest fieri demanda vsque ad triginta annos, & confirmat ex Vsatico *omnes causæ*. De notitia † autem domini debet constare ex 398 iuramento partis, id est, domini iurantis se non habuisse scientiam, nisi probaretur domini scientia per ipsum emphyteotam, † ex 399 *reg. præsumitur ignorantia, de reg. iuris in* 6. & ex *l. super seruis*, cum *ibi* notatis per gloss. & DD. *in l.* 1. *C. qui mil. poss.* & tenet Socarr. *in consuetud. Cathaloniæ cap. cùm sit consuetudo, mihi pag.* 591. *num.* 48. & quòd † dominus coga- 400 tur iurare circa scientiam alienationis, resoluit quòd sic Socarr. ex mente Calicij *dicta pag.* 581. *num.* 43. *vers. secundo.* ex quibus resolutiuè dicitur quòd † data scientia in 401 domino ipsius alienationis lapsis triginta annis à die alienationis laudimium peti non poterit, quia obstabit præscriptio si allegetur, & opponatur.

Quæritur, † an casu quo res in emphy- 402 teusim cõcedirur ad annuum censum luibilem in totum, quod dicitur in nuda perceptione, an debeatur laudimium integrum totius pretij & quantitatis, an verò dimidij.

Respondeo quòd integrum laudimium debetur, habita æstimatione integri pretij censu superimpositi, vt in Regia audientia refert decisum Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 398.

Quæsitum fuit, † an si pater fecerit testa- 403 mentum, hæredémque fecerit filium primogenitum, ipsúmque grauauerit de restituenda media hæreditate secundo filio, & in ea comprehensa sit quædam domus, quæ sub directo dominio alicuius tenebatur, an respectu dictæ partis dimidiæ teneatur solui domino directo laudimium.

Respondeo † quòd licèt frater capiat di- 404 midiam hæreditatem per manus fratris, non dicitur ei succedere, sed patri, cùm ex suo iudicio fuerit vocatus, & sic nullum debet laudimium. ita post Iacobum de Vallesica Marquill. in Vsaric, *si quis suum feudum, quæst.* 53. *colum.* 4. *in fine.* Socarr. *in cap. cautum n.* 70. Don Ludou. à Peguer. *in repetit. cap. item ne super laudimio, num.* 127. *vers. item quaro. vers. si empero a quell fen.* Solso *in lucer. laudimio.* 1. *quæst. princip. num.* 5. sumentes fundamentum ex *cap. perso que lo luisme. vers. si empero. de iure emphyt.*

Fuit † vendita quædam domus, sub pacto 405 de retrouendendo, & emptor ex pacto se incarricauit soluere laudimium domino directo, per quem amicitiæ causa ipsi emptori fuit remissum, casu quo venditor voluit virtute dicti pacti de retrouendendo rem recuperare

perare, deposuit pretium quod receperat de re vendita; ipse verò emptor prætendebat quòd vltra restitutionem pretij tenebatur restituere id quod veniebat soluendum pro laudimio, quia remissio sibi facta contemplatione sui fuerat, & sic non erat in vtilitatem ipsius venditoris cedi, sed ipsius emptoris; econtra verò venditor dicebat quòd non tenebatur soluere prædictam quantitatem, cùm realiter & de facto non soluisset. quæsi-
406 tum fuit, † quid iuris.

Respondi quòd non tenebatur soluere laudimium, iuxta text. *in l. si seruus redhibeatur, ff. de ædil. edict.* vbi, *si seruus redhibeatur, quidquid extra rem emptoris per seruum adquisitum est, id iustum reddi oportere.* Ideo si nil emptor exoluerit, nil poterit petere. ad idem est
407 *l. fin C. de fruct. & lit. expens.* vbi † condemnatus in expensis non censetur in illis quæ ex priuilegio fuerunt remissæ. ex quibus & aliis fundamentis pro hac resolutione fuisse declaratum refert Hieron. Laurent. *decis. 26. Rota Auenio.*

Dictum est suprà in casibus, in quibus locus est commisso, non posse dominum propria auctoritate procedere ad rem commissandam, sed quòd via iudiciali debet hoc terminare, vt *num. 316.* dictum est.

408 Quæri potest, † an si dominus de facto hoc fecerit, possit emphyteota contra dominum agere causa spolij. &

Respondeo quòd sic, vt voluit Aleiat. *responsf. 193. in fine.* Crauetta *cons. 212.* Ruin. *consil. 50. num. 10. & cons. 166. in fin. lib. 1.* & secundùm hanc sententiam decisum fuisse in Consilio Delphinatus refert Guido Pap. *decis. 107.* & in Consilio Neapol. Afflict. *decis. 97. in fine,* attestatur Menoch. *de adipiscend. remed. 1. n. 78. & remed. 5. n. 46. vers. verùm huic aduersantur.* & ita est tenendum.

409 Quæsitum fuit, † an si pro recuperatione census dominus extraxerit portas, & ante extractionem earum ad instantiam alicuius creditoris fuisset facta empara, an dicta extractio fuerit legitimè facta.

Respondeo quòd non, imò intempestiuè fuit facta, quia emphyteota non poterat dici morosus in soluendo, quia empara facta per iudicem habet vim præcepti ne soluat, &
410 † tale præceptum releuat eum à mora, cùm non possit soluere. Ruin. *cons. 150. n. 6. lib. 1.* & tale mandatum liberat debitorem à pœna. Cepolla *caus. 22.* Grammat. *decis. 77.* Tiraquel. *post ll. connub. gloss. 7. num 41.* Oliba *de actio. tom 2. lib. 1. cap. 7. num. 30. & num. 58. in additionibus.*

411 Fuit † quædam domus emphyteuticata alicui sine firma domini. ipse accepit possessionem domus, & aliqua opera in domo fecit. dominus directus vsus fuit fatica in fauorem alterius. emphyteuta nolebat domum deserere, quin ei fuissent solutæ expensæ. Quæsitum fuit, an retentio ei competeret pro operibus factis. Respondeo quòd non, † quia possidens sine domini consensu non 412
dicebatur possessor bonæ fidei, & quemadmodum † non potest rem retinere pro ex- 413
pensis postquam res cecidit in commissum, iuxta text. *in auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccl.* Castrens. *cons. 127. n. 4. part. 1.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. n 551.* Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 24. n. 8. part. 1.* ita nec potest retinere in possessione adepta sine domini consensu.

Laudimij † duplicati pœna an committa- 414
tur quando emptor rei emphyteuticariæ ignorabat rem esse emphyteuticariam, venditor verò illud sciebat. hanc dubitationem longa commentatione tractat Michaël Ferrer. *3. part. obseru. cap. 399.* qui postquam pro vtraque parte rationes & fundamenta retulit, postea indecisam eam reliquit. Sed clarum est quòd † quoties emptor ignorat rem 415
esse emphyteuticam, non poterit eum grauare ad duplicati laudimij solutionem, quia eius ignorantia illum excuset, iuxta doctrinam relatam à Michaële Ferret. *vbi supr. versic. sed quia tunc discussio.* quod intelligendum est quantum ad hoc vt non teneatur de suo soluere. Cæterùm † propter factum illud ap- 416
prehendendi possessionem sine firma domini poterit condemnari eum regressu recuperandi à venditore, qui sciens rem esse allodialem, in fraudem domini emphyteusim tacuit, & sic casu quo nouus adquisitor condemnetur, debet in eadem sententia ius sibi reseruari contra venditorem in alio iudicio, si non fuit in eo citatus, vel † in & eum 417
eadē sententia condemnari, si citatus fuit ratione emctionis, & sic cautus sit Aduocatus emptoris, vt quoties lis super emphyteusi ei moueatur per dominum allodialem, curet ipse quòd ad sui instantiam citetur venditor, & petatur vt in casu succumbentiæ ipse condemnetur ad soluendum & resarciendum ei totum illud, & quidquid ipse fuerit condemnatus, eo quòd dominium dictæ rei non fuerit sibi notificatum.

Quæri potest, † si restator habens aliquem 418
fundum sub dominio alicuius, de eodem fundo leget aliquam annuam pensionem, an de tali legato debeatur laudimium.

Respondeo ex traditis per Solsonam *in lucer. laud. 1. prælud. col. penult.* dicens, quòd aut tale legatum relinquitur ab ascendente testatore descendenti, aut extraneo. quia si relinquatur descendenti, nullum debetur laudimium; si verò relinquatur transuersalibus, aut

aut extraneis, tunc landiminm debetur. ita
Solſo. confirmans hanc reſolutionem ex
conſtit.Reg.Petri III. *cap.3*. Item nec ſuper
419 landimio, quia † qnando res tranſit de patre
in filiũ,non debetur laudimium. ita Solſona
420 *in lucern.laud.1.quaſt.princ.in princ.* vel† quan-
do hæreditas tranſit de vno fratre in alium,
indicio teſtatoris,id eſt,ex diſpoſitione reſta-
mentaria,vt reſoluit Solſo.*ibid.n.9*. quem vi-
de,*& pag. 12.col. 1.in fine*,dicens,quòd laudi-
mium non debetur, quamuis dici poſſit,
421 † quòd de vno fratre in alium fratrem de-
fertur hæreditas ad minns quoad legitimam
& quartam Trebellianicam, quia etiam quo
ad ipſas quartas non debetur laudimium do-
mino ex dicta conſtitutione. Item nec ſuper
laudimio, quia ad hoc vt laudimium non
422 ſoluatur, ſufficit quòd † res fuerit de hære-
ditare patris, & quòd ex titulo lueratiuo ad
filium perueniat mediatè, vel immediatè.
Marquill.in Vſatic.*ſi quis ſuum feudum, q.53.
fol.114. in fine, col.2*. Guillet. de Valleſica *in
eod. Vſatic*. Socarrats *in commemor*. Petri Al-
berti *cap.cantum, pag.166.num.70*. quos alle-
gat Solſona *vbi ſuprà*.

423 Quæritur vlteriùs, † an debeatur landi-
mium ex diuiſione quæ fit inter ſocios, aut
cohæredes,quoad ius commune.

Reſpondet huic dubio Guido Papæ *de-
ciſ.411. num.2*. & dicit quòd non,ex Bart.*in
l.fin ff de condict.furt*.& quoad ciuitatem Bar-
cinonam, reſpondet Solſona *vbi ſuprà*, quòd
424 idem ſeruatur, nempe quòd † laudimium
non ſoluatur ex diuiſione, quæ fit inter con-
ſocios hæredes, ex diſpoſitione *capituli 1. del
recognouerunt proceres*, quo diſponitur quòd
de conſuetudine Barcinonæ quilibet poteſt
dare,legare,in teſtamento,vel donatione,in-
ter viuos, vel quocunque alio modo volue-
rit, res qnas tenet pro allodio in emphyteo-
ſim, ſine firmamento & conſenſu domini,
dummodo non interueniat fraus.

425 Aliter poteſt hęc interpretatio ficri,vt† ſi
diuiſio fiat, & res aliqua hæreditaria detur
æſtimata vni ex diuidentibus, tunc non de-
beatur laudimium, quia hoc caſu æſtimatio
non fit vt res vendatur, ſed vt commodiùs
diuiſio fieri valeat. *l. ſeruus, C. de iure dot*. &
ibi Bart. Secus verò ſi æſtimatio rei ita fieret
qnòd daretur electio rem accipiendi, vel
pretium, quia tunc veræ venditioni æqnipa-
raretur, & tunc deberetur laudimium. vide
tradita infrà *num.508*.

Ioannes Prats ſartor nubens filiam ſuam,
426 † in dotem dedit ei trecentum libras, cen-
tum in pecunia numerata conſiſtens, & pro
aliis dncentum libris ei dedit quandam do-
mum æſtimatam in vico de les Egiptiaques
ſub directo dominio cuinſdam beneficiati
in Eccleſia maiori præſentis ciuitatis, cu-
ius nominis non recordor, quæ erat pro-
pria ipſius patris. beneficiatus prædictus pe-
tiit ſibi ſolui laudimium ex æſtimatione prę-
dicta, prætendens dictam æſtimationem fa-
cere emptionem. quæſitum fuit per dictum
beneficiatum,quid iuris.

Reſpondi nullum landimium ſibi deberi,
quia prædicto caſu † æſtimatio præcipuè 427
non erat facta cauſa venditionis, ſed cauſa
deſignandi valorem illiùs,vt ſciretur in cau-
ſa ſoluti matrimonij ex cauſa deteriorario-
nis caſu quo fuiſſet deteriorata, quid reſti-
tuere teneretur maritus. Si † autem facta 428
æſtimatione de domo daretur facultas mari-
to vt rem reſtitueret, vel dictam quantita-
tem, tunc certum eſt quòd deberetur laudi-
mium,quia tali caſu æſtimatio prædicta facit
emptionem. *l. 1. & l.cum ſocero, C. de iure dot.
l.ſi gener.eod.tit*.& *ibi* communiter ſcribentes.

Quæritur,† an baſtardi in Catalonia ſuc- 429
cedentes in bonis patris teneantur ſoluere
de ſucceſſione paterna laudimia de re em-
phyteuticaria.

Reſpondeo quòd tenentur ſoluere, quia
ex traditis per Solſonam *in lucerna laudimio-
rum, praludio 5.num.8*. † baſtardi pro extra- 430
neis reputantur de iure. Bald. *in l.generaliter,
§.cùm autem,C.de inſtit. & ſubſtit*. idem *in cap.
quæ in Eccleſiarum,de conſtit*. Alex.*in l.ex facto,
§.ſi quis rogatus,ad Trebell*.& ſic regulãtur tan-
quam ſi extranei ſucceſſiſſent. niſi legitima-
ti eſſent à Principe,quia† ſi legitimati eſſent, 431
tunc cùm ex legitimationis priuilegio om-
nia iura legitimorum filiorum nanciſcantur,
proculdubio nùllum laudimium ſoluere te-
nentur ſuccedentes in Catalonia,† cùm ba- 432
ſtardi in Catalonia ſuccedant non ſtantibus
filiis legitimis,quia in Catalonia emphyteu-
ſis redacta eſt ad inſtar patrimonij, iuxta tra-
dita per Solſonam *in lucern. laudim. pralud.1.
num.15*.

Intra † ciuitatem verò Barcinonã,cùm ex 433
cap.1.*del recognouerunt proceres*, extranei ſuc-
cedentes ex titulo lucratiuo non teneantur
ſoluere laudimia,vt ſuprà dictũ eſt, baſtardi
ſuccedentes intra dictam ciuitatem non ſol-
uent laudimia de adquiſitis titulo lucratiuo.
& idem in ciuitatc de Girona obſeruari atte-
ſtatur Socarr. *pralud.5.fol.12.pag.2.col.4*. tam
de allodiis Eccleſiæ,quàm ſecularis.

Quæri etiam poteſt, † ſi donatio fiat, 434
vel legatum alicuius rei emphyteotæ alicui
extraneo ciuitatis Barcinonæ, & res ſita ſit
intra ciuitatem & territorium, an talis fora-
nens, qui non eſt ciuis dictæ ciuitatis,tenea-
tur laudimium ſoluere.

Reſpondeo ex traditis à Solſona *vbi ſu-
prà*,dicente,quòd hi qui non ſunt ciues ciui-

tatis prædictæ si succednnt in aliquo allodio sito intra vinetum, vel hortum ex titulo lu-
435 cratiuo, † si allodiũ est Ecclesiæ, tenetur soluere medium tertium, & medium laudimium, & idem attestatur Solsona *in lucern. laudimio.cell.6.num.*11. quia inquit, quòd sententia arbitralis circa solutionem laudimiorum, de qua ibi, non loquitur generaliter de omnibus, sed specialiter de ciuibus & habi-
436 taroribus Barcinonæ, expressè † excludendo forenses & extraheos, volentes quòd forenses & extranei habentes honores in hortis & vineto sub dominio Ecclesiæ, soluant tertiam partem, vt in dicta sententia continetur, iu illis verbis, *præfatis autem personis Ecclesiasticis.* Quo verò in bonis & allodiis
437 secularibus, resoluit Solsona quòd † forenses quoad honores & possessiones sitas in ciuitate Barcinona habentur vt ciues, & vt tales tractantur, & quòd sic est praxis antiquissima obseruata, iuxta quam attestatur Solsona vidisse se plus quàm bis mille instrumenta publica diuersis temporibus facta, & sic forenses de rebus sitis intra ciuitatem domino allodiario seculati non tenentur laudimium soluere.

438 Quæri etiam potest, † qua forma sit fiendum instrumentum precarij per Notarios, quando fit de nouo precarium.

Respondeo quòd certiorato domino per emphyteotam quòd nullum habet titulum, quod medio iuramento per dictum emphyteutam præstari potest, ipse dominus dicto emphyteotæ faciet precarium, narrando
439 † quòd per amissionem titulorum nouum concedit precarium, narrando rem, & designando emphyteusim per suas confrontationes, & quòd solitum erat soluere tantam quantitatem pro censu, qui solitus erat præstari, iuxta Bart. doctrinam *in l. si certis annis, in fine, C. de pact.* & ex Vsatico *qui viderit.* ibi, in verbo, *solitus est habere.* & ibi Iacobus Calic. *& in cap. 1. § præterea quid sit inuestitura in feudis.* Iacobus de Monte Iudai. in Vsatic. *omnes homines.* Ias. *in l. 2. C. de iure emphyteut.* ex quo instrumento confirmatur, & ita continetur in cõmemoratione Petri Alberti 131.
440 incip. *si algun vassall.* & in summa † debet continere instrumentum precarij easdem clausulas quas habet instrumentum emphyteusis, secundùm Bartolum *in §. fin. de vectig.*
441 *& in l. finita, ff. de damn. infect.* & sic † debet continere acceptationem ipsius emphyteotæ, & hoc valde commendat Solsona *in suo stylo capibreuiandi, mihi fol.* 65. *pag.* 2.

442 Quidam † dominus suo emphyteotæ assignauit iudicem, vt nemo capibreuiaret, quem emphyteota vt sibi suspectum timebat, nec illum recusare iudicialiter audebat, quia causæ non erant sufficientes ad eum remouendum iuridicè. quæsiuit à me, quid facere tenebatur.

Respondi quòd precibus debebat obtinere à domino, vt sibi alium iudicem delegaret. extabat dubitationis, an posset sine causæ cognitione causam ipsam sibi iam commissam adimere, & alteri de nouo committere.

Respondi † quòd sic, vt tradit Solsona *in stylo capibreuiandi, pag. 2. fol.* 40. *num.* 2. vbi expressè attestatur quòd dominus potest iudicem reuocare, tam ante litem contestatam, quàm pòst, & cum causa, & sine ea. vide tradita per eum. Secus verò est in iudicibus aliis, qui semel dati non possunt reuocari, nisi ex causa, vt suprà *in cap. de recusat. iudicum*, dictum est, & tradit Calic. in Vsatic. *de omnibus causis, num.* 5. 443

Quæri potest, † cùm iudex emphyteuticarius à domino nominetur, an casu quo ipse index protulerit sententiam contra dominum, possit dominus ab ea appellare. 444

Huic dubio respondet Solsona *in stylo capibreuiandi, fol.* 92. *num.* 2. constituendo differentiam, an causa ducatur intra ciuitatem Barcinonam, vel extrà, dicens † quòd si intra ciuitatem Barcinonam tractetur causa, & in ea per iudicem emphyteuticarium feratur sententia contra dominum, quòd ab ea dominus non possit appellari, ex dispositione *cap. 16. del recognoxeuerunt proceres,* cuius dispositio localis est, & solùm intra ciuitatem obseruatur, vt pluries suprà dictum est, nisi iam à quodam capite illius appellauerit emphyteota tanquam sibi præiudiciali, quia hoc casu poterit se dominus iuuare appellatione per emphyteotam interpositá, quod approbare videtur Calic. ad Vsatic. *de omnibus causis, num.* 3 *versic. & vidimus nonnunquam.* confirmans hoc ex *l. diem,* §. 2 *ff. de arbitris.* Si † verò lata fuerit sententia per iudicem emphyteuticarium extra ciuitatem Barcinonam, tunc posse appellare dominum à sententia contra se latam per iudicem ab eo nominatum, attestatur Solsona, referens se ad tradita per Calic. in Vsat *placitum indicatum, à num.* 6. *cum seq.* maximè *n.* 8. etiam si vasallus, seu emphyteota non appeller, qui plura fundamenta adducit in confirmationem sui dicti, licèt Marquilles in Vsat. *similiter & si senior, fol.* 145. *pag.* 2. *col.* 4. *vers. & sic nota,* indistinctè asserat quòd dominus non appellat à sententia contra se lata per iudicem nominatum per ipsum dominum. Sed tutior est sententia per Calic. *vbi suprà,* maximè si dominus litiget per Procuratorem. Solso. *fol.* 94. 445 446

Quæri

447 Quæri hîc potest † causa appellationis à sententia lata contra emphyteotam, coram quo sit introducenda.

Respondet Solsona *dicto fol.* 92. *pag.* 2. controuersam fuisse hanc quæstionem, sed veriorem sententiam esse quòd causa primæ appellationis introducatur coram eodem domino, qui alium iudicem pro causa appellationis decidenda nominabit, & sic corá
448 hoc iudice † causa appellationis tractabitur, nisi in prædictis causis primarum appellationum concurrant qualitates paupertatis, viduitatis, & similium, quia hoc casu possunt in prima appellatione ad Regiam audientiam euocari, vt testatur Michaël Ferrer. 1. *part. obseru. Regiæ audientiæ, de euocationibus cau-*
449 *sarum, cap.* 17. *num.* 4. quia † causæ in quibus reperi untur prædictæ qualitates, etiam in prima instantia euocari possunt. ita Ferrer. *vbi supr.* & Nobilis à Peguera *in sua praxi cap. de euocatione causarum.*

450 Quæritur, † an dominus, qui tenet territorium ad capibreuiandum, existens in alieno territorio, possit ibi iudicem ad decidendum causas capibreuiationum nominare, & illi eas committere.

451 Respondeo quòd † cùm ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis possit existens in alieno territorio ibi exercere, secundùm Abbat. *in cap. nouit, de offic. legat.* & *ibi* gloss. &
452 communiter DD. & cùm † commissio causæ sit voluntariæ iurisdictionis, poterit in alieno territorio fieri. Ias. & Mayner *in l. vlt. ff. de iurisdict. omn. indic.* & *ibi* DD. & *in l. fin. ff. de off. præfect. vrbis.* Solsona *in stylo capibreu. fol.* 12 *pag.* 2. *n.* 3.

453 Quæritur, † an laudimium æqualiter soluatur.

Respondeo ex traditis per Solsonam *vbi suprà, fol.* 47. *n.* 4. dicens, quòd si allodium sit Ecclesiæ, de prædiis vrbanis in ciuitate Bar-
454 cinona † soluitur septima pars pro laudimio, si prædium rusticum, quinta pars pretij in Barcinona & vineto extra ciuitatem Barcinonam & vinetum & hortos, sine mentione clausulæ *septimi*, & *quinti*. quia in ciuitate, hortis & vineto hæc clausula apponitur vigore sententiæ arbitralis latæ per Regem Iacobum II. & Reuerendum Episcopum Valentinum inter clerum & ciues Barcinon. super solutione laudimiorum. Si ve-
455 rò † Ecclesia succedat laico, tunc Ecclesia non recipit pro laudimio septimam partem, sed decimam, sicuti quilibet laico particulari soluetetur.

456 Quæri potest, † an recognitio emphyteusis possit fieri per Procuratorem.

Respondeo quòd sic, dummodo fiat per habentem speciale mandatum. ita Marquilles in Vsatic. *si quis suum feudum, fol.* 104. *pag.* 2. *col.* 4. *versi. quæro tertiò.* vbi † de homa- 457
gio præstando per Procuratorem, & idem tenent Guiller. de Valesica *in eod. Vsat.* Ioan. de Socar. & Solsona *in stylo capibreu. fol.* 75. *pag.* 2. *n.* 1.

Quidam † de Sarria, alter ex officiali- 458
bus de la Seca, virtute suorum priuilegiorum prætendebat se neque ad capibreuiandum posse compelli coram diuerso iudice Alcaldorum, & consuluit me quid iuris.

Respondi illum non posse excusari quin compatere teneatur coram iudice capibreuiationis, cùm hæc eadem quæstio controuersa fuisset, & euocata causa contentionis inter Alcaldos de la Seca, & alium iudicem emphyteuticarium. fuit lata sententia, & in causa supplicationis confirmata. quibus fuit declaratum officiales de la Seca teneri comparere coram iudicibus capibreuiationum.

Quæri etiam potest, † an aliquo casu cen- 459
seatur dominum renunciasse iuri sibi competenti in vsu faticæ.

Respondeo ex Solsona *in lucerna laudimio. fol.* 14. *cap. consuetudo antiqua, num.* 8. qui attestatur quòd dominus directus perdit faticam quando paciscitur cum aliquo de soluendo laudimio. quia † ex quo conuenit 460
cum aliquo, censetur iam approbasse contractum cum eo factum. & idem tradit *in* 3. *principali quæstio. num.* 4. qui attestatur ex Tiraquel. *de retract. lignagier.* §. 24. *num.* 11. *pag.* 58. quòd si dominus directus petierit laudimium ab aliquo emphyteota, † quòd 461
perdit ius faticæ, & debet res remanere in posse ipsius emptoris, absque hoc quòd possit in fauorem alterius disponere. hoc tamen intra dictos triginta dies à die præsentationis instrumenti venditionis. nam solum tempus faticæ intra dictos dies competit, & currit, & non vltrà, vt suprà dictum est.

Priuatur † etiam dominus iure vtendi 462
fatica, si præsentatis sibi instrumentis alienationis rei emphyteuticæ, retinendo penes se rem, non deposuerit intra dictos triginta dies pretium, & legales expensas factas ratione emptionis per emptorem à quo retrahitur res. nam lapsis dictis triginta diebus † præscriptum ius dicitur aduersùs do- 463
minum, vt attestatur Solsona *in* 3. *principali quæstione, num.* 48. & idem de consuetudine Alberniæ obseruari attestatur Bessianus *in consuetud. Alber. titulo de retract. artic.* 4. & 5. quem refert Solsona *vbi suprà.* Socartats *in consuetud. Catalonie, cap. cautum, num.* 54.

464 Pluribus etiam casibus euenit quòd † priuatur dominus directus iure vtendi fatica, vel retentionibus, quos recenset Solso. *vbi supr.* & eos hîc inserere decreui, cùm difficulter reperiantur iam ipsius commentaria, & sunt qui sequuntur.

465 Est & alius casus, † quando vna, vel pluribus rebus venditis, dominus directus non vult nisi mediam rem, vel partem venditionis, quando habet ius & facultatem habendi totam; vel si venditor ei offerat quòd rem venditam, vel res venditas integrabit, maximè si venditio commodè diuidi non possit, iuxta text. *in l. pro derelicto. & l. qui de elogio, C. de iure deliberand. l. legatarius, in princip. ff. de legat.* 1. *l. si duos, ff. de contrahend. empt.* notat Batt. *in l. si quis aliam pro alia, ff. solut. matrim.*

466 Priuatur † etiam dominus faticæ iure, si ipse interuenerit in venditione, & vnà cum venditore illam conuenerit, ex *l. vindicante, ff. de euict.*

467 Priuatur † etiam dominus fatica, si pro vendente se obligauerit teneri de euictione. *l. exceptionem, C. de euict.* prædicti casus extra Barcinonam procedere existimo, cùm intra ciuitatem fatica non currat, nisi à die traditionis instrumenti, vt suprà est dictum.

468 Priuatur † etiam dominus fatica, si recipiat à nouo adquisitore censum & pensiones post præsentationem instrumenti, iuxta suprà tradita & notata per Socarr. *ad consuetud. Cataloniæ, cap. cautum, num.* 55. *versic. sed in Barcinona.* quia quoad ius faticæ sibi præiudicat, nisi in receptione census protestatus fuerit quòd non possit sibi fieri præiudicium aliquod ex tali receptione, iuxta doctrinam *gloss.* 3. *in cap. potuit, de locat.* quam glossam communiter esse approbatam tradit Ias. *in l. post moram, num.* 4. *versic. confirmo, ff. de eo quod certo loco.* Corneus *consil.* 40. Iulius Clarus §. *emphyteusis, quæst.* 18. qui vult

469 quòd † non præiudicet in fatica, si recipiat pro pensionibus decursis; secus si pro præsentibus, seu futuris, licèt Solsona *vbi suprà*, contrarium absolutè attestatur, quod ex perceptione censuum à nouo emphyteota, siue præsentium, siue futurorum abdicauerit à se ius vtendi fatica.

470 Reuerendus Paulus Calaff † beneficiatus in Sede Barcinonæ beneficij sanctæ Eulaliæ, dominus directus quarumdam domorum, venditis ex his aliquibus voluit iure faticæ retinere pro se, & postea cuidam fratri suo eas dare, quæsiuit à me, an posset.

Respondi quòd non, ex traditis à Solsona *in* 3. *principali quæstio.* vbi dicebat posse beneficiatum rem venditam per suum emphyteotam retinere ad opus sui beneficij, non tamen ad opus suum, vt tenuit etiam Bart. *in l.* 1. §. *vsufructuarius, ff. de noui operis nunciat.* faciunt tradita per Guido. Papæ *decis.* 111. vbi prælatio personalis alteri non potest cedi.

Quæri etiam potest, † si vendatur res 471 (quæ est sub dominio æquali duorum dominorum) Petro, & alter ex his dominis vult rem retinere penes se, alius verò non vult, sed potiùs vtitur fatica in fauorem emptoris, an hoc casu sit locus ex fatica retentioni, vel non.

Respondeo † quòd dicti duo domini 472 non possunt rem diuidere, etiam si sint Ecclesiastici; nec si sunt domini laici, non potest alter eorum retinere, quia emptor non tenetur rem diuidere, nec contractum, siue res sit diuidua, siue indiuidua. & ita eodem modo, † si alter ex dominis vellet retine- 473 re partem rei, quæ sub dominio alterius domini est, & ipsi soluere censum non potest. ita Solsona *vbi suprà*, confirmans dictum suum ex traditis à Guido. *decis.* 411. qui postquam hanc quæstionem tetigit *num.* 3. & dixit quòd quilibet ex dominis remanet in suo iure, remittit se ad ea, quæ dicit *in decis.* 508. vbi insinuat non habere hoc loco ius prælationis, seu faticæ, quia vnicus censetur contractus, qui non potest recipere diuisionem, quia † prælationis ius tunc 474 habet locum, quando nullum præiudicium fit emphyteutæ, ex *l. fin. C. de iure emphyteut.* nec nouum est quòd domini careant prælatione & fatica, quia † in permutatione 475 cessat, vt notant DD. *in d. l. fin. C. de iure emphyteut. & in cap. potuit, de locato.* & suprà dictum est.

In † Regia audientia, ad relationem Ma- 476 gnifici Hippolyti Montauer, scriba causæ Petro Mullol, fuit lata sententia in processu vertente inter Petrum Ioannem Geli mercatorem agentem contra Paulum Geli, in & cum qua fuit condemnatus Paulus Geli ad soluendum dicto Ioanni Petro certam quantitatem pro iuribus legitimæ suæ sibi competentis in hæreditate & bonis Francisci Geli eius patris. Euenit quòd dictus Paulus Geli non habuit in pecunia numerata, ex qua solueret bona eius patris. Fuerunt publicè subhastata, & licentia præcedente, quia non reperiebatur emptor, fuit prædicta hæreditatis pars vendita, & liberata dicto Petro Ioanni Geli, quæ consistebat in diuersis peciis terræ sitis in loco de la Ionqueta, cuius dominus est Egregius Comes de Petalada Vicecomes de Rocaberti. Prætendebat dictus Ioannes Petrus Geli † quòd nullum debebatur laudi- 477

mium

mium Egregio Comiti, quia ipse in prædictis bonis hæreditariis succedebat iudicio patris, & ex suo testamento, tum etiam, quia succedebat ratione legitimæ, & aliorum iurium. quæsiuit, an teneretur soluere laudimia.

Respondi quòd sic, ex eo, quia propriè non dicebatur succedere ex dispositione patris, cùm ei quantitas esset soluenda iuxta tenorem sententiæ, & quòd deficiente dicta quantitate hæreditas paterna erat vendita, & loco pretij res sibi liberata erat. quo
478 casu † vera venditio fuit, & ex contractu venditionis fuit res sibi tradita & liberata, iuxta *l. 1. & l. cum socero. C. de iure dotium. l. si gener*, & *ibi* communiter scribentes. *C. eod.* & sic causa immediata, ex qua prædicta bona hæreditaria habebat dictus Petrus Ioannes Geli, erat venditio remota; vera, erat te-
479 stamentaria dispositio, nec † potest dici ex titulo lucratiuo hæreditatem pertinere filio, iuxta tradita per Marquill. in Vsat. *si quis suum feudum. quæst.* 53. *fol.* 114. *colum.* 2. faciunt tradita suprà *num.* 428. & tradita per Solso. *in lucerna laudimio. in tit. consuetudo an-*
480 *tiqua, num.* 15. † vbi venditionis contractus iudicatur si totalis contractus regulatur ex pretio, secundùm Bart. (quem allegat dictus Solsona) *in l. Aristo. §. ait. ff. de donat.*
481 De † soluendis laudimiis in territorio & ciuitate Barcinona propter varios modos soluendi ipsa laudimia, lata fuit quædam arbitralis sententia, quæ est in volum. pragmatica. *lib. 4. tit.* 12. *cap.* 1. continens plura capita, quæ qua breuitate potero hîc referam.

Sed iuxta dictam sententiam dubium
482 quæri posset, † an solutio dictorum laudimiorum, & modus soluendi laudimia, comprehendat solùm homines affocatos in ciuitate Barcinona, & eius territorio, an verò forenses habentes honores in ciuitate & territorio.

Cui dubio respondet Solsona *in lucerna*
483 *laudimio. cell.* 1. *num.* 2. dicens, † quòd dispositio dictæ sententiæ magis videtur attendisse ad solutionem laudimiorum respectu rerum sitarum in ciuitate Barcinona, quàm respectu habitantium in ciuitate & territorio, & sic non attendendo ad personas, omnes comprehenduntur, argumentando quòd
484 latores dictæ sententiæ locuti fuerunt † per verba generalia, in illis verbis, *in dicta ciuitate, & eius suburbiis*, & sic ad loca generaliter prospexerunt, argumento *l.* 1. *ff. de legat. præstand. contra tab. bon. poss. peti.* cum aliis iuribus per dictum Solsonam allegatis; quod verò attinet ad honores sitos in vineto & hor-
485 tis, resoluit Solsona quòd † dicta senten-

tia non comprehendit forenses, sed solùm ciues & habitatores Barcinonæ, vltra iura per eum allegata, & verba ipsius sententię loquentia de proprietaribus sitis in horto & vineto, ex illis verbis. In prædicta autem sententia confirmat etiam ex obseruantia & modo soluendi laudimia, quia † si forenses 486
comprehenderentur in dicta sententia, soluerent quintum totius pretij, & quia non comprehenduntur, soluunt (inquit Solsona) tertium directum, siue simplex pretij, seu valoris proprietatis, quæ titulo oneroso transfertur, & medium tertium, & medium laudimium, quando titulo lucratiuo. ex quibus verbis satis clarè docere videtur, dictum Solsonam resolutionem tradere quòd † fo- 487
renses non comprehendantur in dicta sententia arbitrali, quatenus attinet in proprietatibus sitis in vineto & hortis ciuitatis Barcinonæ; comprehendi verò in rebus sitis in ciuitate & territorio illius. idem statuitur ab eodem *in* 4. *cell. n.* 9.

Sed cùm in eadem sententia mentio fiat, & differentia constituatur inter hortum, siue vinetum Barcinonæ, & eius territorium, quæri hîc optimè poterit, † quid compre- 488
hendatur sub horto & vineto.

Respondeo ex Solsona in suo libello, *stylus capibreuiandi, in fine*, vbi ait † terminos 489
territorij Barcinonæ contineri à ciuitate vsque ad collum de Montgat, & à collo de Finestrells vsque ad collum Serola, & de la Gauarra, & vsque ad villam de Molin de Reys, & vsque ad locum de Castelldefels, & vsque ad duodecim leucas intra mare. quod territorium vulgò dicitur territorium amplum; aliud verò dicitur territorium strictum, vt docet idem Solsona *in lucerna laudimiorum cell.* 4. *colum* 3. & † proprietates sitæ intra hoc 490
territorium strictum, dicuntur esse in hortis & vineto. comprehenditur autem territorium strictum à mœnibus ciuitatis, intra limites tamen parochialium Ecclesiarum ipsius ciuitatis & parochiarum sancti Martini de Prohensals, sancti Vincentij de Satria, Beatæ Mariæ de Sans, quæ est suffraganea parochialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Pi præsentis ciuitatis, vt in dicta sententia arbitrali designantur. & † hi districtus dicuntur 491
esse hortum & vinetum Barcinonæ.

Primum igitur caput dictæ sententiæ est, quòd † de venditionibus & aliis alienationi- 492
bus, de quibus solitum est laudimia recipi per Ecclesiasticos dominos in ciuitate & suburbiis, teneantur emphyteotæ dare, qui alienationes faciunt, septimam partem totius pretij, quando alienatio fit per primum emphyteotam.

Si verò alienatio fiat per secundum, vel

tertium emphyteotam, tunc de prædictis alienationibus soluitur pro laudimio tertia pars septimæ partis totius pretij domino directo Ecclesiastico.

494 Si † verò alienationes fiant extra dictam ciuitatem & suburbia, id est, de sitis in territorio stricto id est, in vineto, datur quinta pars pro laudimio, si dominus sit Ecclesiasticus.

Si verò alienationes fiant per emphyteotas secundos, vel alios inferiores post primum, & res quæ alienantur, sint in territorio stricto, nempe in hortis & vineto, datur domino directo & allodiali tertia pars quintæ partis totius pretij, & non vltrà.

495 De alijs verò, † quæ non includuntur in terminis dictarum parochiarum, id est, sunt sita extra territorium strictum, solui laudimia, & forisçapia, vt antea solitum erat, decreuit dicta sententia, statuendo quòd in instrumentis alienationum inde fiendarum ad tollendum omne dubium exprimatur quantitas laudimij, quæ debet dari personis Ecclesiasticis pro dictis alienationibus, iuxta tenorem dictæ sententiæ.

Prædictam autem solutionem laudimiorum solùm comprehendere ciues Barcinonæ, & non rusticos, nec alios habentes possessiones in dicto territorio si ciues non sint.

496 Statuit etiam dicta sententia, † quòd nouus adquisitor rei emphyteuticæ sine firma & consensu domini non capiat possessionem sub pœna duplicati laudimij, &

497 quòd † dominus directus habeat faticam triginta dierum, intra quos si dominus directus est Ecclesiasticus, & non est emphyteota medius, potest retinere, vel alteri concedere, etiam si fit dominus medius, soluendo tamen pretium quod alij offerunt rei venditæ.

Ordinauit tamen dicta sententia quòd

498 si † circa solutionem laudimiorum in instrumentis emphyteuticis aliquod sit pactum, quòd illud seruetur, & per dictam sententiam nullum præiudicium dicto pacto generetur. Ex cuius sententiæ dispositione infertur quòd non obstante ea si allodia sita intra terminos præmemoratos in emphyteusim concedantur, sub pacto quòd laudimia aliter soluantur, si pacta fiant cum consensu dominorum, illa erunt seruanda.

Disposuit etiam prædicta sententia, quòd

499 † de stabilimentis, quæ fient de honoribus & censualibus, qui & quæ tenentur sub dominio Ecclesiæ tam in ciuitate & suburbiis, quàm in hortis, & vineto dictarum parochiarum, id est, in territorio stricto, si emphyteusis aliqua concedatur alicui nouo emphyteotæ sub annua certa impositione, & sub certa pecuniæ quantitate pro intrata, quòd de pecunia quæ datur numerata pro intrata, soluatur quarta pars domino directo Ecclesiastico pro laudimio.

Euenit † quòd factum fuit mandatum de capibreuiando alicui. ipse à principio ignorabat non ab ipso possessam teneri sub dominio illius, lis fuit prosecuta, & peruenit ad sententiam, fuitque condemnatus vnà cum expensis: quæsitum fuit, an essene per eum soluendæ expensæ solùm à die qua constitit de dominio, an verò etiam illæ quæ factæ erant antea. 500

Respondi † quòd tenetur omnes expensas soluere, iuxta tradita per Fabrum *in suo Codice, sub titulo de iure emphyteut. definit. 69.* vbi docet emphyteutam, qui iustam ab initio causam habuit dubitandi, an rem possideret, euius nomine conueniebatur, si factis probationibus non cedat, ad omnes expensas est condemnandus. quia in mora est, 501
& † temerarius litigator iudicatur. creditur enim æquè ab initio temerè fuisse litigaturum, qui ex postfacto temerè litigat, argumento *l. 2. §. circa. ff. de doli mali, & metus except.* 502

In † villa Igualada die 13. Septembris 1625. Doctor Iacobus Queralt tutor & curator Francisci Matheu, & ipse Franciscus Matheu vendiderunt N. Matoses quandam domum in vico nouo dictæ villæ, pretio ducentarum & quadraginta librarum, & facta dicta venditione dictus Matoses accessit ad Michaëlem Sala tunc Locumtenentem Baiuli generalis in dicta Vicaria, vt sibi faticam daret, & ratificaret emptionem, soluendo dicto Locumtenenti laudimium, prout realiter & de facto soluit. interim die prima Augusti dicti anni, adm. Illustris Baiulus generalis dedit faticam Bartholomæo Lobet mercatori, contemplatione & ad petitionem Nicolai Ferrer mercatoris. orta fuit controuersia inter dictum Lober, & dictum Matoses, † an esset præferendus dictus Matoses dicto Lobet, nécne, & lite vertente inter dictas partes in Baiulia generali Cataloniç ad relationem Magnifici Hieronymi Tamboni facto per eum verbo & conclusione, secuta fuit facta pronisio die 2. Martij 1627. nemine discrepante in voto, quòd fatica data per dictum adm. Illustrem Baiulum generalem nullius erat effectus quoad illud factum, quia non constabat fuisse ei legitimè præsentatum instrumentum prædictæ venditionis, & sic quoad ius dandi faticam † res adhuc dicebatur integra, cùm tunc locum habeat datio faticæ quādo instru 503 504 505

instrumentum est præsentatum, iuxta ea quæ tradidimus suprà *num.* 196. & quòd poterat dictus admod. Illustris Baiulus generalis darc cui vellet. Similiter quòd receptio facta per Locumtenentem Baiuli generalis de laudimio non erat in consideratione, quia nec ei instrumentum venditionis erat præsentatum,
506 & (quod magis est) quòd † Locumtenentes Baiuli generalis in suis stationibus non habent facultatem dandi faticam, & hoc pro constanti habetur in officio Baiuliæ generalis, quòd ius dandi faticam solùm competit
507 Baiulo generali; † Locumtenentibus verò solùm competere ius, & facultatem firmandi instrumenta venditionum ratione dominij, ex qua sententia, seu prouisione factum fuit quòd dictus adm. Illustris Baiulus generalis de nouo dedit faticam dicto Lobet.

Suprà dictum fuit *num.* 422. *cum sequentib.*
508 quòd † ex diuisione quæ fit inter fratres non debeatur laudimium, quia fit ex causa necessaria, tum & quia iudicio parentum in eorum bonis dicuntur filij succedere. euenit quòd Nobilis Angela de Peguera, quæ in secundis nuptiis fuerat vxor Don Ludouici Ortiz de Concabella, & in tertiis nuptiis Onofrio Corrit de Gta decessit relictis filiis ex his duobus matrimoniis qui ob mortem matris prædictæ intestatæ defunctæ eis bonis ex prædicta causa adiudicatis cum sententia lata in curia Magnifici Regentis Vicariam Barcinonæ diuiserunt inter se æqualibus portionibus bona, quæ tempore mortis fuerant prædictæ matris, inter quæ reperta fuerunt in Vicaria de Manresa quædam quæ erant sub feudo domini Regis, nempe feudum de Lassa, & feudum castri de Olast pro parte dicti feudi, quæ pertinebat Nobili Raymundo de Ortiz filio prædictæ domnæ Angelæ, fuit certa pecunia elargita per dictum Corrit, vti parrem & legitimum administratorem bonorum filiorum suorum, & dictæ domnæ Angelæ, & penes se retinuit partem prædicti feudi, quæ ad dictum dominum Raymundum spectabat, & sic penes se retinuit integrum feudum tempore quo ei iniunctum fuit vt inuestituram illius reciperet. dubita-
509 tionis extitit, † an pro illa feudi parte teneretur soluere laudimium. dictus Corrit prætendebat non debere, cùm prædicta medietas ad suos filios pertineret ex hæreditate paterna, & diuisione ex causa necessaria, iuxta tradita suprà *n.* 422. *cum sequent.* allegabatur
510 pro parte dicti Corrit quòd † non debebatur laudimium, quia prædicta diuisio facta fuerat inter cohæredes, quo casu non censebatur contractus emptionis, vel venditionis, ex traditis per Solson. *in sua lucerna laudimio. cell.* 1. *n.* 43. *pag.* 28. & ex traditis per Ferrer. *in addit. ad Guido. Papæ decis.* 48. *vers. ex diuisione, & in* 2. *additione. in princip.* Socarr. *in cap. cautum, mihi pag.* 557. *num.* 48. nihilominus tamen fuit resolutum in Baiulia generali quòd dictus Corrit tenebatur soluere laudimium pro illa quantitate, quam soluerat, quia fuit consideratum † duos actus interuenisse, pri- 511
mum nempe ipsius diuisionis, & ex hoc nullum debebatur laudimium, quia fuit contractus necessarius; alius verò actus erat illa retentio, quam dictus Corrit fecit de illa dimidia, pro qua pretium soluit dicto Don Raymundo Ortiz, & in hoc non poterat considerari necessitas, cùm illam dimidiam partem dicti feudi potuisset retinere penes se dictus Don Raymundus de Ortiz, eo quòd † feu- 512
dum prædictum est diuisibile, iuxta notata *in cap.* 1. *§ ducatus de prohib. feud. alienat.* Alex. *cons.* 189 *num* 5. *vol.* 2. Brun. *cons.* 173. *col.* 4. & sic fuit obseruatum iuxta notata per Amadeum de Ponte *in quæst. laud. q.* 25. *num.* 2. & maximè *n.* 5. *vers. quod si totum feudum.* resoluens quòd † licèt diuisio dicatur contractus 513
necessarius; & ex ea non debeatur laudimium verum, non est necessarium quòd vna pars alteri cedatur, sed quòd per cedentem retineatur, vnde cùm ipse cedens non retineat, sed alteri cedat pretio soluto, voluntaria cessio dicitur, & de hac debetur laudimium, quod secus esset, † si res feudalis com- 514
modè diuisionem capere non posset, quia tunc pro retentione illius partis, quæ per alium cessa est pretio accepto, non est soluendum laudimium, propter incommodam diuisionem, veluti si domus feudalis, seu emphyteuticaria aliquibus pertineat æqualiter, & ea per vnum retenta, per eum soluta æstimatione medietatis illi, ad quem pertinebat, non soluet laudimium, iuxta tradita per dictum Amadeum de Ponte *dicto num.* 5. *vers. Vnde per Doctores sublimitatur.* faciunt tradita per dictum Amadeum de Ponte *quæst.* 26. *num.* 4.

CAPVT VIII.

De sponsalibus, & matrimonio.

SVMMARIA.

1 *Sponsalia & matrimonium in quo differant.*
2 *Sponsalia quid sint.*
3 *Matrimonium quid sit.*
4 *Sponsalia an & quo tempore sint prohibita, cum seq.*
5 *Benedictio Ecclesiastica in matrimonio quando sit prohibita.*

6 *Matrimonium & sponsalia quomodo probentur.*
7 *Matrimonium an dissoluatur per metum.*
8 *Metus qualiter probetur.*
9 *Coniectura an probent metum.*
10 *Mina an inducant metum.*
11 *Causa matrimonialis vbi tractanda.*
12 *Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem an possint cognoscere de causa matrimoniali.*
13 *Loca Abbatia quasi Episcopalis dicuntur extra territorium Episcopi.*
14 *Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem habent cognitionem causarum spiritualium.*
15 *Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem an possint dispensare de monitionibus matrimonij.*
16 *Dispensatio inter consanguineos an requirat expressionem copulæ præhabitæ, cum sequent.*
17 *Copula habita inter consanguineos an sit exprimenda in dispensatione.*
18 *Exprimi debet in interpretatione gratiæ qualitas quæ Principem difficilem reddit.*
19 *Gratia difficilius conceduntur vbi magis adsunt impedimenta.*
20 *Dispensationis plura requisita referuntur summariè.*
21 *Matrimonia an reiterari possint, cum seq.*
22 *Pœna secundarum nuptiarum an sint sublata, cum num seq.*
23 *Mulier transiens ad secundas nuptias quid facere teneatur de bonis primi matrimonij.*
24 *Pœnæ contra secundò nubentes quomodo sustineantur.*
25 *Reuelare impedimenta matrimonij contrahendi an quis teneatur, & num. seqq.*
26 *Impedimentum ad matrimonium contrahendum an quis reuelare teneatur.*
27 *Secretum naturale quousque obliget.*
28 *Reuelare non tenetur quis quando imminet scandalum.*
29 *Promissio de nubendo quid importet, cum sequent.*
30 *Promissio de nubendo an possit remitti.*
31 *Promittens nubere an compelli possit ad nubendum.*
32 *Promittens nubere cum vna, postea cum alia, cui prius nubere teneatur, cum num. sequent.*
33 *Copula carnalis an obliget in præiudicium alicuius.*
24 *Iuramentum fortius obligat.*
35 *Copula an retrotrahatur in alterius præiudicium.*
36 *Monitionum omissio an annullet matrimonium, cum seq.*
37 *Monitiones an sint de substantia matrimonij.*
38 *Dispensare quando debeat Episcopus de monitionibus.*
39 *Parochus sciens aliquod impedimentum occultum an possit matrimonio assistere.*
40 *Pœna quæ apponuntur, vt matrimonia impleantur.*
41 *Filiæ nubentes sine consensu parentum, seu curatorum, quomodo puniantur in Catalonia.*
42 *Nubens cum aliqua contra voluntatem parentum cum raptu, quomodo puniatur.*
43 *Constitutio 2. sub titulo de sponsalibus est conformis iuri ciuili.*
44 *Filia an puniatur nubens. voluntariè sine licentia suorum.*
45 *Filiæ nubentes dignis, vel indignis, an puniantur.*
46 *Verba an requirantur in contrahendo matrimonio.*
47 *Metus in matrimonio interueniens an illud annullet.*
48 *Copula subsecuta excludit metum.*
49 *Metum interuenisse, vel vim in copula, mulier tenetur probare.*
50 *Matrimonium cum puella minori decennio an valeat, & num seq.*
51 *Copula qualis esse debeat vt ratificet matrimonium.*
52 *Matrimonium an dissoluatur per impotentiam, cum seq.*
53 *Impotentia ad impediendum matrimonium qualis esse debeat.*
54 *Impotentia qualiter probetur, cum seq.*
55 *Impotentia notoria qualis sit.*
56 *Impotentia probatur per visuram.*
57 *Matrimonium an possit contrahi inter raptorem & raptam, cum seq.*
58 *Pœna contra raptorem & raptam nubentes quomodo intelligatur.*
59 *Pater quomodo impedire possit matrimonium filiarum.*
60 *Suadere potest pater filiæ ne nubat.*
61 *Pœna contra impedientes matrimonium quomodo intelligantur.*
62 *Domini temporales an possint compellere subditos ne nubant adinuicem.*
63 *Matrimonium an dissoluatur per sæuitiam.*
64 *Sæuitia præterita an sufficiat ad matrimonij diuortium.*
65 *Sponsalibus contractis altero prædefuncto an matrimonium contrahatur inter consanguineos, cum seq.*
66 *Impedimentum publicæ honestatis quando interueniat.*
67 *Affinitas quando contrahatur.*
68 *Impedimentum publicæ honestatis quomodo introductum.*

69 Impe

69 *Impedimentum publicæ honeſtatis intra quem gradum locum habeat.*

70 *Copula intra conſanguineos in diſpenſatione obtinenda an ſit exprimenda.*

71 *Diſpenſatio inter conſanguineos qui ſe carnaliter copularunt quomodo obtinenda.*

72 *Filij nati ex mala diſpenſatione illegitimi dicuntur.*

73 *Raptus mulieris qualiter conſideretur, cum ſequent.*

74 *Qualitas virginitatis raptæ à quo ſit probanda, cum ſeq.*

75 *Virginitas ſemper præſumitur.*

76 *Virgini aſſerenti ſe fuiſſe virginem tempore raptus creditur.*

77 *Clandeſtina matrimonia quæ dicantur.*

78 *Clandeſtina matrimonia quot modis dicantur.*

79 *Matrimonio contracto ſub conditione, ea pendente an pars poßit ab eo recedere.*

80 *Matrimonium an contrahi poßit per Procuratorem.*

81 *Compromitti an poßit ſuper cauſa matrimoniali.*

82 *Alimenta per quem iudicem taxentur in cauſa diuortij, cum ſeq.*

83 *Alimentorum taxatio exequitur non obſtante appellatione.*

84 *Alimenta an poßint taxari per iudicem ſecularem pendente cauſa diuortij coram Eccleſiaſtico.*

85 *Parochus interueniens in nuptijs clandeſtinis qua pœna puniatur, cum ſeq.*

86 *Parochus habet iuris præſumptionem pro ſe.*

87 *Pœnæ quibus puniuntur clerici intereſſentes nuptijs clandeſtinis.*

88 *Matrimonium an valeat in præſentia parochi cui Epiſcopus mandauerat non interuenire, cum ſeq.*

89 *Parochus an per Epiſcopum poßit inhabilitari intereſſendi in matrimonio.*

90 *Parochus prohiberi non poteſt quin aßiſtat matrimonio.*

91 *Parochus etiam coactus validè aßiſtere dicitur.*

92 *Parochi præſentia qualis eſſe debeat in matrimonio contrahendo.*

93 *Mente captus an poßit contrahere matrimonium.*

94 *Teſtamentum dementis an valeat & quando.*

95 *Teſtes varij in cauſa matrimoniali an reducantur ad concordiam.*

96 *Metus qualis requiratur in matrimonio.*

97 *Metus an interuenire dicatur ſine actu meticuloſo.*

98 *Ratificatio matrimonij quando inducatur, cum ſeq.*

99 *Metus quando durare dicatur.*

100 *Matrimonium quando ratificetur ex cohabitione mariti & mulieris.*

101 *Alimenta in cauſa diuortij quomodo taxentur, cum ſeq.*

102 *Sæuitia cauſata per maritum quid operetur reſpectu fructuum dotalium.*

103 *Maritus dans cauſam diuortio nil debet habere de bonis vxoris.*

104 *Diuortij cauſa intentata ſuperueniente cauſa adulterij, quomodo in eis procedatur, cum ſeq.*

105 *Adulterij cauſa an concurrat cum cauſa diuortij.*

106 *Mutus & ſurdus an poßint nubere.*

107 *Matrimonium requirit pro ſubſtantia voluntatem contrahentium.*

108 *Mutus, ſurdus & cæcus an poßint nubere.*

109 *Matrimonium an probetur ex cohabitatione, cum ſeq.*

110 *Cohabitatio an probet matrimonium.*

111 *Fornicaria cohabitatio quando præſumatur.*

112 *Filij nati ex cohabitatione paterna an præſumantur legitimi.*

113 *Cohabitatio viri & mulieris quando probet matrimonium quoad legitimationem liberorum.*

114 *Matrimonium ratum, ſed non conſummatum quando poßit ſeparari, cum ſeqq.*

115 *Diſpenſare an poßit Papa in matrimonio rato, ſed non conſummato.*

116 *Matrimonium ratum, ſed non conſummatum, quando ſit indiuiſibile.*

117 *Papa an in matrimonio rato poßit diſpenſare.*

118 *Votum ſolemne fortius matrimonio.*

119 *Impuberes quomodo ad matrimonium obligentur, cum ſeq.*

120 *Conſenſus qualis ſit qui ratificet matrimonium.*

121 *Sponſalia an fuerint alterata per Concilium Trident.*

122 *Conſenſus cõtrahentium matrimonium qualiter conſtare debeat, cum ſeqq.*

123 *Conſenſus tumultuoſus, an & quãdo valeat.*

124 *Præſentia patris quid operetur in matrimonio contracto per filium.*

125 *Sponſalia de futuro quouſque obligent.*

126 *Matrimonium ſecundum ratum an annulletur per ſponſalia præcedentia.*

127 *Matrimonium interueniſſe quomodo probetur.*

128 *Matrimonium ex qui[illegible] coniecturis præſumatur.*

129 *Filia conſentiens in ſuo raptu priuatur ſucceßione paterna & materna.*

130 *Matrimonium abſolutè prolatum de quo matrimonio intelligatur.*

131 *Votum caſtitatis temporalis an poßit ab Epiſcopo diſpenſari.*

132 Pœna

200 Mariti

200 Mariti mors quomodo probanda.
201 Mariti mors an probetur ex unico teste.
202 Fama an probet mortem.
203 Fama debet oriri ex certa causa rationabili.
204 Testes de fama deponentes quomodo attestari debeant.
205 Puella qualis esse debeat ætatis.
206 Consensus à patre furioso quomodo sit obtinendus.
207 Timor an & quando annullet matrimonium, & num. 221.
208 Metus ex indignatione an annullet matrimonium.
209 Pœna constitutionis an ex matrimonio nullo debeatur.
210 Pœna constitutionis tertiæ debetur etiam ex matrimonio sine raptu.
211 Duellantes qua pœna puniantur de iure Cataloniæ.
212 Duellorum summariè plura referuntur.
213 Arrha quid sit in matrimonio.
214 Maritus uxorem adulteram an possit propria authoritate expellere, cum seq.
215 Maritus propria auctoritate uxori adulteræ potest debitum negare.
216 Adultera uxor propria auctoritate non potest à mariti domo expelli.
217 Procurator an possit principalem suum obligare ad pœnam constitutionis, cum seq.
218 Principalis quando ex Procuratoris facto incidat in pœnam, cum seq.
219 Mandatum simpliciter datum censetur concessum iuxta iuris regulas.
220 Nubens per Procuratorem quando teneatur pœna constitutionis tertia.
221 Reuerentialis metus qualis propriè dicatur, cum seq.
222 Reuerentia quæ metum inducit.
223 Reuerentia debet esse vera causa metus.
224 Reuerentia quando metum propriè inferat.
225 Matrimonium quando contrahitur per Procuratorem quæ requirat, & num. seq.
226 Matrimonium quando sit nullum ex defectu consensus.
227 Mandatum speciale requiritur ad nubendum pro alio.
228 Substitutus Procurator ad nubendum non potest pro principali nubere.
229 Reuocatum quando dicatur mandatum factum ad nubendum, cum seq.
230 Reuocatum tacitè mãdatum quando dicatur.
231 Reuocatum mandatum an dicatur sine notificatione reuocationis.
232 Electio facta pendente commissione eligendi quando sustineatur.
233 Matrimonium quando dicatur consummatum, cum seq.
234 Copula an requiratur ad consummationem matrimonij.
235 Copula sola an consummet matrimonium.
236 Iuramento viri potiùs statur in consummatione matrimonij.
237 Matrimonium clandestinum inter cognatos an & quo pacto sustineatur.
238 Matrimonium inter personas coniunctas an valeat, copula interueniente antea.
239 Dispensatio qualiter valeat inter coniunctos copula præcedente.
240 Dispensatio noua quando requiratur, cum sequent.
241 Dispensatio prohibita quomodo intelligatur.
242 Dispensatio quæ requirat specificanda.
243 Virginitatem puellæ qui teneatur probare.
244 Iuris præsumptio quando stet pro puella.
245 Virginitas quando non præsumatur.
246 Visura an habeat locum in virginitate probanda.
247 Arma contra se nemo tenetur dare.
248 Testis vnicus an sufficiat ad impediendum matrimonium.
249 Matrimonium contractum cum consanguinea illius quam cognouit an valeat.
250 Filij quando illegitimi dicantur.
251 Impedimentum matrimonij contrahendi quando dicatur sublatum.
252 Matrimonium sub conditione celebratum ea pendente an dicatur matrimonium.
253 Impedimentum publicæ honestatis an oriatur ex sponsalibus sub conditione factis.
254 Conditionis effectus est suspendere actum cui apponitur.
255 Consensus non interuenit pendente conditione.
256 Maritus an possit sacros ordines suscipere, cum seq.
257 Maritus an possit religionem ingredi muliere remanente in seculo.
258 Maritus quando possit religionem ingredi, & quomodo.
259 Mulier maritata quomodo remanere possit in seculo marito religionem ingrediente, cum sequent.
260 Muliere consentiente quando maritus religionem ingredi valeat.
261 Doctores sentientes de ingressu maritati in religionem.
262 Iura loquentia de ingressu coniugum in religionem.
263 Mulier sterilis qualis reputetur.
264 Mulier continentia assecurata potest in seculo remanere.
265 Mulier an continentiam vouere possit, & quomodo.
266 Maritus quare absolutè non possit religionem ingredi.
267 Cessante ratione argumentum ab ea valet.
268 Mulier quando habeat pro se castitatis præsumptionem.

269 Mulier

330 *Filij*

1 PRIMO quæri potest, † in quo differāt matrimoniū & sponsalia.

Respondeo quòd ex forma contrahendi desumitur eorum differentia, habito respectu ad ius commune, & sic sponsalia differunt à matrimonio, quòd hæc respiciunt rem de futuro, cùm
2 † sponsalia propriè capiantur pro futuri coniugij promissione. *l. 1. & 2. ff. de sponsal. l. sponsio, ff. de verbor. signific. cap. nostrates*, 30. *quæst.* 5. *cap. ad Romanum*, *eod. tit.* & ex *sessio. S.C.T.* 24. *de reformat. cap.* 3. quod illius etymologia expressè denotat, cùm à spondendo deriuentur, vt tradit Aleiat. *in l. sciendum est, ff. de adilit. edict.* quia solent per stipulationem fieri. *l. a ff. eod.* colligitur ex Aulo Gellio *noct. Atticar. lib.* 4. & *l.* 1 *ff. eod.* Aleiat. *lib.* 1. *parergon. c. a.*
3 Matrimonium † verò est actus ille de præsenti, quo coniunguntur voluntates, & ex eo mutuo consensu matrimonij contractus perficitur. faciunt tradita per Ripam *de sponsal. cap.* 3. *art.* 1. *n.* 18. & per auctores *ibi* per eum relatos.

Quæri vlteriùs potest, † quo tempore matrimonia sint prohibita. 4

Respondeo quòd in matrimonio duo cōsiderantur, nempe sacramentum ipsius matrimonij, quod in facie S. Matris Ecclesiæ celebratur, & hoc cùm sit sacramentum, nulla die est prohibitum, imò permissum, & sic vidi, quòd feria quarta Hebdomadæ sanctæ hora tenebrarum fuit contractum matrimonium, & celebratum sacramentum per verba de præsenti, inter Franciscum de Villasca Domicellum, Barcinonę domiciliatum, & Nobilem Eleonoram de Cabrera, filiam Nobilis Don Federici de Cabrera auūculi mei; aliud verò quod in matrimonio contrahendo reperitur, est † Ecclesiastica benedictio, 5 quę cum sacramento Missæ perficitur. & hęc solemnitas à iure prohibita est à die prima Quadragesimæ, vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè, & à prima Dominica Aduentus, vsque ad Epiphaniam, ex dispositione S.C.T. *sess.* 24. *cap.* 10. & *ibi* declarationes sacræ Rotæ Romanæ. quod refert Couarr. *de sponsal.* 2. *part. cap.* 8. *n.* 11. faciunt tradita per Matienço *lib.* 6. *noua recopil. gloss.* 1. *rubr. tit.* 1. *n.* 57. Cenedo *c.* 22. *n.* 1. *in fine.*

Quæri etiam potest, † sponsalia quomodo 6 probentur, vel matrimonium quo pacto probetur interuenisse? & sponsalia probari per reciprocam promissionem sponsi & sponsæ, si testes adsint qui deponant se audiuisse mutuam promissionem, vel per responsionem ipsorum contrahentium, iuxta tradita per Mascard. *de prob. concl* 1337 *per tot.* vide etiam eundem *concl.* 1023. *cum seqq.* vbi de personis quæ matrimonium probare tenentur, de modis & forma illud probandi, ad quem potest recurri.

Quæritur, † vtrùm matrimonium dissoluatur per metū, & qualis metus debeat esse. 7

Respondeo quòd sic, dummodo metus sit legitimè probatus, iuxta ea, quę de metu tradunt Boër. *decis.* 100. vbi latè de metus probatione. Mascard. *concl.* 1052. & maximè *concl.* 1051. *n.* 14. Cùm autem † hæ probationes ex 8 testium depositionibus dependeant, multum in hoc versabitur iudicis arbitriū, iuxta tradita per Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *q.* 136. sic expressè in metus probatione tradit Socin. iun. *cons.* 77. *n.* 44. & *seq.* & idem Menoch. vbi suprà, *casu* 135. Sarmiento *select. interp. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 2. Ioseph. Ludou. *decis. Lucen.* 18. *n.* 22. Decian. *cons.* 18. *n.* 140. *lib.* 1. & † licèt coniecturę 9 metum probent, debent tamen esse graues & verisimiles, iuxta tradita per Aymon. *cōs.* 144. Roland. *cons.* 100. *n.* 112. Mascar. *concl.* 1052. *n.* 9. vbi

vbi probat quòd tales coniecturæ debent eſſe exactè probatæ.

10 Quæri etiam poteſt, † an minæ inducant metum ad diuortium prouidendum.

Reſpondeo quòd ſi minæ interueniant circa rem grauem, vtputa de morte, vel corporis cruciatu, vel de aliquo ſimili, tunc minæ ſufficient ad metus probationem; ſecus verò ſi ſint de re parui momenti, iuxta tradita per Patiſ. *conſil.* 14. *num* 41. *&* 42. *lib.* 1. Roland. *conſ* 83. *num* 27. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 18. *num.* 127. *lib.* 1. Farinac. *tom.* 1. *deciſ.* 40. *in additionibus, verbo minæ.*

11 Quæritur, † an matrimonialis cauſa poſſit tractari in curia Eccleſiaſtica, vel ſeculari.

Reſpondeo iam hoc fuiſſe reſolutum ſuprà *in cap.* 1. *de iuriſdictione omnium iudicum, à num....* plura tradit Theſaur. *deciſ.* 117. Couarr. *de ſponſal.* 2. *part. cap.* 8. § 12. *per totum.* quando autem ſit mixti fori, vide Martam *in ſuo lib. de iuriſdict. omn. iud. tom.* 1. 2 *part. cap.* 8. vbi recenſetur.

12 Quæri etiam poteſt, cùm † Abbates habeant in quibuſdam locis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, veluti Abbas de Monſerrat In villa de Moniſtrol, & Abbas de Ripoll in villa de Ripoll, an talis Abbas poſſit in ſua curia de cauſa matrimoniali quoad validitatem illius cognoſcere.

Reſpōdeo quòd ſic, cùm Abbates in locis pleno iure ſibi ſubiectis habeant iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi. *cap. in ſingulis, de ſtatu monach. cap. Abbates, in fine, de priuileg. lib.* 6. gloſſ. *in Clement.* 1. *verbo proprÿs, de rebus*

13 *Eccleſ. non alienand.* vnde † loca ſibi ſubdita dicuntur extra iuriſdictionem Epiſcopi, & faciunt territorium ſeparatum, vt atteſtatur Geminian. *in cap. cùm Epiſcopus, num.* 4. *de re-*

14 *ſcript.* & ſic † ad Abbates prædictam iuriſdictionem Epiſcopalem habentes ſpectare cognitionem cauſarum ſpiritualium deciſum fuiſſe per Rotam Romanam refert Farinac. *tom.* 1. *deciſ.* 100. *in princip.* nec contrariari decreto Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reformat.* quia appellatione ordinarij comprehendantur Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalē, iuxta additiones factas ad Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *mihi pag.* 423. *verbo ſeu ordinarÿ.*

15 Sed cùm reſolutum ſit † Abbatem ordinarium cenſeri, & ſic habentem iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſe cognoſcere de cauſa matrimoniali. quæri hîc poterit, an poſſit remittere denunciationes fiendas ante matrimonium, ex diſpoſitione S.C.T. *ſeſſ.* 24. *de reformat.*

Reſpondeo quòd non, ex relatis in declarationibus ad Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *n.* 9. vbi refertur, non licere Abbati habenti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalē tales diſpenſationes concedere, quia Sanctiſſimo placuit quòd licèt tales Abbates comprehendantur ſub nomine ordinarij, non tamen quoad prędictum caſum.

Quæritur, † an ſi matrimonium ſit contrahendum inter duos conſanguineos, ſi inter eos copula interuenerit, requiratur eius expreſſio in diſpenſatione obtinenda. 16

Reſpondeo quòd hæc opinio valde controuerſa fuit, quia alij in affirmatiua, alij verò in negatiua fuerunt ſententia, ex his quæ tradit Gutier. *canon quæſt. lib.* 1. *cap* 15. *per totum.* maximè ex traditis à Nauarr. *conſil.* 2. *de ſponſ. n.* 1. *&* 2. qui exiſtimauit † non eſſe exprimendam copulam habitā ante diſpenſationem, ſed ſufficere narrare Summo Pontifici gradum conſanguinitatis inter contrahentes. Sed, ſalua pace tanti viri, quidquid dicat ipſe Nauarrus, magis mihi placet opinio Gutierrez *ibid. n.* 16. vbi proferens ſuam ſententiā refert conſultius eſſe animæ quieti & conſcientiæ, narrare Summo Pontifici copulam inter eos habitam ante diſpenſationem, quia certum eſt prædictam copulam in odium illius magis dubium reddere Summum Pontificem ad diſpenſandum. Certum eſt autem exprimendam eſſe † qualitatem in reſcripti impetratione, quę difficilem redderet ad illud concedendum. *cap. poſtulaſti, de reſcript.* Felin. *in cap ſuper litteris, num.* 8. *de reſcript.* Solent † autem difficiliùs concedi gratiæ vbi plura obſtant impedimenta. Decius *conſ.* 206. *n.* 19. *& in cap ad aures, col. vlt.* & *ibi* Ripa *num.* 37. *de reſcript.* Alex *conſil.* 195. *num.* 10. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 203. *n.* 13. 17 18 19

Circa verò † diſpenſationem obtinendam inter conſanguineos habentes copulam ante matrimonium, vel cum conſanguinea vxoris, & quid ſi ſub ſpe, vel ſine ea, & quid de omnibus requiſitis circa diſpenſationem obtinendam, vide Gutier. *canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 15 *per totam, & q.* 23. *& lib.* 2. *cap.* 15 *à n.* 69. *cum ſeqq.* vbi latiſſimè de cauſis impulſiua & finali, quando ex eis diſpenſatio ſit nulla, *& num.* 98. *cum ſeq.* vbi de cauſa falſæ expreſſionis, *& num.* 107. de cauſis quę reddunt Summum Pontificem difficiliorem ad concedendum. vide notata per Rebuff. *in ſua praxi beneſ.* 3. *part. gloſſ.* 1. *reg.* 46. *de diſpenſ in gradib. prohibitis, mihi pag.* 563. ad quos te remitto. 20

Quæro, † an matrimonia poſſint reiterari obſtantibus legibus prohibentibus ſecundas nuptias, de quibus in titulis *ff. de ritu nupt. &* *C. de ſecund. nupt.* 21

Reſpondeo quòd ſic, & hoc iure vtitur quotidie vniuerſus populus. pœnæ autem appoſitæ in ſecundis nuptiis contrahendis non in totum antiquatæ ſunt, ſed † aliquæ reſet 22

reseruantur non tanquam pœnæ, quia vt tales reiicerentur omnimodo, tanquam impeditiuæ libertatis merè contrahendi matrimonium concessæ à S.C.T. *de reform. matrim. cap.* 1. Sed obseruantur, tanquam prospicientes vtilitatem filiorum primi matrimonij, de quibus latè agit Sotomaior *controuers. quotid. de vsufruct. tom.* 1. *cap.* 2. *ferè per totum*, ex quo cùm longissimum sit, succinctè referam ibi contenta resolutiuè, cùm ad hoc tendat
23 opus hoc. & sic *à num* 9. attestatur, † quòd mulier transiens ad secundas nuptias, extantibus filiis ex primo matrimonio, tenetur reseruare illis non solùm omnia bona quæ habuit à primo marito titulo quocunque lucratiuo, sed etiam quidquid per successionem ab intestato filiorum primi matrimonij consecuta est, solo vsufructu sibi durante eius vita reseruato. idque etiam ad parentes pertinet, vt per eum *num.* 11. *&* 12. *cum numeris sequentibus*, vbi *num.* 16. resoluit
24 quòd † quamuis pœnæ impositæ secundo nubenti, licèt de iure Canonico sint sublatæ, pœnæ tamen quæ in fauorem filiorum primi matrimonij, & reseruationem proprietatis prædictorum bonorum apponūtur, non sunt correctæ, vt pluribus fundamentis id comprobat Sotomaior *dicto cap.* 2. quem vide.

25 Quæro, † an illi, qui præsentes reperiuntur tempore desponsationum, vbi monitio fit quòd si aliquod impedimentum sciant, illud propalare teneantur, ad id sint obligati.

Respondeo quòd aut illud impedimentum est secretum, aut publicum inter maiorem partem eorum, qui cognoscunt impedi-
26 mentū, & tunc † tenetur ille, qui scit tale impedimentum, illud manifestare, ne matrimonium adimpleatur: aut tale impedimentum est occultum, & tunc si non interueniat aliquid amplius, tenetur illud reuelare ipsi parocho, ne matrimonium fiat. Si verò ille qui tale impedimentum scit, illud sciat secretè, & sub secreto naturali ei tale impedimentum fuerit reuelatum, tunc neque facta monitione sub censuris excommunicationis
27 tale impedimentum debet reuelare, † sed potiùs virtute secreti sub quo ei communicatū fuit, tenetur illud reseruare. ita ex pluribus tradit Gutier. *canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 26. Si tamen ex manifestatione prædicti impedimenti immineret periculum, vel scandalum, tunc licèt sub secreto naturali
28 non sciat, † non tenetur tale impedimentum reuelare, etiam si monitus fuerit sub excommunicationis pœna. Nauarr. *in cap. inter verba,* 11. *quæst.* 3. *num.* 633. *& seq.* alios hanc tenentes sententiam refert Gutier. vbi suprà, *num.* 29.

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

Quæro, † an si aliquis promiserit ducere 29
aliquam in vxorem, compelli possit cum effectu adimplere promissionem, & nubere illi, cui promissio est facta.

Respondeo quòd si aliqua causa interueniat quæ iusta sit, propter quam matrimonium non sit necessariò contrahendum, absolui poterit ille, qui renitet factum promissum adimplere. gloss. *in cap. ex litteris*, *verbo compellas.* & ibi Abb. *de sponsal.* & ibi Anton. de Butrio *num.* 11. Ferret. *consil.* 171. *num.* 6. & maximè † si non fuerint prædictæ promissiones 30
iuramento vallatæ. *gloss. fin. in cap. de illis, lo* 1. *de desponsat. impuber.* Soto *in* 4. *sententiarum distinct.* 27. *quæst.* 2. *art.* 5. *vers. quintus casus.* Si verò † causa non subsistat, propter quam 31
promissio non adimpleatur, compellendus erit talis promissor ad promissionem adimplendam, & per verba de præsenti matrimonium contrahere. *cap. ex litteris lo* 2. *& c. requisiuit, de sponsal.* & *ibi* communiter scribentes. & iuxta hanc resolutionem fuisse decisum in curia Rom. refert Farinac. *tom.* 1. *decis.* 107. *num.* 1.

Quidam † amicus meus promiserat ali- 32
cui domicellæ nubere, postea amore baccbatus cum alia, promisit se cum hac secunda matrimonium contrahere, & iuramento vallauit. post hoc iuramentum stante prima promissione eam carnaliter cognouit. quæsitum fuit an iste potiùs esset compellendus ad contrahendum cum prima, an verò cum secunda.

Respōdi † quòd licèt præcedente promis- 33
sione ipsi primæ facta, eam carnaliter cognouisset, cùm tamen ante copulam carnalem medio iuramento huic secundæ promisisset se nupturum, certum erat virtute huius iuramenti potius remanere obligatum ad adimplendum cum effectu hoc secundum promissum, quàm primum, quia primo casu solùm interuenerat simplex promissio, in secundo verò casu aderat iuramentum,
† quod fortiùs eum adstrinxerat, iuxta no- 34
tata per DD. quos refert Farinac. *tom.* 1. *decis.* 107. *num.* 3. ex quo iuramento plenius ius huic secundæ fuerat quæsitum, quàm primæ. Nec oberat quòd interuenisset copula, quia interuenerat postquam promissio huic secundæ iurata fuerat, quia † copula illa 35
non debet retrotrahi ad tempus habile in præiudicium huius secundæ. *cap. cùm inter, de sponsal.* ita tenet Anchar. *in cap. veniens,* 2. *notabili, de sponsal.* Philippus Francus *in cap. si pro te, de rescript. lib.* 6. quos refert & sequitur Spino *in speculo testament. gloss.* 4 *princ. num.* 72.

In † quodam matrimonio non fuerant 36
factæ monitiones, forsan dolosè. euenit

T 2 quòd

quòd alter ex his voluit agere ad dissolutionem illius, allegando nullum esse matrimonium, prætendendo monitiones esse de forma substantiali illius, cùm S.C.T. disposuerit quòd tales monitiones præcedere debeant, & multa ad hoc allegabat quidam Aduocatus mariti, qui matrimonium nullum declarari instabat. fuit à me quæsitum quid iuris.

37 Respondi quòd † nullum non poterat tale matrimoniũ declarari, imò validissimum, quia denunciationes non poterant dici de essentia illius, sed quòd erant quædam præuentiones ad contrahenda matrimonia, ne intra personas impeditas matrimonia contraherentur. & sic omissio earũ non reddebat matrimonium nullum, & ita fuit declaratum in Rota, vt refert in addit. ad S.C.T. *sess. 24. de refor. matr. c. 1. in declarationibus congregationis, verbo omissio edictorum, mihi pag. 408. in fine.* remissio ad dictum Concil. *mihi pag. 415. verbo publicè denuncientur.*

38 Quæri potest, † quando Episcopus debeat dispensare de monitionibus.

Respondeo quando subest causa quòd timetur ex monitionibus matrimonium posse impediri, vel si adsit aliqua causa arbitrio ordinarij. faciunt tradita per Gutier. *canon. quæst. lib. 1. cap. 18 num. 6.* declarat. ad Concil. Trid. *vbi suprà, num. 7. verbo si tot præcesserint denunciationes.*

39 Quæri etiam potest, † an si parochus, vel ille qui assistentiam facere tenetur matrimonio, sciat aliquod impedimẽtum occultum, propter quod matrimonium non possit celebrari, possit dicto matrimonio assistere, quia hoc dubium maximas recipit obseruationes, quæ longam scripturam conrexerent, cùm resolutioni studeam. remitto te ad ea, quæ tradit Alfonsus à Veracruce *in appendice ad speculum coniect. art. 15. 1. part. de impedimento voti simplicis,* qui ad huius materiæ resolutionem varias conclusiones in vim resolutionum refert.

40 Constitutione prima Cataloniæ, sub titulo *de sponsalibus & matrimonio,* cauetur † quòd pœnæ quæ apponuntur vt matrimonia cum effectu adimpleantur sub aliqua pœna, possit talis pœna exequi. quæri hîc potest, an valeat appositio talis pœnæ.

Respondeo quòd dispositio huius constitutionis est contraria iuri communi, ex notatis per Prosper. Pasethum *cons. 72.* & ex notatis per Abb. *in cap. dilecti, de iud.* Et licèt aliqui existimauerint quòd pœna potest exequi iuxta dispositionem huius constitutionis, ex rationibus quas retuli in commentariis ad *l. Titio centum, §. 1. ff. de cond. & demonstr. n. 83.* tamen *n. 84.* defendi talem pœnam cum effectu exequi non posse, cùm directè resistat dispositioni S.C.T. vt latiùs ibidem retuli, ad quæ ibi scripta te remitto. præsensit ante me Cancer, quem postea vidi *lib. 3. var. cap. 11. de sponsal. n. 160.*

Constitutione etiam secunda sub eod. tit. cauetur, † quòd quælibet filia, quæ sub paternis obsequiis & potestate existit, ipsis verò parentibus deficientibus sub tutorũ, vel curatorum potestate existat, non contrahat matrimonium, nisi præcedente consensu parentum, seu curatorum, vel proximiorum agnatorum; aliàs verò † si sine prædicta licentia contrahat, penitus à paterna & materna hæreditatibus sit exclusa. & quòd ille, qui violenter aliquam domicellam ceperit, aut cum ea matrimonium contraxerit, aut cum ea aufugerit, perpetui auxilij pœna afficiatur. 41 42

Ex cuius constitutionis tenore appatet, † mulierem sine prædicta licentia nubentem totaliter ab hæreditatibus paternis, vel maternis exclusam esse, nullúmque in eis ius successionis habere. hæc constitutio conformis erat iuri ciuili, secundùm quod filij non poterãt nubere sine parentum consensu, *princip. Instit. de nupt. l. Paulus, ff. de statu homin. l. sicut personis, ff. de nupt. l. 2. ff. de ritu nupt.* 43

Sed hodie ex prędicta resolutione orta est difficultas, † an stante dispositione Concilij Trid. *sess. 24. de reform. matr. cap. 1.* pœna hæc sit seruanda quòd filia excludatur ab hæreditatibus paterna, vel materna, ob quod nupserit sine licentia parentum, curatorum, seu consanguineorum ipsius. 44

Respondeo prædictam constitutionem non obstare, quia † dispositio illius non impedit liberam facultatem contrahendi matrimonium, cùm solùm tendat ad hoc, ne filiæ nubentes indignis viris hæreditatibus paternis fruantur in opprobrium ipsorum parentum. nam prædicta constitutio hanc recepit interpretationem, quòd nubentibus viris indignis ipsæ excludantur. iuxta ea, quæ refert Cancer 3. *tom. variar. cap. 11. num. 1. cum sequent.* mens enim constitutionis non est quòd impediatur libera facultas nubendi, sed ne parentes iniuria afficiantur in honore & bonis, & sic iuxta decisiones notatas per Cancer *vbi suprà,* apparet quòd filiæ non punirentur prædictis pœnis, casu quo viro digno nubant, cùm cessare videatur mens dictæ constitutionis. 45

Quæritur, † an matrimonium requirat certa verba. 46

Respondeo quòd secundùm stylum aliquorum locorum aliqua verba sunt destinata, vt in ordinariis Episcopatuum reperitur, & precipuè in ordinario Episcopatus Barcin.

Sed

Sed de iure non requiruntur verba certa ad matrimonium contrahendum, sed sufficit declaratio voluntatis ipsorum contrahentium, adinuicem se in legitimos sponsos acceptantium. *cap.pen. de sponsal.* sequitur Soto *q.1. art.2. q.3.* Magister sentent. *in 4. dist.27. cap.2.* quos & alios refert Ioan.Gutier. *canon. quæst. cap.21. n.9.* Concil.Trid. *sess.24.cap.1. verbo mutuo consensu.* & *ibi* remissiones.

Sed cùm matrimonium soleat nullum declarari, si per metum fuerit contractum, quæ-
47 ritur, † an & quando probetur per metum fuisse contractum, & quibus præsumptionibus, vel probationibus metus elidatur.

Respondeo quòd dato quòd à principio in contrahendo matrimonio interfuerit me-
48 tus, tamen purgatus censetur, † si post metum interuenit inter contrahentes copula voluntaria, dummodo sit certa, & de ea constet, neque super ea sit controuersia, quia super ea fundatur præsumptio consensus. quia legis præsumptio debet cadere super certo, nō verò super incerto. iuxta notata per Bald.
49 *in l.idem erit.ff de statu hom.* Mulier † autem probare debet se per vim cognitam fuisse, iuxta tradita per Farinac. *tom.1.decis.69.n.14.* in qua decisione multa recensentur de matrimonio per metum illato, & de probationibus metus, & præparatoriis illius, & purgationibus, tum & de probatione copulæ voluntariæ, vel violentis.

50 Quæri etiam potest, † an si matrimonium fuerit contractum cum puella minori decem annorum, & copula cum ea fuerit subsecuta, matrimoniũ sit validũ & perfectum.

Respondeo nullum esse tale matrimonium, tam ex defectu naturalis appetitus & sufficientiæ ad generandum, quàm ex defectu consensus coniugalis. *cap.tua, de sponsal. cap. à nobis, cap. de illis, lo 2.cap fin. de desponsat. impuber.cap.vnic. §.idem quoque, eod tit.lib.6.* Nec
51 obstat quòd † copula interuenerit, quia vt copula interueniat, & matrimonium perficiat, debet esse in persona habili de iure & de facto ad generandum. *cap puberes, de despons. impub.* in hoc autem casu statur dicto ipsius puellæ, iuxta doctrinam gloss. *in cap. vidua, vers.licet, de reg.iur.in 6.* Præposi. *in cap.tua nos, n.2.de sponsal.* Farinac. *tom.1.decis.72.n.6.*

Quæri etiam potest, † an impotentia viri sit sufficiens, & qualis requiratur ad incipiẽdum matrimonium.

52 Respondeo quòd † in potentia generandi non impedit matrimonium, nec contractum dirimit; secus verò in potentia coëundi, quia hæc non solùm impedit matrimonij contractum, sed & illum nullum facit. & sic
53 † licèt senes non possint generare, si tamen habeant potentiam coëundi, possunt matrimonium contrahere. Nauarr. *in suo manuali cap.22. n.59.* & alios refert hanc resolutionem tenentes Gutier. *canon. quæst.lib.1.q.16. n.13.* vbi ferè per totum caput agit de potentia, & impotentia coëundi, & huius respectu de personis capacibus ad matrimonium contrahendum.

Sed quomodo possit probari † potentia, 54
vel impotentia viri, vel mulieris ad copulam & actum coëundi, quæri potest, quod ferè videtur impossibile.

Respondeo quòd ad hoc vt impossibilitas coëundi probata remaneat, requiritur priùs cohabitatio triennalis, vt *in cap.laudabilem.* & *ibi* gloss. *de frigid.& malef.* Innoc. *in cap.2.eod. tit.* † nisi euidenter constaret de viri impos- 55
sibilitate, veluti quòd non haberet membrũ genitale, vel duo testicula, aut membrũ esset siccum, aut aridum, quia hisce & similibus defectibus notoriis concurrentibus, statim nullum declarabitur matrimonium, propter absolutam viri impotentiam: sin autem, debet expectari tetoinus cohabitationis prædictæ per dictum tempus triennij. Solet autem impotentia probari per inspectionem obstetricum & Medicorum, ex traditis *in addit.ad decis.75.* Farinac. *tom.1.lit.A.* † qui re- 56
cogooscent & inspectionem habebunt de duobus sponsis, iuxta ea quæ quotidie eueniτe solent, & meo tempore euenit in causa N. Vidal mercatoris, cuius impotentiam allegauit eius vxor; econtra verò dicebat maritus impotentiam coëundi in ipsa muliere esse, eo quòd nimis arcta erat, & prouisa visura per Onofrium Celles Decanum & Canonicum Sedis Barcinonæ, Officialis & Vicarij generalis Don Ioannis Dinuæ Loris Episcopi Barcinon. fuit facta per N. Alou, & N. Miro chirurgos, & facta relatione per eos & per obstetrices fuit prounsum pro nunc diuortium. Impotentia autem aut est perpetua, aut temporalis. hæc non dirimit matrimonium, perpetua verò in totum dirimit, & quòd ex partium confessione probetur, tradit Mascard. *de probat.concl.989 per tot.* vbi latè de materia impotentiæ agit.

Quæritur, † an inter raptorem, & ta- 57
ptam possit contrahi matrimonium.

Respondeo quòd dum ipsi sunt in raptu, non possunt contrahere matrimonium, ita decisum extat per S. C.T. *sess.24.de reformat. matr.c.6.* aliàs enim, si in raptu existentes contraxerint, ipsi & omnes illis auxilium & fauorem præbentes sunt ipso iure excommunicati & perpetuò infames, & si clerici sint, de proprio gradu decident.

Iuxta quod quæri potest, † an pœna illa 58
excommunicationis comprehendat solùm raptores mulierum ad effectum solùm nu-

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var. T 3 bendi

bendi cum eis; an verò omnes mulierum raptores. Nauarr. *in man. cap. 27. n. 150.* existimat omnes raptores virginum excommunicatos esse fuerunt alij in hac sententia. Cæterùm Concilij Tridētini Congregatio censuit solùm excōmunicatos esse eos, qui puellas rapiunt ad effectum nubendi cum illis, quia cùm pœnalis sit dispositio, non debet extendi ad alium casum, quàm ad expressum, & ita refertur *in addit. ad d. cap. 6. Concilij.*

59 Cùm † consensus paternus in nuptiis cōtrahendis interuenire debeat, quæri hîc potest, an pater possit & quomodo tuta conscientia consentire, vel non consentire matrimonio per filiam contrahendo.

Respondeo quòd iuxta dispositionē C.T. quæ maximè est attendenda, pater non compellitur consentire matrimonio per filiam contrahendo, nec ei prohibetur quòd non
60 contradicat, sed † potiùs ei permissum est, si viderit matrimonium non esse expediens, illud contradicere, & iustis rationibus deuiare ne illud contrahatur. dummodo
61 tamen non interueniat violentia, quia † hoc casu incideret in pœnas dicti Concilij, & hanc sententiam æquam refert Gutier. *canon. quæst. lib. 1. cap. 20. num. 9. & 27.* vbi aduertit quòd in tali patris auersione non debent interuenire minæ, dolus, vis, falsitas, neque aliquod factum, per quod appareat voluntatem contrahentium tergiuersari.

62 Sed † an domini temporales compellere possint subditos suos vt matrimonium contrahant, quæri potest? &

Respondetur ex C.T. *sess. 24. cap. 11.* quòd non possunt, sub pœnis de quibus in d. cap. quæ pœnæ solùm extenduntur ad dominos temporalem iurisdictionem exercentes, non verò ad alias personas, prout præsēsit Gutier. *canon. quæst. lib. 1. cap. 20. n. 32.* & sic declarauit S. Congregatio, vt legitur *in d. declaratione ad cap. 11. Concilij.*

63 Quidam † Nobilis huius ciuitatis malè tractabat vxorem suam, & inde ipsa coram Don Ludouico Sans Episcopo Barcinonensi litem mouit, petendo diuortium. pro parte mariti negabatur sæuitia, & dato quòd fuisset, quod iam in obliuionem ierat, & quòd non erat timor sæuitiæ à cæteto. quæsitum fuit, an sola sæuitia probata de præterito esset sufficiens ad prouidendum diuortium.

64 Respondi quòd non, quia † vt diuortium interueniat ratione cohabitationis futuræ, debet imminere sæuitia, iuxta tradita per Couarr. *de sponsal. 1. p. c. 7. §. 5. n. 2.* Gutier. *lib. 1. canon quæst. c. 24. n. 9.* & idem tradit Sanchez *de matrim. lib. 10. de diuort. disp. 18. n. 19.* & quia mulier non probauit futurum timorem sæuitiæ, fuit prouisum non esse locum diuortio petito. non nomino partes, eo quòd sit odiosa materia viuentibus ipsis.

Sed quæri potest, † an si sponsalia sint 65 contracta inter duos, altero decedente non celebrato matrimonio, an possit frater, vel soror defuncti contrahere matrimonium cum superstite.

Respondeo † quòd ex tali matrimonio 66 rato & non consummato, non solùm quoad copulam, sed nec consummatum quoad perfectionem sacramenti solùm oritur quoddam impedimentum quod solet appellari publicæ honestatis, quia † affinitas propriè 67 considerari non potest, cùm illa solùm oriatur ex copula perfecta & consummata, vnde solùm hoc impedimentum publicæ honestatis impediri attestatur Sanchez *de matrim. lib. 7. quæst. 64 num. 25.* ex doctrina gloss. *in cap. si quis desponsauerit, in fine, 27. quæst. 2.* Abb. *in cap iuuenis, num. 4. & cap. sponsam, num. 2. de sponsal.* & ex pluribus relatis per dictum Sanchez. quo sit quòd † cùm hoc impedimen- 68 tum de iure Canonico oriatur, iuxta tradita per Sanchez *de matrim. lib. 7. de impedimentis. disp. 70. num. 7.* seruanda erit talis dispositio, & sic orto impedimento hoc publicæ honestatis, † non poterit inter prædictos affines 69 matrimonium contrahi, qui existent intra quartum gradum, iuxta tradita per eundem Sanchez *disp. 68. n. 5.* & idem tradit *disp. 69. n. 15.* vbi refert hoc impedimentum publicæ honestatis vsque ad quartum gradum ex motu proprio Pij V. fuisse extensum. Tamen ex dispositione S.C.T *sess. 24 de reform. cap. 3.* solùm ad personas primi gradus impedimētum hoc publicæ honestatis fuit restrictum. vide plura quæ tradit Matienzo *lib. 5. noua recopil gloss 1. rubr. à n 162. cum seq.*

Quædam † mulier nobilis vidua copula- 70 ta fuit cum consanguineo suo ex sua parte, & ex parte mariti, dispensationémque obtinuit ad nubendum cum ea, cúmque filios procreassent ex hoc secundo matrimonio, mortuo eorum patre, in successione eorum de illegitimitate ipsorum fuit opposita exceptio, eo quòd in dispensationis impetratione solùm gradus consanguinitatis expresserint, copulámque inter eos habitam tacuerint. fuit quæsitum, an in impetratione dispensationis esset exprimenda copula. Habito colloquio inter Theologos & Iurisperitos in contrariam adinuicem se inclinarunt sententiam. Ego fui in voto † tales filios il- 71 legitimos esse, & sic penitus à successione prædicta exclusos esse, ex declaratione S.C.T. *sess. 24. cap. 5. de reform.* vbi expresè *in gloss verbo si quis intra*, ita disponitur. *Intra gradus prohibitos qui se cognouerunt carnaliter sine tractatu, & conditione matrimonij, postea volentes*

lentes matrimonium contrahere, & petentes secum dispensari in aliquo impedimento, & tacentes se carnaliter cognouisse, si obtineant (ex aliqua causa non probata) dispensationem, potest dici surreptitia, & sic nullam obtinuisse dispensationem, eo quòd non narrauerint cognitionem carnalem, ponderando verba vltima apposita quòd *non narrauerint copulam illam carnalem.* ex quibus
72 verbis satis apertè constat † necessarium esse copulam narrare, vt legitimum matrimonium inter prædictos contractum dicatur, & sic cùm in dicta dispensatione prædicta qualitas copulæ præhabitæ non fuisset narrata Sanctissimo, prædictam dispensationem nullam esse dixi, perindéque filios ex præhabito matrimonio procreatos illegitimos esse, & à successione prædicta exclusos. Nescio quid vlteriùs in prædicto casu fuit factum.

Circa constitutionem secundam hoc titulo, quæ loquitur de raptoribus virginum,
73 quæri potest, † an si constet aliquem rapuisse aliquam mulierem, vel per ipsius confessionem, vel per testes; si tamen ipse neget raptam fuisse virginem, an ipsa teneatur probare se virginem tempore raptus fuisse, an verò raptor teneatur probare non fuisse.

Respondeo aliquos fuisse in opinione,
74 quòd † licèt qualitas virginitatis insit à natura, & sic mulier virgo præsumatur, nisi de contrario probetur. si tamen mulier, vel eius pater agant aduersùs raptorem virtute prædictæ constitutionis, tenentur probare virginitatem, quia quando statutum punit mulierem honestæ vitæ & famæ, hæ qualitates sunt probandæ, vt reus puniatur pœna statuti, etiamsi raptor confiteatur raptum; hoc enim casu qualitas illa, quæ à iure præsumebatur, non sufficit, sed requiritur quòd pro-
75 betur, cùm † qualitas veniat probanda ab eo, qui in qualitate se fundat, iuxta tradita per Mascard. *consil.* 1254. ferè per totam. Vera tamen resolutio est quòd non est probanda prædicta qualitas ex parte mulieris, quia in odium ipsius raptoris statur dicto ipsius mulieris, nisi raptor contrarium probauerit. Abb. *in cap. si seduxerit, de adult.* vbi attestatur communiter id teneri. idem probat Ruin. *consil.* 199. *num.* 11. *lib.* 2. Iul. Clar. *§. stuprum. vers. sed pone.* & alij etiam hoc idem tenent, quos refert Mascard. *de probat. concl.* 1417. *num.* 1. &
76 sic sufficiet † quòd ipsa mulier rapta asserat se tempore raptus virginem fuisse, vt credatur ei, & onus probandi contrarium transferatur in raptorem in odium illius.

77 Quæri potest, † quando dicatur matrimonium clandestinum.

Respondeo quòd propriè clandestinum dicitur illud quod fuit factum sine testibus, nec parochi præsentia, quia prædicta duo sunt requisita substantialiter ad excludendam clandestinitatem, ex dispositione S.C.T. prout tradit Spino *in speculo testament. gloss.* 14. *princ. num.* 24. impropriè tamen etiam clandestinum appellatur matrimonium illud quod sine monitionibus fit, vt per Spino *dicto loco,* maximè *à num.* 18. *vers. sed his non obstantibus, cum seqq.* vbi ponit sex modos † in quibus 78
clandestinitas interuenit.

Quæri potest, † an si matrimonium con- 79
trahatur sub conditione ante euentum conditionis, possint partes à matrimonio recedere.

Respondeo quòd sic, quia pendente conditione non potest dici matrimonium, & sic etiam parte absente altera pars à consensu præstito recedere potest. *cap. fin. de procur. in* 6. Couarr. *de sponsalib. cap.* 3. qualis consensus ad matrimonium sit necessarius. prædicta enim conditio suspensiua est, & sic impedit ortum obligationis præsentis, iuxta tradita per Abbat. *in cap. fin. notab.* 1. *de conditio. apposit.* Marsil. *singul.* 286.

Quæri etiam potest, † an matrimonium 80
contrahi possit per Procuratorem.

Respondeo quòd sic, dummodo habeat speciale mandatum. nam mandatum quantumcunque generale cum libera non sufficit, nisi adsit clausula specialis & indiuidua ad contrahendum matrimonium, ex *cap. fin. de procurat. cap.* 1. *de præsumpt. lib.* 6. faciunt tradita per Zileum *in suo libro diuersorum consilio. matrim. consil.* 61. *num.* 10.

Quæri etiam potest, † an si duo disputent 81
de causa matrimoniali, nempe an sit matrimonium, nec ne, an possint decisionem huius causæ in vim compromissi remittere aliquibus iudicibus compromissariis vt illam debito fine terminent.

Respondeo quòd non, quia in causa matrimoniali, cùm ipsa sit merè spiritualis, non potest interuenire transactio, nec compromissum. *cap. fin. de transact. cap. fin.* & *ibi* scribentes *de restit. spoliat. Clement. constitutionem, de electio. cap. causam matrimonij. de offic. delegat.* & *ibi* DD.

Quæri etiam potest, † an causa matrimo- 82
niali pendente coram iudice Ecclesiastico, ab eo possint alimenta taxari.

Respondeo quòd iudex Ecclesiasticus decernet alimenta esse ei præstanda, pro vt per dictum iudicem Ecclesiasticum fuerint taxata. & sic licèt à prædicta alimentorum prouisione fuerit appellatum, † iudex ipsam exe- 83
qui mandabit, neque ex tali executione poterit prætendi attentatorum reuocatio, iuxta tradita per Lancellor. *de attentat.* 2. *p. cap.* 12. *limit.* 24. *in princ.* Rebuff. *ad constit Gall. tom.* 1. *art.* 3. *gloss.* 1. *num.* 29. & quòd † iudex Eccle- 84
siasti

siasticus pendente lite coram eo possit alimenta taxare, probatur ex *cap. ex parte, de accusatio.* ita Afflict. *decis.* 152. vbi *num.* 6. attestatur quòd pendente appellationis causa à sententia lata in causa matrimoniali, poterit nihilominus pars illa agere ad hoc vt alimenta sibi præstentur, & dictorum alimentorum præstationem petere coram iudice seculari, vt per fundamenta relata per dictum Capycium est videre.

85 In † certis quibusdam nuptiis clandestinis quæ derepentè fuerunt celebratæ in præsenti ciuitate, interueniente parocho fine monitionibus, fuit dubitatum an talis parochus deliquisset, & an puniendus esset, & qua pœna.

Respondi quòd debebat probari quòd ipse clericus conscius esset prædictis nuptiis, vt
86 puniri posset, quia † delictum non præsumitur, nisi probetur, & sic priùs probanda erat scientia in ipso parocho. quanto magis quòd iuris præsumptio ignorantiæ illius pro eo stat, & sic non erat puniendus, aliàs enim talis clericus veniebat puniendus vt suspendatur per triennium, & hæc suspensio non solùm cõsideratur respectu administrationis Sacramentorum, sed etiam quoad beneficium extendi posse attestatur Couarr. *in 4 parte cap.* 6. *num.* 13. quem & aliàs allegat Salcedo *in praxi princ. cap.* 73. *in additio. littera B.* ex Concilio
87 autem Tridentino † arbitraria pœna puniri debet arbitrio Episcopi reseruata, vt *in cap.* 1. *sess.* 24. *de reform. matrim. circa finem, paulo antè*, & quòd vltra pœnam arbitrariam prædictam possit talis clericus consentiens clandestinis nuptiis puniri suspensione per triennium, de qua *in Clement. fin. de clandest. desponsat.* tradunt Veracruz *in appendice ad speculum coniugij dubio* 1. *in fine.* Ledesma *in summa tit. de matrim. cap.* 6. *concl.* 2. *dub.* 16. & alij qui referuntur *in adnotatis ad dictum Concilium, verbo arbitrio ordinarij.*

88 Quæri etiam potest, † an valeat matrimonium coram parocho contractum, cui Episcopus interdixerat ne in matrimonio contrahendo assisteret.

Respondi quòd validum erat matrimonium, quia certum est ex tenore capituli primi *sess.* 24. *de reformat. matrim.* parochum esse personam habilitatam ab ipso Concilio ad interessendum in contractu matrimonij, & sic cùm sit habilis, & propria persona ad præ-
89 dictum effectũ, † non potest inhabilitari per Episcopum, tanquam inferiorem ipsi Concilio, & sic inueni fuisse decisum per congregationem Concilij, quam refert Salcedo *in sua praxi Episcopali canonica. cap.* 73. *mihi p.* 181. vbi ita scribit, referens congregationis decisionem, *Congregatio Concilij respondit valere matrimonium contractum coram parocho, † cui interdictum est ab Episcopo ne interueniat.* & similem aliam decisionem refert, nempe validum esse matrimonium vbi non inuitus parochus, sed volens, prohibitus tamen, interuenit. Similitérque † validum esse matrimo- 90
nium, etiamsi per vim interueniat, præcedente, vel non præcedente prohibitione, quemadmodum attestatur Salcedo referens aliam decisionem congregationis, nempe † sacerdotem debere percipere per visum, vel auditum Sacramentum matrimonij fieri & celebrari, nisi dolosè & affectatè fecerit, quòd non videtit, nec intellexerit, quia si affectatè id fecerit, non valet matrimonium, & ipsam congregationem declarasse valere matrimonium parochi assistentia, etiam quòd forrean & inopinatè accesserit, & non ad prædictum effectum, & sic prædictos casus à congregatione prædicta decisos refert, quos hîc resolutiuè inserui, cùm tarò praxis prædicta reperiatur.

Quæri potest, † an si contractum fuerit matrimonium per mente captum, & postea apponatur exceptio dementiæ, tunc præsumendum sit, vel non, pro matrimonio. 93

Respondeo quòd si tempore quo se despondit, adsint testes qui dicant ipsum locutum fuisse bene, & qualiter loqueretur quilibet alius, tunc præsumendum est pro matrimonio, & credendum quòd eo tempore erat sanæ mentis & compos. faciunt in confirmationem huius dicti tradita per Ioann. Andr. *in cap. fin de successio. ab intestat.* vbi dicit quòd † si furiosus fecerit testamentum, & scripta in dicto testamento sunt quasi hominis sanæ mentis, testamentum valebit tanquam factum ab homine sano, quia actus ille gestus ab eo iudicatur validus, & ab homine prudenti factus. faciunt tradita per Ziletum *in consil.* 5 ex diuersis consiliis matrimonialibus per eum in vnum volumen congestis. 94

Quæritur vlteriùs, † an in causa matrimoniali, si testes ministrati adinuicem in modo dicendi varient, debeant dicti testes reduci ad concordiam. 95

Respondeo quòd non, quia testes in causa matrimoniali debent esse clariores, quàm in causa criminali, in qua luce meridiana clariores esse debent. *l. fin. C. de probatio.* indéque dicendum est, testes in matrimoniali causa non coniungi. gloss. *in cap. veniens lo* 1. *de testib.* Socin. *consil.* 17 *suprà dicta causæ positio vol.* 1. Dec *consil.* 133 *viso processu & consil.* 310. *visis diligenter attestationibus.* vide quæ ad hoc institutum refert Mascard. *de prob. concl.* 1023. *num.* 35. *cum seq.*

Quæritur, † qualis metus requiratur vt 96
matri

matrimonium per metum contractum nullum iudicetur.

Respondeo quòd ex probationibus dependet iudicium, quibus factis multum in iudicis arbitrio versatur, cùm in metu considerari multum debeat animus illius, cui metus infertur, & sic ex iudicis arbitrio decisio dependere dicitur. & metum interuenisse dicetur, etiamsi aequaliter aliquid non infe-
97 ratur. † si tamen adsit causa illius, veluti si armari homines existât, vel furibundi, etiam si metum, vel minas non intulerint, nec admentatio, nec percussio, nec comminatio interuenerit de facto, dummodo terror, vel terroris timor interueniat de proximo. *l. 3. §. qui armati. ff. de vi & vi arma.* & *ibi* DD. & signanter gloss. & communiter scribentes *in l. 1. C. vnde vi.*

98 Sed quid dicendum erit, † si post contractum matrimonium vxor cohabitauerit cum marito, an ex tali cohabitatione censeatur ratificatum matrimonium, quasi voluntaria ratihabitio subsecuta fuerit.

Respondeo quòd si absolutè cohabitent, & nulla externa demonstratio terroris praeteriti obliuio appareat, iudicandum est nul-
99 lum fuisse matrimonium, quia † metus ille, qui à principio interuenit, adhuc durare praesumitur. faciunt notata per DD. *in cap. 1. quod metus causa*, vbi dicunt quòd si vxor fuerit ingressa monasterium mariti metu, quòd durare censetur metus quanto tempore maritus viuit. faciunt tradita etiam per Bart. *in l. 2. C. de eo quod metus causa*, vbi factum metu alicuius tyranni semper censetur in eodem
100 instanti esse. Si verò † muliere traducta ad domum ipsa affectatè maritum tractauerit, & metus praecedentis fuerit oblita, tunc metus causa cessante dici potest matrimonium per subsequentem cohabitationem validari, & metum purgari. faciunt plura tradita in huius resolutionis confirmationem à Thoma Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 4. disput. 18. num. 2. & 3.* vbi non solùm per copulam, sed per diutinam cohabitationem ratificari attestatur.

101 Diuortio † prouiso per Vicarium generalem Episcopi Barcinonen. inter Raphaelem Grannollachs, & Nobilem Clementiã Grannollachs & Carbonell eius vxorem, ex causa saeuitiae dicti Raphaëlis fuit praetensum sibi alimenta taxari & prouideri. fuit quaesitum & dubitatum, an alimenta sibi taxarentur iuxta eius necessitatem, an verò taxarentur, iuxta integros fructus dotis suae quam tempore matrimonij constituerat eius viro.

Respondi quòd cùm in processu esset probata ipsius viri saeuitia, & quòd eius culpa
102 diuortium erat petitum, quòd † integri fructus dotales dictae domnae Clementiae erant adiudicandi, cùm constaret eos sufficere ad eius congruam sustentationem, aliàs enim si constitisset praedictos fructus non sufficere ad dictae Clementiae sustentationem, de prius bonis ipsius Raphaëlis alimenta erant praestanda, iuxta tradita per Ioann. Gutier. *canon. quaest. lib. 1. cap. 24. num. 14.* non enim † mulier quidquam de bonis suis marito de- 103
bet communicare, diuortio mariti culpa interueniente, iuxta tradita per Bart. Dyn. Paul. de Castro, & alios, quos refert & sequitur Socin. *consil. 64. vol. 4.* Ludouic. Roman. *consil. 517. n. 2.* faciunt tradita per Michaël. Ferr. *3. p. obseru. c. 14.* & sic die 12. Ianuarij 1616. per Vicarium generalem Episcopi Barcinonen. in praesentia sua, & cum interuentu suorum Vicariorum generalium & officialium facta prouisio fuit, in & cum qua fuerunt adiudicati omnes fructus dotis, quam dicto marito ipsa Clementia constituerat tempore sui matrimonij, etiam quòd non fuisset adhuc declarata principalis causa ipsius diuortij.

Quaeri etiam potest, † an si causa diuortij 104
fuerit per vxorem intentata, & per maritum fuerit postea accusata ipsa mulier de adulterio, vtraque causa possit simul tractari, an verò in ea supersedendum.

Respondeo quòd † in causa adulterij su- 105
persederi debet quoad vsque ius dicatur in causa diuortij propter saeuitiam & metum ratione periculi imminentis, & ita fuit declaratum die 10. Octobris 1569. per Episcopum Guillermum Cassador. in causa contentionis ortae inter curiam Ecclesiasticam Episcopi Barcinonen. & curiam secularem Regiae audientiae inter Angelam Figueres, vxorem, vt praetendebatur, Amatoris Vicens, qui causam contra ipsam mouerat in curia Regentis Vicariam Barcinonen. & eam euocauerat ad Regiam audientiam, petens quòd dicta Angela tanquam adultera condemnaretur ad dotis amissionem, inter quos coniuges iam ducebatur causa diuortij instari per eius vxorem.

Quaeritur, † an mutus & surdus à natura 106
possit legitimè matrimonium contrahere. & licèt quamplures sint qui existiment tales non posse matrimonium celebrare, ex eo quòd argumentãtur matrimonium esse contractum cùm dependeat à duorum voluntate, & sic debere esse prohibitum, sicuti sunt prohibiti caeteri contractus, iuxta tradita per Antonium Gomez *variar. resolut. lib. 2. cap. 14. num. 29.* Tamen cùm ex dispositione S. C. T. *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* solus † consensus 107
contrahentium requiratur pro substantia, & iste possit declarari per signa, dicendum est posse mutum & surdum à natura matrimonium

108 nium contrahere, & ita † si cæcus esset simul qui mutus & surdus à natura est, cùm desit modus quo possit ipse percipere id quod facit, certè talis non posset contrahere, cùm non adsit motus, per quem percipere ipse possit quid agat, & sic pluribus fundamentis per eum relatis hoc tenet Sanchez *de matrim. lib. 1. disput. 18. à num. 12. vsque ad 14.* faciunt tradita per Matienço *lib. 5. noua recop. tit. 1. gloss. 1. rubr. num. 22.*

109 In † præsenti ciuitate fuerunt reperti duo alienigenæ, nempe Ioannes Brauo, & Catharina Mendez, qui accusati fuerunt de vagabundos & fornicario amplexu capti fuerunt, & cùm non potuissent ostendere coniugatos esse, in eorum defensionem allegabant ipsos publicè & palàm in sua patria habitos fuisse, & reputatos tanquam legitimos sponsos, & hoc probarunt tribus testibus peregrinis, qui deponebant se vidisse eos in loco de Samos regni Castellæ cohabitare veluti coniugatos. dubitatum fuit, an talis probatio publicæ habitationis probaret illos esse coniugatos.

Respondi quòd non, quia ipsi testes assertiuè non deponebant illos esse coniugatos, sed solùm probabant publicam cohabitatio-
110 nem: ex † publica autem cohabitatione non probatur matrimonium de iure Canonico, cuius dispositio in causa matrimoniali est ser-
111 uanda. quinimò nec † ex tali cohabitatione matrimonium præsumi, sed fornicariam cohabitationem, docuit gloss. *in cap. 1. 30. q. 5.* quam sententiam tenet Abb. *in cap. illud, de præsumpt.* & *ibi* Felin. *n. 5.* & multi alij, quos refert Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. num. 69.* qui mouentur quòd in foro animæ tutior via debet eligi, ex *cap. iuuenis, de sponsalibus.*

112 Obiter autem hic etiam quæri potest, † an ex cohabitatione viri & mulieris præsumantur filij nati ex legitimo matrimonio.

Respondeo quòd sic, dummodo reperian-
113 tur sex requisita vt inde † legitimatio filiorum præsumatur, nempe habitatio longa, videlicet decem annorum, iuxta plura tradita per Couarr. *de sponsal. 2. p. cap. 1 num. 5.* Grammat. *cons. 26. in ciuilibus. n. 9.* Puteus *decis. 103. tom. 2.* secundò quòd sint pares in statu. Couarr. vbi suprà *num. 5.* tertiò quòd sit mulier honestæ vitæ & famæ: quartò quòd ipsa ab eius marito honorificè tractetur, ex Couarr. *ibidem num. 5.* quintò quòd habitatio sit in vna eadémque domo; & quòd ipsi publicè se tractent tanquam vir & vxor. faciunt plura tradita per Menoch. *de præsumpt. lib. 3 præs. 1. num. 69. cum seq.*

114 Euenit † quòd quædam fuit desponsata per Procuratorem, & antequam matrimonium consummaret, volebat à matrimonio recedere, & cum alio nubere. dubitatum fuit, an talis prætensio locum habere posset. Non defuerunt qui existimarent propter nexum ipsius matrimonij non posse. Ego verò respondi † quòd probata veritate, nempe in- 115
ter ipsos coniuges non subsecutam fuisse consummationem matrimonij, eo quòd extra locum cohabitarant, & non erant in vnum congregati, poterat Romanus Pontifex dispensare, ex traditis per Ioannem Baptist. Ziletum *in cons. 1.* ex per eum congestis diuersorum consiliorum matrimonialium *numero 8.* ex text. *in in cap. ex publico. §. sanè de conuers. coniug.* intelligendo † iura lo- 116
quentia de indissolubilitate matrimonij, de matrimonio cōsummato per copulam. quod non esse absolutè faciendum, docent Hostiensis, & alij, quos refert Ziletus *ibidem*; sed vrgentissima causa existente, & sic † licèt in 117
puncto iuris quoad Papæ potestatem prædicta resolutio sit vera, tamen cautiùs aget, si id non permiserit. Idem pluribus fundamentis resoluit Thomas Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 2. disput. 14 num. 2.* eo maximè, quia † vo- 118
tum solemne vrgentius est, quàm matrimonium ratum, vt ex doctrina per eum relata probarum hoc dictum remanet, & tamen Pōtifex ex iusta causa in eo dispensat. tum quia matrimonium ratum non habet totalem indissolubilitatem, vt ex pluribus fundamentis traditis per eundem Sanchez *dicto tomo disput. 14. num. 7.* latè probat, quia indissolubilitas matrimonij ex consummatione illius perficitur.

Quæri etiam potest, † an valeant sponsa- 119
lia sic contracta quòd existentibus impuberibus sub potestate parentum, adnuicem parentes loquentes, & dicentes: Ego promitto te nupturum cum N. & è contra per alium patrem respectiuè idem dicatur, & postea parentes adnuicem dicant: Placet ne vobis impuberibus quòd postea matrimonium adimpleatur? respondentibus illis quòd sic, an adueniente legitima ætate possint tales filij compelli matrimonium adimplere.

Respondeo † vt sponsalia talem actum va- 120
lere, quia reperitur consensus ad validandum actum de futuro relatum ad tempus legitimum, ex *cap. fin. de desponsat. impub. cap. vnic. §. idem quoque, eodem tit in 6.* vbi ampliùs decciditur quòd ex talibus sponsalibus oritur impedimentum publicæ honestatis, docet gloss. *in cap. fin. de desponsat. impub. verbo, subarrhata,* & *ibi* communiter scribentes infinitos hanc tenentes sententiam refert Thomas Sanchez *de matrim. lib. 1. de sponsalibus disp. 21. num. 2.* & † in hoc casu nil de nouo statuisse 121
neque alterasse S. C. T. *sess. 24. de reform. matrim.* per totam asserit, & plures in hanc sen-

tentiam

tentiam inclinatos & tenentes refert *ibidem num.* 5. & sic poterunt adueniente pubertate & legitima ætate iuxta dispositionem Concilij compelli ad matrimonium contrahendum, nisi iusta subsit causa, vt matrimonium non impleatur.

122 Inter † quosdam huius ciuitatis habitatores euenit (quorum nomina taceo) quòd alter ex his non spontaneè contrahebat, sed reuerentia paterna affectata, & celata, cuius occasione liberè non loquebatur, & sic interrogante parocho fuit matrimonium contractum per Procuratorem mariti,& cùm interrogaret parochus de voluntate eius, ipsa ita tacitè loquebatur vt vix esset quòd audiretur; ipsius verò pater & consanguinei, & qui desponsationibus assistebant, vnanimes in forma tumultus responderant quòd sic: marito autem absente,& adhuc non perueniro, pater decessit; ipsa verò sponsa statim atque pater ipsius decessit, dixit se non esse vxorem illius, quia in matrimonio contrahendo suum liberum & spontaneum consensum non præstiterat. causa inter eos cœpta fuit, & testes ministrati pro vtraque parte, qui concordabant se non audiuisse ipsam

123 consentire,sed † quòd tumultuoso consensu omnium interessentium voluntas contrahentium manifestata erat. dubitationis extitit, an hoc casu esset matrimonium.

Respondi quoad iudicialem decisionem non esse matrimonium, quia erat qualis qua-

124 lis probatio † de reuerentiali paterno metu, neque constabat de legitima voluntate contrahentium. quo casu, si filius reuerentiali metu taceat,potiùs iudicatur pro non matrimonio. sic alios allegans tenet Felin. *in cap. nónne, de præsumpt. num.*8. *&* 22. Brunell. *de sponsalib. con.*11. *num.* 22. & alios allegat Sanchez *de matrim. lib.*1. *de sponsalibus disputat.*23. *num* 4.

125 Quæro,† si inter impuberes fuerunt sponsalia iuramento facto celebrata de adimplendo matrimonio pubertate adueniente, & legitima ætate ad matrimonium adimplendum, cùm ad inuicem remaneant obligati, vt suprà dictum est; nunc si alter ex his pubertate iam & legitima ætate adimpleta, iuxta

126 dispositionem S. C.T. alteri nubat, † an tale matrimonium teneat.

Respondeo quòd sic, iuxta tradita per Ioann. Gutiet. *canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 18 *num.* 9. quod ante eum tenuit Couarr. *de sponsal.* 1. *p. cap.* 5. §. *vlt. circa finem num.* 7. quia licèt talis promissio iurata obligaret partes respectiuè ad nubendum cum effectu, non tamen est sufficiens ad dirimendum matrimonium iam factum.

127 Quæro † cùm matrimonium sit facti, & sic probari debeat vbicumque de eo agitur, quomodo probetur illud.

Respondeo, quoad probationes & modos illud probandi est recurrendum ad Mascard. *de probat. conclus.* 1203. vbi latè de forma probandi illud, quot testibus probetur, & quo pacto deponere debeant, cum sequentibus conclusionibus, vbi etiam de dissolutione. de causis † verò & modis, quibus matrimo- 128 nium præsumitur, videndus est Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 1. 2. *&* 3.

In constitutione secunda huius tituli leguntur hæc verba, *se per metra*, quæ † ex- 129 primunt consensum mulieris circa eius raptum, circa quæ est aduertendum quòd consensus iste maximè attenditur & consideratur, quia verbum prædictum *se consentira*, fuit valde ponderatum in Regio Consilio in causa Alducinæ Grau filiæ Monserratis Grau ciuis honorati Barcinonæ, quæ nupsit contra voluntatem dicti eius patris, & consensit se rapi per Bartholomæum Arenes agricolam, & sic propter eius consensum præstitum in raptu ipsius fuit exclusa à successione materna, ad relationem Hieronymi Astor die 1. Octobris 1603. scriba causæ Hieron. Bosc, de qua meminit Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *clausf.* 4 *gloss.* 2. *num.* 22.

Quæritur, † an si quis loquatur absolutè 130 de nuptiis, de quibus sit intelligendum in eo qui ter nupsit.

Respondeo quòd si in conceptione verborum adsit expressa mentio de quibus, de illis intelligi debet,vel si adsint verba,ex quibus relatio coniecturatè aliquas denotent: vbi autem nec verba id denotent,neque coniecturæ aliquæ sint,quæ id demonstrent, euidenter dicendum est contrahentes intellexisse de primis nuptiis, ex vulgata *l. boues.* §. *hoc sermone*, cum similibus, *ff. de verbo. signif.* Hieron. Gabriel *cons.* 13. *num.* 2. *lib.* 2. & ante per eum relatos præsensit Bart. *in l. cùm vir. ff. de condit. & demonstr.*

Quædam puella † emiserat votum casti- 131 tatis de non nubendo vsque ad vigesimum annum. euenit quòd eius pater tractaret eam nubere, & tractatu consummato & perfecto, cùm ipsius voluntas ad totalem perfectionem conuentionis de matrimonio contrahendo desideraretur, ipsa patri suo exposuit se votum fecisse de non nubendo intra vigesimum ætatis annum. quæsitum fuit; quid fiendum.

Respondi quòd attento quòd Episcopi possunt dispensare in voto castitatis, quod non est in perpetuum, iuxta receptorum authorum hanc sequentium sententiam, quos refert Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disput.* 9. *num* 4. quòd ipsa puella poterat & debebat accede-

re

te ad suum Episcopum, & ab eo dispensationem impetrare ad nubendum intra prædictum suæ ætatis tempus. & sic existimo fuisse obseruatum, quia relatum mihi fuit postea matrimonium fuisse factum, & consummatum. non curaui de modo, quo factum fuit, quia parum mihi erat.

Iuxta dictam constitutionem tertiam, quatenus pœnas apponit contra eos, qui clandestinè matrimonia contrahunt, & puellas se-
132 ducunt, quæri potest, † an dictæ pœnæ locum habeant indistinctè in vtroque casu, videlicet seductionis, vel clandestinitatis, an verò vtrumque factum requiratur.

133 Respondeo quòd cùm † dictio illa *&*, ponatur inter diuersa, iuxta notata per DD. *in rubr ff. & C. de iuris & facti ignorantia.* & ipsa diuersa coniungat, dicendum est vtrumque factum requiri, nempe quòd clandestinè fiat, & cum seductione ipsius mulieris, ac si clandestinè matrimonium contrahatur. Si verò ipsa puella non decipitur, veluti cùm puella plebeia nubat equiti, vel diuiti, vel ipsa digniori, & illi dotem constituat, cessat rigor constitutionis, iuxta tradita per Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. cap. 1. de sponsal. cap. 1. de adult.* faciunt quæ notat Alex. *consil. 97.*

134 Quæritur vlteriùs, † an consensus in matrimonio debeat esse simultaneus, an verò sufficiat quòd postea alter accedat.

Respondeo quòd debet simul interuenire, secundùm dispositionem iuris ciuilis, quia est contractus, qui consensu perficitur, secundùm omnes scribentes, & iuxta ea, quæ notant DD. *in rubric. C de rescindend vendit.* Ias. *in l. vniuersa. C. de prec. Imper. offeren.* Felin. *in cap. cùm dilecta, de rescript.* Bald. *decis. 123.* vo-
135 luntas † etiam requirit expressum consensum simul, cùm copulatiuè sint ordinata, iuxta notata *in l. si hæredi plures. ff. de condit. instit.* & iuxta notata per Bart. *in l. 1. ff. de iustit. & iure.* Imol. *in Clement plerique, de electio.* Secundùm verò dispositionem iuris Canonici sufficit quòd consensus interueniat ex interuallo alterius consensus, dummodo tamen consensus præcedens adhibitus non fuerit reuoca-
136 tus, quia experimur quòd † matrimonium contrahitur inter absentes, vt latè Sanchez *de matrim. lib. 2. disput. 11. & 12.* & quòd sufficiat ex interuallo consensus coniungi, dummodo non interueniat reuocatio alterius præcedentis expressè. infinitos auctores hanc tenentes sententiam refert Sanchez *dicto lib. 2. quæst. 32. n. 3. vers. secundò quia hoc etiam reperitur.*

137 Sed quæritur, † si interea dum secundus consensus iungitur primo, in illo interuallo, primus qui consensum præstiterat, alleget se reuocasse consensum priùs à se datum, quia non fuerat acceptatus, quid fiendum.

Respondet Anton. *in cap. si inter, num. 4. de sponsal.* quòd statur assertioni huius, & credendum est ei se consensum reuocasse, & hoc tenendum esse attestatur Sanchez *dicta disp. 32. num. 4.*

Circa illa verba constitutionis, *e si halgu de qual se vol grau condítio*, &c. quibus pœna imponitur contra raptores virginum, † an 138
extendatur ad mandatarios, & alios fauorem præstantes.

Respondeo quòd non, si perpendantur verba & mens constitutionis. Nam dicta constitutio expressè loquitur in raptore, & in testibus, qui matrimonio illo clandestino assistunt ex quibus verbis videtur solùm illos comprehendi, & sic † inclusio horum est cæ- 139
terorum exclusio, iuxta notata per Bart. *in l. adhac verba ff. de adult.* & per Castrens. *in l. si seruum. §. prætor. ff. de adquir. hæred.* maximè, quia † in pœnalibus non fit extensio de casu 140
ad casum, neque de persona ad personam, ex iuribus vulgatis. faciunt tradita per Farin. *var. quæstionum. quæst. 107. art. 2. num. 89.*

Quæri etiam potest, † an dispositio huius 141
constitutionis, quæ priuat nubentes clandestinè à successione parentum, intelligatur tam de ea, quæ fit ex dispositione hominis, quàm ea, quæ fit ex dispositione iuris, nempe ex causa intestati. & licèt aliqui existimarint non comprehendi sub dispositione huius constitutionis successionem ab intestato, ex traditis per Hippol. de Marsil. *in l. fin n. 11. de iurisd. omn. iudic.* tamen verius existimo † compre- 142
hendi etiam successionem ab intestato, quia dispositio constitutionis legalis est, cùm in Catalonia ius nostrum sit commune, & cùm constitutio loquatur generaliter in hæreditate parentum, indistinctè est intelligenda, quia † vbi lex non distinguit, nec nos distin- 143
guere debemus. *l. de pretio. ff. de public. in rem actio.* tum quia hæreditas † generale nomen 144
est, comprehendens hæreditatem omnem, tam ex testamento prouenientem, quàm ab intestato. iuxta text. *in l hæreditatis. ff. de verbo. signif.* tum quia cùm hæreditatis priuatio, de qua hîc, fiat contemplatione iniuriæ, qua parentes afficiuntur ex talis filiæ progressu, certum est constitutionis mentem esse, vt tali casu nil de hæreditate parentum capiant.

Circa verba illa, *amagats*, quæ Latinè *in abscondito* important, quæri potest hîc, † an 145
si matrimonium contrahatur coram duobus testibus, dicatur tale matrimonium occultè factum.

Respondeo, ex traditis per Batt. *in l. iure gentium. ff. de ritu nuptiarum*, vbi expressè disponitur

ponitur

146 ponitur quòd † si actus à lege prohibitus palàm fiet, excusantur à pœna contrahentes, in quo text. quærit Bart. qualiter dicatur clam, seu occultè aliquid fieri, & respondet quòd quãdo id quod fieri debet cum solemnitate, fit occultè, & omittitur solemnitas, tunc occultè dicitur fieri. Vnde licèt numerus legitimus interueniat duorũ testiũ, qui sufficiunt in quolibet actu, tam de iure Canonico, quã
147 municipali Cataloniæ; tamen cùm † ius disponat monitiones fiendas esse, aut in eis dispensationem interuenire, licèt matrimoniũ coram duobus testibus celebretur occultè, dicetur contractum, iuxta doctrinam glossæ *in c. cùm inter, verbo publicè, qui filij sint legitimi.*

148 Matrimoniũ fuit contractum † inter duos ciues Barcinon. & consummato matrimonio aliquibus mensibus recordari fuerunt quòd in Sacramẽto confirmationis maritus vxoris sui patrinus extiterat. dubitatio extitit, an obtenta dispensatione deberent ipsi de nouo matrimonium in forma Ecclesiæ celebrare, quidve faciendum esset.

Respondi quòd non erat necesse quòd de nouo contrahentes iterum contraherent, sed peruenta dispensatione sufficiebat quòd mutuus inter coniugatos interueniret cõsensus de se habendo adinuicem in spõsos, & quòd ex hac ratihabitione matrimonium legitimè contractum & sustinendum esset, & hanc sententiam esse sequendã asserit Thom. Sanchez *de matr. lib. 2. disp. 37. n. 3.* & sic factũ fuit.

149 Sed quæri potest, † an si raptus interuenerit alicuius mulieris puellæ, si non sequatur stuprum, euitet pœnam, de qua in hac constit. 3.

Respondeo quòd si puella fuerit rapta, ipsa consentiente, & solùm ad effectum nubendi cũ ea, tunc si violentia ipsius virginitati facta non fuerit, nec polluta, sed raptus solũ factus fuerit ad effectum nubendi, & de hoc legitimis probationibus constiterit, tunc proculdubio existimo non incidere in pœnam prædictam, iuxta ea, quæ ex Couarr. & aliis congessit Menoch. *de arbitr. casu 291. n. 37. & casu 360. n. 32.* vbi raptus mitiori pœna iudicis arbitrio puniendus est. & alij relati per dictum Menoch. hanc sequuntur sententiam.

150 Quæritur etiam vlteriùs, † an si raptus non fuerit secutus, attentatus tamen, hoc casu pœna huius constitutionis teneatur.

Respondeo quòd puniẽdus est, ex eo quòd
151 crimen hoc raptus est † speciale & priuilegiatũ, ex *l. vnic.* & quę notant DD. *C. de rapt. virg.* maximè *in §. 1. d. legis,* in illis verbis, *si inuenti fuerint in ipsa rapina.* pœna autem hęc arbitrio iudicis erit applicanda, iuxta tradita per Menoch. *de arb. lib. 2. cent. 4. casu 360. n. 33.* nisi raptus esset monialis, quia tunc etiam conatus pœna ordinaria statuti, seu iuris commu-nis erit imponenda, ex *l. si quis non dicam rapere, sed attentare.* & ex pluribus traditis per Menoch. vbi suprà, *num. 54.*

Sed † si quis rapuerit nondum viri potentem, & secum attulerit, cum eáque propter eius teneram ætatem non coierit, an debeat puniri pœna raptus ordinaria. 152

Respondeo quòd sic, cùm cõstitutio æquiparet casum raptus cũ casu stupri, quod suadetur ex traditis per Guid. Pap. *decis. 155. n. 3.* confirmans hanc suã resolutionem ex *l. vnic. C. de rapt. virg.* faciunt tradita per Ferrer. *in d. decis.* vbi pluribus fundamentis confirmat raptum mulieris capitali pœna plecti, non aliud considerando quàm raptum.

Quæsitum fuit, † an si duo matrimonium per verba de præsenti contraxerint, & illud non consũmauerint, possit alter ex eis dispẽsationem obtinere de non adimplendo illud. 153

Respondeo quòd circa hoc dubiũ in contrariũ fuerunt sententię, quas refert Matienço *lib. 5. nou. recop. de matr. gl. 1. rub. à n. 72. cum seqq.* asserẽs *n. 77.* quòd Summus Pontifex nõ potest dispensare in matrimonio rapto, propter fundamenta per eum relata, referens plures DD. hanc tenentes sententiã tanquã veriorẽ.

Quæri etiã potest de casu peruerso (quem Deus auertat.) Pone ergo † quòd aliquis 154 maritus attentauit mulierem suam crimine nefando, an ex sola attentatione possit diuortium petere ipsa mulier.

Respondeo quòd sic, ex prauitate cordis illius, ex text. *in cap. omnes causationes, 32. q. 7.* Abb. & cæteri *in c. maritis, de adult.* Syluest. *verb. diuortium, q. 7.* faciunt tradita per Couar. *de spons. 2. p. c. 7. §. 5. n. 6.* & hanc sequitur Matienço vbi suprà, *n. 81.*

Quæro, † an si quis iurauerit se nõ nuptu- 155 rũ cum Berta, stante dicto iuramento possit nubere, & si nupserit, valeat tale iuramentũ.

Respondeo quòd stante iuramento nubere non potest, quia iuramenti obseruãtia impedit matrimonij consensum, propter illius obseruantiam: contracto tamen matrimonio, illud valet & tenet *c. de illis. de sponsa. sicut, eod. tit.* gloss. *in c. mulieri, de iureiur. & in c. vlt. de procur. in 6.* Couat. *de spons. 2. p. cap. 6. n. 3.*

Quæri etiam potest, † an excommunica- 156 tus possit contrahere matrimonium. & videbatur dicendum quòd non, cùm sit exclusus à communione fidelium. Cæterùm

Respondetur quòd excõmunicatus licitè contrahere potest matrimonium, ex traditis per Couar. *de spons. 2. p. c. 6. n. 3.* vbi expresse attestatur excommunicatũ rectè nubere posse, ex *c. significasti, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult.* Francus *in cap. decreuit, de haeret. in 6.* Fel. *in rubr. de spons. col. 5.* quod confirmant ex *cap. cùm illorum, de sentent. excom.* vbi profes

professio facta ab excommunicato valida est. quem textum singularem dicunt.

Quæri etiam potest de casu nimis frequenti, (qui vtinam nunquam esset.) euenit
157 aliquando † quòd aliquis cognouit aliquam vxorem alicuius, adinuicémque sibi promiserunt quòd defuncto altero ex coniugibus ipsi nuberent. quæritur, an inter eos matrimonium licitè & liberè contrahi possit.

Respondeo huic dubio, referens ferè omnes casus, qui euenire poterũt, & dico primò
158 † quòd si inter hos nuptos tempore promissionis facta fuerit promissio de nubendo, si alter ex coniugibus viuis decesserit, intérque promissores copula non interuenit, tunc liberè poterunt mortuo altero ex illis nubere, quia videlicet ex illa sola promissione non oritur impedimentum, vt *in c.si quis, de eo qui duxit in matr. quam polluit per adult.* Si autem
159 † vir, vel vxor quilibet ex illis machinatus fuerit mortem alterius vt cum alio nubat, nõ poterit cum alia nubere, si tempore quo occiderit, habuerit animũ nubendi cum ea, quia ad hoc vt impedimentũ sit, requiritur quòd
160 † interueniat vera mors affectata, & animus ducendi aliam, vt *in c.si quis veniente, 31.q.1.* quod similiter locum habet, si non occiderit propria manu, iusserit tamen eam occidere, quia perinde est, ac si eam propria manu oc-
161 cidisset, & † si duxerit ditimetur, vt pluribus fundamentis refert Matienço *lib.5. nou.recop. gl.1.rubr.à n.170.cum plurib.seqq.* & quòd sufficiat vt matrimoniũ contrahi non possit machinata morte, etiã si adulteriũ non interue-
162 niat, tenet Matienço vbi sup. *n.179.* Si † tamẽ alter ex coniugibus alterum occiderit animo nubẽdi, non verò cum certa & affectata persona, tunc potest nubere liberè, vt *ibi, n.180.* prohibetur enim talis coniunx nubere cum ea, quæ in mente habuit tempore quo mortem fuit machinatus, & sic si plures in mente habebat, & intendebat cum altera ex his pluribus in mente retentis nubere, eum nulla ex illis nubere poterit.
163 Poterit † etiam alter ex cõiugibus nubere cum ea, quam cognouit dum esset maritatus, dummodo nulla promissio inter eos præcesserit, ex *c.significasti, de eo qui duxit in matr.quã poll.per adul.* Matienço *n.181.* Si aurẽ promissio fuerit facta, etiam non iurata, etiamsi mors non interuenerit affectata, per alterum non poterit matrimoniũ contrahi ex sola promissione, & adulterio. quod intelligendum est, quando vterq; ex copulantibus sciebat ipsos esse coniugatos; secus verò si ignorabãt, quia
164 † ignorantia eos excusat, nisi postquã scierit esse coniugatos, adinuicem se cognouerint, quia ex tali coitu impeditur matrimonium.
165 Quemadmodum † impeditur matrimoniũ inter eos, qui tempore coitus sunt coniugati, & adinuicem promittũt se nubere, licèt tempore promissionis non habeant plenam voluntatem nubendi interiùs, sed solùm exteriùs id dicant. nam sufficit hęc exterioritas, quia Ecclesia de occultis non iudicat, & latè fundamẽtis plurib. refert Marienço, vbi supr. *n.186.* ad quem recurrendũ erit, qui longiori calamo tractatum hoc dubiũ videre velit de matrimonio contrahẽdo, inter eos qui tempore coitus maritati erant, vel alter eorũ sub spe & cogitatu matrimonij contrahendi.

Quæri etiam potest, † si quæ mulier fuerit prius protestata se nolle nubere cum Petro, nisi expressè de hac protestatione mentionem fecerit, desistendo à dicta protestatione, si postea matrimonium de facto contrahat, non faciens mentionem de matrimonio, an tunc matrimonium valeat. 166

Respondeo quòd † non valet matrimoniũ sic contractum, propter præcedentem protestationem, à qua non fuit recessum, nisi expressè mentionem fecerit ab eo desistendi, iuxta tradita per Fel. *in c.cùm M. Ferrar.n.38. ver.ecias tamẽ, de const* qui allegat Abb *in c.tua nos, de sponsal.* Ant de Butr. *in c.veniens, eod tit.* Abb. *in c.per tuas, in fi.de cond appos* quando videlicet alter ex contrahentibus matrimoniũ, sciuit talem protestationem præcessisse, quia debebat aduertere hanc factam fuisse, iuxta tradita per præcit. DD. Secus verò esset † si protestatio illa fuerit facta clandestinè, & in occulto. quia licèt ea præcedat, si tamẽ fuerit occulta, nil releuat quin matrimoniũ teneat; secus verò, † si palàm facta fuisset, iuxta tradita per DD. *in l.qui in aliena, § fi.ff.de adq.hæred.* Abb.& Ant.de Butr. *in c.tua nos, de spons.* Socin. *cons.27.ad fi.lib.3.& cons.261.col.4.lib.2.* quos allegat Crauett. *cons.120 n.3.* cùm enim † protestatio illa clandestina resultet in tertij præiudiciũ, nil operari potest. Bald. *in l.clarè, C.de fideicom.* Alex. *cons.16 col.fi.lib.3.* Ex quibus clarè constat, quòd si mulier priùs fuerit protestata secretè, se nolle nubere cum Petro, nisi à dicta secreta protestatione discesserit, si postea liberè contrahat publicè, valebit matrimonium; si verò † per vim, aut merũ contraxerit, nõ valebit: si autem de illa protestatione præcedenti maritus notitiam habuerit, nec curauit quòd ab ea desisteret, aut dicta protestatio publica fuerit, tunc non valebit matrimonium, si ab ea non desistat, iuxta præcitatos authores. 167 168 169 170 171

Sed quæri potest, † si causa matrimonialis dubia sit, cuius fauore iudicandum sit, an fauore matrimonij quod celebratum dicatur, vel non celebratum. 172

Respondeo quòd æqualibus præsumptionibus existentibus potiùs est præsumendum marri

matrimonium contractũ fuiſſe, quia ſemper
in dubio pro eo iudicatur, vt *in c. videtur, qui
matr. accuſ. poſſ.* refert plura Felin. *in c. 1. in princ.
vt lit. non conteſt.* notant communiter ſcriben-
tes *in c. vlt. de re ind. c. ex litteris, iuncta gloſſ. de
probat. & in c. ſi quis acceperit, 33. q. 1. & in c. licèt
ex quadam, infrà de teſtib.* Abb. *in c. tua nobis, de
deſponſ. impub.* Niſi interueniret inter contra-
173 hentes † inæqualitas, quia ex inæqualitate
magna perſonarum potiùs præſumitur non
interueniſſe matrimoniũ, iuxta ea quæ notat
Curt. *in l. cùm quadam puella, n. 22. ff. de iur.
omn. iudic.* quem allegat & ſequitur Cephal.
conſ. 52. num. 63. lib. 1.

Circa verba dictę conſtit. 3. quatenus vult
aſſenſum interuenire propinquiorũ cogna-
174 torũ, quæri poteſt, † an ſi puella habens ma-
trem & tutores & curatores, nubat de con-
ſenſu matris, inſciis tamen, vel reluctantibus
curatorib. euitet pœnas huius conſtitutionis.

Reſpondeo ex traditis per Proſp. Paſetlũ
conſ. 72. n. 8. & per Cencdo *collect. 58. par. 2.* ex
notatis manuſcriptis per Regentem Cordel-
les, qui notauerat quòd die 2. Aprilis 1552.
ſcriba cauſæ erat Bonet, ad relationem Mi-
chaëlis Terça in cauſa Iacobi Terrubij Blan-
querij ciuis Barcinon. fuit ſentẽtiatum quòd
puella quæ de conſenſu matris nubebat, in-
ſciis tamen & reluctantibus curatoribus, non
incidet in pœnas huius conſtitutionis.

Et in alio caſu reperi etiam notatũ, quòd
175 † lata fuerat ſentẽtia in cauſa Narciſi Barril,
contra Narciſam Oliuam die 9. Maij 1555.
ſcriba cauſæ Viladamor, & pro eo Bartholo-
mæus Boſca, in & cum qua fuit declaratum,
attento quòd dicta Narciſa Oliua nupſerat
de conſenſu ſuæ nouercæ, penes quam edu-
cabatur, & de conſenſu cuiuſdam fratris pa-
truelis, & aliorum propinquorum palàm &
publicè cum pactis conſuetis & viro digno,
licèt non acceſſiſſet conſenſus eius patrui &
propinquioris, attenta ætate illius decem &
ſex annorum, non incidiſſe in pœnas huius
conſtit. & ſic non eſſe priuatam hæreditate
paterna, ſed ad illam fore admittendam.

176 Metum † interuenientem in fœmina ſuf-
ficere vt matrimonium cum eo celebratum
nullum declaretur. quæri hîc poteſt, qualis
metus ſufficiat, & requiratur.

Reſpondeo quòd quilibet metus qui in
fœminam conſtantem cadat. ſufficit enim
quòd ex tali metu quælibet conſtans fœmi-
na timeret valde, quia metus magnitudo nõ
debet metiri in ſe, ſed ſecundùm perſonam
cui metus infertur, & ſic minor metus reſpe-
ctu mulieris requiritur quàm reſpectu viri,
cùm vir ſit maioris animi. plures hanc ſen-
tentiam tenentes refert Sanchez *de matrim.
lib. 4. de conſenſu coacto. diſp. 3. n. 3.*

Quæri etiam poteſt, † an ſi Catalanus 177
proficiſcatur Franciam, & ibi matrimonium
contrahat, valeat ſi monitiones non fuerint
factæ in loco ſui domicilij.

Reſpondeo quòd valebit, quia ille cùm ibi
contrahat, non tenetur ſeruare leges ſui do-
micilij: quod probatur ex *c. 2. verb. ſtatuto Epi-
ſcopi, de conſt. in 6.* vbi habetur quòd † ſubditus 178
qui extra territorium furatur, non ligatur ex-
communicatione lata per ſuum Epiſcopum
contra raptores. faciunt tradita per Abbat. *in
c. à nobis, lo 1. de ſent. excom. n. 11.* vbi Fel. dicit
eſſe communem. Nauarr. *in ſum. c. 13. n. 15. &
c. 23.* & ſic cum in regno Franciæ non obſer-
uetur diſpoſitio S.C.T. & per conſequens ibi
non fiant monitiones, valebit ibi matrimo-
nium ſine eis celebratum.

Circa verba illa *ipſo facto*, quatenus impo-
nit conſtitutio ipſo facto cõtra illos, qui præ-
dictæ conſtitutioni contrafaciunt, quæri po-
teſt, † an requiratur ſententia declaratoria 179
aduersùs contrafacientes.

Reſpondeo quòd ſic, iuxta tradita per Co-
uar. *in c. alma mater, de ſent. excom. 1. p. § 2. n. 9.*
faciunt tradita per Gutier. *can. quæſt. lib. 1. c. 1.
à num. 4. cum ſeq.* & ſic quoad vſque ſententia
fuerit lata, manebit in poſſeſſione ille qui cõ-
trafecit diſpoſitioni dictæ conſtit. 3.

Circa verba illa, *exili natural*, quæri poteſt,
an † talis pœna ſit obſeruanda, cùm ſit vltra 180
pœnas appoſitas à iure Canonico, cui maxi-
mè in cauſa matrimoniali eſt ſtandum.

Reſpondeo quòd ſic, quia iudex ſecularis
licèt non poſſit aliquid detrahere à pœnis
impoſitis à iure Canonico, poteſt tamen illis
addere, quia certum eſt quòd † quanto ma- 181
ior pœna adeſt, timidior quis redditur ad cõ-
trafaciendum, iuxta tradita per Menoch. *de
arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 398. n. 44.* faciunt quæ
notat Panorm. *in cap. cùm dilectus, de conſuet.* &
Gutier. *pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 3. per tot.* vbi aſ-
ſeritur † poſſe patrem filium ſuum exhære- 182
dare, eo quòd matrimonium clandeſtinum
contraxerit. quæ pœna æquiparatur priua-
tioni, quæ ex diſpoſitione huius conſtitutio-
nis obſeruanda venit.

Circa verba dictæ conſtitutionis *dels pus
acoſtats*, quibus iniungitur, vt matrimonium
à puella fiat cum conſenſu eorum qui proxi-
miori gradu coniuncti ſunt, quæri poteſt,
† quid ſi iſti nolint conſentire, aut latitent 183
occultãdo ſe, ne conſenſum præbere debeãt.

Reſpondeo quòd † ſi ipſi nolint conſenti- 184
re abſolutè, vel latitent ne conſenſum teneã-
tur præſtare, tunc habetur ac ſi conſenſiſſent,
vt probant ex *l. ſi cùm dotem, § eo autem tempo-
re, in verſ. ſi latitat.* & *ibi* Bald. & Iaſ. *ff. ſol. matr.*
vbi filia latitans ne conſentiat habetur pro
conſentiente, & confirmant argum. *l. ſi lega-*

tario, *§.fin.ff. de fideicom. liber.* faciunt tradita per Abb. *à n.6 5.lib.2.* vbi circa hoc consuluit.

185 Si verò causam allegat, tunc † examinanda est causa, & si vera est, fiet secundùm eam: sin autem non subsistat, ad vlteriora poterit fœmina agere, secundùm Bart. *in d.l.si cùm dotẽ, in ver. quid enim, vers. si is*, vel, quod tutius est, adhibebit alios cõsanguineos eiusdẽ gradus, si reperiantur: sin verò non sint eiusdem gradus, vlterioris gradus assumentur. Ex quibus

186 dicendum est, quòd † si cognati prædicti sint minores, tunc loco eorũ alij cognati eiusdem gradus adhibendi erunt, vel proximioris gradus, iuxta tradita per supracitatos authores.

187 Quæri etiam potest, † an exilij pœna, de qua in hac constitutione, possit à domino Rege remitti.

Respondeo quòd sic. nam licèt adsit pars quæ instat, nihilominus ius partis non consideratur, nisi quousque peruenitur ad sententiam inclusiuè. Lata autem sententia totum ius consideratur respectu fisci, non verò partis, & sic euenit quòd de tempore Marchionis de Almacan, cùm esset Locumtenens generalis N. Corterget, qui rapuerat N. Coronat domicellam filiam N. Coronat Burgensis dictæ villæ. fuit condemnatus ad suspendendum, & lata sententia, & existente iam vestitu ipso Coronat ad ducendum ad fur-

188 cam, nõ obstante quòd † dictus Coronat, qui instabat executionem dictę suspensionis, fuit remissus dictus Corretger per dictũ Locumtenentem generalis ad instantiam cuiusdam Cardinalis, qui in transitu ad Romanam Curiam erat hospes dicti Locumtenentis generalis, & hanc sententiam sequitur Mieres ad d.constit.3.*n.*79. vbi hanc aliis fundamentis confirmat resolutionem, posse scilicet dominum Regem prædictam remittere pœnam. vide infrà *n.*314.

189 Erat † quidam ciuis Barcinonæ, qui domũ propriam habitabat in ciuitate, & aliunde habebat turrim in parochia de Badalona. euenit quòd maritatus fuit, tempore autem matrimonij parochus de Badalona prætendebat ad ipsum spectare facere monitiones, quia ferè plus maioris partis anni ibi dictus ciuis habitabat; econtra verò ciuis prætendebat ad parochum de sancto Iusto præsentis ciuitatis pertinere. fuit à me quæsitum.

190 Respondi quòd † licèt certum sit quòd quis potest habere duos parochos, si in duabus parochiis inhabitat, vt ex *cap.2.de sepult. lib 6.* tradit Sanchez *de matr.lib.3.disp.23.n.*10. tamen quia constabat maiorem partem anni prædictum ciuem habitare in turri de Badalona, ad Rectorem dictæ Ecclesiæ pertinere, & spectare ad Rectorem de Badalona, quia

191 duobus † parochis interuenientibus ille præualere debet, cui maiori anni parte subest, iuxta sententiam plurimorũ authorum, quos recenset Sanchez *q.24.n.4* qui *n.3.* attestatur quòd † tempus non accipitur mathematicè, 192 nec in puncto mathematico, sed boni viri arbitrio tempus est computandum, quando probatum non est quanti temporis in vno loco habitauerit, quanti verò in alio.

Sed quæri potest hîc, cui † applicanda sit 193 pœna de qua in hac constitutione. & licèt aliqui sint qui asserant quòd eo quòd pœna debeat fisco applicari, ex regula ordinaria quòd omnis pœna fisco applicari debet; tamen cùm hîc non consideretur hæc pœna respectu fisci, cui nulla iniuria fit, sed respectu parentum, dicendum est quòd † pœna 194 illa qua punitur filia nubens contra voluntatem patris, applicabitur hæreditati paternæ, & sic ad successorẽ in ea lucrum pertinebit, non ad fiscum, ex *l.1.C.de his, qui not.inf.* iuxta tradita per Mier. hîc *n.*133. facit *l. omnium verò hæreditatum, C.de secund.nupt.* vbi expressè docet Imperator, quòd cùm mores corrigit, non intendit fisci sui rationem habere, & sic cùm constitutio hæc rendat ad punitionem iniuriæ quam infert puella suæ proli, non est censendum pœnam ibi appositam fisco esse applicandam, sed ei remanet, qui in hæreditate succedet.

Sed quæri potest, † an aliquis casus sit, in 195 quo mulier, id est, filia, nubens sine patris cõsensu, nõ possit ab eo priuari hęreditate illius.

Respondeo quòd sic, si filia vigesimum quintum ætatis annum habeat adimpletum, & pater non curauit ei maritum dare, quia hac ætate adimpleta poterit filia nubere sine patris consensu, nec prædictam pœnam patietur. *l.si filia, & auth.seq.C.de inoff.test.auth.vt cùm de appel cognosc.§ deinceps, col* 8. Guiller. de Vallesi. ad Vsaric. *exhæredare. & ibi* Iacob. de Monte Iudaico.

Sed quid † si agnati nolint consentire ali- 196 cui matrimonio contrahendo per ipsam pupillam, quid sit fiendum.

Respondeo quòd tunc ipsa puella debet adire iudicem, qui cognita & inspecta viri qualitate & circumstantiis circumspectis, pręcipiet ipsis cognatis quòd suum prębeant assensum, vt probatur ex *cap. nullus, de iur. patr.* & *ibi* Abb. vbi mouet & decidit hanc quæstionem secundùm hanc resolutionem, & idem sentit Bart. *in l.si cùm dotem, §.eo autem tempore, l.fin.C.de bon.quæ lib.* Bald. *in l.deinde, C.de nupt.* ex quibus etiam infert Ioan. Andr. *in c.cùm ex eo, verbo possit, de iur.patr.lib.6.* quòd † si Episcopus sine causa denegat licentiam 197 clerico volenti ire ad studiũ, quod potest recurrere ad Archiepiscopũ, tanquam ad superiorem, vt compellatur ei dare licentiam ad

prædi

prædictum effectum. Oldrad. *cons.* 254. Abb. *in cap. tua, in fine, col. fin. de cler. non resid.*

198 Quæsitum fuit, † cùm quidam maritus se absentasset à præsenti ciuitate, & rumor fuisset suscitatus de illius morte, vxórque superstes illius se viduam reputans vellet matrimonium contrahere secundum, quid iuris? & cùm hoc dubium frequens & quotidianum sit, ideo hîc inserere decreui.

Respondeo quòd omissis his quæ circa hominis vitam & mortem ad iuris ciuilis probationem & præsumptionem attinent, in hoc casu iuri Canonico sit standum, tanquam securiori in foro animæ, cui prospiciendum est. nam ad secundum matrimo-
199 nium contrahendum † primi mariti mors remanere debet probata, non verò probabilis debet remanere, sed certa. ex *cap. in præsentia, in fin. de sponsal.* ibi, non possunt tales ad aliorum consortium conuolare, nec permittas eos auctoritate Ecclesiæ contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virorū, & ex *cap. dominus, de secūd. nupt.* in illis verbis,
200 *Id † vobis respondemus, vt nullus amodo ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet quòd ab hac vita migrauit coniux alterius.* indéque mors primi mariti. Si enim primus maritus decesserit in longinquis, & vix aliter mors illius possit probari, poterit admitti
201 † probatio vnius testis, iuxta tradita per Hostiens. *in summa tit. de spons. duorum, n.* 6. de cuius testis legalitate iudicis arbitrio tributa est decisio; secus verò, si mors illius non euenerit in longinquis. nam tunc vnico testi de morte illius asserenti solùm non creditur. plenè Sanchez *de matr. lib.* 3. *q.* 46. *num.* 12. vbi
202 *num.* 15. ait † famam mortis illius solam non probare mortem, nisi aliis adminiculis, quia adminiculata fama probationis genus reputatur, ex supradictis auctoribus, si adminiculetur, vt nempe ipsa fama per duos testes probetur, cùm ad minus per eos debeat fama probari, ex *cap. in omni negotio, cap. licèt, de probat.* & ex relatis à Mascard. *de prob. concl.* 749. *n.* 1. & quòd tales testes sint omni exceptione maiores, deponántque se mortem defuncti audiuisse à fide dignis, iuxta relata per Menoch. *cons.* 70. *num.* 21. *vol.* 1. præcedátque ipsius mortis famæ aliqua rationabilis causa,
203 quia † fama originem à probabilibus causis debet habere, cùm vana fama non sit attendenda. *cap. Ofius Episcopus, de elect.* & quòd à maiori parte populi mortuus reputetur. &
204 quò d † testes deponentes asserāt se id credere, ex prædicta causa. Iudicis tamen arbitriū multū in his operatur, quia probationes ferè habent multa in se arbitraria ex qualitate testium, ex modo loquendi, & ex aliis circumstantiis.

Quæri etiam potest, † de qua puella sit intelligenda hæc constitutio, an de impubere tantùm, an verò de pubere. 205

Respondeo quòd tam de pubere, quàm impubere, dummodo sit minor viginti quinque annis, secundùm relata à Mieres ad dictam constitutionem tertiam *num.* 37. nam in maiori viginti quinque annis non militat hæc ratio, cùm ei liceat peruentæ ad dictam ætatem nubere absque patris licentia, vt supra *num.* 195. dictum est, & habetur *in auth. vt cùm de appell. cognosc. §. aliud quoque capitulū, vers. si verò vsque ad vigesimum quintum ætatis.*

Sed quid dicendum erit, † si pater ipsius infirmitate dementiæ sit oppressus, & sic incapax ad consentiendum, quomodo erit præstandus consensus ipsi filiæ, vt pœnas euitet. 206

Respondeo, iuxta tradita per Mier. vbi suprà *num.* 60. vbi attestatur quòd deficiente ex dicta causa consensu paterno, tunc requiritur consensus aui paterni & matris puellæ, si vixerint, & consentire voluerint, aliàs enim in eorum defectum proximiores cognati adeundi erunt, vt consensum præbeant, vel curatorum, si habeat ipsa puella, vt latè per Mier. *d. loco*, quem vide.

Quæri vlteriùs potest, † si filia contrahat matrimonium ob timorem paternum, nullis tamen minis præcedentibus, sed solùm mero timore ne iram patris incurrat, an valeat tale matrimonium. 207

Respondeo quòd valebit, quia vt metus annullet matrimonium, debet esse talis qui in constantem fœminam cadere possit: metus autem iste, † ne patris indignatione grauetur, non est qui cadat in constantem virum, neque in constantem mulierem. gloss. *in l. si pater cogente,* 22 *ff. de ritu nuptiar in fine.* Abb. *in cap. veniens, lo* 1. *num.* 5. & *ibi* Alex. *num.* 4. *de sponsal.* Felin. *cons.* 14. *num.* 5. & 7. Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disp.* 6. *num.* 14. 208

Quæri etiam potest, † quid si filia contraxerit cum aliquo consanguineo, vel alio, inter quos matrimonium, vel propter consanguinitatem, vel ex alia causa, fuit declaratum nullum, an tunc possit prætendi filiam incidisse in pœnam huius constitutionis. 209

Respondeo ex traditis à Mier. ad dictam constit. 3. quòd aut solùm celebratum fuerit matrimonium, id est, ratum, non verò consummatum, quia asserit quòd hoc casu sola consummatione matrimonij non imponitur pœna dictæ constitutionis; si verò subsecuta copula, & sic fuerit consummatum matrimonium, etiamsi nullum fuerit declaratum, incidit dicta puella in prædictam pœnam, quia præcipuè iniuria totaliter cum effectu copulæ fuit illata patri, ex *cap. nuper, de bigam.*

Constitutione quarta Cataloniæ cauetur,
210 quòd † constitutio tertia prædicta, quatenus imponit pœnam contra nubentes clandestinè,& inuito parente,intelligatur in matrimonio contracto cum puella absque raptu, addendo dictæ constitutioni tertiæ,disponit prædicta quarta constitutio quòd si ille, qui nupserit alicui viduæ, vel virgini, in duellum vocarit patrem, seu fratrem,seu tutores, seu curatores illius, cum qua contra-
211 xerit,cognatos,seu affines vxoris,quòd † iste talis qui duellum mouit, seu mouere fecit, seu mandatarij illius, qui pro eo hoc fecerint, ipso facto sint eiecti à pace & treuga, & vt tales sint publicati, & vlteriùs incidant in pœnam supradictæ constitutionis tertiæ.

212 Quid † autem sit duellum, qua forma fiat, & quando desinat esse duellũ, de pœnis appositis circa duella, tam ex dispositione Bullarum diuersorum Pontificum, quàm ex dispositione Concilij Tridentini, recurrendum erit ad tradita per Farinac. *in suis criminalibus consilijs, consil. 19. per totum*, qui plura circà duellorum materiam refert.

213 Sed quæri potest, quid sit † artha.

Respondeo quòd in sponsalibus arrha dicitur illud, quod in pignus datur inter futuros sponsos causa adimplendi matrimonij,vt refert Couarr. *de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 7. num 6.* quod confirmat ex *l. arrhis*, & ex *l. fin. C. de sponsal.* & ex aliis per dictum Couarr. traditis.

214 Quæro, † an maritus propter notoriam vxoris fornicationem possit vxorem suam à domo expellere.

Respondeo aliquos existimasse posse, du-
215 cti ex eo † quòd maritus propter ipsius vxoris fornicationem possit negare debitum coniugale ipsi vxori, iuxta tradita per Abbat. *in cap. fin. de adulter. in cap. 4. de sponsal* & ex traditis à D. Thoma *in 4. sentent. distinct. 35. artic. 4.* Sed hæc opinio sine fundamento est, cùm iura per eos allegata id non probent.

216 Quare veriùs est respondendum, † maritum propria auctoritate mulierem adulteram non posse à domo sua expellere, iuxta tradita per Anton. *in cap. fin. gloss. in cap. 1. 32. quæst. 1.* quod confirmatur ex traditis à Couarr. *de sponsal. 2. part. cap. 7. §. 5. num. 12.* qui attestatur, D. Thomam asserere *distinct. 35. art. 4. quæst. 1.* maritum propria auctoritate non posse ius sibi dicere quoad tori separationem, & sic maritus qui adulteram recognoscit vxorem, tenetur iudicem adire, & illam de adulterio accusare, accusationémque probare, vt possit iudicis declaratio fieri, qua mulier tanquam adultera à commercio mariti separetur.

Sed quæri etiam vlteriùs potest, † si quis 217
Procuratorem constituerit ad nubendum cum aliqua puella, existimans patrem illius consentire prædictis nuptiis, & postea cùm pater realiter & de facto ipsis contradicat, Procuratoróque de facto ipso patre inuito cum ea se desponsauerit contra dispositionem constitutionis prædictæ, an hoc casu principalis inciderit in pœnam prædictæ constitutionis.

Respondeo quòd † aut principalis con- 218
stituit Procuratorem suum ad nubendum simpliciter & de plano, aut cum expressa clausula quòd quomodocunque cum ea nubat,etiam patre contradicente, seu reluctante: si enim dominus simpliciter mandatum dederit, & Procurator inuito patre contraxerit,tunc principalis non incidet in pœnam
prædictam, quia † mandatum simpliciter 219
concessum intelligitur datum iuxta iuris dispositionem, iuxta notata *in Clement. non potest, de procurat.* & sic Procurator excedens mandatum, non facit cadere dominum in delictum, iuxta tradita per Bart. *in l. si procurator, ff. de condict. indebit.* & ibi Ias. Felin. *in cap. 1. num. 8. vt lite non contestat.* Farinac. *decis. 28.* si verò dederit mandatum sub prædicta forma quòd quomodocunque con-
trahat, tunc certum est quòd † ambo in pœ- 220
nam constitutionis cadunt,iuxta text. *in l. idcirco, C. de accusat.* & ibi Bald. sequitur Miet. *ad d. constit. 3. n. 35.*

Sed cùm suprà *num. 207.* dictum fuerit de metu illato in filiam sine minis,sed solùm ex reuerentiali paterno timore, quæri potest,
qualis † metus reuerentialis requiratur vt 221
matrimonium nullum iudicetur.

Respondeo ex his quæ congessit Sanchez *de matrim. lib. 4. quæst. 9. num. 12.* vbi ait quòd non sufficit metus,& verecundia, quæ naturaliter inest filiis coram patre, vel illis quibus
debet reuerentiam: sed tunc sufficit † hic 222
metus reuerentialis, quando ipsamet reuerentia metum inducit, & causa fuit vt filius consentiret timendo ne offenderet patrem, vel eius superiorem, secundùm ea quæ notant Sarmiento *lib. 2. selectarum, cap. 11. n. 10.* Nauarr. *lib. 4. consil. tit. de sponsal. concl. 36. n. 2.* Nauarr. *in manual. lib. 3. de restit. cap. 1.* in noua
impressione, *dub. 6. num. 333.* quia † reueren- 223
tia quæ metum illum causat, debet esse causa principalis. quod explicat Sanchez, dicens quòd non sit satis, vt actus alio modo non fieret, quia plura fiunt parentum intercessione, vel aliorum, quibus reuerentia debetur. quæ aliter non fierent, & tamen libentissimo animo fiunt, quando ad hoc peruenitur. Sed
† tunc dicetur violenter fieri, quando omni- 224
nino repugnante voluntate, & quasi coactè,

ad

ad talem actum applicatur voluntas, non audens pudore & verecundia & timore contradicere, ita quòd internus consensus nullo modo voluntariè accedat, sed ita fit quòd licèt externè consensus accedat, internè tamen deest, in quo multum attendenda erit voluntas contrahentium, & iudicis arbitrium.

225 Quæri etiam potest, † quæ requirantur in contractu matrimonij, quando contrahitur per Procuratorem.

Respondeo quòd secundùm Iulium Sanfelicium de Ripa *in lib. de sponsal. & matrimon. cap. 3. art. 4. num. 116.* duo requiruntur. Primum vt tempore quo Procurator contrahit, dominus non mutauerit consensum, quia eo casu, quo reuocauit consensum, etsi iurasset non mutare, siue aliud tacitè contrahendo, vel aliud matrimonium contrahendo, siue id expressè egerit, dummodo constet illud matrimonium à Procuratore contractum id ignorante, & ignorante etiam eo, cum quo contrahitur, tale matrimonium vali-

226 dum non est, ex † defectu consensus, etiam in foro iudiciali. *cap. si duo, & cap. fin. in fine, de procurat. in 6.* Felin. *ibidem colum. 5.* post gloss. *in cap. fin.* vbi omnes DD. Abb. *in cap. in causis colum. 6. de electio.* Felin. *in cap. ex parte decani. num. 16. de rescript.* faciunt alia congesta per Couarr. *de sponsal. 2. part. cap. 4. in princ. num. 9.*

227 Secundum requisitum vt † matrimonium per Procuratorem contractum sit validum, est quòd talis Procurator habeat specialem & indiuiduam facultatem nubendi pro alio, & ipse principalis Procurator nubat. nam

228 † licèt habeat facultatem substituendi ad prædictum effectum, non potest sobstituere, sed per se ipsum debet actum adimplere, secundùm tradita à dicto Ripa *vbi suprà.*

229 Quæri tamen potest, † quando censebitur reuocatum mandatum factum ad se desponsandum pro concedente mandatum.

Respondeo quòd duobus modis censebitur reuocatum, tacitè, & expressè. Tacitè

230 † dicetur reuocatum mandatum, quando ille, qui mandatum concessit, cum alia nupsit, quia ex huiusmodi actu censetur mandatum priùs reuocatum, vel si aliud mandatum postea concesserit ad nubendum cum alia, quia ex hac secunda concessione man-

231 dati † censetur prius mandatum reuocatum, ex text. *in cap. si duo, de procurat. in 6.* Abb. *in cap. in causis, de elect. in 6.* & hic est casus vbi reuocatio mandati tenet absque hoc quòd notificetur ei cui mandatum fuerat concessum, iuxta tradita per Couarr. *de sponsal. 2. p. cap. 4. num. 11. in princip.* allegando in simili tradita

232 per Abbat. *vbi suprà*, asserentem † electionem factam à Canonicis, qui eligendi facultatem aliis dederant, præferri electioni factæ postmodum ab eo, cui commissio facta fuerat, etiam ignoranti.

Quæri etiam potest, quando dicatur † matrimonium consummatum. 233

Respondeo quòd non ex cohabitatione & commixtione corporum, sed ex seminum commixtione, & sic si coniungantur corpora, non verò seminum commixtio fiat, non dicetur consummatum matrimonium, quod in foro conscientiæ & intrinseco locum habet. nam quoad extrinsecum & iudiciale factum, † copula sufficit vt matrimonium dicatur perfectum & consummatum, iuxta tradita per Couarr. *de sponsalib. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 19.* dummodo tamen † commixtio seminum fiat, aut saltim vir emittat, quia † ex emissione viri certius præsumitur commixtionem euenisse, quàm ex emissione mulieris, cùm de eius dicto non possit certiorari emissio hominis, & sic casu quo homo iurasset se non emisisse, potiùs ei esset credendum, & iudicandum non fuisse consummatum, iuxta plura tradita per Ripam *c. 3. art. 4. num. 122. de sponsalibus.* 234 235 236

Quæri etiam potest, † quid si matrimonium clandestinum contrahatur inter consanguineos, quid hoc casu dicendum sit circa matrimonij validitatem, vel inualiditatem. 237

Respondeo ex decisione S.C.T. *sess. 24. de reformat. matrim. cap. 5.* vbi decretum fuit tale matrimonium nullum esse, careántque tales contrahentes dispensatione; multóque magis hanc infligendam esse pœnam in eos, qui non solùm matrimonium contrahere ausi sunt, sed & illud consummare, etiamsi ignoranter consanguinitatis gradum contraxerint, (quod ferè impossibile est quòd contrahentes id ignorent) eisdem pœnis subiiciantur.

Circa cuius text. decisionem variæ resolutiones hîc traduntur ex declarationibus factis ad S.C.T. per sacram Rotam & sit prima quòd † si duo intra gradus prohibitos se cognouerint absque vlla cogitatione matrimonij contrahendi, petentes secum dispensari in aliquo impedimento, tacentes se carnaliter cognouisse, si obtineant dispensationem ex aliqua causa quæ postea probata non fuit, † talis dispensatio surreptitia dicetur, quia fuit tacita copula præcedens, nec fuit expressa, quæ locum habent quando impedimentum prouenit ex consanguinitate, vel affinitate, non autem ex impedimento iustitiæ publicæ honestatis, ad quod prohibitio prædicta non se extendit. 238 239

Indigent † etiam noua dispensatione illi 240

V 4 qui

qui (ante receptionem dispensationis ex sola relatione litterarum illius, qui illam in vrbe Romana procurabat) coëunt, quia debet ante consummationem matrimonij penes se dispensationem obtinere, & illius executio decerni, quæ ab Episcopo potest dispensari, iniuncta tamen dictis contrahentibus salutari pœnitentia.

Sed quæri hic potest, quid importent verba illa in consilio apposita, † *spe dispensationis*
241 *obtinendæ careat*; an per prædicta verba censeatur denegata potestas Summo Pontifici ad dispensandum.

Respondeo quòd non, quia per illa verba solùm fuit impositus modus, ne cum illis Papa de leui dispenset, sed iusta aliqua subsistente causa ad dispensationem concedendam, quia sine causa peccaret dispensando, vt ex aliis tradit & sequitur Sanchez *de matr. lib. 3. disput. 45. num. 3.* & sic noua alia causa superueniente ad dipensationem, poterit Summus Pontifex dispensare.

Circa verò modum dispensationum in prædicto casu ita refertur in declarationibus Concilij per hæc verba.

242 *Facta † relatione cũ Sanctissimo in Consistorio, Sanctitas sua visa est annuere concessioni istarum dispensationum pro ys, qui se carnaliter cognouerunt, prout antea solitum erat, cum ista expressione copulæ, & si non exprimeretur, quòd publicè factũ esset, si post impetratas litteras dispensationis ante illarum præsentationem & decretum ordinary se cognouerunt, nullis factis, aut adhibitis solemnitatibus, committitur ordinario, vt si dictæ litteræ dispensationis sibi præsentabuntur, & causa in eis expressa probabitur legitima corã se, simulq; quòd oratores post impetratas litteras se cognouerint, dispenset cum eis; iniuncta tamen ipsis salutari pœnitentia propter incestum arbitrio suo. quòd si tales contraxerint coram parocho, habita notitia obtentæ dispensationis, & se carnaliter cognouerint, committitur, vt suprà; additur verò punitio parocho, qui non seruata Concilij forma eos coniunxit, & grauius, si sciuit eos esse in gradu prohibito, & non vidit dispensationem.*

Sed quæri etiam hic potest, cùm in dicta constitutione pœna apponatur contra eos, qui seducunt virgines ad matrimonium con-
243 trahendum, † an pater teneatur filiam esse virginem, an verò ille qui eam seduxit, non virginem esse, probare.

Respondeo quòd si talis filia honestè vixerit, & publicè ac palàm pro virgine reputetur & habeatur, iuxta tradita *in l. qua adulterium.*
244 *C. ad leg. Iul. de adulter.* tunc cùm † iuris præsumptio pro ea stet, iuxta notata per DD. *vbi suprà.* pater non tenebitur probare qualitatem virginitatis, imò potiùs ille, qui contraxit matrimonium, vel illam seduxit, tenebitur probare illam non fuisse illius qualitatis, cùm sit fundamentum suæ intentionis, iuxta text. & quæ *ibi* notant scribentes *in l. 1. & in l. ei qui dicit. ff. & C. de probatio.* Si verò † talis 245
puella non vixerit castè, neque fuerit sanæ & integræ opinionis, tunc ipsa tenetur probare qualitatem suæ virginitatis, quia † mala fa- 246
ma excludit iuris præsumptionem in sui fauorem præsumpta, adeò quòd dicunt ipsam compelli hoc casu existente praua ipsius fama probare rem per aspectum ipsius corporis, & inspectionem obstetricum, vt *in cap. causam matrimonij. de probat. & in cap. nec aliqua 27. quæst. 1.* quia licèt † quis non possit compelli 247
ad præbendum arma contra se, argum. *cap. 1. de probatio.* tamen propter famam ipsius deprauatam compelli ad id præstandum potest, iuxta notata per Mier. ad *dictam constit. 3. sub tit. de sponsal. & matrim. num. 43. & 44.*

Euenit quòd, dum ageretur de consummando certo matrimonio, fuit oppositum certum impedimentum quod † vnius testis 248
dicto confirmare conabantur, quæsitum fuit, an dictum huius testis solius esset sufficiens ad impediendum ne matrimonium consummaretur.

Respondi quòd sic, cùm expressè hoc probetur ex *cap. super eo lo 2. de testib. cap præterea, de sponsal.* cuius dicti reddunt rationem, dicentes, quia agitur de vitando peccato, ita pluribus resoluit Sanchez *de matr. lib. 1. q 71. num. 1. cum seq.*

Quæri potest, † an matrimonium contra- 249
ctum cum consanguinea alicuius quam carnaliter cognouit, valeat.

Respondeo quòd si ille qui maritus futurus est, cognouerit carnaliter consanguineam sponsæ de futuro, non potest cum sponsa matrimonium contrahere. *cap litteras, de despons. impub. cap 2. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ.* hoc tamen impedimentum restrictum est inter primum & secundum gradum quo ad matrimonium dirimendum, ex Trid. *sess. 24. cap. 4.* in cuius declaratione refertur quòd per sacram Rotam fuit decisum quòd
† filij ex tali matrimonio procreati sunt ille- 250
gitimi; quo verò ad matrimonium ratum, nil de nouo inducit, nec illud alterat, prout in adnotationibus decisionum Rotæ Romanæ ad dictum caput quartum deducitur, vbi refertur quòd Sanctissimus Gregorius XIII. ex sententia congregationis dixit per prædictum decretum censeri sublatum † impedi- 251
mentum superuenientis affinitatis post contractum matrimonium, quia si impedimentum dirimens sublatum est, quod maius est, ergo sublatum censetur illud quod solùm impedit, ne is per quem contracta est affinitas, sine peccato debitum exigat, quod minus est.

est. Hæc in decisionibus Concilij ad dictum *cap.* 4. referuntur.

252 Contracta fuerant sponsalia † sub conditione quadam, videlicet si auunculus viri qui habitabat in ciuitate de Seuilla, eidem viro qui maritandus erat, donationem fecisset de omnibus bonis quæ in præsenti ciuitate habebar, & cùm expectarent partes responsum ipsius auunculi, euenit quòd ipse maritandus decessit. Voluerunt postea eius cognati quòd iterum sponsalia celebrarentur cum alio fratre eiusdem defuncti. dubitatum fuit, an hoc casu adesset impedimentum publicæ honestatis, & an indigerent dispensatione.

253 Respondi quòd † nullum impedimentum poterat considerari, quia impedimentum publicæ honestatis oritur ex sponsalibus factis, vt suprà *n.* 66. dictum est. hoc autem casu nuptiæ, seu veriùs sponsalia facta erant sub conditione, si auunculus daret. quæ conditio vera & propria erat, cùm à futuro euentu penderet, & sic certum est quòd actus erat in

254 suspenso, nec poterat dici perfectus † talis actus, cùm conditionis effectus sit suspendere actum, cui apponitur, iuxta ea quæ notaui in meo libro ad titulum *ff. de cond. & demonst. in rubric. cap. de conditione, à principio.* & sic di-

255 citur quòd pendente † conditione deficit consensus, & sic non poterat ex actu imperfecto considerari impedimentum, ex gloss. *in cap.* 1. *§. fin.* quam approbant Ioann. Andr. Dominic. & Franc. Felin. qui eam singularem appellat *in cap.* 2. *colum.* 1. *de sponsal.* Abb. *in cap. significasti, de elect.* sequitur & tenet Couarr. *de sponsal.* 2. *p. cap.* 6. *num.* 4.

256 Euenit † quòd Christophorus Monterde Valentinus, qui in seculo existens priùs in Maioricarum regno, & Regio Consilio illius Regens fuerat, postea in Valentino regnu, Commẽdatórque ordinis militaris beatæ Mariæ de Montesa, & cum his omnibus ex eminentissimis Hispaniæ Iurisconsultis tactus luminari cælesti, decreuit omnibus relictis mundanis pompis se Deo totaliter dicare, & religionem ingredi: cùm autem es-

257 set vxoratus, dubitationis extabat, ipsa † muliere nolente religionem ingredi, an ipsi liceret, & cùm hoc eueniffet quòd fuit ingressus religionem diui Hieronymi muliere in seculo remanente, cùm peruenisset ad huiusmodi ciuirarem, & fuisset electus Prior Monasterij S. Hieronymi de la Murtra, peruenta eius notitia ad cognitionem plurium mirabantur, quo iure factum fuisset quòd ipse fuisset religionem ingressus, muliere in seculo libertate totali fruente remanente, & inuestigaui quid iuris esset in hoc articulo, & inueni Couartuuiam *de sponsal.* 2. *p. cap.* 6. §. 3.

258 *num.* 3. asserentem † ex consensu vxoris posse maritum sacris ordinibus insigniri, ita vt si mulier iuuenis sit, & de eius continentia possit dubitari, ingredi religionem teneatur, ibique profiteri; si verò non sit iuuenis, nec de eius continentia possit dubitari, tunc sufficit quòd † voueat de custodienda conti- 259
nentia in seculo remanente, iuxta text. *in cap. coniugatus, de conuersf. coniugat.* & *ibi* Abb. idem Abb. *in cap.* 1. *eodem tit.* Syluester *verbo matrimonium* 8. *impediment.* 12. *& quæst.* 12. ex quibus fundamentis iudicaui licuisse dicto Monterde religionem ingredi, & ibi profiteri vxore sua in seculo remanente, cùm ratione ætatis, & suæ pudicitiæ & generositatis nil inhonestum timeri possit voto continentiæ per eam emisso. Postea autem hoc dubium tractans cum dicto Monterde, cum quo familiaritatem contraxi, mihi tradidit fundamenta, ex quibus motus fui quæ hîc inserere decreui, tanquam à tanto viro accepta, cùm casus iste prima facie exorbitans appareat quòd maritus in religionem ingrediatur, ipsa verò mulier in seculo remaneat. & sunt ad literam prout mihi tradidit sequentia.

In hac quæstione ius certum est † virum 260
vxoris iuuenis, de cuius incontinentia timeri potest, non posse religionem ingredi, nisi & ipsa pariter ingrediatur. Cæterùm virum vxoris tam senis quæ suspecta nun sit, potest, si illa consentiat, atque in manibus ordinatij perpetuam continentiam voueat, ad religionem transire, eadem in seculo remanente. Conclusio est omnium Theologorum & Canonistarum consensu, nemine discrepante, quam tenent † D. Thom. *in quarto dist.* 261
37. *quæst.* 1. *art.* 2. *in responsione ad secundum.* & *ibi* cæteri interpretes. Syluester *in summa, verbo matrimonium* 8. *num.* 12. *vers. aut septimò consensit promittendo continentiam.* Henriquez *in summa Theologiæ lib.* 12. *qui est secundus de impedimentis, seu de matrim. cap.* 5. *num.* 10. Godofredus *in summa ad tit. de conuers. coniugato. n.* 9. Hostiensis *in eadem summa, n.* 10. Ioan. Andr. Petrus Anchar. Hostiensis, Henricus Boic, & cæteri scribentes *in cap.* 1. *& in cæteris capitulis eiusdem tituli, & in cap. tua nos, num.* 24. *de iureiurand. & in cap. cùm causa, de rapto.* Ioan. de Anan. *in cap. ex parte, num.* 3. *de conuers. coniugat.* Turrecrem. *in cap sunt qui dicunt, num.* 7. *causa* 27. *quæst.* 2. Nauarr. *in manuali confess. Latino cap.* 22. *num.* 52. Couarr. *in epit. de sponsal.* 2. *p. cap.* 6. §. 3. *num.* 4. Ioann. Gutier. *lib.* 1. *quæst. canon. quæst.* 26. *num.* 6. Emanuel Rodriquez *tomo* 3. *quæst. regul. quæst.* 13. *art.* 1. Petrus Greg. *in syntagmat. iuris lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 18. *& in partitionibus iuris canonici lib.* 3. *tit.* 21. *cap.* 15. *n.* 2. Ioannes Azor *lib.* 12. *instit. moral. cap.* 1. *quæst.* 6. *vers. si quæras quid dicendum quando mulier consentit.* Rebellus *de oblig. iustitiæ* 2. *part. lib.* 3. *de matrim.*

matrim. impedimen. quæst. 4. *sect.* 2. *num.* 18. Thomas Sanchez *in tractatu de matrim. lib.* 7. *de impedit. quæst.* 32. *num.* 2. vbi latè hanc materiam pro sequitur.

262 Probatur † autem conclusio quoad primam partem authoritate text. *in cap.* 1. *dist.* 10. *cap sunt quidam.* 19. *cap. Agathosa* 21. *& in quinque canonibus sequentibus.* 27. *quæst.* 2. *& in c. cum causa. vers præterea, de raptoribus, & in cap.* 1. cum multis aliis eiusdem tituli, *de conuers. coniugato.*

Quoad secundam verò partem probatur diuersis verbis *in cap. cùm sis præditus* 4. *dicto titulo*, vbi Alexand. III. Pontifex Max. Exo-
263 nen. Episcopo his verbis scripsit. *Si ita † vxor senex est & sterilis, quòd sine suspicione possit esse in seculo, dissimulare poteris vt ea in seculo remanente & castitatem promittente ad religionem transeat vir eiusdem.* Idem habetur *in cap. vxoratus* 8. *illo eodem titulo*, cuius verba sunt hæc:
264 *Vxoratus † sine licentia vxoris inter vos nullatenus recipiatur quæ integræ opinionis existat, ita quòd nulla marito suspicio habeatur eadem ad secunda vota velle migrare, vel quòd minus continenter debeat viuere. Quæ si talis extiterit, marito eius in consortio vestro recepto, ipsa publicè in conspectu Ecclesiæ continentiam professa in domo propria cum filijs suis & familia poterit permanere.* Idem deciditur *in cap. ad Apostolicam* 13. *eodem tit.* ibi, *non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem, nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat: sed & vitam debet mutare, nisi fortè sit eius ætatis, vt sine suspicione incontinentiæ valeat in seculo permanere.*

Denique probatur clarè *in cap. significauit* 18. *dicto tit. de conuers. coniug.* vbi dicitur quòd
265 † si vxor continentiam vouit, & vir eius religionem intrauerit, non est compellenda post professionem emissam à viro suo Monasterium ingredi, si est talis ætatis de qua suspicari non possit.

Ratio autem conclusionis manifesta est;
266 ideo enim † maritus etiam de consensu vxoris iuuenis ac manentis in seculo, non potest ad religionem transire, ne forsan illius conuersio vxori relictæ in sæculo perditionis fiat occasio, cùm vix sit credibile iuuenem posse continere, aut contra naturæ furorem resistere, vt inquit Iustinianus *in §. optimum in auth. de non eligendo secundò nubentes. coll.* 1. quæ ratio traditur per Petrum de Ancharan. Panor. & Imol. *in cap. tua nos. lo* 2. *de iureiurand.* & verbis expressis *in cap. sunt quidam* 27. *quæst.* 2. *& tom.* 4. *consiliorum*, post Concilium Lateranen.
267 4. *part. cap.* 6. Vnde à ratione cessante, † si tam annosa est mulier, vt iam de incontinentia illius timeri non possit, meritò constitutum est vt ea dumtaxat castitatem vouente, ad religionem transeat vir eiusdem.

Cùm igitur ius certum sit, cardo nostræ quæstionis in eo tantùm vertitur, vtrùm quinquagenaria mulier ac valetudinaria talis existimetur, ad hunc effectum, vt de illius incontinentia dubitari non posse videatur.

Respondeo in hac re duas esse opiniones.

Prima est † negans Dominici de Sot. atque 268
aliorum, quos refert Sanchez *lib.* 7. *de impedim. disput.* 32. *num.* 15. qui dum requirunt in fœmina ætatem annorum sexaginta, ad effectum de quo agitur, videntur negare minorem sufficere. quam sententiam probat quoque Rebellus *de oblig. iustit. part.* 2. *lib.* 3. *de matrim. impedimen. quæst.* 4. *sect.* 2. *num.* 18. qui limitat nisi affecta valetudo eam annorum numero suppleat arbitrio ordinarij.

Secunda † opinio est eiusdem Sanchez 269
qui affirmat *loco cit. num.* 16. mulierem quinquagenariam, etiam bene valentem, dici senem, ad effectum vt de incontinentia illius non possit timeri. huius sententiæ fortissimum argumentum est, quia textus *in dicto cap. cùm sis præditus, de conuers. coniug.* in illis verbis. *Si † vxor ita senex est & sterilis, videtur* 270
exigere tantam ætatem, vel senectutem, quanta sufficit vt mulier sterilis dicatur. ex eo enim præsumit eam iam non esse suspectam, quod glossa *ibi verbo sterilis*, Anton. de Buttio *in fin.* & Hostiens. *num.* 4. rectè animaduertunt. at
† ratione ætatis mulier fit sterilis anno qua- 271
dragesimo sexto, vel ad summum quinquagesimo *l. si sterilis* 21. *in princ. de act io. empt.* quia talis ætas proculdubio est terminus & finis concipiendi ac pariendi, vt varijs in locis tradit Aristoteles, & Iustinianus Imp. *in l. si maior.* 12 *C. de legit. hæred.* & omnes Medici concordant. quibus sanè in hac materia standum magis videtur.

Igitur † in ea ætate iam non erit mulier 272
suspecta de incontinentia. adde quòd si in maribus, vt suspecti non existimentur, sufficit tempus sexaginta annorum, secundùm Doctores in prima opinione relatos; profectò in fœminis sufficient quinquaginta, quia & crescunt & senescunt citiùs, & viris sunt frigidiores, & sic minus in Venerem procliues, vt latè probat Tiraquel. ad *l.* 9. *connubia. à n.* 142. *vsque ad num.* 152.

Accedente † autem aduersa valetudine, 273
etiam non quinquagenaria, sed minoris ætatis fœmina, desinit esse suspecta, secundùm opinionem Rebelli *vbi suprà num.* 7. quia infirmi ac valetudinarij quamquam iuuenes sint, tamen non possunt Veneris rebus operam dare. *l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. l. si paterfamilias. §. in arrogationibus. ff. de adoptio. l. si quis posthumus.* 9. *ff. de liber. & posth.* Igitur rectè iudex arbitrabitur, † vt à sene 274
fœmina, ita quoque à valetudinaria & infirma,

ma, abesse præsumptionem incontinentiæ, quamuis nondum quinquaginta annos nata sit. Nam concupiscentia minuitur in infirmo, & ægro, perindéque ac in sene, vt præter alios tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 47. num. 27.* Hæc breuiter in hac quæstione admonuisse sufficiat, suppleat cætera doctrina eximij domini Officialis, & Vicarij generalis.

Ex prædictis itaque fundamentis factum
175 fuit quòd dictus † Christophorus Montetde, relicta vxore nondum quinquagenaria, sed valetudinaria, remanente ipsa in seculo, emisso voto castitatis per eam, ingressus fuit religionem diui Hieronymi, & semper ab omnibus in religione & iurisprudentia, & in concionibus vt magnus & præcipuus vir etiamnum habetur.

Quæri etiam potest, cùm in dicta constitutione apponatur pœna exilij, & non dicat
176 ad quod tempus, quæri potest † de quo tempore intelligenda sit dispositio dictę constitutionis.

Respondeo quòd in hac constitutione est intelligendum de perpetuo exilio, cùm absolutè exilij pœna apponatur, non ad certum tempus limitata, ex text. *in l. si seruus sub pœ-*
177 *na. C. de pœnis.* quæ solum habebit † locum, vbi solum matrimonium inuitis patentibus fuerit contractum sine raptu. nam si raptus interuenerit, punietur pœna raptus, iuxta notata in Vsatic. *si quis virginem*, & tale exilium debet esse extra Cataloniam, & sic practicatur, licèt Mieres ad dictam constitutionem tertiam dicat debere esse extra regna Aragoniæ & Valentiæ, de quo non parum miror.

178 Sed quid † si matrimonium clandestinè factum fuerit in terris Baronum, quæritur qua pœna puniantur delinquentes, si sint vasalli, vel plebeij.

179 Respondeo quòd † eadem pœna supradicta, quia constitutiones prædictæ in terris Baronum locum habent, vt tradit Mier. *in dicta constitut. 3. num. 110.* vbi *num. 111.* asserit ipsos Barones solùm posse exilare delinquentes à tota iurisdictione eorum, quia certum est quòd extra territorium ius dicenti non obtemperatur, & sic Barones extra suam iurisdictionem exilare non possunt.

180 Euenit quòd † quædam mulier Nobilis clandestinè contraxerat cum quodam alienigena, quod factum non parum rumorem mouit in hac ciuitate: cùm autem mulieris cognati minarentur mortẽ illius, ipsa decreuit se Deo consecrare, & in religionem ingredi, ibíque profiteri, dubitationis extitit, an posset stante marito absente, & sic quæsitum fuit quid iuris.

Respondi † posse, dum tamen probaret 181
matrimonium non fuisse consummatum post desponsationem, de quo debebat constare probationibus legitimis coram Episcopo, seu eius Vicario generali, quæ de facto fuerunt receptæ, & attento quòd ex illis constitit prædictum matrimonium non fuisse consummatum, declaratum fuit licuisse eidem Monasterium ingredi, & ibi profiteri, etiam reluctante marito (prout de facto ingressa fuit, & ibi lapsis viginti annis decessit) iuxta tradita per Thom. Sanchez *lib. 2. de matrim. disputat. 24. quæst. 1. per totam.* Sed maior difficultas quæ obstabat erat iuxta tradita per dictum Sanchez *in principio dictæ quæstionis.* nam ad ingressum monasterij concessum est † spatium duorum mensium, quam 182
sententiam secuti sunt plures, quos refert Sanchez *dicta disput. 24 num. 11.* in prædicto autem casu plusquam vnius anni erat elapsum. Ego defendi dictum tempus esse præfixum stantiæ viri, & intra illud non poterat maritus contradicere, poterat tamen lapso eo tempore, iuxta secundam opinionem relatam à dicto Sanchez *dicta disput. 4. num. 12.* quanto magis quòd cùm hic maritus non contradiceret posse ipsam etiam lapso anno à matrimonij ratihabitione ingredi, & profiteri.

Quæritur etiam iuxta prædictam constitutionem tertiam, an † casu quo ille qui ra- 183
puit domicellam, absque stupro tamen commisso, velit cum ea nubere, ad hoc vt pœnas constitutionis euadat, requiratur vnà cum consensu puellæ quòd interueniat consensus patris. hoc dubium tetigit Mieres ad dictam constitutionem *num. 119. cum seq.* concilians dispositionem huius constitutionis cum dispositione Vsatici *si quis virginem*, ponderando dictionem de qua in dicto Vsatico, an nempe copulatiuè, an verò disiunctiuè ibi ster. Resolutiuè tamen dicendum est quòd † ad hoc vt pœnam dictæ constitutionis eua- 184
dat, requiritur vtriusque consensus, nempe ipsius domicellæ, & patris illius, si viuit, aliàs matris, vel propinquorum ex parte patris, vel illis deficientibus, ex parte matris. quia ad dotis constitutionem solùm pater, vel mater tenentur, vt alibi dicam, & hoc sentire videtur Mier. *num. 120.*

Sed quæri potest, an † consensus patris 185
in matrimonio producat aliquem effectum.

Respondeo quòd sic. nam † si filius, vel filia 186
de consensu parentum nubat, ipso iure censentur emancipati, & à nexu patriæ potestatis liberati. nam quilibet qui sub patria potestate existit, si nubat de consensu patris, vel aui paterni, cuius sub potestate existit, emancipatus ipso iure est, & liberatus censetur à nexu

nexu prædicto, ex *conſtitut. 1. tit. de emancipat. filio.* dummodo ſint ſponſalia de præſenti, non verò de futuro, vt inſinuant verba illa *de preſent.* quanto magis quòd licèt hæc verba non fuiſſent oppoſita, adhuc tamen intelligenda eſſet prædicta conſtitutio de matrimonio de præſenti contracto, quia loquens
287 conſtitutio † de matrimonio, eſt intelligenda de vero & perfecto matrimonio, & hoc matrimoniũ de præſenti intelligitur, iuxta tradita per Azeuedo *lib. 5. noua recop. de los caſamientos. l. 1. per totam, & l. 8. in princ. & n. 1. & 21.* vbi atteſtatur quòd ſi ſtatutum diſponeret quòd benedictio Eccleſiaſtica interueniret, & præcederet aliquem actum, non ſufficeret quòd matrimonium etiam per verba de præſenti fuiſſet celebratum.
288 Sed quæri poteſt, quare † filius per contractum matrimonij ex diſpoſitione iuris communis poſitiui liberetur à patris poteſtate, cùm patria poteſtas de iure naturali proueniat. *§. ius autem. Inſtit. de patria poteſtat.* vbi ſcribentes notat.
289 Reſponderi tamen poteſt quòd † ille text. non aſſerit patriam poteſtatem iuris naturalis eſſe, ſi rectè legatur. & dato quòd eſſet, tunc per matrimonium non auferretur ius naturale, quia non adimeretur ius poteſtatis ex iure naturali procedens, ſed adimuntur effectus patriæ poteſtatis inducti à iure communi poſitiuo. iuxta ea, quæ notat Bacon. ab Auena *lib. 3. declaratio iuris ciuilis. cap. 50. num. 2.*
290 Sed † ſi matrimonio contracto, & filio inde emancipato, poſtea viduus efficiatur, an eo caſu filius recidat in patris poteſtatem.

Reſpondeo quòd non, quia cùm per matrimonij contractum cum paterno conſenſu
291 filius † à nexu illo poteſtatis patriæ liberetur, nexu illo ſoluto nõ alligatur, ſed in perpetua libertate remanet. Menoch. *conſ. 278. n. 7. cum ſeq.* Ioan. Gutier. *pract. q. lib. 2. q. 9. n. 1. verſ. nihilominus.* quod & in lucroſis & in damnoſis commune eſſe atteſtatur. & hanc ſententiam præſenſiſſe Ant. Gomez *in l. 47. Tauri, n. 3.* & Matienço *lib. 5. noua recopula. l. 8. tit. 1. lib. 5.* atteſtatur *ibi* Gutier. reſpondendo ad argumenta in contrarium adducta.
292 Quæri etiam poteſt, cùm † filius, vel filia per matrimonium cum conſenſu patris contractum à nexu patris liberetur, an hoc caſu pater amittat vſumfructum in bonis quæ filio obuenerunt ante emancipationem, in quibus pater vſumfructum habebat.

Reſpondeo quòd ſi, vt dictum eſt, matrimonium filius contrahat eum conſenſu patris, tunc pater amittet dimidiam partẽ ipſius
293 vſusfructus, quia cùm † ex facto patris conſentientis in matrimonium filius à ſua poteſtate exeat, conſentire videtur diſpoſitioni *l. cùm oportet. §. cùm autem. C. de bonis quæ liber.* tenet Boër. *deciſ. 197. n. 5. & 8.* Gutier. *pract. q. lib. 2. q. 10. n. 5. verſ. ſi autem pater.* reiecta Alexandri opinione, qui prætendebat eo caſu patrem totum vſumfructum perdere.

Quæri etiam poteſt, † an ſi filius permiſerit poſt contractum matrimonium ipſum patrem poſſidere bona ſua, in quibus ſaltim poſt illud dimidia pars ad ipſum filium ſpectabat, poſſit ab hæredibus patris, vel cohæredibus petere illam partem & portionem, quæ ad filium pertinebat; an verò cenſeatur filium illam remiſiſſe. 294

Reſpondeo quòd non poterit, quia † in iudiciis æqualitas eſt ſeruanda, & quod de fructibus dictum eſt in patre reſpectu filij, idẽ dicendum eſt de filio reſpectu patris: ſi autem pater conſentiat quòd filius integros fructus percipiat, certum eſt quoad præteritos non poſſe patrem à filio dimidiam partem recuperare, quia tacitè cenſetur ei illos donaſſe; quoad futurum verò † poterit ipſe pater agere vt ei præſtentur, quod confirmat Gutier. ex *l. cùm oportet. §. cùm autem. C. de bonis quæ liber.* iuxta doctrinam Bald. *ibidem*, dicentis *n. 3.* quòd illa diuturna donatio, quæ inducta fuit ſtatim abinitio valuit, & ſic quoad præterita reuocari non potuit. Idem tenet Anton. Gom. ad *l. 29. Tauri, n. 29. verſ. quod limita, & intellige.* & tanquam communem hanc ſententiam refert Gutier. *de iuram. confirm. 1. p. c. 4. n. 15. verſ. & ſic iſta eſt vera, & in verſ. qua opin.* 295 296

Sed quæro, † ſi pater ſit abſens tempore quo tractatur matrimonium, quid fiendum ſit circa conſenſum impetrandum. 297

Reſpondeo quòd aut eſt in breui reuerſurus, veluti intra duos menſes, aut longius tempus. ſi intra duos menſes, ſpectatur eius reuerſio, & expectandus eſt pater; ſi verò longius tempus ſit expectandum, tunc adeundus eſt iudex qui recepta informatione quod expedit matrimonium, authoritatem & conſenſum loco patris præſtabit, ſicuti ſi pater ſit furioſus, vel demens. ita Rodericus Suar. *in tit. de las deudas n. 18. 19. & 23.* allegans text. *in l. ſi furioſi. C. de nupt.*

Quæritur vlteriùs, an † conſenſus requiſitus ex hac conſtitutione in matrimonio cõtrahendo per filium, vel filiam, requiratur ad euitandum pœnas quòd interueniat tempore quo matrimonium contrahitur, an verò ſufficiat quòd poſtea accedat. 298

Reſpondeo quòd cùm conſenſus requiſitus in dicto matrimonio non requiratur † ad reintegrandam filij perſonam, ſed ratione præiudicij, quod patri inferebatur, non requiritur quòd à principio interueniat, ſed ſufficit quòd contracto matrimonio accedat. Rol. *conſ. 97. n. 14.* cum aliis *lib. 1.* faciunt quæ 299

notat

notat Guid. Pancirol. *consil.* 187. vbi dicit con-
300 trarium esse in statuto disponête quòd † mulier, vel minor non possint contrahere sine consensu mariti, vel propinquorum, quia cùm hic consensus requiratur ad redintegrandum personas eorum, debet consensus omnino præcedere, iuxta notata per Cassanæum *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 1. Gutier. *pract. quæst. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 2. *vers. nihilominus.*

301 Sed quæri etiam potest, † an talis consensus ad pœnam vitandam requiratur expressus, an verò sufficiat tacitus, resultans ex patientia sine contradictione.

Respondeo quòd sufficiet tacitus, id est, sufficit quòd sciens non contradixerit, iuxta tradita per Ruin. *consil.* 111. *n.* 3. *cum seq. lib.* 4 Corsetum *in suis sing. verb. taciturnitas.* faciunt notata per Alex. *consil.* 114. *col.* 3. *in init. lib.* 5. Anchar. *cons.* 21. Riminald. *cons.* 176. *n.* 10. *cum*
302 *seq.* maximè † si interuenit & erat præsens, quia is qui præsens est alicui actui, non tenetur ampliùs de illo certiorari, iuxta tradita per Angel. & Imol. *in l. de vnoquoque, ff. de re iud.* Aretin. *in c.* 1. *col.* 9. *de iud.* Iaf. *in l.* 1. *in fin. ff. de in ius voc. & in rubr. C. eod. tit.* facit text. *in l. qui patre, ff. mand.* plura ad hoc adducit Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 42. *num.* 6.

303 Quæritur vlteriùs, an † filius qui per contractum matrimonij liberatur à patris potestate, liberetur solùm quoad vtilia sibi, vel etiam quoad damnosa.

Respondeo quòd talis filius liberatur non solùm quoad vtilia sibi, sed etiam quoad damnosa, iuxta tradita per Azeuedo *lib.* 5. *de los casamientos, l.* 8. *n.* 50. *cum seqq. vsque ad fin.* ex quibus notat idem Azeuedo quòd ex his non decurritur ad ius ciuile, secundùm quod
304 nô erat sublata differentia † emancipationis & patriæ potestatis, quia attestatur dictus Azeuedo, quòd dicta differentia est sublata, & quòd remanet incorrectus §. 1. *in auth. de hæred. ab intest. venien.* adeò quòd neque per ingratitudinê à filio commissam post emancipationem reuertatur filius in patris potestatem, sed omnimodo liberatus remanet.

305 Euenit quòd quidam † contraxit matrimoninm de patris consensu, contradicente matre, quæsitum fuit, an iste admitteretur ad bona materna, veluti ad legitimam matris hæreditatem.

Respondi quòd non, quia verba dictæ cõstitutionis copulatiua sunt, dum disponunt quòd consensus sit *del pare e de la mare.* Di-
306 ctio † autem illa *e*, Catalana idem importat quod Latinè dictio illa *&*, vnde coniunctiuè requirit duos illos consensus, patris & matris, vt respectiuè admittatur ad consensum illius & hæreditatem. quia, vt dictum est,

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

consensus iste non requiritur ad reintegrandum personas, sed respectu præiudicij, & sic idem respectus consideratur erga matrem, atque erga patrem, & hoc idem tenet Miet. *vbi suprà num.* 136. ad dictam constitutionem tertiam sub hoc titulo.

Quæritur, † si matrimonio contracto & 307
cohabitatione plurium annorum secuta appareat matrimonium nullum esse ex aliqua causa, in qua postea dispensatio imperretur, an hoc casu ad ratificandum matrimonium requiratur quòd coniuges adinuicem plenam notitiam huius impedimenti habeant.

Respondeo ex his quæ refert Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 32. *per tot.* vbi longa commentatione hanc quæstionem disputat, ex qua breuiter dico quòd † ad hoc vt primum 308
matrimonium conualescat, necessarium est quòd alter ex coniugibus certioretur de impedimento † prioris matrimonij, ex pluribus 309
fundamentis ibi relatis, ex quibus desumitur hæc vera resolutio, maximè id probat ex tenore Bullæ cruciatæ facta commissario, vbi concessa ei dispensandi potestate cum illis, qui ignoranter in gradu prohibito contraxere, traditur forma dispensandi his verbis, *altero impedimentum ignorante, prius de nullitate prioris consensus certificato.* quibus verbis satis euidenter demonstratur Pontificem voluisse certiorari contrahentes de impedimẽto existente. Hæc autem † scientia sic pote- 310
rit notificari, veluti si coniux qui scit impedimentum, ita dicat alteri: Dato quòd matrimonium inter nos contractum hucusque nullum fuisset, si ex nunc sublatum esset tale impedimentum, haberes ne me de præsenti, & coniungeres me tanquam in verum maritum, & econtra in veram vxorem. & alter ex illis respondeat quòd sic, tunc † reualidatum 311
dicetur tale matrimonium, cùm verba sint prolata ad tempus præsens; secus verò esset si referrentur ad tempus præteritum, quia nullum esset matrimonium, ratificatio enim ex præsenti vires capit, non verò ex pòst, cùm eo tempore semper adesset nullitas præcedens.

Sed quid dicendum † si adest euidentissi- 312
mum periculum quòd detecto impedimento matrimonium dissoluatur, cum scandalo & infamia alterius coniugis, vel cognatorũ, vel prolis, an tali casu possit celari impedimentum præcedens, vel an & quomodo hoc casu sit procedendum. Cui dubio respondet Sanchez vbi suprà, *n.* 8. *vers. quarta conclusio,* dicens, quòd † vbi adesset probabilis scan- 313
dali prædicti timor, tunc posset celato impedimento alterum coniugem persuadere, vt ipsum in verum maritum habeat, eo enim periculo extante quòd matrimonium forsan

X dissol

dissoluetetur ex tali scientia nullitatis præcedentis, tutius est vt taceatur tale impedimentum,& quòd eo celato procurent quòd coniuges adinuicem ab illa hora in euentum se habeant in veros sponsos,& ipsi vt de præsenti ratificent.

314 Cùm suprà *n.*189. dictum fuerit † posse dominum Regem remittere pœnas huius constitutionis, dubitari potest, an per alios officiales possit talis remissio fieri.

Respondet Mier. ad *d.constit.*3.*n.*183. qui dicit quòd Barones potestatẽ omnimodam, id est, mirum & mixtum imperium habentes in suis terris, poterunt tales remissiones facere, primogenitúmque domini Regis, quia æquiparatur præfecto prætorio: Vicarium autem, seu Regentem vicariam Barcinon. non posse, licèt adessent Aduocati Doctores qui defendebant, posse Regentem vicariam Barcinonæ tales remissiones facere.

315 In præsenti ciuitate fuit initum † matrimonium inter quendam Tarraconensem, & quandã domicellam huius ciuitatis, adiecto pacto quòd tenerentur habitàte in præsenti ciuitate, sub pœna quòd ipsis coniugibus socrus teneretur præstare alimenta singulis annis in domo sua, aliàs quòd nõ. euenit quòd gener noluit habitare in hac ciuitate, sed ab ea recedere, & habitare in hac ciuitate Tarracon. fuerunt duo dubia quæsita. Primũ, an

316 † socer teneretur eis præstare alimenta alibi quàm in sua domo. Secundũ, an vxor teneretur sequi maritũ recedẽtem ab hac ciuitate.

Respondi socrũ non teneri alimenta præstare, quia iuxta pactũ solùm pręstanda erant, quoties in domo soceri habitarent, & sic ex natura pacti in casu recessus non tenebatur,

317 quia † pactum illud habitationis in soceri domo, & non recedendi ab ea, erat pactum licitum, & poterat quis se ad obseruantiã illius obligare, iuxta ea quæ notant DD. *in l.Titio centum,§ Titio centum, lo* 2. & *ibi* in meo libro dixi *ff. de cond. & demonstr.* tradit Sanchez *de matr.lib.*1.*disp.*40.*n.*3. maximè non existente

318 causa noua migrandi, quia † si noua causa superuenit, velut aduersæ valetudinis, vel inimicitiæ, poterit tunc migrare, vt aliis fundamentis Sanchez *ibi n.*5. prædicto autem casu nulla noua superuenerat causa, sed solùm nuda voluntas commorandi in sua patria, vt bonis suis meliùs prospicere posset, quæ causa iam vergebat tempore ipsius matrimonij, & sic ad præstationem prædictorum alimentorum patrem condemnati nõ posse. Quoad secundum verò dubium,

319 Respondi † mulierẽ non teneri sequi eius maritum, obstante pacto iurato, quia tale pactum non est contra substantiã matrimonij, vt pluribus relatis tenet Sanchez *d.q.*40.*n.*6. quod secus esset si noua causa marito superuenitet. nam noua superueniente causa mulier virum sequi tenetur. quod quidem est intelligendum † in muliere, quæ vera mulier 320 est, & iam maritata; secus verò in desponsata tantùm, quia sponsa quæ contraxit sponsalia cum certo pacto, vel sine eo, & solùm sub spe cõmorandi in loco vbi sponsalia fuerunt celebrata, si postea factis sponsalibus † mari- 321 tus noluerit mutare domicilium, sponsáque eum sequi non velit, sufficiens est causa vt sponsalia dissoluantur, nec matrimonium celebretur, pluribus Doctoribus id tenentib. respondet Sanchez *lib.*1.*de spons.q.*44.*n.*14.

Sponsalia quædã fuerant contracta in hac ciuitate, & postea ex aliquo tumore aduersæ valetudinis alterius non fuit consummatum matrimonium. fuit quæsitum, an † mulier 322 teneretur reddere iocalia quę sponsus eidem dederat.

Respondi quòd non, quia non culpa sponsæ, sed rumore ipsius sponsi dissoluta fuerunt. id pluribus fundamẽtis tradit Sanchez *de matrim.lib.*6.*q.*21.*n.*3.

Quæsitum fuit, an † adulterium com- 323 missum per vxorem sit sufficiens ad prouidendum diuortium.

Respondeo esse causam sufficientem diuortij adulteriũ ipsius vxoris, vt probatur ex *c.significasti, c.gaudemus, c.ex litteris, de diuort.* quod intelligendum est, si maritus conuinci non possit de adulterio, quia † si mulier re- 324 conueniat maritum de adulterio, non erit causa sufficiens recusationis, quia coniuges in matrimonio sunt æqualis conditionis, & sic opposita reconuentione cessabit causa diuortij, ita tradit post infinitos DD. hanc tenentes sententiam Sanchez *de matrim.lib.* 9. *disp.*3.*per totam*, maximè *num.*6.

Tribus † modis matrimonia olim fieri 325 dixi in meis commentariis ad *l.*2.*ff.de cond.& demonstr.à n.*14.*cum seqq.* nempe per cobabitationem, per coëmptionem, & per farram. Primos duos modos explicaui. tertium verò modũ, nempe per farram, nunquã inuenisse attestatus fui; certa autem die interloquendo de his in Consistorio Baiulię generalis Cataloniæ, Nobilis Ludouicus de Monsuar Equestris ordinis de Calatraua de Regio Cõsilio, & Baiulus generalis Cataloniæ, vir tã in nobilitate, quàm in litteris multum versatus, se obtulit me docere, qua forma matrimonium sub dicta forma, nempe per farrã celebraretur, & sic ostendit mihi librum antiquitatũ Romanarũ congestarũ per Ioannem Rosinũ, qui *lib.*5.*c.*37 *de nupt.& earũ ritib.* in hæc verba de confarreatione prorũpens, loquitur, inquit, Dionys. *in Romulo* sacras nuptias scribẽs, farracia † esse dicta, quòd eodem farre coniu- 326 ges

ges vescerentur, quo etiam victimas respergerent. Itaque Vlpian. *tit.9. Institut. Farre*, inquit, *conuenitur in manum certis verbis, & testibus decem præsentibus, & solemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* & Plinius lib.18.c.2. *In sacris nil religiosius consecrationis vinculo erat, nouaq; nuptæ farreum præferebant.*
327 & Tacit. *lib.3. annal.* † confarreandi consuetudinem aut amissam, aut inter paucos de-
328 tentam fuisse. Hinc † *diffarreatio* apud Festū, dissolutio matrimonij dicitur, confarreatione contracti. Quod autem Boërius scribit confarreationem solis Pontificibus conuenisse, id sic intepretatur Reuardus, eam per solos Pontifices peractam fuisse. Hucusque dictus Rosinus, cuius verba tanquam peregrina hic inserere decreui, vt antiquitas ista detegatur, cùm apud paucos ipse inueniatur, cùm peregrinus sit liber.

Quæro de casu quotidiano, euenit quòd
329 † prouidetur diuortium, & sunt filij apud quem educandi erunt.

Respondeo quòd de iure Codicis erat in arbitrio iudicis prouidere vbi isti essent educandi, ex *l. vnic. C. de diuort fact.* ibi competens iudex arbitrabitur, vtrùm apud patrem, vel apud matrem matrimonio separato filij morari ac nutriti debeant. hoc autem arbitrium
330 arbitrati sunt authores vt † vsque ad primum trienniū apud matrem educarentur, ex *l. nec filiū, C. de patr. potest.* iuxta tradita per Specul. *in tit. qui filij sint leg. § vnic. n.* 26. Nouo autem authenticorum iure filij educandi veniunt penes eum, qui causam diuortio non dedit, *auth. vt liceat matri & auia, § illud, coll.* 8. faciūt tradita per scribentes ordinarios in dictis locis, & cùm iura expressa habeamus, nil dispo- nentia, nil est quòd ad alia perquirenda accedamus.
331 Quæri etiam potest, an † excommunicatus possit contrahere matrimonium.

Respondeo quòd licèt dissentiant authores, differentiam constituentes inter excommunicationem maiorem, vel minorem, dicentes excommunicatū excommunicatione minori posse contrahere matrimoniū, secus excommunicatum excommunicatione maiori; tamen receptior est sententia excōmunicatum maiori excommunicatione validè matrimonium contrahere posse, quod expressè probatur ex *c significasti, de eo qui duxit in matr quam polluit per adult.* vbi vir excommunicatus erat, eo quòd adhærebat meretrici vxore spreta, qua mortua nupsit prædictæ meretrici, nondum obtenta absolutione ab excommunicatione, & respondet Pontifex validum esse matrimonium. confirmatur, quia nullus adest textus qui disponat nullum esse matrimonium contractum ab ex-

communicato. ita gloss. *in c. fin. verb. sacramentis, de sent. excom. lib.6.* Graff. *1. p. dub. lib.1. c.1. n.2 5.* Card. Tolet. *in sum. lib.7. n.1.* Ledesm. *de matr. q.59. art.1. § pen.* Caiet. *in sum. verb. matrimonium, c.1. in fi.* Benedictionem † autem nu- 332
ptialem non posse conferri excommunicato excommunicatione maiori, tenet Sanchez *de matr. lib.7. disp.9. n.13.* dicens idem sentire Henric. *in cap significasti, n.2. de eo qui duxit in matr.* Palud. *c.26. q.2. art.2. concl.2. n.9.* & licèt rationem non assignet, existimo quòd ipsi sit interdicta assistentia celebrationi Missarum, iuxta tradita per Graff *decis. aur. p.1. lib.4. c.12. n.16.* & sic cùm expressè excommunicato sit interdicta assistentia in Missæ sacrificio, nil mirum si excommunicatus non potest percipere Ecclesiasticam benedictionem.

Cùm plura † impedimenta matrimoniis 333
soleant se opponere, quæri potest summariè, quæ sint.

Respondeo quòd sequentia, quæ hic summariè refero, vt resolutionibus promissis studeam.

Error † personæ, veluti si quis putet cum 334
Catherina nubere, & nubat cū Ioāna, & hoc casu ipsi contrahentes possunt absq; dispensatione ratificare factum. quod confirmant scribentes ex S. Script. *Gen c.29* ex Iacob qui volebat nubere cum Rachael, & nupsit cum Lia, & ipsi ratificarunt postea matrimonium.

Secundum impedimentum procedit ex
† qualitate status, veluti si existimauerit nu- 335
bere cum libera, & nupserit cum serua. qualitas autem virginitatis non annullat matrimonium. *c.1.29. q.1.*

Tertium impedimentum est † votum so- 336
lemne per religionis professionem, vel sacri Ordinis susceptionē, vt *in c. vnic. de vot. lib.6.*

Quartum impedimentū est † cognationis 337
spiritualis, quę oritur ex sacramētis Baptismi & Confirmationis. *c.1 per tot.30. q.1.* quæ cognatio spiritualis solùm contrahitur inter patrinos & baptizatos, & cum parentibus baptizati, ex dispositione S.C.T. *sess.24 de ref. c.2.*

Quintum impedimentum est † cognatio 338
legalis, quæ oritur ex adoptione, vel arrogatione legali inter adoptatum & adoptantem, vel inter arrogatorem & arrogatum. *c. vnic. de cognat. legali.*

Sextum est † homicidium patratum ab 339
altero coniugum, quando adinuicem nubere postea volunt. Secundum homicidium impediens est, quando homicidium committitur cum ea, cuius maritum occidit animo nubendi cum ea, vel si adulterium mixtum contractui secundi matrimonij stante adhuc primo matrimonio, id est, qui scienter adulteratur cum vxore alterius, & contrahit adhuc matrimonium cum ea, stante adhuc

primo matrimonio. Adulterium etiam cum fide data nubendi, de qua specie impedimenti iam suprà latè dictum est hoc eodem cap. *à num. 157. cum seqq.* vbi plura relata fuerunt circa huiusmodi impedimentum.

340 Dirimit etiam matrimonium † disparitas cultus, videlicet si alter ex contrahentibus sit infidelis, quia quoties appareat de infidelitate, dirimetur matrimonium. *cap. caue. 28. q. 7.* & est septimum impedimentum.

341 Octauum impedimentum est † si matrimonium contrahatur per vim cadentem in virum constantem, causans mortis timorem, vel stupri, vel verberum. *cap. significauit, de eo qui duxit in matr. quam polluit per adult. cap. veniens, lo segon, de sponsal.*

342 Nonum impedimentum est † susceptio sacri Ordinis, nam & matrimonium contractum dirimit. *cap. 2. qui clerici, vel monach.* quod intelligitur de ordine suscepto ante matrimonium.

343 Decimum impedimentũ est † cognationis naturalis vsque ad quartum gradum inter consanguineos & affines. *cap. non debet, de consang. & affin.* iuxta tradita per Soto *dist. 41. quæst. 11. art. 3. in fine.*

344 Vndecimum impedimentum est † ligamen, veluti si quis contrahat per verba de præsenti cum secunda, viuente prima, *§. affinitatis, Instit. de nuptijs.* etiam si posterius matrimonium sit copula confirmatum. *cap. fin. cap licet, de sponsal. duorum.*

345 Duodecimum impedimentum est † affinitas, etiam quæ contrahitur ex fornicario coitu in primo & secundo gradu. iuxta dispositionem S.C.T. *sess. 24 de reform. cap. 4.*

346 Decimumtertium impedimentum dirimendi matrimonij est † impotentia perpetua coëundi, ex natura, vel maleficio. *cap. 1. & 3. de frigid. & malefic.* quia impedimentum temporale non sufficit. *cap. fraternitatis, eod. tit.*

Circa impedimenta prædicta plura requisita se offerunt inuestiganda, quæ longiori calamo scripta referuntur à Graffis *decis. aurearum, p. 1. lib. 2. de impedim. matrim. cap 85. per totum.* Sanchez *de matrim.* in suis libris, ad quos recurrendum erit.

347 Sed quid dicendum erit, † si matrimonio rato ipse vir sacris fuerit initiatus, an liber remaneat.

Respondeo ex traditis à Graffis *decis. aur. 1. part. lib. 2. cap. 82. num. 7.* qui dicit talem virum qui post matrimonium ratum, non verò consummatum, fuerit in sacris initiatus, teneri consummare matrimonium, ex text. *in extrau. antiq. Ioan. 22. de vot.* glos. *in cap. vnic. de voto, lib. 6.* Abb. *in cap. verum, de conuers. coniug.*

348 Quæritur, an † si maritus, vel vxor, alter ex his hæreticus factus fuerit, si pœnitentia ductus ad Ecclesiam fuerit restitutus, teneatur mulier ab eo propter hæresim separata redire ad cohabitandum.

Respondeo quòd si mulier à marito fuit separata cum iudicis Ecclesiastici prouisione, non tenetur etiam reconciliato marito cohabitare cum eo; secus verò si ipsa propria auctoritate marito in hæresi existente ab ipso recesserit, quia si propria auctoritate recessit, redire compellitur. ita expressim notat Abb. *in c. vlt. de conuers. coniug.* aduersùs glossam. faciunt tradita per Couarr. *de sponsal. 2. p. §. 5. num. 5.*

Separari an possit † mulier propter viri furorem. 349

Respondeo quòd si furor sit magnus, poterit quoad torum vnus ab alio separari, iuxta communem sententiam relatam ab Alex. *in l. si cum dotem, § maritus, ff. solut. matrim.* sequitur Graff. *decis. aur. p. 1. lib. 2. c. 84. n. 17.*

Sed quæri potest, an † si mulier voluntariè (facto diuortio priùs) redeat ad maritum, possit petere ab eo cautionem de non offendendo. 350

Respondeo quòd sic, iuxta tradita per Herengium *de fideiuss. cap. 6 num 237.*

CAPVT IX.

De dotis promissione, & de personis obligatis ad dotis solutionem.

SVMMARIA.

1 *Frater an teneatur dotare sororem.*
2 *Hæres teneatur soluere defuncti debita.*
3 *Obligatio defuncti non mutatur ex persona hæredis.*
4 *Frater diues an teneatur dotare sororem pauperem.*
5 *Curatores minoris quando possint condemnari ad dotis solutionem pro pupillo.*
6 *Dotasse ex bonis proprijs fratrem sororem, quando præsumatur.*
7 *Fratrem sororem vterinam quando dotare teneatur, cum seq. n. 16.*
8 *Sororem vterinam an frater teneatur dotare.*
9 *Dos & alimenta an æquiparentur.*
10 *Frater sorori an teneatur alimenta præstare.*
11 *Maritus an lucretur fructus rei datæ in dotē.*
12 *Computare quando maritus teneatur fructus rei dotalis cum ipsa dote.*
13 *Fructus dotis à quo tempore debeantur.*
14 *Alimenta pro vxore quando dotis loco debeantur.*
15 *Alimenta qualiter taxari debeant.*

16 *Vsura*

150 Frater

150 *Frater non tenetur secu~dò dotare sororem semel dotatam.*

151 *Transuersales dotis ratione non gaudent beneficio descendentium.*

152 *Dos respectu transuersalium non est priuilegiata.*

153 *Pater quando de bonis suis dicatur se filiam dotasse.*

154 *Certum dicitur id quod per relationem ad aliud refertur.*

155 *Filia an teneatur in legitimam computare quod pater dedit nepti ex ea.*

156 *Dos data ab auo nepti quando præsumatur data filiæ contemplatione.*

157 *Auum neptem dotasse contemplatione filiæ an præsumatur.*

158 *Pater an aliquibus casibus non teneatur dotare filiam.*

159 *Pater an censeatur dotare filiam solùm ex suis bonis proprijs.*

160 *Dictio &, quomodo coniungat diuersa.*

161 *Dictio &, quando non coniungat.*

162 *Pater quando censeatur dotasse de suis tantùm bonis.*

163 *Pater an teneatur dotare filiam emancipatam.*

164 *Alimenta an debeantur filijs emancipatis.*

165 *Emancipatio an in totum tollat effectus patriæ potestatis.*

166 *Filius emancipatus sine venia non potest patrem in ius vocare.*

167 *L. finalis. C. de dotis promissione, an habeat locum in donatione propter nuptias.*

168 *Legatum factum simpliciter à patre filiæ an censeatur in dotis causam legasse.*

169 *Pauper inops & debitor an possit filiæ dotem constituere.*

170 *Auus quando teneatur neptem dotare, & num. 28.*

171 *Dotare qui teneantur, & quando.*

172 *Dote data quomodo de ea testari possit, cum seqq.*

173 *Testari mulier an possit de areis, vestibus & alijs sibi datis tempore matrimonij.*

174 *Fideiussor dotis an gaudeat priuilegio patris quòd non teneatur vltra id quod facere potest.*

175 *Mater quando teneatur dotare filiam.*

176 *Interesse dotis an stipulari possit interim dum dos non soluitur.*

177 *Mulier an amittat dotem propter delictum, cum seq.*

178 *Mulier in Catalonia quando dotem amittat.*

179 *Frater quando præsumatur dedisse sorori dotis causa.*

180 *Frater quando non teneatur dotare sororem, cum seq.*

181 *Donatio pura quando præsumatur inter fratrem & sororem, cum seq.*

182 *Hæres adeundo obligatur & postea defunctum repræsentat.*

183 *Datum à fratre quando censeatur ex compensatione.*

184 *Donatio non præsumitur vbi alia reperitur coniectura.*

185 *Frater an teneatur sorori dare vestes & alia iocalia.*

186 *Promissio de dote incerta constituenda quid operetur, cum seq.*

187 *Iudex dotem incertam debet taxare.*

188 *Dos congrua quomodo iudicetur.*

189 *Mulier secundò nubens quam dotem censeatur secundo viro constituere.*

190 *Vidua an dicatur in dubio omnia bona dotis nomine dedisse secundo viro.*

191 *Vasalli an teneantur contribuere in dotibus filiarum dominorum, cum seq.*

192 *Vasalli quot modis dicantur.*

193 *Vasalli quando teneantur dotare filias domini Regis.*

194 *Vasalli Ecclesiæ contribuunt in dotibus domini Regis.*

195 *Vasalli qui gaudeant priuilegijs concessis ciuitati Barcinonæ.*

196 *Raptor quomodo teneatur dotare raptam.*

197 *Pater an teneatur lite pendente cum filia ei alimenta præstare & expensam, cum seq.*

198 *Expensas tenetur pater filiæ præstare durante inter eos lite.*

199 *Pater quomodo teneatur dotare filiam nubentem contra suam voluntatem.*

200 *Dos à patre semel assignata an minui possit.*

201 *Dos an computetur filiæ in legitimam.*

202 *Maritus vxori potest dare si inter eos adsit inæqualitas, cum seq.*

203 *Inæqualitas inter maritum & vxorem quid operetur.*

204 *Inæqualitas an possit esse in capitulis nuptialibus inter partes.*

205 *Augmentum dotis, siue creix, an possit fieri constante matrimonio.*

206 *Ad augendum dotem minori dari potest curator.*

207 *Promissio dotis ad arbitrium promittentis quomodo intelligatur, cum seq.*

208 *Arbitrium in dotis promissione quomodo accipiatur.*

209 *Promissio dotis simpliciter quomodo intelligatur.*

210 *Mulier constituens in dotem omnia sua bona, de quibus intelligatur.*

211 *Pater an teneatur dotare filiam quæ ante vigesimumquintum annum luxuriauit.*

212 *Pater ingratam filiam an teneatur dotare.*

213 *Ingratitudinis ratio qualis esse debeat.*

214 *Frater clericus an teneatur dotare sororem, cum seq.*

215 *Clericus frater an teneatur de bonis Ecclesiæ dotare sororem.*
216 *Frater vterinus an teneatur dotare sororem.*
217 *Patruus an teneatur dotare nepotē ex fratre.*
218 *Societas an sit obligata ad dotem filiæ consortij, cum seq.*
219 *Dos an desumatur de societate.*
220 *Dos an de communi societate detrahatur.*
221 *Filius an teneatur dotare matrem suam volentem secundò nubere.*
222 *Dos & alimenta nō æquiparantur in omnib.*
223 *Muliere indotata an ab ea dos peti possit.*
224 *Maritus mulierem indotatam debet amore prosequi.*
225 *Alimenta per maritum debent præstari mulieri indotatæ.*
226 *Dos assignata à patre ipso moriente quomodo ab hæredibus sit soluenda, cum seq.*
227 *Hæredes æqualiter defunctum repræsentant.*
228 *Dote assignata vni filiæ de societate, an ea finita possit ex illa filiæ alterius socij dari.*
229 *Decretum quando non requiratur in dotis constitutione.*
230 *Maritus an constante matrimonio possit augere dotem.*
231 *Suspicio donationis quando oriatur inter maritum & vxorem.*
232 *Augmentum dotis quando fieri possit per maritum.*
233 *Dos quando comprehendat dotis augmentum in secundo matrimonio, cum seq.*
234 *Augmentum dotis, siue lo creix, an comprehendatur in dote.*
235 *Bona donata filiæ quando censeantur data in augmentum dotis.*
236 *AEstimatio rerum dotalium quando faciat emptionem.*
237 *Pacta respectiua & correlatiua quo pacto obseruanda.*
238 *Sponsalitium, siue creix, an nomine dotis comprehendatur.*
239 *Mors ciuilis & naturalis an æquiparentur.*
240 *Fictio quando locum habeat.*
241 *Dos promissa respectu vnius matrimonij an debeatur respectu alterius.*
242 *Dotis fauore fit interpretatio.*
243 *Contra dotem ex coniecturis fit declaratio.*
244 *Dos monialis quando soluenda Monasterio.*
245 *Dos monialis decedentis ante professionem ad quem pertineat.*
246 *Dos monialis morientis ante professionem restituenda est.*

1
VÆSITVM primò fuit, † an frater teneatur dotare sororem suam.

Respondeo secundùm aliquos, quòd si frater est hæres patris, & ipse pater decesserit, non dotata
filia, quòd frater tenebitur dotare eius sororem, quia hæreditario iure succedit in obligationibus eius patris defuncti, & sic non
tanquam frater, sed tanquam † hæres patris 2
obligatus remanebit, iuxta tradita per Stephanum Gratian. *decis.* 19. *Rotæ Marchiæ, n.* 40.
& 41. dicens quòd † ex persona filij hæredis 3
non mutatur conditio principalis obligationis, licèt hæres spontè se obliget adeundo hæreditatem. *l.* 2. *§ ex his, ff de verb. oblig.*

Sed prædicta responsio diluit in totum difficultatem, cùm non fuerit quæsitum de obligatione fratris vt hæredis patris, sed de obligatione ipsius fratris ex sua propria persona.

Et sic quoad dictam dubitationem elidendam
respondeo, quòd † si frater est diues, 4
tenetur dotare sororem ex vtroque sexu coniunctam, iuxta glossam *in l. non omnis. C. de administr. tut.* tenent *ibidem* hoc Cynus, Bald. & Salicet. per textum *in l. cùm plures. § cùm tutor. ff. de administ. tut.* idem testatur Alexand. *in l.* 1. *ff. solut. matrimon.* refert Thesaur. *decis. Pedemon.* 192. *num.* 7. dicens sic fuisse decisum
num. 8. vbi addit quòd † si frater pupillus sit, 5
eius tutores, seu curatores possunt cogi ad dotem soluendam, ex *l.* 1. *§.* 1. *in fine, ff. de tutel. & ratio. distrah.* vnde rectè attestatur Gratianus *decis.* 19. *Rotæ Marchiæ, num.* 44. quòd
† fratre dotante ipsam sororem non præsu- 6
mitur ea quæ in dotem sorori constituit, illi mera voluntate donasse, si alia adsit cōiectura, veluti si pater non viuebat, vel aliàs dotem non habebat, quia tunc censetur in duriorem illam causam donasse, videlicet pro obligatione dotandi, & sic decisum fuisse in dicto Senatu refert, nempe donata à fratre sorori vtrique coniunctæ pro obligatione, quam ipse frater de dotando habebat, censeri donata.

Si † autem soror non sit vtrinque con- 7
iuncta, sed vterina, non tenebitur frater eam dotare, tenet Bald. *in l. neque mater* 2. *lectura. C. de iure dot.* Azo *in summa C. de administr. tut.* vbi attestatur, tutorem compelli posse ad constituendam dotem sorori pupilli
vtrique coniunctæ, nam † sorori ex alio pa- 8
tre natæ, etiamsi aliàs nubere non possit, non dabit dotem, & licèt hanc quæstionem indecisam relinquat Gregor. Lopez *in l.* 18. *tit.* 16. *partit* 6. *gl.* 3. *vers. de las hermanas, prope finem,* argumentando à præstatione alimentorum respectu filiorum naturalium, & parentum; longius tamen veriorem existimo sententiam eorum, qui tenent fratrem vterinum non teneri ad dotis præstationem, cùm non reperiatur lex quæ id disponat. Et licèt videatur fratrem vterinum diuitem compelli posse ad pręstandum alimenta sorori pauperi,

hoc

hoc tamen argumentum non est validum,
9 neque valet † æquiparatio dotis ad alimenta,
cùm faciliùs præstentur alimenta, eùm ea
dentur minutatim, dos autem detur in ma-
gna quantitate, vt dicebat Ioann. de Imol. *in
l. 1. ff. solut. matrim. col. 3.* Alexand. *in l. 1. col. 6.
ff. solut. matrim.* Angel. *in l. à filia, in princ. ff. ad*
10 *Trebellian.* dicens † fratrem diuitem non te-
neti alimenta præstare sorori vtetinæ paupe-
ri. idem tenet Ias. *in dicta l. 1. col. 7.* Thesaur.
decis. 192. num. 7. Guido Pap. *decis. 439. num. 7.*
Boër. *decis. 129. num. 9.* Caldas Pereira *in tract.
de emptio. & vendit. cap. 14. num. 26. in fin.* Azo
vbi suprà *num. 23.*
11 Quæsitum fuit, † an si marito dos pro-
mittatur, & ex eo quod ei tempore promis-
sionis non soluitur, res aliqua datur, sub pa-
cto quòd loco pignoris dictam rem babeat
lucrando fructus, possit maritus eos lucrari, &
suos facere, non computando eos cum sorte.
12 Respondeo quòd † maritus potest fructus
rei traditæ in pignus, pto dote percipere, &
suos integrè facere, absque hoc quòd teneatur
illos cum sorte computare, ex *l. fin. §. fin.
C. de iure dot. cap. salubriter, de vsur.* Ias. *in l. cun-
ctos populos, num. 5. C. de summa Trinit.* Ripa *in*
13 *rubr. ff. solut. matrim.* quia † maritus potest pe-
tere vsuras dotis promissæ non solutæ, à tem-
pore quo onera matrimonij subiit, quia præ-
dictæ vsuræ cedunt loco interesse alimento-
rum, quæ maritus vxori præstiit, iuxta tradi-
ta per Bart. *in l. atquin natura. §. non tantum.
ff. de negot. gest.* Bald. *in l. cunctos populos. C. de
summa Trinit.* Alexand. *cons. 31. viso themate,
num. 5. vol. 6. & cons. 178. num. 11. vol. 7.* Bald.
Nouel. *in tract. de dote 7. part. 3. speciali.* Alex.
cons. 56. num. 6. & 8. vol. 4. vbi *dicto n. 6.* Ale-
14 xander dicebat † maritum posse ab eo, qui
dotem promiserat, petere alimenta propter
dotem non solutam, eius temporis habito
15 respectu, quo dos non fuit soluta. quæ † ali-
mentorum taxatio debet fieri secundùm red-
ditum dotis, ex *l. cùm vnus. §. alimentis ff. de ali-
ment. legat.* sequitur Capyc. *decis. 65. num. 5.* vbi
dicebat quòd promissor dotis tenetur ad vsu-
ras proportionabiles dotis, aut ad alimenta
16 quæ à marito præstantur † intra tempus, quo
dos non fuit soluta. Capyc. *decis. 183.* sequitur
Anton. Gomez *in l. 50. Tauri, num. 30. vers. si*
17 *verò non fuerint data pignora.* Petuntur † autem
huiusmodi vsuræ, seu interesse postquam dos
est recuperata iure actionis, ex *l. 1. C. de iudic.*
tradit Caldas Pereira *de emptio. & vendit. c. 28.
num. 47. circa finem.* quod non indistinctè pro-
cedere existimo, nempe quòd peti possint
vsuræ finito iudicio causæ principalis. quia
18 certum est quòd † ex receptione sortis prin-
cipalis absolutè censentur remissæ vsuræ. gl.
& Bart. *in l. vlt. ff. de eo quod certo loco.* Aretin.
cons. 9. col. 2. Bald. *in l. 1. C. deposit.* & alij relati
per Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 113.*
& sic existimo quòd si maritus petierit do-
tem, & ei fuerit soluta, non poterit fructus,
seu vsuras illius petere, nisi priùs petendo
sortem fuerit protestatus de vsuris, seu inter-
esse, & sic oportet quòd quando petat sor-
tem, protestetur de vsuris, seu interesse. ita ex
mente Ias. & aliorum resoluit Menoch. *de
præsumpt. lib. 3. præsumpt. 25. num. 13.*
Sed quæro, † si mulieri non sit dos pro- 19
missa, & ipsa pauper sit, viróque diuiti nu-
bat, ipséque moriatur ea superstite, an ipsa
in bonis mariti ius aliquod possit præten-
dere.
Respondeo quòd hoc casu mulier succe-
der in quarta bonorum parte ipsius mariti, si
liberi non sint vltra tres. quia plures si fint,
tunc succedit in virili æqualiter cum cæteris
liberis, & legarum à marito vxori factum non
tollit dictam successionem, sed ei computa-
tur in partem, & si non sufficiat, suppletur ei,
auth. præterea. C. vnde vir & vxor. (cuius text.
decisio mihi fuit in puncto data declaranda,
quando doctoratus gradu fui condecoratus,)
& procedit quando † matrimonium est sine 20
dote, vel cum parua, vt ibi declarat Alex. &
Ias. post alios. dos autem dicitur parua, quan-
do fructus illius non sufficiunt ad alimenta
illius, iuxta tradita per Barb. *cons. 74. lib 4.* &
hoc procedit etiam si † coniugi post adquisi- 21
tionem huiusmodi quartæ superuenirent di-
uitiæ, quia consummato effectu cessante cau-
sa non cessat effectus. *l. fin. ff. vnde liberi.* Dec.
consil. 24.
Quæsitum fuit, † an clericus teneatur fi- 22
liam spuriam dotare.
Respondeo quòd non tenetur, cùm non
possit ad id compelli; si tamen velit eam do-
tare, poterit & ei † alimenta præstare non 23
solùm de bonis patrimonialibus, verùm etiã
& de fructibus beneficiorum, tenet gloss. per
text. *ibi in cap. omnino 31. distinctio.* Palatius
Rubius *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter
vir. & vxor. §. 23. num. 11.* refert Spino *in spe-
culo testament. gloss. 14. num. 9.* Molina Theo-
log. *de iustit. & iure, disput. 146. vers. illud pra-
terea magnopere est obseruandum, & vers. de filia
spuria beneficiati nobilis.* resoluens quòd † be- 24
neficiatus nobilis non potest de fructibus sui
beneficij conferre in dotem filiæ spuriæ tan-
tam dotem, quantam homo coniugatus
æqualis conditionis suæ daret in moderatam
dotem filiæ suæ legitimæ, sed solùm potest
in dotem dare id quod daret attenta qualita-
te sua, attento boni viri arbitrio, vt ibi *in vers.
quidquid verò dicat.* nec obstat text. *in cap. 1. sub
tit. 8. de filijs presbyterorum*, in constitut. prouin-
cialibus Tarracon. vbi prohibetur ne † ex 25
fructi

fructibus beneficiorum quidquam spuriis filiis presbyterorum directè, vel indirectè detur. nam non loquitur dotis causa, quæ pia est,ex vulgata & communiter approbata sententia. faciunt tradita per Carroc. *in tract. de patre filiam simpliciter dotante,q.* 11.*vers.ampliatur hæc conclusio in clerico.*

26 Licèt † pro restitutione dotis non possit quis fideiussores dare, potest tamen dari fideiussor pro dotis promissæ solutione,iuxta quam resolutionem quæritur, pater nuptui tradens filiam suam, promisit ei dare mille ducatos, pro vt in quodam chirographo sua manu scripto & subsignato continebatur, cui promissioni fideiussorem dedit,qui se obligauit iuxta dictam promissionem, nec consta-

27 bat de chirographo. quæsitum fuit, an † fideiussor remaneret obligatus, cùm regula ordinaria sit quòd instrumentum referens se ad aliud non probat, nisi constet de relato. hoc dubium tetigit Ioann. Garcia *de Hispan. nobil. gloss.*41.*in fine*, dicens quòd fideiussor tenetur, licèt non constet de chirographo, ex doctrina Bald. *in l.*1.*C.de dotis promissione.* Palat. Rub. *in rubr. n* 4 & hanc esse sequendam sententiam tradit dictus Garcia.

28 Quæri potest, † an auus paternus teneatur neptem ex filio emancipato dotare.

Respondeo quòd licèt officium sit paternum, & videatur quòd obligatio dotandi procedat ex patria potestate, & nepos ex filio emancipato non sit in aui potestate, tamen si pater sit egenus, & non habeat vnde filiam suam possit dotare, si auus diues sit, tenebitur neptem dotare, licèt ipsam in patria potestate non habeat, iuxta tradita per Gregor. Lopez *in l.*8.*tit.*11.*partit.*4 *gloss.el abuelo.* quia

29 † obligatio parentum maxima est in filiis dotandis, etiam emancipatis. *in l.fin. C.de dotis promiss.* & hanc tenet sententiam Gutier. *pract. quæst. lib.*2. *quæst* 10. *num.*3. *vers. nihilominus.* quod probat ex *l.si dotem. ff. de collat. bonor.*

30 Quæri vlteriùs potest, † an maritus teneatur pro dotis securitate, & restitutione cauere.

Respondeo quòd tempore conuentionis dotis, vel tempore capitulorum fideiussores dare à iure sit prohibitum, iuxta *leg.* 1. *& totum titulum C. ne fideiussores dotium dentur,* & plura quæ ad hoc institutum refert Ioann. Gutier. *de iurament. confirm.* 1.*part. cap.*21. ex

31 postfacto tamen † si matrimonio contracto maritus cœperit ad inopiam vergere, poterit per mulierem compelli de dote assecuranda, iuxta tradita per Palat. Rub. *in cap.per vestras notabili* 5.*num.*4. *de donat. inter vir.* Capyc. *in tract. de dote.*3.*part.*178. Crotus *in l.si constante,num.*33 *ff.solut.matrim.* Couarr. *in cap.quamuis pactum.*2.*part.* §.2.*ad finem.* Anton.Gomez *l.*53.*Tauri, num.*53. Heting. *de fideiussor.cap.*6. *num.*184.

Sed quæri potest iuxta prædicta, quando dicatur † maritus vergere ad inopiam. 32

Respondeo quòd cùm hoc sit facti, debet probari per testes,qui attestentur de dilapidatione bonorũ illius ex confessione etiam propria ipsius mariti probari ipsum vergere ad inopiam,tenent Doctores *in l.si constante.ff.solut.matrim* Alex. *cons*37.*vol.*7. Couarr. *lib.*2. *variar.cap* 6.*num.*3 *cum seq.* Tiraquel. *de retractu municip.* §.32. *gloss.*1.*num.*94. quos allegat Spino *in speculo testament.gloss.*21.*princip.de legato pro dote, num.*95.

Quidam † maritus (cuius nomen taceo) 33 ita luxuriosè viuebat,vt omnia bona sua dilapidabat, taliter quòd & fructus ita dissipabat, vt mulieri & filiis alimenta non præstabat. fuit quæsitum quid iuris.

Respondi † posse vxorem petere fructuum 34 sequestrationem per iudicem prouideri, ita quòd totaliter marito denegaretur eorum receptio, donec & quousque fideiussores daret de alendis vxore & filiis, iuxta tradita per Bald.Nouel.*de dote priuileg.*21.*num.*7. Bart.& Ias. *in l.si constante ff.solut.matrim.* iuxta text *in l.mutuus.* §.*manente.ff.de iure dot.l.si cùm dotem.* §*.sin autem. vers. si verò ff.solut. matrim.* Andr. Gail *lib.*2.*obseru.*83.*num.*11.dicens quòd prouida vxor tantisper expectare non debet, donec mariti bona in summum cinerémque redacta sint, sed opportuno tempore sibi filiísque prospicere.

Quæri etiam hîc potest, † an hæc constitutio prima sub tit. *de promissione dotis*, aliquid innouet contra iuris ciuilis dispositionem. 35

Respondeo quòd sic, quia de iure ciuili licitum erat vnicuique id quod sibi datum erat,eidem donatori restituere,vt *in l.si ea quæ donauerat. C. de donat.* vbi ea quæ quis alicui dederat, sibi iterum adquiri poterant, si secunda donatione sibi restituta fuissent; hic verò ea quæ contemplatione matrimonij alicui data sunt, ita irreuocabiliter ei adquirunt, vt neque donatione, neque alio quocunque recognitionis actu donatori possint restitui. ex qua constitutione corrigitur ius ciuile, vt dictum est, & de hac retrodatione loquitur Vincent. de Franchis *decis.*205. *per totam.*

Quæsitum fuit, † si donatarius rem sibi 36 donatam donatori restituerit, & iste penes se plurimis annis habuerit eam, ex ipsáque fructus perceperit, posteáque res à donatore per donatarium euincatur, an hoc casu fructus sint restituendi ipsi donatori.

Respondeo quòd fructus pertinebunt ad ipsum

ipsum donatarium, ex eo quòd apparet ex dicta constitutione clarè mentem ipsius esse ne fraudentur contrahentes ex similibus donationibus, quia si prædictæ retrodonationes admitterentur, ferè omnes essent inanes, & simulatæ. prospexit itaque ius ne homines de facili se inuicem deciperent, & sic prædictas retrodonationes nullas omnino esse decreuit, suspendendo auctoritatem omnibus Notariis, ne talia instrumenta reciperent, & quòd fructus sint restituendi primo donatario. confirmatur ex eo quòd (vt dictum est) donatio in totum annullatur, & loquitur con-
37 stitutio per verba generalia, & sic † restringi non potest vt intelligatur tantùm quoad proprietatem, non verò quoad fructus, vbi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. *l. de pretio. ff. de public. in rem actio.* Tum etiam, quia perinde decipiuntur in re-
38 stitutione † fructuum, atque in restitutione proprietatis, vt aduertit Gutier. *pract. q lib. 2. quæst. 63. num. 3. vers. sed his omnibus.* ponderans *l. fin. C. de frumento vrbis Constan. lib. 11:* vbi disponitur quòd deputetur certæ pecuniæ quãtitas ad emptionem frumenti tempore necessitatis, quam officiales non poterant minuere, neque in alium vsum conuertere, sub pœna dupli, & tamen dicitur ibi in fine, quòd
39 † lucrum proueniens ex dicta pecunia, continetur etiam sub eadem legis dispositione. Ex quibus apparet fructus etiam comprehendi sub dicta constitutione, & sic fuisse obseruatum in hoc Regio supremo Senatu, reperi adnotatum, referente Ioanne Sabater in fauorem N. Berthomen Medicinæ Doctoris ciuitatis Tarraconæ anno 1591.
40 Quæri etiam potest, † an aliquo pacto fieri possit quòd donatio facta in capitulis matrimonialibus possit rescindi.

Respondeo ex traditis per Mier. ad dictam constitutionem primam *num.* 4. vbi ait quòd sic, dummodo fiat cum consensu omnium eorum, quorum intererat, quia cùm causa ex qua facta fuit supradicta prohibitio, sit ne deciperentur contrahentes, vt insinuant verba dictæ constitutionis, ad vitandas fraudes cessat fraudis suspicio, vbi partes assistunt & consentiunt, vnde cautela optima est vt vocatis illis, quorum interest coram iudice, & recepta informatione poterit fieri retrodonatio.

Sed prædicta locum habent vbi simplici-
41 ter † donatio facta fuit solùm in fauorem contrahentium, & non aliorum secus verò erit, si ex verbis dictæ donationis apparet ipsum donatorem non solùm dicto donatario, sed eorum liberis prospexisse, quia tali casu donatio hæc restitui non potest, quia inducta est donatio secunda in fauorem filiorum, veluti si facta sit donatio sub his verbis: Dono vobis coniugibus præsentibus contemplatione præsentis matrimonij & vestris, &c. hoc enim casu nullo modo, neque in iudicis præsentia, nec aliàs, poterit † restitutio 42
fieri rei donatæ, quia appellatione illorum verborum, *& vestris*, iam censetur ius quæsitum successoribus, ordine successiuo, iuxta tradita per Manticam *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. num. 9.* & ratione feudi. Sarmiento *selecta. interpret. lib. 5. ad l. Gallus. §. etiam si à parente, num. 5. ff. de liber. & posthum.* & puram donationem esse tradit Monter *decis. regni Arragon. 10. num. 6. circa medium*, ex *l. quoties. C. de donat. quæ sub modo.* maximè, quia dicta † donatio 43
censetur acceptata per Notarium, quia cùm ipsi à iure permissum sit tanquam publicæ personæ, ex notatis per Doctores *in § alteri, Instit. de inutil. stipulat.* censetur † Notarium 44
rogatum fuisse de apponenda dicta clausula, iuxta tradita per Cæpollam *in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de adilit. edict.* qui allegat textum *in l. & qua nondum. §. quod dicitur.* ibi, *non ad illam quæ solet quotidie inferi cautionibus. ff. de pignoribus.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 43.* Mieres ad dictam constit. vnicam *num. 35.* & ita fuit decisum in Regia audientia, referente Raphaële Rubi & Coll, cum sententia lata die 27. Aprilis 1609. scriba causæ Segui, inter Catherinam Clos viduam, & Ioannem Clos villæ Ceruariæ.

Sed † quomodo probabitur, & per quos 45
modos, fraudem interuenisse.

Respondeo nouem modis. Bald. *in l. si paterna. C. de repudian. hæredit.* refert Mieres ad dictam constitutionem vnicam *num. 43* plures autem modos probandi fraudem refert Mascard. *de probat. concl. 814. & 915. per totas.*

Sed quæri potest, † an & quod tempus in- 46
spiciatur ad videndum, an congrua dos data sit filiæ, vel non, videlicet an tempus dotis constitutæ, an verò tempus mortis patris.

Respondeo quòd tempus in quo dos fuit constituta attenditur, non verò aliud quodlibet, & sic eo tempore inspicienda sunt qualitates, quas pater habebat, & quæ bona. & ita tenent communiter scribentes *in auth. res quæ C. commun. de legat.* Palatius Rubios *in cap. per vestras, notab. 3. cap. 23.* Bald. Nouell. *de dote 6. parte princ. priuil. 17. num 4.* Baëza *de non meliorandis filiabus. cap. 31. n. 3.* & sic fit quòd
† si tempore dotis constitutionis dos non 47
erat inofficiosa, licèt pater postea ad paupertatem peruenerit; nil detrahitur ex dote, iuxta tradita per Dec. *cons. 277. colum. 1.* Boër. *decis. 62. num. 11.*

Sed quæritur, † si pater filiæ recuset do- 49
tem dare, & illam maritare, quid faciendum sit.

Respon

Respondeo quòd patre recusante poterit iudex adiri, vt ipse dotem constituat, & tunc iudex implorato eius officio tenebitur dotem assignare, iuxta notata per Bart. *in l. 1. col. vlt. ff. solut. matrim.* Bald. *in l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar.* gloss. *in l. obligamur. verbo lege. de actio. & oblig.* communem hanc sententiam testatur Curt. iunior *in auth. res quæ C. commun. de legat.* maximè Coras. *in l. qui liberos, num. 54. ff. de ritu nuptiar.* vide infrà *num. 149.*

49 Sed quæro, † si pater vnam dotauit filiam excessiuè, an agendo contra excessum dictæ dotis constitutæ, talis excessus reuocetur in toto excessu tantùm, an verò totam dotis constitutionem annullet.

Respondeo quòd solùm reuocatur in excessu, non verò quoad aliud, iuxta tradita per DD. *in auth. vnde si parens. C. de inoffic.* Bald. *in l. si emancipati. C. de collat.* Palatius Rubius *in cap. per vestras 3. notab. §. 24.* Bald. Nouel. *in tract. de dote 6. par. priuil.* 41. & Spino alios allegantem *in speculo testam. gloss. 10. princ. de legato pro dote, num. 56.*

50 Sed quæri potest, † quoad vsque iudex arbitrari possit dotis quantitatem, vt non dicatur dos inofficiosa, vel excessiua.

Respondeo quòd iudex debet considerare quantitatem bonorum paternorum, qualitatem item personarum vtriusque contrahentis, numerum fratrum, & filiorum illius, ex cuius bonis dos constituitur, iuxta notata per Pasqual. Saul. *in tract. de alien. rerum fideicom. subiecta. 2. p. n. 269.* Boër. *decis. 130. num. 62.* Aretin. *cons. 117. n. 20.* quod ex iudicis arbitrio multum pendet, iuxta doctrinam Bart. *in authent. res quæ. C. commun. de leg.*

51 Quæri etiam potest, † an bona quæ subiecta sunt restitutioni, quemadmodum possunt alienari pro dotis restitutione, iuxta *vulgatam auth. res quæ. C. de fideicom.* possint etiam alienari pro constitutione dotis.

Respondeo quòd si personæ, quibus dos constituenda est, sint de personis quas dotans tenetur dotare, iuxta *l. fin. C. de dotis promiss. l. auia. C. de iure dot.* Bart. *in l. à filia, in principio.* & *ibi* Paul. de Castr. *num. 13. ff. ad Trebellian.* poterunt bona prædicta obligari, & alienari ad dotis constitutionem, iuxta tradita per Bart. *in dicta authent. res quæ, quæst. 3.* quem sequitur Curt. iunior *num. 13.* Bart. *in l. à filia, in princ. ff. ad Trebell.* & *ibi* Paul. de Cast. & Pasqual. Saul. *in tract. de alien. rerum fideicom. subiect. 2. p. num. 89.*

52 Quæri etiam potest, † si mulier habeat dotalia bona, veluti dicamus quòd sit vidua, & habeat dotem, & ex alia parte ad eam alia bona paraphernalia peruenerint, an casu quo nubat, & in capitulis matrimonialibus initis cum secundo marito dicatur quòd ipsa constituit ipsi secundo marito in dotem, & dotis nomine bona sua, intelligatur de omnibus & quibuscunque suis, an verò solùm intelligatur in dotem attulisse bona, quæ propria dotalia sua erant.

Respondeo quòd non solùm dotalia, verùm etiam & omnia alia, quocumque colore quæsita, & ad ipsum pertinentia & spectantia, cēsentur † in dotem constituta primò, ex ge- 53 neralitate verborum, quibus dicta constitutio dotalis facta fuit, tum quia in dotis constitutione non solùm dari possunt & comprehendi præsentia, sed etiam futura: si tamen de futuris expressum sit, aliàs non, argumento text. & eorum quæ *ibi* notantur, *in l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* Bald. *in l. nulla. C. de iure dot.* & *ibi* Faber. secus verò si coniecturæ contrariæ sunt. Bald. *in d. l. nulla. q. 7.* Campeg *de dote 1. p. q. 39.* tenent alij quos allegat Gomez *ad l. 50. Tauri, num. 17.*

Euenit quòd † quædam mulier constante 54 matrimonio successit in aliquibus bonis fratri suo ab intestato defuncto. prædicta bona consensit quòd maritus illius ea haberet, imò expressè bona prædicta eidem marito dedit. dubium extitit, an dicta bona haberentur constante matrimonio tanquam dotalia.

Respondeo quòd sic, etiamsi in donatione, quam mulier fecit marito de dictis bonis, nullam dotis mentionem fecerit, quia dos constante matrimonio augeri potest, vt notant communiter scribentes *in l. si constante. ff. solut. matr.* & quòd † talis traditio habeatur ad in- 55 star constitutionis dotalis, est text. expressus *in l quia autem ff. de iure dot.* vbi Iureconsultus in hæc verba prorumpit. *quia autem in stipulatione non est necessaria dotis adiectio, etiam in datione tantundem dicimus.* hunc singularem textum ad hoc allegat Bald. *in l. nulla. C. de iure dot. n. 2.* Bald. Nou. *in tract. de dote 6. p. priuil. 14.* sequitur Gom. *ad dictam l. 50. Tauri, n. 20.*

Quæri potest in capitulis matrimonialibus. † pater & mater indistinctè constituerunt 56 filiæ eorum certam dotem, non facta diuisione, qualiter quilibet eorum teneretur.

Respondeo quòd æqualiter tenentur, pro medietate scilicet. *l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis.* probatur etiam argumento *l. si dotare. C. ad Velleia. l. fin. eod. tit.* vbi habetur quòd † mulier potest se obligare & principaliter & 57 accessoriè pro dote. ex quibus fit quòd bona dotalia ipsius matris possunt alienari ex causa dotis promissæ. ita Bald. *in l. 1. ff solut. matr. 2. col.* facit text. *in l. Lucius Titius. ff quib. modis pignus, vel hypoth. solui.* vbi disponitur quòd si maritus & vxor prædium, vel fundum simul dederunt in dotem pro filia, videtur vxorem remisisse ius hypothecæ quod in eo habebat. vide infrà *num. 91.*

Quæro

58 Quæro quando † maritus teneatur alimenta præstare vxori suæ, quæ sibi non attulit dotem.

Respondeo quòd si mulier tempore celebrati matrimonij nullam dotem promisit marito, tenetur maritus eidem vxori alimenta omnino præstare secundùm conditionem & statum suum: ipsa tamen seruire & operari tenetur viro suo, argumento text. *in l. quod si nulla, ff. de religio. & sumpt. funer. l. sicut, ff. de oper. liber.* tenet Bart. *in l. si constante, ff. solut. matrim. n. 102.* Cynus *in l. quod in vxorem. C. de negot. gest.*

59 Si † tamen mulier constituit dotem à principio marito, & ipsa non soluatur per eam, aut per eius patrem, tunc maritus non tenetur præstare alimenta ipsi vxori, sed illam remittere in domum paternam. *authent. de non eligen. secundò nuben. § fin. & ibi* gloss. *verbo onera.* quam extollunt Cynus, Bald. & communiter DD. *in l. quod in vxorem, C. de negot. gest.* Bald. & DD. *in l. si cùm dotem, §. sin autem in fæuissimo, ff. solut. matrim.* Bald. & DD. *in l. si donaturus, ff. de condict. ob caus.*

60 Pater † dotando filiam simpliciter, non adiecto de quibus bonis, an de suis solùm, an verò de suis & maternis dotasse censeatur.

Respondeo hoc dubium tractasse latè Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 15. per tot.* vbi latè. ex qua resolutiuè dicitur quòd licèt pater habeat penes se bona materna ipsius filiæ, & illa administret simpliciter, dotando eam, de bonis solùm paternis dotasse illam censetur, adeò quòd si facta promissione & perfecta, pater postea protestetur se illam de bonis maternis dotasse, ei non sit standum, vt *ibi num. 19.* quia donatio dotis regulatur ex obligatione paterna, vt *ibi n. 6. & 7.* etiamsi dos à patre promissa excessiua sit, quia hoc casu de suis tantùm bonis dotasse censetur, vt *num. 17.* vide totam præsumptionem, vbi latè de hoc dubio.

61 Quæritur, † an pater si filiam dotauerit, & ipsa dotem amiserit, teneatur illam iterum dotare.

Respondeo quòd aut in consumptione dotis interuenit dolus & culpa mulieris, vel non interuenit, quia si dos forsan deperdita fuit absque mulieris culpa, tunc pater iterum eam dotare tenetur si iterum nubat. *l. etiam, §. licet, ff. solut. matrim. authent. quod locum, C. de collat.* ibi, *nisi filiæ possit imputari.* tenet Guillet. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo dotem, num. 19. de testam.* Baëça *de non melior. dot. cap. 16.* si verò culpa mulieris deperdita fuerit, non tenetur dotare illam, ex traditis per supra citatos authores.

62 Sed quæro, quid dicendum sit † de fratre obligato sororem dotare, an si semel illam dotauerit, teneatur dote deperdita illam iterum dotare.

Respondeo quòd quomodocunque dos fuerit deperdita, dotare illam iterum non tenetur, iuxta tradita per Alex. *in l. si cùm dotem, §. 1. ff. solut. matrim.* Tiraquel. *in l. si bones, § hoc sermone, num. 125. ff. de verbor. signific.* Seguta *in l. si ex legati causa, num. 178. ff. de verbor. obligat.* Boërius *decis. 121. num. 8.* Spino *in speculo testament. gloss. 10. pro dote, num. 42.* Molina *de Hispan. primo. lib. 2. cap. 16. n. 250.*

Quæritur, † an pater teneatur filiam spuriam dotare. quam dubitationem decidam ex traditis à Iacobo Cancer 3. *tom. variar. cap. 21. de transmission. à num. 213.* & maximè 219. vbi exclusa opinione aliquorum existimantium filiæ spuriæ in dotem posse dari illud, quod loco alimentorum succedere poterat, resoluit patrem filiæ spuriæ teneri dotem constituere, ne cogatur mendicando fornicare: dotem autem competentem sufficere ratione qualitatis vtriusque, necnon & patrimonij, ex mente Abbatis *consil. 115. num. 1.* Iacob. Mandel. *consil. 44. lib. 1.* Notans ipse Cancer *num. 222.* dicit, quòd † si pater excederet dotando filiam spuriam, hæredes patris possent agere ad rescindendum excessum, ex mente aliquorum, quos *in dicto num. 212.* allegat dictus Cancer. 63 64

Quæritur, † an valeat dotis constitutio facta à matre in fauorem filiæ fauore dotis, si mater secretè, inscio eius marito, illam dotet. 65

Respondeo quòd sic, quia quemadmodum licitum est vxori ad pias causas donare. Bald *in l. generali, C. de sacrosanct. Eccles.* cùm dos & causa pia æquiparentur, poterit mulier inscio marito dotem promittere, & ad illius præstationem se obligare. ita Tiraquel. *post leges connub. gloss. 8. quæst. 12. num. 100.* plura ad hoc tradit Baëça *de dot. cap. 11. num. 49.*

Sed † an pro huius dotis promissione mulier possit fundum suum dotalem, vel alia dotalia bona vendere, est quæstio. 66

Respondeo non posse, cùm ipsa, illum in dotem constituendo marito, ipsum constante matrimonio dominum illius effecerit, & sic nec vt propriæ filiæ dotem constituat, poterit ipsa fundum alienare, secundùm Speculat. *in tit. de empt. & vend. §. tertio loco, num. 11.* Imol. *in l. cùm vir, ff. de vsucap col. antepenult. versic. quid autem si mulier.* quia hæc alienatio dicitur voluntaria, quo casu mulieri non permittitur. quod secus esse † in alienatione necessaria, voluit gloss. *in versic. sextò prohibetur, Instit. quibus alien. non licet.* Azo *in summa C. de fundo dotali.* Speculat. *vbi sup.* Surdus *decis. 86. num. 3. & n. 7.* vbi exemplum ponitur quòd dotalis fundus alienari possit 67

pro alimentis præstandis marito, ne fame pereat, vt *ibi* latiùs disponitur. Debebit igitur dotis promissæ præstatio fieri mortua matre.

68 Quæsitum fuit, † an si pater filiæ constituit dotem minorem legitima, filia possit postea de dote conqueri, eo quòd non fuerit legitimè dotata.

Respondeo quòd sic, quia dos quæ legitimæ non æquiparatur, non dicitur legitima, nec congrua, iuxta tradita per Salicet. *in authentic. res quæ, C. commun. de legat.* sequitur Alex. *consil.* 69. *super* 2. *dub. lib.* 1. *& consil.* 7. *lib.* 2. Socin. *consil.* 182. *licèt filia fœmina, col.* 2. *in princ. & consil.* 288. *circa primam quæstionem, col.* 8. *vers. circa secundam quæstionem.* Dos igitur vt congrua sit, saltim debet æquari legitimæ.

69 Sed quæri potest, † an ex simplici oblatione per aliquem facta de dote danda, remaneat talis offerens obligatus.

Respondeo quòd sic, quia licèt de iure communi ex simplici pacto non oriretur efficax obligatio, ratione tamen dotis oritur, idque fauore dotis, iuxta text. *in l. ad exactionem, C. de dotis promissione,* & quæ *ibi* notant

70 DD. quia † ex nuda promissione à iure inducitur stipulatio vera, ex *l. vnic. C. de rei vxor. act.* Bart. *in l.* 1. *ff. soluto matrim.* nam incerta promissio licèt de se non valeat, dotis tamen fauore tenet. *l. cùm post, § gener. ff. de iure dotium.*

71 Pater dedit filiæ certam pecuniæ quantitatem, non adiecto ad quem finem, vel ex qua causa, nempe an causa dotis, vel alia. quæri potest in dubio, an talis donatio libera & spontanea præsumatur, an verò contemplatione dotis. Et esse dubiam quæstionem apparet ex contrarietate opinionum Doctorum diuersorum in vnam & in aliam inclinantium sententiam. Alexander verò *in l. quod autem, in addit. ad Bartol. ff. de iure dot.* distinctione quadam hanc contrarietatem opinionum componit, dicens, quòd aut filia est ætatis nubilis, aut teneris: si nubilis est, censetur in dotem dedisse, licèt de dote nulla facta fuerit mentio; si autem non sit

72 eius † ætatis quæ nubere possit, tunc censetur donatio pura, non facta animo computandi illam in dotem, & sic doctrinam Alexandri esse sequendam credo, cùm magis sit credendum Doctori distinguenti, vt notat Salicet. *in l. filiæ, C. famil. ercisc.* Rota Auenio. *decis. Iosephi Ludou.* 56. *num.* 23.

73 Sed quid sit dicendũ, si † dos fuit promissa certo tempore soluenda, & ille qui promisit, non soluat tempore destinato, imò in mora potiùs sit constitutus, an, & quo casu sint soluendi fructus, an à die destinatæ solutionis, an verò à die petitionis. Et licèt vbi dies solutionis est certus, appareat quòd debeant fructus solui à die destinato, cùm dies interpellet pro homine; tamen fructus dotis promissæ ab eo qui in mora est soluendi, à die petitionis currere, & à dicta die tantùm deberi, fuit declaratum in hoc Senatu, vt refert Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 388. *per totum,* ex fundamentis ibi per eum relatis.

Quæri etiam potest, † si maritus fructus dotis constante matrimonio non percepit, neque petiit, an ex tali taciturnitate censeatur fructus dotis promissæ remisisse. 74

Huic dubio responderi potest ex traditis ab Osasco *decis. Pedemont.* 132. *num.* 19. vbi ait, quòd si maritus viuit, & in communione cum vxore cohabitat, non censentur remissi fructus, licèt eidem vxori præstiterit alimenta ipse maritus, etiam si lapsum fuerit decennium. Si verò maritus decesserit, & lapsum fuerit prædictum tempus decennij, tunc ex non petitione fructuum dotalium, & præstatione alimentorum dicti temporis, subsecuta morte mariti remissi censentur fructus, & ita sensisse Romanum *consil.* 517. *num.* 16. & alios relatos per eum, refert Osasc. *dicta decis.* tenet Boërius *decis.* 196. *num.* 4. Menoch. quem vide, *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 25. *per totam.*

Fuit † quædam puella à patre dotata, & in capitulis matrimonialibus maritus & vxor confessi fuerunt, eam fuisse sufficienter dotatam, & promiserunt ampliùs non petituram quidquam, sub aliqua metuenda pœna, & pater promisit certis terminis se dotem soluturum. Euenit quòd pater decessit, non soluta dote in terminis prædictis. euenit quòd filia mortuo patre petiit ampliorem dotem constitui; econtrario frater ipsius † opposuit de dote legitima promissa, & de promissione facta de non petendo ampliorem dotem, ipsamque & eius maritum condemnari ad solutionem dictæ pœnæ appositæ in dicto contractu. quæsitum fuit, an mulier posset agere ad supplementum dotis, & an ad pœnam soluendam compelli posset. 75 76

Quoad primum respondeo † posse mulierem agere ad dotis supplementum, si saltim intra legitimam sibi competentem adsit læsio, quia omnis promissio repellit læsionem, & dolum. *l. cùm putarem, ff. famil. ercisc. l. vnde si Neruæ, ff. pro socio, l. si superstite, C. de dolo.* Bart. *in l. quidam cum filium, num.* 4. *ff. de verborum oblig.* 77

Quo verò ad secundum, certum est, † non posse hæredem patris agere ad executionem pœnæ, 78

pœnæ, quia contractus obseruantia æqualis esse debet, & cùm patet non seruauerit pacta pet eum promissa circa dotis solutionem in terminis statutis, ex quo coniuges fuerunt læsi, præcipuè maritus qui matrimonij onera sustinet, & sic non poterat hæres patris agere ad pœnæ exactionem, cùm ipse defecerit in solutione dotis, ex quibus locus est dispositioni *l. cùm proponas, C. de pact.* vt notat Hieronym. Laurent. *decis. Rotæ Auenio.* 103.
79 *num.*7. vt † frangenti fidem fides frangatur eidem. Alex. *consil.* 32. *lib.* 2. *& consil.* 85. *lib.* 1. adeò quòd ad pœnæ exactionem non sit licitum hæredi moram purgare, & soluere dotem, vt pœnam exigere possit, quia ad hoc non datur ei moræ purgatio, iuxta tradita per Imol. *consil.* 81. *num.* 2. Roman. *consil.* 42. *num.* 2. *&* 3.

80 Cùm † dotis priuilegia plura à Doctoribus referantur in diuersis locis, & fiscus quamplura habeat etiam priuilegia. quæri potest, si simul concurrant fiscus & mulier, ille pro suis negotiis, hæc pro sua dote, quæ ex duabus his causis sit præferenda, an dotis, an verò fisci.

Respondeo ex Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *num.* 6. vbi si eadem die appareant duo instrumenta confecta, vnum in fauorem dotis,
81 alterũ verò in fisci fauorem, quòd † illud iudicetur priùs factum, in quo de dotis commodo agitur. Bald. *in l. ad exactionem, C. de dotis promiss. & ibi* Socin. *col.* 2. Ias. *n.* 37. Anton. de Fano *de pignor. membr.* 4. *part* 2. *num.* 109. & hanc esse communem sententiam asserit Alciat. *de præsumpt. regul.* 4. *cap.* 41. *ad finem.* vide latissimè Couarr. *vbi suprà.*

82 Quæri etiam potest, † si marito & vxori dos sit promissa in capitulis matrimonialibus, & dos non soluatur, an petitio dotis pertineat ad maritum tantùm, vel vxorem tantùm, an verò ad duos simul.

Respondeo quòd licèt dos detur vxoris contemplatione ipsi marito, vt onera matrimonij sustineat, & vxorem alat, iuxta notata per DD. communiter scribentes *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* tamen actio datur ei cui rẽs adquiritur, secundùm ea, quę congessit Aymon *consil* 288. gloss. *in l. si pro te, C. de dotis promiss.* & sic marito absolutè competere actionem ad dotem promissam petendam, tenet Vincent. de Franchis *decis.* 33. *num.* 4. 7. *&* 8.

83 Quæri etiam potest, † cùm ex constitutionibus generalibus Cataloniæ in creatione censualium & violariorum, in quibus hypotheca expressa apponitur, requiratur firma domini directi, an casu quo hypotheca contrahatur dotis ratione, necessariò sit firma ratione dominij in tali contractu apponere.

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

Respondeo differentiam esse inter ius ciuile, & Catalanum. nam de iure ciuili † emphyteota, seu feudatarius non potest 84
hypothecare fundum emphyteuticum, seu allodialem obligare & hypotheccare pro dote sine firma & consensu domini. ita Bald. *in authent. res quæ, C. commun. de legat.* dum ait quòd authentica prædicta non habet locum in re emphyteutica, seu feudali. ita etiam Ias. *ibidem num.* 26. qui mouentur ex decisione Imperatoris Iustiniani *in cap.* 1. §. *donare in feudis, qualiter olim feudum alienari poss.* gloss. notab. *in cap. imperialem, in princip. tit. de prohib. feudi alienat.* gloss. *in cap. quæ in Ecclesiarum, verbo feudum, de constitut.* vt attestatur Peguera *decis. Catalon.* 119. *num.* 1. De † iure 85
verò Cataloniæ sustinetur talis hypotheca, siue obligatio, condemnatur tamen talis obligans ad pœnam duplicati laudimij, iuxta dispositionem constitutionis primæ, & constitutionis incip. *als scandols, tit. de iure emphyteut.* Peguer. *dicta decis.* 119. *num.* 3. quod intellige, si realis fuerit cœpta possessio, vt *in cap. de iure emphyt.*

Quæsitum vlteriùs fuit, † si dos alicui 86
promittatur & tradatur, veluti aliquis fundus, an si postea talis fundus euictus sit, ipse promittens teneatur de euictione & reficere eidem prædictum fundum.

Respondeo quòd licèt constitutio doris incipiat à promissione, siue à traditione, promittens, seu tradens rem dotis nomine, de euictione tenetur, etiam si sit extraneus promissor, quia licèt dotis promissio, seu constitutio respectu extranei sit actus voluntarius, tamen ex eo quòd inito contractu promissionis efficitur necessaria traditio, ideo tenemanet obligatus promissor de euictione, quia cùm † dos constituatur marito ad sup- 87
portanda onera matrimonij, non est iustum quòd ipse deceptus reperiatur, & sic hæc † donatio facta dotis causa æquiparatur 88
contractui emptionis, & venditionis, vt notat Ias. *in l. de diuisione, num.* 13. *ff. soluto matrim.* Roland. *consil.* 85. *num.* 3. *lib.* 3. faciunt tradita per Alex. *consil.* 176. *num.* 5 *volum* 7. Roland. *de lucro dotis, quæst.* 58 *in fine.* quod probant ex *l.* 1. *C. de iure dot.* vbi deciditur, quòd siue donatio ob dotem incipiat à traditione, siue à promissione, semper promissor de euictione tenetur. vide alia tradita per Don Garciam Mestrillo *decis. Regni Siciliæ* 30. *per totam.*

Quæri etiam potest, † an bona subiecta 89
fideicommisso & restitutioni, ex causa dotis possint obligari, seu alienari, maximè quando extant bona libera, & an si expressa clausula prohibitionis sit, quòd neque ex causa dotis possint obligari.

pro alimentis præstandis marito, ne fame pereat, vt *ibi* latiùs disponitur. Debebit igitur dotis promissæ præstatio fieri mortua matre.

68 Quæsitum fuit, † an si pater filiæ constituit dotem minorem legitima, filia possit postea de dote conqueri, eo quòd non fuerit legitimè dotata.

Respondeo quòd sic, quia dos quæ legitimæ non æquipatatur, non dicitur legitima, nec congrua, iuxta tradita per Salicet. *in authentic. res qua, C. commun. de legat.* sequitur Alex. *consil.* 69. *super* 1. *dub. lib.* 1. *& consil.* 7. *lib.* 2. Socin. *consil.* 182. *licèt filia fœmina, col.* 2. *in princ. & consil* 288. *circa primam quæstionem, col.* 8. *vers. circa secundam quæstionem.* Dos igitur vt congrua sit, saltim debet æquari legitimæ.

69 Sed quæri potest, † an ex simplici oblatione per aliquem facta de dote danda, remaneat talis offerens obligatus.

Respondeo quòd sic, quia licèt de iure communi ex simplici pacto non oriretur efficax obligatio, ratione tamen dotis oritur, idque fauore dotis, iuxta text. *in l. ad exactionem, C. de dotis promissione*, & quæ *ibi* notant

70 DD. quia † ex nuda promissione à iure inducitur stipulatio vera, ex *l. vnic. C. de rei vxor. act.* Bart. *in l.* 1. *ff. soluto matrim.* nam incerta promissio licèt de se non valeat, dotis tamen fauore tenet. *l. cùm post*, § *gener. ff. de iure dotium.*

71 Pater dedit filiæ certam pecuniæ quantitatem, non adiecto ad quem finem, vel ex qua causa, nempe an causa dotis, vel alia. quæri potest in dubio, an talis donatio libera & spontanea præsumatur, an vero contemplatione dotis. Et esse dubiam quæstionem apparet ex contrarietate opinionum Doctorum diuersorum in vnam & in aliam inclinantium sententiam. Alexander verò *in l. quod autem, in addit. ad Bartol. ff. de iure dot.* distinctione quadam hanc contrarietatem opinionum componit, dicens, quòd aut filia est ætatis nubilis, aut teneris: si nubilis est, censetur in dotem dedisse, licèt de dote nulla facta fuerit mentio: si autem non sit

72 eius † ætatis quæ nubere possit, tunc censetur donatio pura, non facta animo computandi illam in dotem, & sic doctrinam Alexandri esse sequendam credo, cùm magis sit credendum Doctori distinguenti, vt notat Salicet. *in l. filiæ, C. famil. ercisc.* Rota Auenio. *decis. Iosephi Ludou.* 56. *num.* 23.

73 Sed quid sit dicendũ, si † dos fuit promissa certo tempore soluenda, & ille qui promisit, non soluat tempore destinato, imò in mora potiùs sit constitutus, an, & quo casu sint soluendi fructus, an à die destinatæ solutionis, an verò à die petitionis. Et licèt vbi dies solutionis est certus, appareat quòd debeant fructus solui à die destinato, cùm dies interpellet pro homine; tamen fructus dotis promissæ ab eo qui in mora est soluendi, à die petitionis currere, & à dicta die tantùm deberi, fuit declaratum in hoc Senatu, vt refert Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 388. *per totum*, ex fundamentis ibi per eum relatis.

Quæri etiam potest, † si maritus fru- 74
ctus doris constante matrimonio non percepit, neque petiit, an ex tali taciturnitate censeatur fructus dotis promissæ remisisse.

Huic dubio responderi potest ex traditis ab Osasco *decis. Pedemont.* 132. *num.* 19. vbi ait, quòd si maritus viuit, & in communione cum vxore cohabitat, non censentur remissi fructus, licèt eidem vxori præstiterit alimenta ipse maritus, etiam si lapsum fuerit decennium. Si verò maritus decesserit, & lapsum fuerit prædictum tempus decennij, tunc ex non petitione fructuum dotalium, & præstatione alimentorum dicti temporis, subsecuta morte mariti remissi censentur fructus, & ita sensisse Romanum *consil.* 517. *num.* 16. & alios relatos per eum, refert Osasc. *dicta decis.* tenet Boërius *decis.* 196. *num.* 4. Menoch. quem vide, *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 25. *per totam.*

Fuit † quædam puella à patre dotata, & 75
in capitulis matrimonialibus maritus & vxor confessi fuerunt, eam fuisse sufficienter dotatam, & promiserunt ampliùs non petiturum quidquam, sub aliqua metuenda pœna, & pater promisit certis terminis se dotem soluturum. Euenit quòd pater decessit, non soluta dote in terminis prædictis. euenit quòd filia mortuo patre petiit ampliorem dotem constitui; econtrario frater ipsius † opposuit de dote legitima pro- 76
missa, & de promissione facta de non petendo ampliorem dotem, ipsámque & eius maritum condemnari ad solutionem dictæ pœnæ appositæ in dicto contractu. quæsitum fuit, an mulier posset agere ad supplementum dotis, & an ad pœnam soluendam compelli posset.

Quoad primum respondeo † posse mu- 77
lierem agere ad doris supplementum, si saltim intra legitimam sibi competentem adsit læsio, quia omnis promissio repellit læsionem, & dolum. *l. cùm putarem, ff. famil. ercisc. l. vnde si Neruæ, ff. pro socio, l. si superstite, C. de dolo.* Bart. *in l. quidam cum filium, num.* 4. *ff. de verborum oblig.*

Quo verò ad secundum, certum est, † non 78
posse hæredem patris agere ad executionem pœnæ,

pœnæ, quia contractus obseruantia æqualis esse debet, & cùm pater non seruauerit pacta per eum promissa circa dotis solutionem in terminis statutis,ex quo coniuges fuerunt læsi, præcipuè maritus qui matrimonij onera sustinet, & sic non poterat hæres patris agere ad pœnæ exactionem, cùm ipse defecerit in solutione dotis, ex quibus locus est dispositioni *l. cùm proponas, C. de pact.* vt notat Hieronym. Laurent. *decis. Rota Auenio.* 105.
79 *num.* 7. vt † frangenti fidem fides frangatur eidem. Alex. *consil.* 32. *lib.* 2. *& consil.* 85. *lib.* 1. adeò quòd ad pœnæ exactionem non sit licitum hæredi moram purgare,& soluere dotem, vt pœnam exigere possit, quia ad hoc non datur ei moræ purgatio,iuxta tradita per Imol. *consil.* 81. *num.* 2. Roman. *consil.* 42. *num.* 2. *&* 3.

80 Cùm † dotis priuilegia pluta à Doctoribus referantur in diuersis locis, & fiscus quamplura habeat etiam priuilegia. quæri potest, si simul concurrant fiscus & mulier, ille pro suis negotiis, hæc pro sua dote, quæ ex duabus his causis sit præferenda, an dotis, an verò fisci.

Respondeo ex Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *num.* 6. vbi si eadem die appareant duo instrumenta confecta, vnum in fauorem dotis,
81 alterũ verò in fisci fauorem, quòd † illud iudicetur priùs factum, in quo de dotis commodo agitur. Bald. *in l. ad exactionem, C. de dotis promiss.* & *ibi* Socin. *col.* 2. Ias. *n.* 37. Anton. de Fano *de pignor. membr.* 4. *part* 2. *num.* 109. & hanc esse communem sententiam asserit Alciat. *de præsumpt. regul.* 4. *cap.* 41. *ad finem.* vide latissimè Couarr. *vbi suprà.*

82 Quæri etiam potest, † si marito & vxori dos sit promissa in capitulis matrimonialibus,& dos non soluatur,an petitio dotis pertineat ad maritum tantùm, vel vxorem tantùm, an verò ad duos simul.

Respondeo quòd licèt dos detur vxoris contemplatione ipsi marito, vt onera matrimonij sustineat,& vxorem alat, iuxta notata per DD. communiter scribentes *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* tamen actio datur ei cui rẽs adquiritur,secundùm ea,quę congessit Aymon *consil.* 288. gloss. *in l. si pro te, C. de dotis promiss.* & sic marito absolutè competere actionem ad dotem promissam petendam, tenet Vincent. de Franchis *decis.* 33. *num.* 4. 7. *&* 8.

83 Quæri etiam potest, † cùm ex constitutionibus generalibus Cataloniæ in creatione censualium & violariorum, in quibus hypotheca expressa apponitur, requiratur firma domini directi, an casu quo hypotheca contrahatur dotis ratione, necessariò sit firma ratione dominij in tali contractu apponere.

Respondeo differentiam esse inter ius ciuile, & Catalanum. nam de iure ciuili † emphyteota, seu feudatarius non potest 84
hypothecare fundum emphyteuticum, seu allodialem obligare & hypothecare pro dote sine firma & consensu domini. ita Bald. *in authent. res qua, C. commun. de legat.* dum ait quòd authentica prædicta non habet locum in re emphyteutica,seu feudali. ita etiam Ias. *ibidem num.* 26. qui mouentur ex decisione Imperatoris Iustiniani *in cap.* 1. §. *donare in feudis, qualiter olim feudum alienari poss.* gloss. notab. *in cap. imperialem, in princip. tit. de prohib. feudi alienat.* gloss. *in cap. qua in Ecclesiarum, verbo feudum, de constitut.* vt attestatur Peguera *decis. Catalon.* 119. *num.* 1. De † iure 85
verò Cataloniæ sustinetur talis hypotheca, siue obligatio, condemnatur tamen talis obligans ad pœnam duplicati laudimij, iuxta dispositionem constitutionis primæ, & constitutionis incip. *als scandols, tit. de iure emphyteut.* Peguet. *dicta decis.* 119. *num.* 3. quod intellige, si realis fuerit cœpta possessio, vt *in cap. de iure emphyt.*

Quæsitum vlteriùs fuit, † si dos alicui 86
promittatur & tradatur, veluti aliquis fundus, an si postea talis fundus euictus sit, ipse promittens teneatur de euictione & reficere eidem prædictum fundum.

Respondeo quòd licèt constitutio doris incipiat à promissione, siue à traditione, promittens, seu tradens rem dotis nomine, de euictione tenetur, etiam si sit extraneus promissor, quia licèt dotis promissio, seu constitutio respectu extranei sit actus voluntarius, tamen ex eo quòd inito contractu promissionis efficitur necessaria traditio, ideo remanet obligatus promissor de euictione, quia cùm † dos constituatur marito ad sup- 87
portanda onera matrimonij, non est iustum quòd ipse deceptus reperiatur, & sic hæc † donatio facta dotis causa æquiparatur 88
contractui emptionis, & venditionis, vt notat Ias. *in l. de diuisione, num.* 13. *ff. soluto matrim.* Roland. *consil.* 85. *num.* 3. *lib.* 3. faciunt tradita per Alex. *consil.* 176. *num.* 5 *volum* 7. Roland. *de lucro dotis, quæst.* 58 *in fine.* quod probant ex *l.* 1. *C. de iure dot.* vbi deciditur, quòd siue donatio ob dotem incipiat à traditione, siue à promissione, semper promissor de euictione tenetur. vide alia tradita per Don Garciam Mestrillo *decis. Regni Siciliæ* 30. *per totam.*

Quæri etiam potest, † an bona subiecta 89
fideicommisso & restitutioni, ex causa dotis possint obligari, seu alienari, maximè quando extant bona libera,& an si expressa clausula prohibitionis sit, quòd neque ex causa dotis possint obligari.

Respondeo quòd hæc materia ordinariè tractatur à DD. *in authent. res quæ, C. commun. de legat.* Peguer. *in suis decisionibus huius nostri supremi Senatus, cap.* 118 *per tot.* Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 6. *num.* 10. Surdus *decis.* 62. Cancer *lib.* 3. *var. cap.* 15. *num.* 104. Aluar. *de coniectur. mente testantis lib.* 2. *cap.* 2. Guido Papæ *decis.* 96. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 2. *gloss.* 1. 2. *p. per totam.*

90 Quæri etiam potest, † si dos alicui fuerit legitimè constituta, & postea vidua facta, & dote per eam recuperata, ipsa mulier donationem prædictam in partem reuocauerit, & restituerit donatori, an censeatur talis reuocatio facta in fraudem dictæ constitutionis *à fora gitar frans.*

Respondeo quòd non, quia cùm donatio facta fuerit respectu illius matrimonij, quod morte iam fuit solutum, non potest dici talem donationis reuocationem esse in fraudem matrimonij contracti, ad cuius deceptionem prospexit constitutio prædicta, & sic efficitur quòd cessante causa dictæ constitutionis, cesset dispositio illius, & sic iuxta hanc resolutionem plura refert fundamẽta Cancer *lib.* 3. *var. c.* 2. *à n.* 220. *cum seq.*

91 Sed quæri potest, † an mulier remaneat obligata, si pro dote fideiusserit, & an eo casu iuuetur Senatusconsulto Velleiano.

Respondeo quòd non, ex *l. generaliter, C. ad SC. Velleian.* vbi ex singulari dotis priuilegio statuitur, vt mulier in dotis promissione nullo modo Senatusconsulto iuuetur Velleiano. sequitur Bald. Nouellus *de dote* 6. *parte priuileg.* 3. *&* 12. Rubeus *in repetit. rubr. ff. solut. matrim* §. 66. *n.* 11. Barbos. *in l.* 1. 3. *part. ff. solut. matrim. num.* 53.

92 Quæsitum fuit, † cùm quidam ratione pragmaticæ huius principatus circa delationem manualium tormentorum, vulgò dictorum *pistoles*, fuisset condemnatus ad triremes, & ad soluendum quingentas libras pro pœna, cùm in dicta pœna totum patrimonium illius fuisset exhaustum, & sic nil remaneret pro vnica filia maritanda ipsius defuncti. quæsitum fuit, an talis filia se posset opponere, & petere se dotari in bonis paternis.

Respondi quòd sic, quia ex quo vniuersum patrimonium comprehendebatur in illis quingentum libris, & in eis fiscus succe-

93 debat, censebatur † fiscum iure vniuersali succedere, quo casu dicitur succedere tanquam hæres. *l. tutores, in fine, C. ad leg. Iul. de vi priuat. & ibi* gloss. ex quibus attestatur Bart. *in l. inter eos, in fine.* post gloss. *de fideiuss.* quòd fiscus habetur loco hæredis. sequitur Bald. *in l. pen.* §. 1. *C. ad Trebell. & in l.* 3. *C. ad leg. Falc.* meliùs *in l. executorem, col.* 17. *C. de exec. rei iud.* dicens, quòd † quando fiscus succedit ex 94 confiscatione, licèt non dicatur propriè hæres, tamen semper habetur loco hæredis. Specul. *in tit. de cess. act.* §. 1. *vers. quid si bona.* & sic certum est fiscum debere condemnari ad dotandã filiam, saltim in ea parte, quæ ad eam pro legitima pertineret, quia licèt bona applicentur fisco ex delicto parris, remanet † tamen filio salua legitima, iuxta tradita per 95 Fabian. de Monte *in authent nouissima, C. de inoff. q.* 2. 5 *princip. vers. ad secundam.* quam sententiam sequitur Angel. *cons.* 308 Bald *consil.* 156. 3. *part.* & plures alij, quos refert Benintend. *decis.* 9 1. *n.* 1. faciunt tradita per Manti. *de tacit. & ambig. conuen. lib.* 12. *tit.* 18. *n.* 17. *cum seq.*

Quidam † testator in suo testamento fi- 96 liæ suæ certam pecuniæ quantitatem in dotem assignauerat, bonaque extera fideicommisso grauauit. euenit quòd ipsa filia non poterat nubere æqualiter. dubitationis fuit, an posset dos augeri ipsi filiæ.

Respondeo quoad primum dubium, nempe posse dotem augeri, iuxta tradita per Crauet. *cons.* 291. *n.* 4. *vers. quintò.* quia licèt testatoris voluntas seruanda sit, tamen † ex causa 97 quæ post mortem testatoris euenit, potest ab ea recedi, iuxta tradita per Crot. ad *l. filiusfamilias*, §. *diui*, *n.* 172. *ff. de legat.* 1. nam ex his, quę ex postfacto eueniunt, interpretatur etiã mens testatoris præcedens, ex Alciat. ex *l. Gallus*, § *quidam rectè*, *n.* 11. *ff. de lib. & posth.* ex *l. vlt ff. de instit. & substit.* idem Alciat. *consil.* 15. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 8. Ex his apparet † quòd 98 augmentum fiet etiam de bonis subiectis fideicommisso, iuxta tradita per Crauet. *consil.* 192. Æmilia. *cons.* 98. *n.* 6 *vers. quamuis ipse viuens.* Marta *de fideicom.* 2. *p. q.* 48 *vers. an verò.* Vincent. Carrocius *decis.* 16. *n.* 8.

Parer † hæreditauit filium suum in certis 99 bonis, tempore matrimonij, & promisit dare in pecunia numerata mille libras. euenit quòd ex postfacto filius firmauit sibi apocham de recepto dictarum mille librarum, cùm realiter & de facto non recepisset.

Respondi tale instrumentum nullum esse, cùm factum censeretur in præiudicium hæreditamenti præcedentis, & sic contra dispositionem constitutionis prædictæ, & contra illius mentem, argum. text. *in l. non dubium, C. de legib.* vbi in † legem deliquisse censetur 100 ille, qui verba legis amplectens contra illius mentem aliquid operatur. & *ibi* Accurs. *in gl. verb. non dubium, & verb. amplexus*, & *ibi* Bart. & communiter scribentes. Certissimum est autem mentem nostræ constitutionis esse quòd fraus aliqua non fiat donationibus, quæ fiunt contemplatione matrimonij directè, vel indirectè. facit text & quæ ibi notant DD. *in cap.* 2. *de renunc. lib.* 6.

Sed

101 Sed quid dicendum erit, † ſi pater filio donationem fecerit, non contemplatione matrimonij, ſed aliter, an ex poſtfacto poſſit filius bona donata patri reſtituere.

Reſpondeo quòd cùm diſpoſitio prædictæ conſtitutionis ſolùm loquatur in donatione quæ intuitu & contemplatione matrimonij fit, ne fraudibus ſimulatis contrahentes adinuicem decipiantur, & hæc diſpoſitio ceſſet in prædicta donatione, poterit filius donationem in ſui fauorem factam per patrem eidem patri reſtituere, iuxta text. & quæ ibi notant Doctores *in l. ſed etſi damnum, §. præterea, de pecul.* dummodo ceſſet fraus, quia fraude ſtante nulla erit donatio: fraus autem inter coniunctas perſonas faciliùs præſumitur. *l. data, C. de donat.* Bart. *in l. poſt contractum, oppoſit. 2. de donat.*

102 Quæri etiam poteſt, † an facta dicta donatione in capitulis matrimonialibus, poſſit donator declarare ſuam voluntatem, vel an declaratio facta dicatur in fraudem dictæ donationis.

Reſpondeo quòd aut donatio reſpicit ſolùm commoditatem donatarij, & hoc caſu ipſo donatario conſentiente poterit per donatorem fieri declaratio, cùm ipſe donatarius iuri ſuo liberè poſſit renunciare, aut reſpicit commoditatem tertij, cui ius quæſitum fuit, maximè ſi pro eo ſtipulatio interuenerit, & hoc caſu non poterit fieri declaratio, quia perfectæ donationi addi quid-
103 quam non poteſt, aut † per declarationem illam nil de nouo ſtatuitur, ſed obſcurum aliquid declaratur, & tunc talis declaratio fieri poterit, quia qui declarat, nil de nouo ſtatuit, vt notat Ant. Gabr. *de regul. iur. concl. 3.* faciunt notata per Anchar. *conſ. 398.* Bald. *in cap. 1. de conſtit.* Decius *in l. in ambiguis, ff. de reg. iur.* vbi declarare aliquid dicitur, quando quod obſcurum eſt manifeſtatur, non addendo aliquid primæ diſpoſitioni.

104 Quæſitum vlteriùs fuit, † an Princeps dotis fauore poſſet defuncti voluntatem alterare. hanc quæſtionem latè examinat Couarr. *practic. quæſt. lib. 3. cap. 6. num.* 10. ad quem recurrendum erit per eum, qui longa commentatione hoc dubium tractatum velit perlegere, & licèt ibi multa tradat quoad obſeruantias maioratuum, & dicat poſſe Regem aliqua diſpenſare, iuxta regias Caſtel-
105 læ leges: in fine tamen capituli ait † debere Præſides in hac materia tardos eſſe, nec frequenter ſuam impartiri auctoritatem. Salua tamen Regiæ Maieſtatis clementia exiſtimo in Catalonia non poſſe ſuo Regio reſcripto defunctorum voluntates etiam ex cauſa dotis alterare, ſed quoties caſus neceſſarius euenerit, adito Præſide cum in-

Acac. Ant. de Ripoll Reſol. var.

formatione & cauſæ cognitione id fieri debebit.

Quæri etiam poteſt, † an facto matrimonio poſſint apponi pacta circa dotem. 106

Reſpondeo quòd ſi pacta reſpiciant dotis augmentum, poterunt apponi, quia dos conſtante matrimonio poteſt augeri, vt notant DD. *in l. dotis fructus, ff. ſoluto matrim. l. penult. & authent. ſed tam neceſſe, C. de donat. ante nuptias.* Sed ſi † reſpiciant eius diminutionem, 107 vel ei contrarientur, non poterunt apponi. *l. cùm maritus, ff. de pactis dotalibus.* ſolùm enim ea quæ dotis beneficium reſpiciunt, ſunt conſideranda, & circa ea pactum fieri poteſt. *l. ſi mulier dotis cauſa, ff. eodem.* faciunt notata *ibi* communiter per ſcribentes, & *in toto eod. tit. & in tit. C. de pact. conuent.*

Sed quæritur, an † bona minorum immo- 108 bilia poſſint in dotem dari per tutores, ſeu curatores, & quomodo.

Reſpondeo, poſſe quidem, dummodo decretum iudicis cum cauſæ cognitione interueniat, vt voluit gloſſ. communiter recepta *in l. lex quæ tutores, C. de adminiſtr. tutor.* quod tradit & ſequitur Simoncel. *de decret. lib. 3. tit. 8 num. 90. ex l ob æs, C. de præd. minor.* & *ibi* ait gloſſam & Doctores aſſerere dotis cauſam pro ære alieno reputari. Azo *in ſumma, C. de præd. minor. num. 3.* & ſic ex cauſa fauorabili ipſius dotis ſtatutum eſt vt bona immobilia minorum in dotem poſſint dari. gloſſ. *in l. Titia. & ibi* Salicet. *de iure dot.* Salic. *in l. 1. C. ſi aduerſus dotem.* Inde inferens quòd † ſi minor 109 immobilia dederit pro dote ſine decreto, nulla erit conſtitutio dotis, & quòd de fructibus illius tractari non poterit, cùm non entium nullæ ſint qualitates. argum. *l. eius qui eſt in prouincia, ff. ſi cert. pet.* & hoc tenet Bald. *in l. 1. col. 1. C. ſi aduerſus dotem* Corneus *conſ. 3. col. pen. verſ. inſuper, vol. 3.* Roland. à Valle *de dote, q. 45.* Simoncellus vbi ſuprà *num. 92.*

Econtrario † poterit minor ſine decreto 110 iudicis dotare de rebus mobilibus, maximè ſi ſeruando ſeruari non poſſunt, ex *l. lex quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* & quæ *ibi* notant ſcribentes, gloſſ. *in l. 1. C. ſi aduerſus donat.* & *ibi* Bart. Salicet. & Caſtrenſis, & ſic ſi dos conſtituatur à minore in pecunia numerata, valida erit conſtitutio, etiam ſine decreto, cùm pecunia ſit de rebus quæ ſeruari non poſſunt. *l. 1. § fuit quæſitum.* vbi communiter DD. *ff. ad Trebell.* faciunt plura de pecunia notata per Simoncel. *de decretis lib. 3. tit. 8. inſpect. 16. num. 115.*

Promiſſio † de donando, ſeu donatio fa- 111 cta contemplatione matrimonij, eo non adimpleto, an valeat & teneat donatio.

Reſpondeo quòd ſi facta ſit contemplatione alicuius certi & deſtinati matrimonij,

 eo

eo non secuto, non valebit talis donatio, quia contractus non debet operari contra
112 voluntatem contrahentium, & sic est † attendendus animus ipsius donatoris, iuxta notata per Guid Pap *decis. 145. post num. 3. & decis. 222.* Bald. *in l pactum quod, secunda opposit. C. de collat.* Caldas Pereir. *de iure emphyteut. 3 part. quæst. 13. num. 24.* & faciunt vltra prædicta quæ notat Bald. quem allegat Brun. *cons. 135. lib. 2. vers. & moneor, circa med.* Aluat. *de coniect. mente testam. lib. 2. cap. 3. §. 2. num. 10.* & Monter *decis. 10. regni Arragon.*

113 Sed quid † si res donata in dotem realiter fuerit iam tradita, & matrimonium non sequatur, an talis res condici poterit, quæritur. &

Respondetur, quòd hoc casu, si res data est vxori dotis nomine, & matrimonium non sequatur, poterit condici res data per eandem vxorem, non verò per donatorem, quia cùm tunc donatio perfecta fuerit per traditionem dotis nomine, licèt causa illius matrimonij, tamen quia præcipua causa fuit ipsius dotis constituendæ, & dos necessaria sit ad onera matrimonij supportanda, talis donatæ rei exactio & recuperatio non ad di-
114 ctum donatorem, sed † ad ipsam mulierem donatariam pertinebit. *l. si donaturus, ff. de condict. causa data.* quia magis præsumitur donatorem donasse dotis causa ipsius mulieris, quàm ratione tantùm illius matrimonij; si verò constaret respectu huius matrimonij dedisse, non aliàs, eo non secuto condicere poterit. quod probari debet, iuxta tradita per Paul. de Castro *in d. l. si donaturus, num. 1.*

115 In † capitulis matrimonialibus mulier nubendo promisit quòd traducta ipsa in domum mariti renunciabit hæreditati paternę, & omni iuri sibi in ea competenti, maritúsque promisit se curaturum quòd mulier faciet dictam renunciationem, & hoc iuramento corroborauit. quæritur quid importent tales promissiones, videlicet altera per mulierem facta, altera per maritum.

Respondeo quantum ad primum, mulie-
116 rem † remanere obligatam ad adimplementum facti promissi, maximè si iuramentum interuenit, cùm virtute iuramenti in specifica forma sit adimplendum, adeò quòd nec soluendo interesse liberetur, iuxta notata *in l stipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. oblig. l. si quis ab alio. § fin ff. de re iud.* gloss. communiter approbata *in l. si pecuniam, vers. necesse, de condict. ob causam,* & *ibi* Alex. & communiter DD. Bald. *in l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod interest.* Anton. de Butr. *in cap. veniens, de iureiurand.* Quo verò ad promissionem mariti
117 dico, quòd † cùm illud sit factum alienum, non tenetur nisi adhibere diligentiã & operam quam potest, & non ad aliud. ita Abb. *in cap. ex rescripto, col. fin. circa finem, de iuriurand.* dummodo illam sine fraude & dolo adhibeat. faciunt tradita per Marantam *disput. 7. num. 15.* & cum hoc satisfecisse dicitur promissioni factæ, adeò quòd non possit agi contra eum ad interesse, vt latè Maranta vbi suprà *num. 10.*

Cuidam mulieri † dos fuit assignata, & 118
per eam fuit confessatum, se congruè dotatam fuisse. quæritur an ipsa possit conqueri postea quòd non sit congruè dotata.

Respondeo quòd ante omnia debet obtinere absolutionem iuramenti quoad effectum agendi, ne postea exceptione periurij repelleretur à iudicio, & obtenta absolutione si ipsa reperiatur se dotatam in minori quantitate quàm ad se spectabat, habito respectu legitimæ † poterit agere vt ei quod 119
de legitima deest, sibi suppleatur. quia ius legitimæ sibi semper saluum & illæsum debet remanere, iuxta tradita per Alex. *consil. 69. vol. 1.* Fulgos. & Salicet. *in authent. res quæ, C. commun. de legat.* Corn. *consil. 100. vol. 2.* Decius *consil. 89. col pen.* Paul. de Castro *cons. 78. vol. 1.* idem Decius *cons. 26. per totum.*

Quidam † habens tres filias, primam, do- 120
tauit in quingentis, secundam verò in mille, tertiam in octingentis. filia quæ minus in dotem habebat, voluit agere aduersùs patris hæredem, petendo se æquiparari filiæ illi, cui plus dotis constitutum & datum erat. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi quòd illæ filiæ poterant conqueri de dote sibi constituta vsquequo ad legitimam peruenirent: si autem vnaquæque ex illis dotata erat in quantitate quæ legitimæ æquiparabatur, non poterat talis filia conqueri quòd alteri filiæ maior dos fuisset assignata, quia sicut † pater potest plus dare 121
vni filię quàm alteri, ita etiam per viam dotis potest inæquales partes eis assignare. ita tenet Alex. *consil. 19. col. 3. vol. 2.* ponderando quòd bona patris ita diminui possunt, sicut & augeri, per *l. fideicommissa, C. de transact.* Bald idem tenet *cons. 326. vol. 3.* Bald. Nouel. *in tract. de dot. 6. part. priuil. 16. col. 9.* nam licèt adsint Doctores, qui asserant † posse filiam 122
conqueri de dote sibi assignata, & petere supplementum dotis congruæ, intelligendum hoc est, quatenus est minor dos ipsa legitima; secus verò si legitimæ dos æquiparatur, vt & suprà dictum est *num. 68.*

Si † pater dotauerit filiam, assignando 123
ei dotem in eius testamento, cum clausula quòd ea dote sit ipsa contenta, & quòd si non fuerit contenta, priuetur ea, an hoc casu filia possit conqueri de dote, & an amittat dotem.

Respon

124 Respondeo quòd † ad indicem pertinet de iure examinare ad partis instantiam, an dos fuerit competens, nec,ne, vt post Castr. Ruin. Tiraquell. & alios per eum allegatos concludit Mascard. *de probat. concl* 570.*n.*12. quod debet iudex regulare iuxta tradita per DD.allegatos per Dec. *consi.*26.*num.*4. Afflict. *decis.* 333.*n.* 9. vnde cùm de iure ad iudicem specter determinare quæ congrua dos dicatur, non poterit per patrem filia priuari quòd iudicem non adeat, neque pœna grauari poterit ipsa filia in casu contrafactionis, cùm reguletur dos congrua legitimæ, cui grauamen aliquod apponi nō potest,ex iuribus vulgatis.

125 Euenit quòd † frater dotando sororem suam fecit quòd ipsa in capitulis matrimonialibus renunciaret iuribus sibi competentibus in hæreditate paterna. euenerat quòd tempore, quo dicta filia fuit dotata, prædecesserat frater eorum, in cuius hæreditate ab intestato successerant prædicti fratres æqualibus portionibus,& sic ad prædictā sororem pertinuit dimidia pars illius hæreditatis,postea voluit dicta soror agere aduersùs fratrem pro parte ad se spectāte ex hæreditate fratris; frater verò opposuit quòd nullum ius dicta soror habebat, quia hæreditas fratris adhuc erat incorporata in patris hæreditate,cui prædicta filia & soror respectiuè renunciauerat. quæsitum fuit quid iuris.

126 Respondi † ipsam sororem rectè agere ad partem & portionem ad se pertinentem in fratris hæreditate, quia licèt hæreditas fratris continebatur in hæreditate patris,tamen pars illa, quæ ad filiam & fratrem respectiuè defunctum pertinebat, separatum quid erat ab hæreditate paterna, & sic quòd sorori respectu suæ partis ius plenum competebat, quia

127 † renunciatio illa hæreditatis paternæ, & iurium illius dictæ filiæ competentium, non debet extendi ad fratris hæreditatem, & ad eam,quæ ad ipsam sororem ex persona fratris spectabat, iuxta tradita per DD.*in l.quod verò.ff.de legib.* diuersa enim bona sunt paterna & fraterna, & sic ea renunciatio solùm ad

128 specificata se refert, & ita † non debent confundi hæreditates prædictæ, vt tradit Guiller. Benedict. *in cap. Rainutius. verbo duas habens filias, num.*1 50. per *l qui cum tutoribus.*§.1.*ff.de transact.* renunciatio enim de vno casu in alium non extenditur. *l.si domus.ff. de seruit. vrban. l seruum.ff.de success.edict.* Ludouic.Roman. *cons.*168.verba enim renunciationis expressè patris hæreditatem exprimunt, & sic ad alium casum non est extendenda. *l. ita stipulatus.*§ *chrysogonus. ff.de verb.oblig.*

129 Quæro, † si renunciatio per mulierem sit facta, & ipsa enormissimè sit læsa, an habeat restitutionem.

Respondeo quòd sic, iuxta ea quæ cumulatissimè tradit Dec. *consil.* 181. *&* 89. Philipp. Corneus *consil.*147.179.*&*236. *volum.*4.

Quæri potest, † an filia quo casu conqueritur de dote sibi à patre constituta, teneatur ipsa probare se incompetenter dotatam, aut hæres teneatur probare se competenter dotatam. 130

Respondeo filiam tenere probare dotem fuisse sibi incompetenter datam, quia est fundamentum suæ intentionis,tum quia cùm dos fuerit à patre constituta, præsumitur de iure se filiam suam congruè dotasse, & ei rectè prouidit,cùm nullus amor patrem vincat. *l.fin. C de curat.furios.l.nec in ea. ff. de adulter.* Si autem filia dotata fuerit à fratre,tunc cessant prædictæ coniecturæ, & sic si ab ea allegetur se incongruè dotatam, frater tenebitur probare dotem fuisse congruam. faciunt tradita per Marantam *disputat.* 10. *num.* 22. *per totam.*

Quæri etiam potest facta donatione in capitulis matrimonialibus per aliquē eius filio ratione dicti matrimonij, an † si talis donatarius postea fecerit donationem eius fratri existenti in patris potestate, talis donatio dicatur facta in fraudem huius constitutionis primæ. 131

Respondeo quòd cùm in Catalonia duret patria potestas quoad vsque filius fuerit emācipatus per emancipationem, vel per contractum matrimonij celebrati de patris consensu, vt dictum est sub capite *de sponsalibus & matrimonio*, & per consequens effectus patriæ potestatis reperiantur, nempe adquisitio ipsi patri, certum est talem donationem factam à filio donatario fratri existenti in patris potestate,censeri factam in fraudem huius constitutionis. quia † per indirectum fieret id, quod non licet de directo, iuxta text. *in l.frater à fratre.ff. de condict. indeb.* & quæ *ibi* notat Bart. quando verò lex reprobat aliquid fieri directè, censetur prohibuisse indirectè per suppositam personam. *l.*3.§ *non tantùm.ff. de donat.inter vir.& vxor.* text. *in* §.*optimè, in authent.de nuptijs collat.*4.& *ibi* gloss. *in l* 2. *C.plus valere quod agitur,quàm quod simulatè.* & sic reperi in adnotationibus Nobilis Michaëlis Cordellis Regentis Regiam Cancellariam fuisse declaratum in Regia audientia, non nominando inter quas partes. 132

In † constitutione hac *de promesa de dot*, mentio fit hæreditamentorum, quæ plures ac diuersos casus in se continent,tam in vim cōtractus,quàm in vim testamentorum, de quibus ne hic omnia transcribenda sint, cùm resolutiuè plura ibi tradantur, vide Fontanellam *de pact. dotalib. clausf.*4.*glossa* 9. *parte* 4. vbi 133

varia ab eo referuntur. vide etiam tradita per Cancer *lib. 3. var. C. de pactis.*

134 In † quibusdam capitulis matrimonialibus facta donatione per parentes filio qui maritabatur, euenit quòd fuit reseruatus vsusfructus ipsis donatariis. accidit quòd alter eorum ex parentibus decessit. quæsitum fuit, an vsusfructus diuideretur, vt medietas illius tantùm ad patrem donatorem pertineret, alia verò dimidia pertineret ad ipsum filium donatarium & proprietarium, an verò & quomodo vsusfructus esset applicandus.

Respondi quòd si reseruatio fiat sic quòd donatores reseruant sibi ipsi, & alteri ex illis totum vsumfructum, absque dubio res est, & altero superuiuenti applicatur, & pertinet; difficultas verò est quando per verba indefinita locuti sint, veluti reseruando sibi dicti

135 donatores, † an hoc casu pro virili reseruatio facta dicatur, & quòd tunc pro virili, & sic altero tantùm superuiuenti, pertinere ad se & spectare plenum & integrum vsumfructum, est certum, & sic in fauorem superuiuentis, argumento *l. si seruus communis ff. de donat. inter vir. & vxor. l. penult. C. de impuber.* & aliis, Peteira *de iure emphyteut. quæst. 3.* Purpurat. *consf. 440. lib. 2.* faciunt notata per Cancer *tom. 3. variar. cap. 22. de iure accrescen. num. 116.* contrarium consului, sequendo hanc opinionem tanquam veriorem, & absque aliqua dubitatione est sequenda.

136 Causa † dotis à plerisque appellatur pia. quæri potest, quando hoc locum habeat, vel non.

Respondeo quòd vbicumque legatum relinquitur pro maritandis puellis ab extraneo, dicitur pium legatum. tum etiam etsi à patre filiabus relinquatur ad effectum maritandi, iuxta notata per Tiraquell. *de priuileg. causæ piæ, in præfatio. mihi pag. 12. verf. item cùm dos & alimenta.* faciunt tradita per Fontanell. *de pactis nuptial. tom. 1. clauf. 4. gloss. 21. part. 2. à n. 11.* plura autem alia congesta esse per diuersos Doctores, refert Tiraquell. *vbi suprà, priuileg. 158. in fine.*

137 Vidua † quædam fuit secundò maritata, & constituit secundo viro in dotem eandem summam, quam primo eius viro constituerat. euenit quòd hæredes primi mariti fuerunt tardi in solutione dotis. quæsitum fuit, an hoc casu secundus maritus agere posset contra hæredes primi mariti ad dotem soluendam, & ad interesse dotis.

Respondeo quòd si fuerunt interpellati de dote soluenda & restituenda, quòd poterunt condemnari ad interesse, iuxta tradita per Bart. *consf. 528. lib. 1.* Plot. *de in litem iurando. §. 11. num. 26.* communem hanc esse sententiam attestatur Gratus *consil. 56. num. 3. lib. 1.* Stephan. Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ 126. n. 11.* & † licèt interpellatio desumatur ex actu 138 quodam extraiudiciali, quo quis in mala fide constituitur: tamen in Catalonia receptum communiter est, vt mora solùm inducatur ex litis contestatione, & sic ab eo die, quo fuerit petita dos per secundum maritum ab hæredibus primi, erunt ipsi condemnandi ad dotis & illius interesse restitutionem, iuxta tradita per Michaëlem Ferret. *3. part. obseru. cap. 388.*

Quæri etiam potest, quæ dicatur † dos ad- 139 uentitia, & an ad hoc vt aduentitia dicatur, requiratur quòd filia in patris potestate existat.

Respondeo quòd dos profectitia dicitur illa, quæ ad filiam peruenit dotis titulo ex patre, vel ab illis qui ex linea paterna sibi coniuncti sunt, nec requiritur quòd filia sit in potestate patris, vt † dos profectitia dica- 140 tur, sed siue sit emancipata, siue sub patris potestate, dicetur profectitia illa, quæ ad ipsam pertinebit. *l. profectitia. §. si pater. & §. fin. ff. de iure dot.* notat gloss. *in l. auta. C. de iure dot.* Azo *in sua summa eod. tit. col. 2.* ab extraneo autem data dos filiæ, etiam si contemplatione patris ei detur, dicetur profectitia, iuxta tradita per Alexand. *consf. 189. volum. 5.* refert Gregor. Lopez *ad l. 2. tit. 11. partit. 4. gloss. 1.*

Cuidam † mulieri in dotem fuit datum 141 certum debitum, & maritus simpliciter acceptauit dotis constitutionem in illo debito. euenit quòd in recuperatione dotis maritus fecit expensas. dubitationis extitit, cuius sint expensæ, an mariti, an verò patris dotantis, vel ipsius mulieris dotatæ, ita vt ex ipsa dote expensæ sint soluendæ, & postea minuant dotem.

Respondeo quòd † si de expensis nil locu- 142 tum est, & pater constituendo dotem dixerit se filiæ in dotem constituere, ponamus bis mille libras, & cesserit pro earum solutione debita, cùm quantitas dotalis certa sit in quantitate prædicta, tunc certum est quòd expensis patris, qui dictam quantitatem liberam & integram tenetur, iuxta promissionem à se factam, si maritus non sit morosus in exigenda dote; † si verò maritus morosus 143 sit, tunc expensis mariti veniet dos recuperandâ, iuxta gloss. *in l. 1. §. 1. ff. de impensis in rebus dotalib. factis.* Speculat. *de don. inter vir. & vxor. & de dote restituen. §. fin.* Si verò dos non fuerit à principio certa assignata in quantitate, sed dotis nomine fuerit à patre eidem filiæ assignatum aliquod debitum, tunc certum est quòd † expensæ in debiti recupera- 144 tione de dote erunt defalcandæ, & ex dote soluentur. ita Bart. *in dicta l. 5. ff. de expens. in rebus dotal. fact.* Bald. *in addit. ad Specula. tit. de expens.*

expens. Salicet. *in l. nominibus. C. de actio. & oblig.* allegans pro hac resolutione *l. si id quod.* §. 1. *ff. de don. inter vir. & vxor.*

145 Quis † habens penes se aliquas quantitates alicuius puellæ, quibus negotiabatur tẽpore quo ipsa matrimonium contraxit. euenit quòd dictæ puellæ dotis causa donationem fecit de certa pecuniæ quantitate, non adiecto de qua eam dotabat. quæritur, an talis dotis constitutio censeatur facta de pecuniis propriis ipsius puellæ, an verò de pecuniis ipsius donatoris.

Respondeo quòd tunc si expressum non fit de quibus pecuniis facta fuerit donatio, censetur factam fuisse de propriis pecuniis, quibus ipse cõstituens negotiabatur pro ipsa muliere, iuxta tradita communiter per DD. *in l. fin. C. de dotis promiss.* & *ibi* Salicet. tradit Bart. *in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de legat.* 3.

146 Quæri etiam potest, quando dotis † æstimatio faciat emptionem, & venditionem.

Respondeo quòd quotiescunque res datur, ita vt de communi consensu præstetur pro certo pretio, etiam si non dicatur quòd sit empta, vel vendita, quòd hoc casu talis æstimatio in dubio facit emptionem, vt *in l. quoties. C. de iure dot.* & *ibi* Bald. & alij gloss. *in l. si inter virum. C. eod. tit.* & in tantum

147 quòd † non est in manu marito reddere rem æstimatam sibi in dotem datam, sed tenetur casu quo dotis restitutio locum habeat, æstimationem illius reddere, iuxta tradita per Bald. *in l. quoties. C. de iure dot.* idem Bald. *in l. si ex conuentione. C. de pact.*

Patet dotans filiam, dicens se illam dotare de bonis suis, & ipsius filiæ, quomodo

148 † ipsa dotata dicatur.

Respondeo quòd intra id quod filiæ competit in bonis patris ratione suæ legitimæ, pater censetur filiam de bonis suis propriis ipsius patris dotasse, quia quatenus sufficiunt bona patris, de illis censetur dotata, vt est casus *in l. fin. C. de dotis promiss.* vnde disponit illa lex quòd pater se declaret, videlicet exprimendo quantitatem, quam eidem filiæ dat de bonis sols, vt euitetur lis inter eos, pater enim non potest se liberare de dotis constitutione fienda eidem filiæ. ita tradit Socin. *in l. 1. ff. sol. matrim.* faciunt tradita per Gregor. Lopez ad *l. 8. tit. 11. partit. 4. gloss. 1. circa medium.*

149 Si † semel dos filiæ constituta sit, & ipsa dotem amittat, an pater teneatur iterum eam dotare.

Respondeo quòd si dos semel constituta filiæ amittatur culpa ipsius, non tenetur pater iterum eam dotare; si verò non culpa illius, sed fortuitò dos pereat, tenetur iterum dotare eam. Bart. *in l. si cum dotem.* §. 1. *num.* 2. *ff. solut. matrim.* & *ibi* Alex. *num.* 6. vbi profitetur hanc esse communem opinionem. Bart. *in auth. quod locum, num.* 4. *C. de collat.* Palat. Rub. *in repetit. cap. per vestras.* §. 24. *n.* 6. Campeg. *de dote.* 1. *part. quæst.* 26. Guillerm. Benedict. *in cap. Raynutius. verbo dotem. num.* 19. *de alimen.* Nouel. *de dote.* 6. *part priuil.* 5. *num.* 16. Boet. *decis.* 131. *num.* 5. Frater verò † si semel sororem dotauerit, non tenetur dote amissa eam iterum dotare, iuxta tradita per Bald. *in l. fin. num.* 8. *C. de dotis promiss.* Lud Roman. *in auth quod locum. C. de collat.* Molin. *de Hispano primo. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 26. *per totum.* vide alia per Fontan. *de pact. nupt. tom.* 2. 1. *part. gloss.* 1. 2. & 3. 150

Quæro, † an quælibet bona subiecta fideicommisso possint pro dotis constitutione alienari respectu cuiuscunque personæ. 151

Respondeo quòd non, sed quòd talis persona, cuius occasione bona subiecta fideicommisso alienari debent, sint ex descendentibus ipsius, qui fideicommissum apposuit, ex quo fit quòd † si hæreditas perueniat ad transuersales, non poterunt ipsi alienare bona pro dotis constitutione transuersalium, quia ad tales non tenebatur testator dotem constituere, & secundùm hæc esse intelligendam authenticam *res quæ. C. de fideicomiss.* vt refert Molin. *de Hispan primog. lib.* 3. *c.* 6. *num.* 6. asserens hoc idem tenere Bartolum *in dict. auth. res quæ. n.* 4. quem communiter scribentes sequi attestatur. 152

Pater † nuptui tradidit filiam suam, cui mater aliquam quantitatem legauerat incertam, videlicet eam quæ in matris hæreditate ad se pertinebat, & ita cauit pater: Do filiæ meæ in dotẽ pro iuribus paternis & maternis mille libras. quæsitum fuit, an pars quæ ad filiam spectat, possit dici certa respectu bonorum maternorum, cùm certa à patre non sit assignata. 153

Respondeo quòd sic. nam licèt pater non specificauerit quanta quantitas ad se pertineat in bonis maternis, & sic non dicatur certa ex declaratione quantitatis prædictæ specificatæ, tamen † dicitur certa quãtitas ex relatione ad legitimam. quia certum dicitur illud, quod per relationem ad aliud apparere potest certum. *l. asse toto ff. de hæred. instit. l. institutio. ff. de condit. instit. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstr. l. certum est. ff. si certum petatur.* Ant. de Gamma *decis.* 155. *num.* 2. 154

Quæri etiam potest, si † auus contemplatione eius filiæ dotauit neptem, an filia teneatur computare in suam legitimam dotem datam ipsi nepti. 155

Respondeo quòd si auus contemplatione ipsius filiæ neptem dotauit, tunc filia tenetur in suam legitimam computare dictam dotem,

156 dotem, quia † talis dos præsumitur à parre
dara filiæ, & ab ipsa in neptem translata.
l.profectitia.ff.de iure dot.l.sed si plures. §.in ar-
rogato. iuncta l. dedit dotem. ff. de collat.dotis. si
verò auus solùm contemplatione neptis
eam dotauit, nulla de filia facta menrione,
tunc filia in partem suæ legitimæ non tene-
tur dotem illam compurare. l anus. ff. de iure
dot. Si verò in dubio sir quòd auus nepri con-
stiruit dotem, nulla facta menrione filiæ,
nec proferendo verba per quæ ad neprem
157 prospexisse appareat, censetur † tunc auum
contemplatione filiæ neptem dotasse præsu-
mi, asserunt communiter DD. in dicta l. de-
dit dotem.ff.de collat. bon. Alex. & Alciat.n.52.
in l.in quartam.ff.ad legem falcid. Dec.cons.81.
num.5. Alex. cons.31.lib.4. Antonius Gomez
in l.29.Tauri, col.pen. faciunt tradita per Me-
noch. de præsumpt lib.3 præs.17.

158 Sed quæri potest, † an sint aliqui casus,
in quibus pater non tenetur dotare filiam.

Respondeo quòd sic, quos ad æquipara-
tionem alimentorum congessit Molina de
Hispan. primo. lib.2.cap.15. per totum, penes
quem hæc longiori calamo sunt scripta, ad
quem recurrere quis poterit qui hæc scire
voluerit.

160 Pater † dans dotem filiæ sub his verbis:
Constituo dotem filiæ meæ tam in bonis
meis, quàm in bonis maternis; vel sic, in
bonis meis & maternis. an hoc casu dos cen-
seatur æqualiter promissa ex vtriusque bo-
nis, an verò priùs de bonis paternis, & in de-
fectu eorum de maternis.

Respondeo, quòd hoc casu præsumitur
priùs promisisse de bonis proprus ipsius pa-
tris, & in eorum defectum de bonis mater-
nis. Socin. in l.1.ff.solut. matrim. Ripa ibidem.
161 num. 89. quia dictio illa &, † ponitur inter
personas, inter quas cadit ordo affectionis &
charitatis, non simul, sed vni priùs, videli-
cèt patri, & posterius matri. quo casu dictio
illa &, non coniungit æqualiter, iuxta l.reos.
§. cùm in tabulis. ff. de duob.reis. l.1. C. si plures
vna sentent. & est communis opinio, iuxta
tradita per Ias. in l.Gallus. §. & quid si tantum,
num.11.ff.de liber.& posthum.

162 Pater † si promiserit filiæ suæ dotem, sub
his verbis: Promitto filiæ meæ dotis nomine
mille libras, computato omni eo quod præ-
tendere potest in meis bonis & in maternis,
quomodo dos soluenda sit ipsi filiæ.

Respondeo quòd hoc casu computatur
dos ipsi filiæ ex bonis maternis & paternis,
& deficientibus maternis in ea parte pro qua
deficiunt, supplet pater, & ita considerauit
Corneus cons.16.colum.fin.vol.3. sequitur Ias.
in l.1.num.24.ff.solut. matrimon. Alciat. reg.1.
præsumpt.26. in fine. Ruinus ibidem num.140.
Ias. in §.fuerat, Instit. de action. Coras. in l.qui
liberos, num 54. ff. de ritu nuptiar. Menochius
consil.370. num.32. lib.4. & hæc communior
opinio, iuxta tradita per Menoch. de præsūpt.
lib.3.præsumpt.15.num.24.

Parer † an renearur filiam à se emancipa- 163
tam dotare, quæsirum suit.

Respondeo quòd licèt aliqui existimaue-
rint non teneri, eo quòd iura patriæ poresta-
tis per emancipationē fuerint sublara, quòd
nihilominus tenetur pater eam dotare. quia
dos & alimenta in iure æquiparantur. eman-
cipati † autem liberi alimenta habent in pa- 164
rris bonis. l. cùm ratio. ff. de bonis damnatorum.
l.eas obligationes. l. legatum. ff. de cap.dimin. l si
quis à liberis, in princ. ff de liber agnoscend. tra-
dit Bald. in l. vnic. col.4. C. quando non petent.
Roman. cons.179. licèt enim † emancipatio- 165
ne tollatur patria potestas, remanent ta-
men plura vestigia ipsius parris porestatis,
veluti reuerenria, ius sanguinis, & similia.
ius sanguinis respicientia. ita Angel. in tract.
de suitate, quæst.10.num.14. Ias. in l.quod dici-
tur, num.34. de verbo. oblig. ex quibus † filius 166
non potest, licèt emancipatus, parrem sine
venia in ius vocare. l.fin.C. de in ius vocand.
Dec. in l.in potestate. C.eod tit. Socin.in l sicut,
num.7.C.eod. & in dotis obligatione prædi-
cta hanc esse verissimam senrenriam, renet
Bald Nouel. de dote part.6. priuileg. 5.& 26.
Campeg. de dote 1.p quæst.26. Boer.decis.131.
num.6 Clement.vlt.de patria potest.

Quæri eriam potest, † an dispositio l.fin. 167
C.de dotis promissione, locum habeat in dona-
tione quæ fit propter nuprias.

Respondeo quòd sic, ex eadem lege, vt
tradunt omnes DD in l.1.ff.solut. matrim. &
ibi Ripa num.87. Bologner. num.109. & est ra-
tio, quia dos & donario propter nuprias
æquiparantur. l. cùm multa. C. de donat. ante
nuptias. Afflict. decis 154. Vincent. Carroo in
tract de patre simpliciter filiam dotante, quæst.16.
per totam.

Pater † in suo testamento filiæ suæ quan- 168
titatem certam legauit, nec in legato adie-
cit ex qua causa. quæsitum fuit, an tale le-
gatum censeatur relictum in causam dotis,
nécne.

Respondeo quòd sic, ex l quod autem ff.de
iure dot. & ibi Bart. & hoc idem tenuit in l.Ti-
tio centum. §.Titio genero, num.5. & ibi Castren.
num.9 ff.de condit.& demonst. Alexand. in l.hu-
iusmodi. §. cùm pater, num.3. de legat.1. Ruin.
cons.224 num.10.vol.1. Ancharan. consil.168.
col.1. vers. sic igitur intellecta Castrens. in l.1.
C. vnde vir, & vxor. Menoch de præsumpt. lib.4.
præsumpt.189 num.49. Mantic. de coniect. lib.11.
tit.21. Roland à Valle cons.25.num.22.vol.4.
Rub. cons.84.col.21.

Pater

169 Pater † qui inops est, & multis creditoribus obnoxius, an possit filiæ suæ dotem constituere.

Respondeo quòd si hæreditas non sit sufficiens ad dotis solutionem, & debitorum omnium, non poterit pater dotem filiæ constituere, quia in fraudem eorum constitutio dotis non tenet. Roman. *in l. 1 ff solut. matrim.* per *l. ait prætor. § si cùm mulier. l. fin. §. à socero. ff. si quid in fraudem creditor.* Ias. *in §. fuerat, num. 116. Instit. de actio* Rebuff. *in tract. de congrua portio. num.* 102. Carroc. *in tract. de patre filiam simpliciter dotante, quæst.* 19.

170 Quæritur etiam, si pater sit pauper, & habeat auum diuitem filiæ suæ, † an talis auus teneatur tali suæ nepti dotem dare.

171 Respondeo quòd sic, quia † patre paupere existente auus nepti tenetur dotem constituere, deinde mater diues, & ea deficiente, tenentur fratres sororem dotare. *l. dedit dotem. ff. de collat. bonor. l. & ideo. §. fin. cum l. seq. ff. de in rem verso.* Atetin. *consi.* 17. *col.* 12. Bald. *in l. neque mater. C. de iure dot.* Bart. post gloss. *in l. cùm plures. ff. de administr. tutor. l. non omni. C. eod. l. nil interesse. ff. de in rem vers.* Bald. *in l. qui liberos. ff de ritu nuptiar.* Imol. *in l. à filia. ff ad Trebell* Afflict. *decis.* 371 *n.* 3. & est communis opinio, à qua nemo discrepat. Ias. *in l. 1. num. 28. ff. solut. matrimon.* & de obligatione aui dotandi nepotes, vide Fontanellam *de pact is nuptial. tom. 2. gloss. 3. per totam.*

172 Solent † puellis maritandis in hoc Cataloniæ principatu tempore matrimonij vltra dotem dari vestes aliquæ, & duæ arcæ, cum diuersis raupis lini, citicæ, & lanæ, & aliquod vas argenteum, cum & aliqui annuli, & aliqua iocalia, & non exprimitur aliquid de his in capitulis matrimonialibus, sed in eis tantùm fit mentio de dote quæ in pecunia consistit, vel in aliis rebus in dotem datis, & in capitulis matrimonialibus conuenitur vt de dote possit liberè testari, si filios habeat integrè de totâ, nullis autem liberis superstitibus, quòd testari possit de dimidia dote, de arcis verò, annulis, & iocalibus, & de vestibus nulla mentio facta fuit. quæritur
173 † an mulier possit de his testari.

Respondeo quòd sic, etiam non extantibus liberis; licèt enim adsit clausula quòd non extantibus liberis possit de media dote testari, poterit & de istis, quia prædictæ res donatæ vltra dotem non sunt connexæ cum dote, ex textu singulari, quem ad hoc institutum aureum, & singularem reputant *in Clement. exiui. §. cùm autem,* & *ibi* Cardinal. *de verbo. signif.* Euerard. *in loco à natura taxatiuarum, limit. 2. num* 4. Ias. *in l. 1. col. 3. vers. quartò facit. ff. si quis ius dicenti non obtemperau. & in l. actionem, num.* 4. *C. de procurat. l. 1. column. fin. C. de bonor possess. contra tabul.* Crauetta *de antiquit. tempor.* 4. *part. num.* 117. Menoch. *de præsumpt lib 4 præsumpt.* 36. *num.* 20 & est communis opinio, iuxta tradita per Ripam *in l. si constante, num.* 86. & *ibi* Crotus *num.* 56. *ff solut. matrim.*

Quidam pater † tempore quo filiam suam nuptui tradebat, certam dotem promisit, & illam dilatatis solutionibus soluere se obligauit, ad vberiorémque securitatem fideiussorem dedit. euenit quòd tempore exactionis dotis pater effectus fuit non soluendo. quæsitum fuit, an si fideiussor conueniretur ad solutionem residui ipsius dotis, posset se defendere exceptione quæ patri competebat, nempe non teneri patrem vltra id quod facere potest. 174

Respondi quòd non, sed absolutè fideiussorem remanere obligatum ad dotis solutionem, quia exceptio illa quæ patri competit, nempe quòd non teneatur vltra id quod facere potest, est personalis, & patri concessa: exceptiones autem personales non egrediuntur personam. *l. exceptiones quæ personis. ff. de exceptio* & quæ *ibi* communiter solent adnotare scribentes.

Quæri etiam potest, † an mater teneatur filiam dotare, & quando. 175

Respondeo quòd mater tantùm tenetur dotare filiam, quando pater est mortuus, & inops, non habens in bonis ex quo dotare possit, vel quando filia aliunde non habet ex quo percipere possit congruam dotem, ex traditis per Alexand. *in l. 1. colum 6. vers. quod autem in matre, num* 21. *ff. solut. matrimon.* Ripa *in l. 1. ff eodem, num.* 79. Ioan Campeg. *in tract. de dote.* 1. *part. quæst* 22 Bald. Nouel. *de dote 6. par priuileg. 3. num.* 3. Gamma *decis.* 376. *num* 3. Cynus *in l. nec mater. C. de iure deliber.* dicens matrem solùm in subsidium teneri filiam dotare, vnde si aliunde filia dotem habere possit, mater non tenebitur eam dotare.

Euenit † quòd in quibusdam capitulis matrimonialibus fuit appositum pactũ quòd dos solueretur intra vnum annum, & eo elapso si dos non fuisset soluta, pater teneretur, quoad vsque dotem integrè soluisset pro ea parte & quantitate, quam non soluerat, præstare annuam pensionem ad rationem censualis mortui. quæsitum fuit, an tale pactum esset vsurarium. 176

Respondi quòd non, sed quòd erat licitum, & sic teneri socerum soluere (dum erat in mora soluendi quantitatem dotis) annuam pensionem. motus fuit ex traditis à Couat. *lib. 3. variar. cap. 1 num. 3. vers. hinc poterit,* & postea inueni secundùm hanc resolutionem decisum fuisse in Senatu Lusitaniæ,

niæ, vt refert Gamma *deciſione* 272.*per totam.*

177 Quæri etiam poteſt, † an mulier ratione delicti perdat ſuam dotem.

Reſpondeo quòd ratione delicti commiſſi per maritum non amittit mulier dotem, etiam ſi illum ſequatur, iuxta tradita per Gigan. *de crimine læſæ maieſtat.tit.de pœnis,q.*19. Boſſ. *de public.honor.num.*65. & ita iudicatum eſſe atteſtatur Tiber. Decian. *in tract.crimin. lib.*2.*c.*12. *num.*34. Si verò delictum ſit commiſſum per mulierem conſtante matrimonio, regulariter dos non confiſcatur, niſi in quinque caſibus, ſcilicet læſæ maieſtatis, Iuliæ vis publicæ, veneficij, parricidij, & de ſicariis. *l. quinque legibus.ff. de bonis damnato.* Carroc. *in tract. excuſſ.bonor.*1.*part.quæſt.*10.*in*
178 *princ.* In † Catalonia verò non habet locum hæc pœna, quia non poteſt quis corporali & pecuniaria pœna puniri, iuxta conſtitutiones generales Cataloniæ, niſi in caſu adulterij accuſati per maritum, quo caſu, ſi de adulterio conuicta ſit, dotem amittit, & eam lucratur maritus, vt refert Peguet.*tom.*1. *deciſ.*95. *num.*1. & ferè per totam. quomodo autem procedatur contra vxorem adulteram, tradit idem Peguet.*in deciſione præcedenti* 94. *num.* 9. *& in ſua praxi cap.*25. vbi latè tradit.

179 Quæri etiam poteſt, † ſi frater aliquid dederit ſorori ſuæ tempore nuptiarum, non expreſſo an cauſa dotis dederit, néc ne, ſi poſtea ipſe frater ſuccedat patri, & ab eo tanquam ab hærede filia defuncti & ſoror reſpectiuè ipſius hæredis ab eo dotem petat, an poſſit opponi exceptio quòd iam fuit dotata, ex eo quod ipſi tempore matrimonij dederat.

Reſpondeo quòd non, ſed quòd frater
180 † tenebitur eidem ſorori dotem aſſignare, quia illud quod dedit tempore matrimonij, non poteſt in dotem computari, quia eo caſu frater non tenebatur ſororem dotare, viuente patre, & ſic quæ donauit ſorori tanquam data ab extraneo reputantur, & puro animo donandi.*l.vnica* §.*accedit.C.de rei vxor. actio.* cum aliis allegatis per Menoch. *de arbitr.caſu* 88. *num.*36. *lib.*2. *cent.* 1. & in ſpecie
181 quòd † frater cenſeatur purè donaſſe ſorori prædicto caſu, dicit Bald.*in l.fin.n.*3.*ad finem. & ibi* Salicet. *C.de iure dot.* Ripa *in l.*1.*num.*94. *ff.ſolut.matrim.* Maſcard.*de probat.concluſ.*571.
182 *num.*7. Secus verò eſſet † ſi tempore quo frater dedit, erat hæres, quia tunc cùm ex aditione hæreditatis repræſentaret defunctum, & ſe obligaret ad debita defuncti, ex *l.*2.§.*ex*
183 *his.ff.de verb.oblig.* † datum à fratre cenſeretur datum in compenſationem debiti neceſſarij, iuxta tradita per Anchar. *conſ.*7. *in quæſtione agitata,num.*4 *& conſ.*26.*num.*5. Aymon. *conſ.*131.*num.*14. Menoch.*lib.*4 *præſumpt.*109. *num.*26.*& præſumpt.*110.*num.*5.

Frater † etiam ſi dederit ſorori aliquid 184
ſimpliciter, ſi alia coniectura ſumi poſſit ex qua dediſſe præſumi poſſit, cenſebitur ex ea cauſa dediſſe. quia quoties quælibet præſumptio deſumi poteſt, non præſumitur donatio. *l.cùm de indebito. ff de probat.* Anchar. *conſ.*32. *num.*4. Maſcard. *de prob.concl.*554. magis clarè loquitur Socin.*conſ.*121.*col.penult.num.*14. *lib.*1. Ruin. *conſ.*223.*n.*1.*& *2.*lib.* 1. Menoch. *de arbitr.caſu* 88.*num.*41. Bart *in l.vxorem* 39. §.*pater naturalis.ff de legat.*3. Maſcard.*de prob. concl.*571.*num.*12. refert Stephan.Gratian.*deciſ.Rotæ Marchiæ* 19.*num.*43.

Sed quærto, † an frater caſu, quo tenetur 185
ſororem dotare, teneatur eidem dare arcas, veſtes nuptiales, & alia ſolita tradere puellis tempore matrimonij.

Reſpondeo quòd ſic, & quòd non ſufficit dotem dare, ſed omnia alia ſolita ornamenta, dummodo non ſint in exceſſu. ita tradit & probat Theſaurus *dec.Pedem.*192.*n.*8.*& *9. vbi hoc probat ex fundamentis per eum relatis. idem tradit Fontanell.*vbi ſuprà*, nempe *tom.*2. *gloſſ.* 3. vbi latè de obligatione fratris circa dotandas ſorores tam vterinas, quàm vtrinque coniunctas, & ferè de omnibus rebus circa obligationẽ fratris dotandi ſorores.

Si † aliquis alicui promittat ſe dotem da- 186
turum, & non expreſſerit quantam, quid talis promiſſio operetur, & quid per talem promiſſionem ille cui facta eſt, adquiratur.

Reſpondeo quòd tunc ille, cui promiſſio de dote facta eſt, agere poterit aduersùs promiſſorem, vel eius hæredem vt condemnentur ad dotis ſolutionem, ad cuius taxationem officium iudicis implorabitur, & † iu- 187
dex tenebitur congruam dotem aſſignare: congrua † autem dos iudicabitur habito 188
reſpectu ad patrimoniũ promiſſoris ad qualitatem eius cui promiſſio facta eſt, & ad qualitatem mariti, ſed præcipuè ad qualitatem promiſſoris ne ipſe extra modum grauetur, iuxta tradita per DD *in l quæro. & l.cùm poſt.* §.*gener.ff.de iure dot.l.ſi filia.ff.de leg.*3. maximè habito reſpectu ad valorem bonorum iuxta tempus in quo fuit dos promiſſa. faciunt tradita per Menoch.*de arbitr. lib.*2.*centur.*2.*caſu* 149.*num.*16.

Quædam † vidua, quæ dotem habebat & 819
ſponſalitium ex primo matrimonio, nupſit ſecundo, & in dotem contulit ſecundo viro bona ſua, non expreſſis aliis verbis. ipſa dum vidua erat, ſucceſſit fratri ſuo in aliquibus bonis. quæſitum fuit, an dotis nomine cenſeretur ſe conſtituiſſe etiam bona quæ ex fratre hæreditauerat.

Reſpondi quòd non, quia ſecundus maritus

tus iam habebat scientiam de quantitate dotis, quam habebat ipsa vidua de primo ma-
190 trimonio.quo casu † eandem tantùm dotem sensisse constituere mulierem dicendum est, non verò maiorem,quoad alia bona. ita sentit Bart.*in quæst.7.mulier habens amplum*.Alex. *cons.122.num.8.lib.7.* qui citat Bald.*in l.vnic. C. de iure dot.* Roland. *in tractat.de lucro dotis, q.80.n.4.* & alios refert Menoch.*de præsumpt. lib.3.præs.6.n.42.cum seq.* in qua præsumptione per totam latè disputat quando mulier nubens censeatur omnia bona sua in dotem constituisse,ad quem recurrendum est.

191 Quæri etiam potest,† an vasalli teneãtur iuuare dominum in maritandis filiis.

Respondeo hanc dubitationem longa commentatione tractati per Fontan. *de pact. nupt.tom.2.claus.5.gloss.4.per tot.* constituendo
192 differentiam † inter vasallos ratione feudi,& vasallos ratione simplicis iurisdictionis,& inter vasallos domini recognoscẽtis alium dominũ superiorem,& hunc non recognoscentem aliũ superiorem dominũ,& quid quoad exteros, tradens latè & complectens totam
193 hanc materiam, resoluens quòd † ordinarij vasalli ratione iurisdictionis non tenentur dotare filias domini,nisi ex consuetudine soliti sint contribuere in dotibus earum, vt *num.21.& n.26.* tradens *n.27.* quòd in Catalonia solus dominus Rex exigit à vasallis maridagium in terris,in quibus habet omnimodam iurisdictiouem, ex consuetudine,de qua attestatur idem Fontanella *n.28.* in quo
194 maridagio † vasalli dominorum secularium non contribuunt; secus verò est de vasallis Ecclesiæ,qui contribuunt in maridagio filiarum Regis, ex dispositione euiusdam concordiæ, de qua meminit Fontanella *num.31.*
195 *cum sequentibus*, vbi † quid de villis quæ sunt vnitę ciuitati Barcinonæ,& quid de illis quibus concessa sunt eadem priuilegia quæ sunt concessa ciuitati Barcinonæ, ad quem recurre.

196 Quæri etiam potest † de dote constituenda à corrumpente virginem, quomodo sit constituenda,& in qua quantitate.

Respondeo quòd multa dubia circa hanc materiam se offerunt, pro quorum decisione recurrere quis poterit ad tradita per Fontanellam *de pact.nupt.tom.2.claus.5.glos.5. 1.part.per totam*,vbi latè de modo dotandi,de consensu contrahendi matrimonium, & de raptore dotante, & de promissione ducendi ipsam in vxorem, & de modo coniungendi voluntates contrahentium raptum, & de concursu voluntatis paternæ in matrimonio contrahendo cum rapta, & de dote sibi constituenda,ad quem te remitto.

197 Si † filia etiam minor vigintiquinque an-

Acac.Ant.de Ripoll Resol.var.

nis nubat, viro tamen digno, contradicente eius patre, an & quomodo sint ei alimenta præstanda,& expensæ litis,fuit quæsitum.

Respondendum venit quòd si filia nubat contradicente patre,viro tamen digno,maritúsque illius sit pauper, interim dum agitur de dote sibi constituenda, & petat patrem condemnari ad præstandum sibi alimenta, non solùm pro victu & vestitu,sed etiam pro expensis litis solet obtinere filia, & † pater 198
condemnatur ad solutionem alimentorum, & ad litis expensarum,maximè si maritus est inops,& ita fuit declaratum per Balthasarem Morell 20. Octobris 1618. facto verbo in Regia audientia, in causa vertente ad eius relationem inter Nobilem Eulaliam de Peguera, filiam Nobilis Bernardi de Peguera, quæ nupserat contra eius voluntatem cum Philippo Sorribes minori dierum,contra dictum Don Bernardum de Peguera, qui cum dicta sententia fuit condemnatus ad soluendum eius filiæ pro dictis alimentis, & supportanda lite ducentum quinquaginta libras singulis annis per tertias anticipatas, quæ sententia fuit confirmata in causa supplicationis per Hieronymum Seniust de mense Iunij 1619. Scriba causæ Payssa.

Quæri etiã potest, † an casu quo filia nu- 199
bat contra voluntatem patris,teneatur pater filiam dotare,& quomodo.

Respondeo vltra supradicta quòd † tene- 200
tur idem dotem assignare, non tam amplam qualem dedisset, si viro digno ad suam voluntatem nupsisset,sed minorem, qualem ei competere debet ratione legitimæ,& ita fuit decisum in Regia audientia die 24. Iulij 1577.in causa Nobilis Hieronymi de Hostaldic & Gralla, quæ nupsit Don Ludouico de Recasens, & antea fuerat declaratum die 6. Maij 1555. in causa Antonij Borrull, contra coniuges Oliues referente Barnaba Serra.

Quæri etiam potest, † an si pater dederit 201
dotem filiæ,id est,promiserit in conuentione matrimonij quãdo tractabatur de matrimonio contrahendo, possit postea dotem promissam minuere, vel an remaneat obligatus cum effectu promissum adimplere.

Respondeo patrem semel filiæ dote assignata non posse minuere illam,iuxta tradita per Curt. seniorẽ *cons.27. vers. venio ad quartum,num.28. cum seq.* vbi pluribus rationibus hoc idem firmat. idem tenet Ias. *in §. fuerat, Instit.de act.* Ziletus *diuersorum consiliorum 1. tom.cons.170.n.97.*

Quæritur, † si pater filiam suam nuptui 202
tradens eam dotauerit, nulla mentione facta quòd dos ei computetur in legitimam, an illa dos in dictam legitimam computetur.

Z Respon

Respondeo quòd sic. *l quoniam nouella*, & *ibi* communiter scribent. *C. de inoff. testament.* Bald *in l. iubemus, C. ad Trebell.* Specular. *de instrum editio* § 13. *vers. sed super.* Bart. *in l Titio centum, § Titio genero ff. de cond. & demonstr.*

202 Quæritur vlteriùs, † si inter contrahentes matrimonium adsit inæqualitas personarom in ætate, vel in qualitate, an liceat marito vxorem præferre & anteponere in dote ab ipsa constituente.

203 Respondeo quòd sic, quia † inæqualitas corum hoc præstat. Ias. *in l. iam hoc iure, n* 55. *versic. tertius effectus, ff. de iustit. & iure.* Imola *in rubr. ff. solut. matrim. col. penult.* Bald. *in l.* 1. *in fine, C. de donat. ante nupt. l. penult. § mulier, ff. solut. matrim.* Bald. *in cap. super eo, lo* 2. *de testib. & in cap. si cautio, col.* 1. *de fide instrument.* Bart. & communiter DD. *in l. diuortio facto, & in l. si ita stipulatus fuero, te sisti, ff. de verb. oblig.*

204 Quæri potest, † an in promissione dotis & conuentionibus possit esse inæqualitas inter contrahentes, an verò æqualitas sit seruanda.

Respondeo quòd ex consuetudine admissum est quòd inæqualitas potest interuenire, & sic pacta quę apponuntur possunt esse magis in fauorem vnius, quàm alterius coniugum gloss. *in auth. æqualitas, C. de pact. conuent.* & *ibi* Salicet. Cumanus *cons.* 26. *num.* 2. Paris. *cons.* 95. *num.* 35. *lib.* 2. Cefalus *consil.* 598. *n.* 42. Decian. *cons.* 49. *num.* 33. *lib.* 2.

205 Quæri etiam potest, † si in capitulis matrimonialibus partes obliti fuerint de dotis augmento faciendo, quod *es creix* appellatur in Catalonia, an contracto matrimonio & consummato possit illud fieri & constitui.

Respondeo quòd sic, quia dotis augmentum respicitur quandocumque fieri potest. *l. pen. & authent. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. § est & aliud, Instit. de donat.* quod adeò

206 verum est, quòd † ad augendam dotem curator dari potest. *l. non tantum, ff. de tutor. & curator. datis ab his.* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12 *tit.* 26. *num.* 1.

207 Promisit † aliquis tempore nuptiarum cuiusdam puellæ se illi dotem constituturum ad suum arbitrium. quæri potest, an in mera & spontanea ipsius voluntate sit ei assignare dotem quam maluerit, an verò sit arbitrium illud regulandum iuxta boni viri arbitrium.

208 Respondeo quòd † fauore dotis talis promissio regulatur ad arbitrium boni viri, secundùm allegata per Cynum *in l.* 3. *de dotis promiss.* Bald. *in l.* 1. *n.* 14. *vers. quaro an valeat, ff. solut. matrim.* Alex. *ibidem num* 28. *versic. tamen sustinendo prædictam decisionem.* Nam do-

209 tis fauore, etiamsi † promissio simpliciter fiat, nulla de arbitrio mentione facta inesse censetur prædicta clausula quòd boni viri arbitrarù promissa dicatur. *l* 3. *de dot. promiss.* quia habet locum ratio illa, quæ desumitur ex *l. cùm post, § gener, & l. quaro, ff. de iure. dot. l. si filia, ff. de legat.* 3.

Vlteriùs quæri potest, † si mulier marito 210 suo constituit omnia sua bona, an censeantur in dotem etiam constituta ea quæ contracto matrimonio ad eam peruenerunt.

Respondeo quòd nunquam comprehenduntur bona quæ eidem mulieri obuenerunt post matrimonium contractum, etiamsi statuto cautum esset, vt consuluit Angel. *consil.* 335. *num.* 3. Paul. de Castro *consil.* 179. Riminald. senior *consil.* 105. *num.* 2. *& sequent.* Bero. *cons.* 39. *lib.* 1.

Quæsitum fuit, † an pater teneatur dota- 211 re filiam quæ ante vigesimum quintum annum in corpus suum peccauit.

Respondeo quòd non, quia ex tali coitu efficitur indigna patris hæreditate, cùm hæc sit à iure legitima causa, propter quam exhæredari potest, vt est text. *in authent. vt cùm de appell. cognosc. § causas, & in auth. sed si post, C. de inoff. testam* tenet & sequitur Ruin. *consil.* 131. *num.* 5. *vers. sed his non obstantibus.*

Sed quid † de filia ingrata, an pater tenea- 212 tur illam dotare.

Respondeo quòd non, iuxta tradita per Bald. *in l vlt. n.* 11. *de dotis promiss.* Roman. *in l.* 1. *n.* 6. *ff. solut. matrim.* Ripa *in l. vlt. n.* 1. *C de reuocan. don.* Sed hoc ita intelligendum est, vt † filia ex his causis ex quibus exhæredari 213 potest, ex eisdem indotata remaneat, & dos à patre ei sit deneganda, iuxta notata per Bald. *in authent. res quæ, num.* 14. *C. commun. de legat.* Alex. *in l.* 1. *num.* 33. *vers. confirmo, ff. solut. matr.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuen. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 18.

Quæri etiam potest, † an frater clericus 214 teneatur sororem dotare.

Respondeo quòd si frater vtrinque coniunctus sit clericus, tenetur sororem vtrinq; coniunctam dotare, etiam de redditibus sui beneficij. Abb. *in cap. peruenit, num.* 1. *de arbitr.* Alex. *in l.* 1. *n.* 24. *ff. solut. matr.* Ias. *ibid. num.* 3. Boër. qui alios hanc tenentes sententiam refert, *decis.* 129. Sed Abbas *in d. cap. peruenit,* 2. *notab. n.* 1. dicit † posse clericum cum bo- 215 na conscientia sororem dotare de redditibus Ecclesiæ, si non habeat alia patrimonialia bona. ex quibus infertur clarè quòd ratione paupertatis domicellæ & sororis hoc ei indulgetur, quod non permitteretur, si ipsa aliàs haberet vnde dotaretur.

Sed in † fratre vterino, an teneatur 216 sororem vterinam dotare, est controuersia inter Doctores, alij aliud sentiunt; absolutè tamen dicendum est fratrem sororem vterinam

nam dotare non teneri: ſi autem ſoror pauper ſit,& aliàs dotem non habeat,tunc frater etiam vterinus dotare illam tenebitur. Ruin. *conſil.* 104. *colum.* 6. *verſic.non obſtat*, interpretans *l.cùm plures*, *§.vltim.ff.de adminiſtr.tutor.* quem vide.

217 Sed † an patruus diues teneatur dotare nepotem ex fratre paupere, quæri poteſt & licèt aliqui ſenſerint non teneri, ſi aliunde dotari poſſit, alij dixerint quòd tenetur, vbi ipſa non habeat vnde dotem exigat; tamen certum eſt talem patruum non teneri ad dotem talem conſtituendam, etiam ſi puella pauperrima ſit, quia obligatio dotandi non ſe extendit ad collaterales in tam remoto gradu, vt ex pluribus authoribus hanc tenentes ſententiam confirmat Mantic. *de tacit.& ambig.conuent.lib.* 12.*tit.*16.*num.*35.

218 Erat † ſocietas inita inter duos fratres, & pactum factum vt expenſæ omnes vtriuſque fratris & rerum ſuarum ſoluerentur de corpore hæreditatis prędictæque ſocietatis.euenit quòd vnus ex illis voluit nuptui filiam ſuam tradere, & prætendebat dotem ſibi conſtituendam eſſe de corpore ſocietatis. quæſitum fuit,quid iuris.

Reſpondetur quòd licèt in ipſa ſocietatis conuentione fuiſſet clauſula generaliſſima appoſita quòd lucra & damna eſſent communia, & quòd quæcumque expenſæ quæ vnicuique euenirent, ſoluendæ eſſent
219 de corpore ipſius ſocietatis, † quòd nihilominus non poterat prætendi quòd dos ſolueretur de eo, quia officium dotandi erat ſolum paternum, & ipſi tantùm incumbit ex affectione & obligatione paterna. *l. obligamur,§.lege,ff.de obligat.& actio.l.qui liberos, ff.de ritu nuptiar.l.vltim.ff.de dotis promiſſ.*& ſic ſolùm perſonæ patris cohæret,non verò aliis eſt deleganda obligatio. *cap.vlt. de offic. delegat.cap.is cui, eodem tit.in 6.l.vnic. § ne autem, C. de caduc. tollend.* Tamen contrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtimaui, videli-
220 cet † quòd virtute clauſularum vniuerſalium appoſitarum in dicta ſocietate cenſeatur quòd dos filiæ alterius ex ſociis erat conſtituenda ex aceruo ipſius ſocietatis, vt latiſſimis fundamentis tradit Mantica *de tacit.& ambig. conuent.lib.*6.*tit.*20. *à num.*23. *cum ſeq.* & maximè *num.*40.

221 Vidua † quædam habens filium ex primo matrimonio,voluit nubere ſecundò, & cùm indotata nupſiſſet primo viro diuiti valde, prætendit ad ſecundum matrimonium contrahendum filium teneri illi dotem conſtituere. quæſitum fuit, quid iuris. Exiſtimarunt aliqui talem filium teneri,argumentantes ex eo quòd filius tenebatur matri inopi alimenta præſtare, & per conſequens etiam dotem, cùm in iure æquiparentur dos & alimenta.

Reſpondi tamen non teneri, quia licèt † æquiparentur alimenta & dos, non tamen 222
in omnibus & per omnia, ſed in aliquibus, & ſic cùm diuerſa ratio militet in alimentorum præſtatione, cùm ſine his poſſit mater fame perire; poteſt tamen & commodè ſine matrimonio perſiſtere & viuere, & ſic non teneri dotem matri volenti ſecundò nubere, etiam ſi iuuenis ſit, & nullas habeat facultates. tenet Bald. *in l.qui liberos, in fine,ff.de ritu nupt.* Angel. *in l.*1.*num.*3. Imol. *n.*7. Roman. *n.*12. Alex.20 *ff.ſolut.matrim.*Mantic. *de tacit.& ambig.conuent.lib.*12.*tit.*16.*n.*24.

Quæritur, † ſi aliquis maritetur abſque 223
aliqua dote,nec de illa tempore, quo matrimonium fuit contractum,quidquam dictum fuit, an poſſit poſtea ab vxore petere quòd dotem ſibi conſtituat, aut de alimentis ſibimetipſi prouideat.

Reſpondeo quòd dicto caſu maritus ab vxore dotem exigere non poteſt, quia † ma- 224
trimonium ſine dote poteſt conſiſtere, maritúſque tenetur eam maritali affectione proſequi. *authent. de nupt. § ſic itaque, verſ.ſi quis, & in §.quoniam autem variè, in authent.quibus modis natur.effic.leg.l.vltim.de donat.ante nupt. l.vltim.de repudys, l.quod ſi nulla, ff.de relig.& ſumpt.funer.* Roman. *conſil.*517.*num.*1. Paul. Caſtrenſ.*in l.ſi ſocer,in princ.num.*4.*verſ.quid ſi fuerit maritata,ff.ſolut.matrim.* & ſic † maritus 225
mulieri indotatæ tenetur alimenta præſtare. Bald. *in l.vlt. num.*11. *de ſent. quæ ſine certa quantit. profer.* Ripa *in l.*2.*num.*43 *ff.ſolut.matrim.* Natta *conſil.*547 *num.*13.

Pater † dotem filiæ conſtituerat, & ante- 226
quam nuptiæ adimplerentur deceſſit pater, inſtituitque hæredes ſuos filium & filiam. quæſitum fuit, an dotis ſolutio pertineret ad ipſam filiam tantùm, an ad filium; an verò æquis partibus & portionibus.

Reſpondeo æqualiter eos debere contribuere,quia † æqualiter ipſis hæredibus inſti- 227
tutis repræſentabant patrem defunctum,cui onus dotanti filiam incumbebat, vt ſuprà latè dictum eſt, *l.*1. *C. de hæred. actio.* Corneus *conſ.*197.*num.*15.*in fine,& num.* 16 *lib.*1. tum quia æqualitas oneris & commodi eſt ſeruanda reſpectu ſucceſſionis. *l.illud.C.de collat.* Bart.*in l.pater filium,num.*7 *ff de collat.dotis.*

Quæritur,† an finita ſocietate (ſi dos filiæ 228
alterius conſocij fuerit de communi ſocietate data) poſſit de ſumma illius conſtitui alteri filiæ ad æqualitatem ſeruandam.

Reſpondeo,quòd nõ,quia finito tempore ſocietatis,finita dicitur ipſa ſocietas,& omne ius ex ea proueniens dicitur extinctum,& ſic dos illa quæ eſſet aſſignanda, iam non dice-

retur de corpore societatis procedere: & sic nullo modo poterit dos huic constitui, sed de patrimonio proprio ipsius patris, quod ex societate collegit, vel ex alio suo patrimonio. faciunt deducta per Decium *consil.68.in fin.* & sic de bonis patris dos constitui debet.

229 Pater † constituit dotem filiæ, hæredémque instituit filium impuberem, cui de tutoribus & curatoribus suo casu prouidit, dans eisdem facultatem vt dotem soluerent tam in bonis mobilibus, quàm immobilibus. quæsitum fuit, an casu quo curatores in dotem vellent dare pretio certo æstimato (quod venditionem faciebat) quendam fundum, an hoc casu possent id facere sine decreto iudicis, & sine cognitione causæ.

Respondeo prędicto casu decretum superioris non requiri, quia ex declaratione facta per patrem quòd possint etiam bona immobilia dare in dotem, non est necessaria cognitio causæ, nec decretum interponi debet. *l.1. C. quando decreto opus non est. l.1.ff.de prædys minor.* Ripa *in l.1.ff solut.matrim.n.228.*

Quæri etiam potest, cùm suprà dictum sit constante matrimonio dotem augeri posse,
230 an † maritus constante matrimonio possit augere dotem eidem vxori.

Respondeo quòd si mulier tempore celebrati matrimonij eidem marito congruam dotem assignauit, tunc non poterit maritus eidem constante matrimonio dotis augmen-
231 tum facere, quia † oritur suspicio donationis inter virum & vxorem, quæ de iure prohibita est. *l.1.& l.3. §.sciendum, ff.de donat.inter vir.& vxor.* Bald.Nouell. *de dote, p.7.principali, priuilegio 8 num.3.* Lupus *in rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.30.* Purpur.*consil.394.num.2.* Angel. Aretin. *in §.est & aliud, in fine, Instit.de donat.*

232 Si † autem augmentum dotis fiat ante consummationem matrimonij, tunc validum erit. *l.si constante, & l.vlt.* vbi DD. *ff.de donat.ante nupt.* quod probant ex *l.vltim. § si igitur, lo 2.de donat. ante nupt.* Azo *in summa de donat. ante nupt.num.5.* Cephal. *consil.598. num.14.& 32.*

233 Vidua † habens dotem suam ex primo matrimonio, habuit dotis augmentum, quod vulgò *creix* appellatur. euenit quòd secundo viro nupsit, constituitque eidem secundo viro in dotem id quod ratione dotis primi matrimonij habebat. dubium extitit, an illud dotis augmentum in dotis constitutione comprehenderetur.

Respondi quòd non, quia licèt illud veniat in consequentiam dotis, verùm est quid
234 separatum ab ea, cùm † in augmento non habeat vidua totum ius, sed solùm nudum vsumfructum durante vita sua, aut si medietatem elegerit, hoc casu ius proprietatis in illa medietate quandoque nil habet, quia solet stipulari in fauorem filiorum procreandorum ex illo matrimonio, & sic apparet quid esse diuersum ab ipsa dote, & ita non sequitur quoad secundum maritum, cùm separatum sit tale augmentum ab ipsa dote. ita Cephal. *cons.598. num.49.* Mantica *de tacit.& ambig.conuent.lib.12.tit.26.num.10. circa medium.* & sic si expreßè non fuit stipulatum in dotis constitutione, non comprehendetur.

Si † pater, vel mater filiæ nuptæ constante 235
matrimonio aliqua bona dederint, nec adiecerint, an ex causa matrimonij, vel dotis. quæritur, an censeantur data in dotis augmentum.

Respondeo quòd quando aliquæ res vltra dotem simpliciter promittuntur, vel traduntur, tunc illæ non possunt intelligi dotales esse. *l.si vltra hoc, C.de fideiuss.* Si verò prædictæ res dentur cum hac clausula, *vltra dotem*, censentur in causam dotis, & illius augmentum daræ: quia dictio illa *vltra*, non excludit totam dotem, sed dotem constitutā. Cephal. *cons.157. n.13. vers.non obstat.* Mantic. *lib.12. de tacit.& ambig.conuent.tit.27.num.35.*

Quæri potest, † an æstimatio totum do- 236
talium quæ tempore matrimonij ex dotis causa æstimantur, faciat emptionem.

Respondeo ex traditis à Mantica *de tacitis & ambig.conuent.lib.12.tit.28.per totam.* sed maximè *num.26.* vbi ait, quòd si res æstimentur, & postea in capitulis matrimonialibus scribitur quòd pro parte dos soluatur in pecunia, & partim in rebus solo adhærentibus, talis æstimatio non facit emptionem, quia talis æstimatio magis videtur facta vt sciatur, an res fuerit deteriorata.

Sed quid erit dicendum de † pactorum 237
obseruatione appositorum in capitulis matrimonialibus, an talia pacta seruanda sint absolutè.

Respondeo quòd si pacta apponantur respectu dotis, aut tunc dos fuit soluta, & pacta omnia veniunt seruanda: aut non fuit dos soluta culpa ipsius promissoris, & tunc si ipse non fuit in mora, pactum venit obseruandum, quia non debet ei nocere qui moram non commisit. *l non solùm, ff. de nox.act. & in l.in executione, § vlt.de verb.oblig.*

Fuit † contractum matrimonium inter 238
duos, & fuit promissum sponsalitium, siue *creix.* euenit postea quòd antequā adimpleretur & consummaretur illud, puella ingressa fuit Monasterium, & in ea professionem emisit. quæsitum fuit, an hoc casu sponsalitium, siue *creix*, pertineret ad eandem puellam, ac si matrimonium fuisset consummatū.

Respon

Respondeo non deberi, quia cùm illud præstetur propter præmium virginitatis, in qua ipsa remanet, non debet in præiudicium bonorum mariti illud lucrari, quia li-
139 cèt pactum de lucro dotis factum † in casum mortis, comprehendat per extensionem mortem ciuilem, iuxta tradita per Ancharan. *consil.* 273. *num.* 2. tamen hoc est intelligendum, vbi fictio locum habere potest, veluti de morte naturali ad ciuilem; diuer-
140 sum verò est, vbi † fictio locum non habet, non enim fingi potest virginem monialem per solum matrimonij contractum non consummatum virginitatem perdidisse, cùm ipsa virgo remaneat, quia fictio est quid singulare, & sic non habet locum, nisi in casibus à iure expressis. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 14. *tit.* 9. *num.* 2.

141 Quæritur vlteriùs, † si tractato matrimonio cum aliquo dos fuerit contemplatione illius matrimonij promissa domicellæ, an si illud matrimonium non adimpleatur, promissio illa dotis valeat, & sic puella actionem habeat ad dotem petendam si cum alio contrahat.

Respondeo quòd si promissio illa facta fuerit ab extraneo ratione alicuius matrimonij certi, eo non adimpleto dotis promissio non est efficax, nec ipsi puellæ ius aliquod acquiritur ad dotem illam petendam pro alio matrimonio. Batt. *in l. si cùm dotem, num.* 6 *in fine, & 7. ff. solut. matrim.* & hoc modo restringitur *l. vnica*, §. *accedit, C. de rei vxor. act.* Decius *consil.* 35. *num.* 4. Secus verò si promissio facta fuerit à patre, quia tenetur, cùm simpliciter ad dotem habitus fuerit respectus.

142 Sed quæri potest, † si dubia sit causa dotis constituendæ, cuius fauore in dubio sit declarandum.

Respondeo quòd tutius est pro dotibus declarare. *cap. vltim. de re iudicat. l. in ambi-*
143 *guis, ff. de iure dotium.* Ex † coniecturis etiam contra dotem fieri potest interpretatio, iuxta tradita per Gabr. *consil.* 56 *num.* 15. *& 16. lib.* 2.

144 Quæsitum fuit † de dote quæ constituitur domicellæ ingredienti Monasterium, quando sit soluenda.

Respondeo quòd dos quæ ei datur, non debet solui Monasterio, nisi emissa professione, & interim alimenta sunt Monasterio soluenda, vt latè Gutierr. *canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 106. & maximè *num.* 108. vbi latè de bonis nouitiorum decedentium intra annum nouitiatus. In Monasterio autem monialium de Valldonçella secus seruatur, quia dos soluitur in ingressu Monasterij & susceptionis habitus. & si nouitia decedat intra tempus vsque ad professionem, † dos 145 remanet Monasterio, & sic fuit obseruatum in anno 1614. in quo decessit Nobilis N. de Calders, filia Nobilis Michaëlis de Calders, domini qui dicitur de Segur. Intra tempus nouitiatus, in quo dicuntur Scolanæ, pro qua dos fuit soluta in ingressu Monasterij, & postea de anno 1618. euenit quòd Raymunda Bosc de Vilagaya soluit prædicto Monasterio in sui ingressu dotem, quæ intra tempus nouitiatus nupsit Francisco de Tamarit domicello, & tamen dotes prædictarũ nouitiarum remanserunt Monasterio prædicto. nam licèt non fuerint iudicialiter dotes petitæ, extraiudicialiter petierunt illas earũ parentes, & fuit responsum datum quòd dotes nouitiarum remanebunt dicto Monasterio ex consuetudine quæ erat obseruanda, iuxta notata per Farinac. ad declarat. sacri Concilij Tridentini, vbi ait in Monasteriis consuetudinem esse obseruandam, & sic declarasse Congregationem. adquieuerunt partes, quia lis non fuit per eos mota.

Sed † quid iuris esset dubito quod obtinerent moniales, quia per Pium IV. in Bulla, data Romæ 13. Calendas Martij 1565. omnia particularia statuta quarumcumque religionum, in quanrum aduersantur decretis sacri Concilij Tridentini fuerunt abrogata, cassata & annullata, & sic consuetudo prædicti Monasterij de Valldonçella non potest dici vera consuetudo, nisi probetur quòd fuerint receptæ moniales sub dicta forma soluendi dotem ante professionem, & in tempore receptionis habitus, post publicationem Concilij. Nam reperi quòd Abbatissa & Conuentus monialium de S. Clara præsentis ciuitatis fuerunt condemnatæ per Præsidentes suæ religionis de consilio Saluadori Pij & Michaëlis Ribes Assessorum suorum ad restituendum Henrico Amat de Palou trecentum libras, quas ipse soluerat dictæ Abbatissæ, & Monasterio pro dote Elisabethæ Amat eius filiæ, quæ ante professionem decesserat ita quòd dictus Henricus Amat solueret dicto Monasterio alimenta præstita dictæ eius filiæ tempore quo in eo vixit. quæ sententia fuit confirmata per Hieronymum de Vilana Canonicum Ecclesiæ Barcinonen. iudicem in causa appellationis, virtute rescripti à Reuerendissimo Nuncio ad instantiam dictæ Abbatissæ obtenti. Scriba causæ Clemens Cottell Notarius publicus Barcinonæ die 19. Iulij 1605. 146

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

Casaion fol. 322.

CAPVT X.

De dotis recuperatione, & de iuribus ratione illius competentibus.

SVMMARIA.

1 *Solutio dotis quando dicatur legitimè facta, cum seq.*
2 *Solutio debiti quando dicatur legitima.*
3 *Depositum vbi fiendum.*
4 *Dos an possit deponi cum solta.*
5 *Mulier pro dotis recuperatione an debeat agere contra bona hypothecata, cum sequent.*
6 *Bona mariti pro dotis recuperatione, quomodo exequi possint.*
7 *Excussionis beneficium quando locum habeat.*
8 *Mulier ex quibus bonis debeat satisfieri in dote.*
9 *Mulieri concurrenti cum alijs creditoribus in bonis mariti, quomodo satisfiat in dote.*
10 *Dos quando reguletur ad iuris communis dispositionem.*
11 *Mulieri debet satisfieri in dote de speciali hypotheca.*
12 *Mulier forensis pro dotis recuperatione an gaudeat constitutionibus Cataloniæ, cum sequent.*
13 *Constitutiones Cataloniæ an comprehendant forenses.*
14 *Contractus regulantur secundùm leges loci vbi fuerunt celebrati.*
15 *Dotis recuperatio fit secundùm leges loci vbi dos est exigenda.*
16 *Locus domicilij mariti attenditur in recuperatione dotis.*
17 *Solutio fienda est in loco destinato.*
18 *Fructus quando computandi sint in sortem dotis.*
19 *Fructus dotis quando debeantur.*
20 *Dos intra quod tempus mulieri sit soluenda.*
21 *Censualia inter immobilia bona computantur.*
22 *Dotis restitutio in bonis immobilibus quando fienda.*
23 *Interesse dotis an currat quando dos est in mora soluendi.*
24 *Alimenta viduæ per quos sint præstanda.*
25 *Vestes lugubres an debeantur viduæ.*
26 *Alimenta an sint præstanda vxori diuortio interueniente ob viri sæuitiam, cum sequent.*
27 *Sæuitia viri per eum causata est in consideratione.*
28 *Dos an peti possit in curia Ecclesiastica.*
29 *Dos quando principaliter petatur.*
30 *Restitutio dotis coram quo iudice petatur.*
31 *Dos cui restitui debeat, cum seq.*
32 *Dos quando censeatur absolutè data filijs.*
33 *Filia nubens de consensu patris dicitur emancipata.*
34 *Dos ab extraneo constituta, cui restituenda sit.*
35 *Constitutio hæc nostra quid det mulieribus mortuo marito.*
36 *Alimenta intra annum luctus præstari debent viduæ per hæredes defuncti.*
37 *Tenuta vniuersalis quam habent viduæ quando cesset.*
38 *Vidua intra quod tempus inuentarium teneatur facere.*
39 *Hæredes non priuantur per viduam quin inuentarium faciant.*
40 *Constitutio hæc nostra vtilior est iure communi.*
41 *Possidens de iure communi non facit fructus suos.*
42 *Maritus quando non faciat fructus suos.*
43 *Mulieri si nolit cohabitare in domo viri, quomodo prouideatur.*
44 *Alimenta an teneatur præstare viduæ filijs communibus.*
45 *Mulier lucratur intra ciuitatem Barcinon. secundùm iocale, & secundùm vestem, cum seq.*
46 *Iocale & vestes quomodo lucretur vxor mortuo marito.*
47 *Bona dicuntur ea quæ supersunt deducto ære alieno.*
48 *Mulier an ad suas hæredes transmittat ius quod habet ad iocalia & vestes.*
49 *Possessio quæ ad mulierem transmittitur, qua possessio sit.*
50 *Vestes quæ viduis debentur quales esse debeat.*
51 *Vestes quas vidua ex suis sibi fecit recuperat ab hæredibus mariti.*
52 *Mulier in capitulis matrimonialibus an possit renunciare beneficio tenutæ.*
53 *Iuramentum confirmat renunciationem.*
54 *Mulier an habeat ius patronatus in præsentatione beneficiorum quando est tenutaria.*
55 *Mulier quando repræsentet defunctum.*
56 *Hypotheca generalis quæ pro dotis securitate introducitur, an ex pacto possit ad aliquam restringi.*
57 *Vestes lugubres an teneatur restituere mulier si nubat intra annum.*
58 *Alimenta data vxori quando teneatur restituere.*
59 *Mulier an teneatur reficere res in quibus habet tenutam, cum seq.*
60 *Vsufructuarius tenetur expendere in re in qua habet vsumfructum.*

61 Expen

182 *Mariti*

247 *Possessio*

308 Ex

365 *Mariti*

433 Se

494 *Mulier an possit disponere de arcis quæ sibi dantur.*
495 *Tenuta titulus & vsusfructus an simul possint concurrere.*
496 *Vsusfructus & tenuta concurrunt simul.*
497 *Vidua qualiter teneatur restituere bona hæreditaria.*
498 *Fructus qualiter præstentur quando soluitur dos mulieri.*
499 *Fructus dotis non solutæ viuente marito, eo mortuo cui debeatur.*
500 *Fructus dotis non solutæ quando pertineant ad mulierem.*
501 *Dotalis fundus an possit alienari per mulierem soluto matrimonio.*
502 *Hæreditas statim atque est adita desinit esse hæreditas.*
503 *Spes habendi filios est in consideratione.*
504 *Dotis nomen retinetur adhuc soluto matrimonio.*
505 *Renunciatio bonorum paternorum & maternorum quæ includat bona.*
506 *Filia quando possit agere contra bona materna pro sua dote.*
507 *Mulier conuolans ad secundas nuptias, an lucra primi matrimonij teneatur reddere.*
508 *Mulier quæ ex societate cum marito lucratur, non adquirit titulo lucratiuo.*
509 *Causa dotis est magis priuilegiata, quàm vltima voluntatis.*
510 *Donatio facta mulieri constante matrimonio an sit dotis augmentum.*
511 *Augmentum dotis nunquam præsumitur, nisi specificè dicatur.*
512 *Dos promissa in mercibus quomodo restituatur.*
513 *Dotales non dicuntur propriè res quæ pondere, mensuráve consistunt.*
514 *Donatæ res quando censeantur dotis causa.*
515 *Bona magis iudicantur paraphernalia, quàm dotalia.*
516 *Fructus fundi dotalis restituto fundo an debeantur.*
517 *Fructus fundi dotalis restituto fundo, non ipsis restitutis, ad quem pertineant.*
518 *Retentio fundi dotalis an competat marito pro expensis in eo factis.*
519 *Retentio datur in rebus fideicommisso subiectis pro meliorationibus in illis factis.*
520 *Retentio datur in rebus melioratis, etiam si cautio præstetur.*

1 VÆRO, † an mulieti, dicatur satisfactũ in sua dote & sponsalitio, si per hæredes mariti offeratur ei pecunia in sacculo subsignata, & coram ea realiter numerata; non verò ei realiter & de facto tradita, & liberata, ad hoc vt non faciat fructus suos.

Respondi ex tali oblatione & forma mulieri non censeri verè satisfactum in sua dote & sponsalitio. quia regula iuris est quòd debitor vt dicatur creditori satisfecisse, de-
bet † pecuniam realiter & de facto creditori 2
suo liberare, & in eius recusationem illam deponere, ex textu expresso *in l. acceptam, C. de vsur. l. creditor, C. de pignor. & hypoth l. si soluturus, ff. de solut. l. obsignatione, §. ita demum, ff. eod.* & *ibi* communiter scribentes. Ancharan. *consil* 86. Ripa *respons.* 23. *num.* 8. *cum se-
quent.* Debet autem † depositum prædictæ 3
pecuniæ fieri in loco publico, iuxta textum *in dicta l. acceptam.* & licèt controuersum fue-
rit, an † illud depositum posset fieri cum 4
solta, & aliquando fuerit visum & decisum quòd sic: tamen contraria sententia nunc tanquam verissima est recepta, & secundùm eam multoties decisum, vt pluribus Regiis decisionibus à supremo nostro Regio Senatu factis refert Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *parte* 6. *gloss.* 3. *à num.* 23. *cum seq.*

Euenit † quòd mortuo viro cupiente 5
vxore recuperare dotem (pro cuius securitate maritus & socer tempore nuptiarum in capitulis matrimonialibus specialiter aliqua bona hypothecauerant) opposuerunt aliqui ex creditoribus secundis ipsius mariti mulierem non posse agere contra bona ipsius mariti quæ dictis creditoribus fuerant generaliter obligata, sed quòd ipsa mulier pro suæ dotis recuperatione debebat priùs exequi bona specialiter hypothe-
cata †. Pro cuius dubij resolutione fui- 6
mus consulti quatuor Doctores, inter quos alter fui ego. duo erant pro parte creditorum, & duo pro parte ipsius mulieris. qui pro parte mulieris interuenerunt, asserebant posse mulierem ad libitum exequi bona ipsius mariti tam quæ generaliter, quàm quæ specialiter fuerant hypothecata, asse-
rentes quòd licèt † excussio locum ha- 7
beat in concursu generalis & specialis hypothecæ, *authent. hoc si debitor, C. de pignor.* hoc tamen casu, quando de dotis recuperatione agebatur, non habebat locum exceptio discussionis, ex Baldi Nouelli sententia *in tractat. de dote, parte* 8. *priuilegio vltim.* & Roman. *in l. si constante, in princip. ff. soluto matrimonio,* 4. *parte.*

Ego † autem qui pro parte creditorum 8
interfui, in contraria sententia fui, nempe mulieri expressam habenti hypothecam pro dotis securitate & restitutione, in concursu priorum creditorum habentium generalem obligationem, priùs esse sa-

tis

tis fiendam de sua dote & axouario, de valore rei expresè hypothecatæ, quam posse peruenire ad bona generaliter cæteris creditoribus obligata. Memor eram de traditis per Couarr. *lib. 3. variarum, cap. 18. num. 3.* quem videram, iuxta ea, quæ tradidi *in cap. de executio. censualium*, qui postquam retulit fundamenta suprà adducta, resoluit prædicto nostro casu esse tenendum etiam in executione pro recuperatione dotis locum habere legem secundam *C. de pignor.* qua cau-
9 tum est † in concursu creditorum mulieri priùs debere satisfieri de re specialiter hypothecata, quàm de bonis generaliter obligatis. allegat pro sua opinione Couarruuias *vbi suprà*, Doctores hanc sententiam tenentes, nempe Roman. *consil.* 187. Ripam *in l priuilegia., num. 19. de priuileg. creditorum*, Aymon *consil. 77. num.* 3. quia cùm
10 † dos hoc casu nullum particulare habeat priuilegium, debet regulari ex iuris communis regulis, quinimò attestatur Couarruuias hoc idem sentire glossam *in l. vbi adhuc, C. de iure dotium, verbo potiora iura.* & *ibi* Cyn. *quæst.* 11. & hanc sententiam communem esse asserit Ias. *dicta l. si constante, num. 201. & 208. ff. soluto matrimonio.* & secundùm hanc sententiam non semel tantùm fuisse iudicatum in regno Castellæ, attestatur Couarr. *vbi suprà*, cuius lectura fuit hoc casu lecta, & post eius lecturam vnanimes, & conformes eam amplexi fui-
11 mus, & consuluimus † mulieri in sua dote & augmento debere priùs satisfieri de speciali hypotheca.

12 Domna † Iusta de Torrelles, vidua Hieronymi de Torrelles Officialis Capitaniæ generalis, vsufructuaria hæreditatis sui viri, fuit condemnata ad soluendum de bonis sui viri Paulo Caxa Mercatorio quadriogentas libras, quas dictus Caxa mutuauerat dicto Torrelles, cum partita in tabula ciuitatis Barcinon. in executione quæ instabatur contra eam vti possidentem bona sui viri se opposuit dicta domna Iusta pro sua dote, exhibendo capitula matrimonialia inter dictos coniuges firmata in regno Castellæ, voluitque iuxta Regiam Pragmaticam Cataloniæ, sub titulo *de priuilegijs dotalib.* obstare bona mobilia, & in eorum defectum immobilia, petens supersederi in dicta executione, & de bonis sui viri ante omnia sibi in dote & sponsalitio satisfieri. quæsitum fuit, an locum haberet talis prætensio, cùm ipsi coniuges Castellani essent & forenses. Consulti fuimus aliqui, inter quos non defuerunt qui di-
13 xerunt quòd attento quòd dicti † coniuges erant Castellani, & capitula inter eos firmata fuerunt in regno Castellæ, non habebat locum prætensio dictæ domnæ Iustæ, quia iura nostra loquuntur in mulieribus nostris, & in contractibus in Catalonia celebratis, non verò de capitulis alibi firmatis, quia † contractus semper iudi- 14
cari debent secundùm leges loci vbi fuerunt celebrati, iuxta tradita per Bart. *in l vt iurisiurandi, §. si liberi, ff. de operis libert.* Mantica *de tacitis & ambig. conuent. lib. 3. titul* 8. *num.* 8. & ego dixi *in cap. de empt. & vendit. à num.* 475. *cum seqq.*

Ego verò contrarium tenui, nempe quòd attento quòd dicta domna Iusta agebat de dotis suæ recuperatione, erat sequendum ius loci, † vbi recuperatio dotis & solutio il- 15
lius instabatur. quæ cùm instaretur in Catalonia, iuxta iura Cataloniæ fienda erat, licèt capitula matrimonialia inter eos fuissent firmata in regno Castellæ, quia hoc casu non disputatur de substantia capitulorum, sed de dotis recuperatione & solutione, quæ debet fieri iuxta obseruantiam loci vbi instatur, & fit, ex text. *in l. exigere dotem* 65. & *ibi* gloss. *verbo exigere*, & communiter scribentes *ff. de iudic.* Locus † enim domicilij mariti in dotis ex- 16
actione attenditur. tenent hoc Doctores omnes *in dicta l. exigere*, quos lõnga commentatione refert Camil. Borel. *in additio. ad Bellugam, rubr.* 11. *§ his igitur, verbo domicilij viri.* Idem attestatur Afflict. *decis.* 226. *num.* 8. Codex Fabrian. *lib.* 3. *titul.* 19. *definit.* 20. *num.* 7. quod inconcussè est obseruandum. Nisi in capitulis matrimonialibus esset destinatus locus, vbi † dotis solu- 17
tio esset facienda. quia tunc præualeret pactum hoc, & solutio esset facienda in loco pactato, & sic regulanda est res secundùm ius in loco domicilij, vbi pactum non est. ita hoc refert Belluga *vbi suprà*, in additione ex mente Alberici de Rosate *quæst.* 8. 2. *part.* Roland. à Valle *in tract. de lucro dotis, quæst.* 19. *per totam*, & præualuit hæc mea resolutio, & sic fuit declaratum in dicta causa die 17. Septembris 1626.

Dos † fuerat cuidam filiæ à patre sua 18
promissa, & cùm realiter non fuisset soluta, fuit quidam fundus loco pignoris datus. decessit filia relictis liberis. filij agebant contra auum vt dotem matris integrè solueret. Auos allegabat eos teneri in sortem principalem dotis computare. fuit quæsitum, an tales neptes tenerentur in sortem principalem dotis fructus prædictos computare à die mortis mulieris.

Respondi quòd sic, ex *l.* 1. *C. de pignorat. actio.* tenet Innocent. communiter receptus *in cap salubriter, de vsur.* Florentinus *in summa*

19 *ma 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 19.* eo quòd † tunc non debeat currere fructus dotis, quia cessat ratio quare fructus dotis debentur, nempe alimentorum præstatio meritò fienda, iuxta tradita per Anton. Gomez *l. 53. Tauri, n. 48.* & sic non currunt dotis fructus, cùm cesset ratio, propter quam fructus debentur, & per consequens fructus percepti à re tradita debent computari cum sorte principali ipsius dotis.

20 Cùm † dos soluto matrimonio per mortem naturalem mariti re vera & cum effectu debeat restitui ipsi vxori, quæritur quando sit ei soluenda, nempe intra quod tempus.

Respondeo quòd de iure communi si dos consistit in rebus immobilibus, nempe in
21 fundo, vel in censualibus, qualia sunt † censualia quæ inter immobilia computantur in
22 Catalonia, † statim sunt restituenda; si verò mobiles sunt, intra annum. *l. iure succursum, ff. de iure dotium, l. 1. ff. soluto matrimonio, cap. 1. de donat. inter vir.* DD. *in l. 1. ff. soluto matrimonio.* Campeg. *in tractat. de dote, in princip.* Bald. Nouellus *de priuilegio dotis*, & communiter scribentes *in l. vnic. §. ex contrario, C. de rei vxoria actione.* & de iure Cataloniæ cùm nil innouatum sit, idem erit dicendum.

23 Sed quæro † ad quid teneantur hæredes mariti dum dos non soluitur.

Respondeo quòd debent integrè omnia alimenta ipsi viduæ præstare, iuxta gloss. *in l. diuortio. ff. solut. matrim.* est communis, vt refert Couarr. *in 4. 2. part. de sponsal. cap. 3. §. vlt.* Anton. Gomez ad *l. 50. Tauri, num. 48.* Pinel.
24 *in l. vlt. num. 6. C. de bonis matern.* nam † onus alendi vxorem adhæret ipsi doti. *l. si cum dotem, § sin autem, ff. solut. matrim.* Si tamen mulier prægnans sit, etiam si dos sit ei soluta, debent præstari alimenta. *l. 1. §. mulier, ff. de ventre in possess. mittendo. l. curator, C. eodem.* Gomez ad *l. 40. Tauri, num. 48.* eo enim casu non decernuntur alimenta causa ipsius mulieris, sed causa ventris, vt *in tit. ff. de ventre in possess.* & communiter ibi omnes scribentes.

25 Quæsitum fuit, † an mortuo marito debeantur viduæ vestes lugubres anni luctus de bonis mariti, etiam si legatæ eidem non sint per maritum.

Respondi quòd sic, quia ita constitutum est ex *l. notabili*, iuncta gloss. *in l. si ex re domini, §. illud, de stipulat. seruorum.* sunt enim appendices luctus omnes, & quasi funeris expensæ habentur, vt dicit Bald. super Innocent. *de empt. & vendit. cap. peruenit.* In seruitio enim mariti dum vidua est, iudicatur & in matrimonio ipsam perseuerare, & ideo ab hæredibus mariti esse alendam, dicit Bald. *in l. fin. C. de bonis maternis.*

Diuortio † interueniente inter Raphaëlem Granollachs, & Nobilem Clementiam Granollachs & Carbonell coniuges ob sæuitiam dicti mariti cum prouisione facta per Nobilem Raymnudum de Iuorra Canonicum & Sacristam maiorem Sedis Barcinon. Officialem & Vicarium generalem Reuerendissimi Episcopi Barcinonen. fuit postea dubitatum, an & quomodo essent alimenta taxanda dictæ Nobili Clementiæ. 26

Respondi quòd ex eo quòd dictus Raphaël Granollachs dederat causam diuortio, alimenta erant dictæ Nobili Clementiæ præstanda saltim quoad fructus dotales quatenus sufficiebant, quia † si non sufficiebant fructus dotis, erant præstanda ex patrimonio ipsius vsque ad congruam sustentationem, iuxta tradita per Gutier. *canon. quæst. lib. 1. quæst. 24. num. 14.* ex mente Abbat. & aliorum, quos refert Gutier. *dicto loco.* faciunt tradita per Cancer *lib. 3. variar. cap. 11. de sponsal. num. 164.* Dynus, Bart. Bald. Paul. de Castro, Ioan. de Imol. & alios, quos recenset Socin. *consil. 64. volum. 4.* Ludouic. Roman. *consil. 517. num. 11.* iuxta quam doctrinam solet obseruari in Regia audientia, vt refert Michaël Ferrer. *3. part. obseruat. cap. 14.* iuxta quam resolutionem die 12. Ianuarij 1616. in congregatione Reuerendissimi Episcopi Barcinonen. interuenientibus Petro Paulo Cassador, Matthia Amell Canonicis Ecclesiæ Barcinon. Officialibus, & Vicariis generalibus Reuerendissimi Episcopi, fuerunt pro alimentis taxatæ dictæ Nobili Clementiæ Granollachs omnes pensiones censualium quæ in dotem constituerat dicta Clementia dicto Raphaëli, quas solebat recipere dictus Raphaël, etiam quòd non fuerat declaratum super causa principali ipsius diuortij, sed solùm erat facta prouisio sequestri ob sæuitiam eius mariti, quæ plenè probata erat. 27

Vlteriùs quæritur, † an dos possit peti quòd restituatur coram iudice Ecclesiastico. 28

Respondeo quòd licèt dotis causa & cognitio sit mixti fori, vt *in cap. de prudentia, & in cap. nuper, de donation. inter virum, & vxorem, cap. ex litteris, de pignor.* & licèt quamplures sint authores, qui indistinctè tenent quòd dotis causa quoad restitutionem possit tractari coram iudice Ecclesiastico, quos refert Ioan. Gutier. *practic. quæst. lib. 1. cap. 44. num. 6.* Tamen vera resolutio est quòd quando † principaliter & de per se agitur ad dotis solutionem & restitutionem, 29
causa

causa est tractanda coram iudice seculari, si reus obligatus ad solutionem, vel restitutionem illius, est laicus. Palatius Rubios *in cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. 2. notab. num. 20.* Molin *lib. 2. de Hispan. primog. cap. 15. num. 76.* & hanc veriorem attestatur Gutier.
30 vbi suprà *num. 9. circa finem.* Si † autem intentata coram iudice Ecclesiastico diuortij causa, incidenter ageretur de dotis restitutione, tunc iudex Ecclesiasticus de causa dotis tanquam de incidenti agere posset, & hoc casu causa dotis dicitur mixti fori, secundùm praecitatos authores.

Sed quando causa dotis sit mixti fori quaeri potest.

Respondeo quòd eo casu dicitur mixti fori, quando incidenter, & non principaliter de ea in iudicio agitur, vel quando fuit dos legata pauperi, Euerardus *in cent. legal. loco 25. de dote legata ad piam causam.* Ias. *in l. cum his, §. mulier, ff. de condict. indebit.* Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testament.* Gutier. *practic. quaest. lib. 1. cap. 44. num. 10.*

31 Quaeri vlteriùs potest, † cui sit dos soluto matrimonio restituenda.

Huic dubitationi per capita diuersa respõdeo, dicens, quòd si pactatum expressè sit cui dos restituenda sit, iuxta pactum & conuentionem dos restitui debet, cùm conuentiones ad vnguem seruari debeant, ex vulgaris iuribus, maximè ex *l. quotiens.* & *ibi* gloss. commun. *ff. solut. matrim.* etiam si soli filiae sti-
32 pulatio restitutionis facta sit, quia † pater ex tali pactata restitutione censetur filiis dotem dedisse, argumento text. *in l. Pomponius Philadelphius, ff. familiae ercifcund.* & *ibi* communiter DD. Si autem dotis restitutio stipulata non sit, & filia decedat constante matrimonio, nullis relictis liberis, superuiuente patre, ipsi, aut eius haeredi dos non est
33 restituenda; quia † cùm per matrimonium de consensu patris celebratum filia liberata sit à patris potestate, vt suprà dictum est capite praecedenti, donatio illa liberè censetur à patre facta ipsi filiae, & sic succedent in dicta dote proximiores filiae ab intestato ei succedentes, si testamentum non fecit: aut testamento facto, & tunc succedent ei quos sibi haeredes fecit in suo testamento. faciunt notata per Anton. Gomez ad *l. 50. Tauri, n. 28.*
34 Si verò † dos fuit constituta ab extraneo, similiter si eius stipulatio non fuerit facta, dotis restitutio erit fienda haeredibus ipsius vxoris dotatae. quia fingitur stipulationem factam in fauorem mulieris, vel haeredum suorum, ex *l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. act.* quia simpliciter dos eidem mulieri censetur liberè ad suas omnes voluntates data, etiam si extraneus sit qui dotem dedit. *l. cùm is, §. 1. ff. de condict. indebit.* melior textus *in l. à Titio, in princip. ff. de verb. oblig.* & *ibi* Paul. de Castro, Alex. & Ias.

Vulgata est constitutio generalis Cataloniae Regis Petri III. in curia Perpiniani edita anno 1351. in & cum qua disponitur, quòd † mulier mortuo marito secuta eius morte 35
possidere intelligatur omnia bona quae fuerunt eius viri defuncti, & quòd intra annum per mariti haeredes sit eis satisfactum in omnibus rebus ad eius sustentationem necessariis; lapso † verò anno, fructus omnes haere- 36
ditatis eius mariti integrè suos faciat, quoad vsque in dote & sponsalitio illis satisfactum sit, exceptis verò mulieribus, quibus per earum viros certae res fuerint assignatae, ex quibus praedictae † viduae fructus suos dotales & 37
alimenta congrua ad dotis respectum percipere possunt, quo casu si bona haec designata sufficientia sint, in his solùm habebit ipsa vidua tenutam. Ita † tamen praedicta conce- 38
duntur dictis viduis circa possessionem praedictorum omnium bonorum, si à die mortis mariti intra vnum mensem coeperit conficere inuentarium, quod intra alium mensem adimplere tenetur. quod quidem inuentarium si intra dictum tempus non confecerit, priuatur ipso iure dicta tenuta & commodo faciendi fructus suos. Ex qua † inuentarij 39
confectione per viduam fienda non excluduntur caeteri, qui de iure ad illud faciendum tenentur.

Circa quam constitutionem in primis quaeri potest, † an haec constitutio aliquid 40
addat, vel minuat ius ciuile.

Respondeo quòd haec constitutio vtilior est iure communi, quo pro dotis securitate & restitutione datur hypotheca, tum etiam solet dari obligatio, ex clausula constituti & precarij, quibus omnibus praecellit haec constitutionis dispositio, quia eius virtute vxor mortuo marito facit omnes fructus suos omnium bonorum, quae ipse tempore mortis reliquit, etiam si bona sint magni valoris, & dos sit minima. Possidens † verò vir- 41
tute clausularum constituti & precarij, si fructus percipiat, & illi excedant dotis fructus, debet illos cum sorte principali ipsius dotis computare & compensare, quia vidua possidet dictos fructus vt creditrix, & non est priuilegiata, sicuti ex hac constitutione, quemadmodum & eo casu, quo soluto est matrimonium, † maritus percipiens fructus dotis 42
non facit eos suos, & in muliere quòd matrimonio soluto, si possideat bona viri, ex clausula hypothecae, vel constituti, siue precarij, teneatur fructus in sortẽ & diminutionẽ dotis accipere, tenet Innoc. *in c. salubriter.* &

& *ibi* Hostiens. *in fine,de vsur.* Ripa quem vide 2. *part. respons. tit. de oblig. respons.* 25. Crauetta *consil.* 358. *num.* 6. tum ex eo quòd maritus soluto matrimonio non faciat fructus suos,sed computare debeat cum sorte. Palat. Rub. *in cap. per vestras, notab.* 6. §. 8. *num.* 3. & 4. *de donat. inter vir. & vxor.*

Circa obligationem quam hæredes tenentur de præstandis alimentis viduæ, quæ-
43 ritur, † an teneatur etiam habitationem præstare.

Respondeo quòd sic. *l. verbo victus, ff. de verb. oblig.* in domo videlicet testatoris, vel in alia honesta. faciunt tradita per Menoch. *cons.* 62. *num.* 10. & 11. ad voluntatem ipsius viduæ, quæ licèt habitationem elegerit, potest variare, ex *l. si sterilis*, §. *vlt. ff. de act. empt.* Afflict. *decis.* 146.

Sed quid si mulier non vult cohabitare cum hæredibus viri, cùm possit licitè & honestè, an alibi possit compelli hæres præstare habitationem ipsi viduæ.

Respondeo quòd sic, dummodo tamen pretium habitationis alterius domus vbi habitabit deducatur de alimentis quæ ipsi prouidentur, iuxta tradita per Bart. *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* refert Mier. ad dictam constitur. *hac nostra, num.* 5.

44 Quæri etiam potest, † an vidua tenens & possidens hæreditatem eius viri pro sua dote & sponsalitio, teneatur præstare alimenta filiis communibus ipsorum.

Respondeo quòd sic, ex relatis per Michaël Ferrer. 3. *part. obseru. cap.* 19.

45 Quæro, † an cùm mulier de consuetudine Barcinonæ intra ciuitatem lucretur secundam vestem, & secundum iocale, ex bonis mariti, iuxta tradita per Michaël. Ferrer. 3 *part. obseru cap.* 44. & 157. an possit ipsa renunciare tali iuri.

Respondeo quòd sic, ex pluribus fundamentis quę tradit Ioannes Gutier *pract. quæst. lib.* 2 *quæst.* 126. *in fine, vers. sed nihilominus præcedens sententia.*

46 Sed an absolutè sit verum quòd † vidua lucretur in domo mariti secundum iocale, & secundam vestem.

Respondeo quòd si bona supersunt, ex quibus satisfiat creditoribus, poterit mulier lucrari tales res: si verò bona non supersint, vt creditoribus satisfieri possit, imò ex tali retentione creditores fraudentur, tunc mulier non lucrabitur vestes, neque iocale in præiudicium creditorum suorum, quia mulier prædictas res solùm lucratur ex bonis mariti.

47 Non † possunt autem dici bona mariti ea quæ sunt obnoxia aliorum debitis, & sic bona propria dicuntur quæ æri alieno non subsunt. *l. subsignatum*, §. *bona, ff. de verb. signif. l. ea demum, C. de collat. l. venisse.* & *ibi* Alciat. *ff. de verb. signif.* faciunt notata per Gutier. *practic. quæst. lib.* 2. *q.* 94. *n.* 3. *per tot.*

Sed † si mulier decedat antequam prædi- 48
ctum iocale & vestes ei tradantur, an mulier possit ad hæredes hoc ius transmittere, Ita vt eius hæres possit petere prædicta sibi restitui.

Respondeo quòd sic, vt latè tractat hunc articulum Gutier. *pract. quæst. lib.* 2. *cap.* 123. *per totum*, vbi latè disputat, an vxor decedens absque acceptatione suorum lucrorum adquisitorum constante matrimonio, transmittat ius illud ad suos hęredes, & resoluit quòd sic, *in ver. contrarium*, ex plurimorum sententia, quos ibi recenset. faciunt tradita per Ias. *in l. si arrogator, num.* 15. *ff. de adopt.* Cremens. *sing.* 93. Simon de Prætis *de vlt. volunt. lib.* 3. *fol.* 28. *n.* 9. *cum pluribus seqq.*

Sed quæri potest, † de qua possessione in- 49
telligenda sit hæc constitutio quæ disponit quòd possessio mortuo marito censeatur translata in viduam.

Respondeo quòd intelligenda est dicta constitutio de vera & reali possessione, quæ tam corporalia, quàm incorporalia comprehendit, iuxta ea quæ notat Auendaño *in l* 45. *Tauri, gloss.* 15. *n.* 2. & 4. vbi latè disputat, an valeat statutum quòd possessio continuetur etiam in rebus alienatis, & existentibus penes tertium, & quare dicatur hæc ciuilissima possessio naturalis, de qua latiùs infrà.

Quæri etiam potest, cùm † viduis intra 50
annum luctus vestes lugubres dandæ sint, de quibus vestibus sit intelligendum, an tantùm de ordinariis & quotidianis, an etiam de festiuis.

Respondeo quòd vestes omnes, etiam quotidianæ & festiuæ secundùm qualitatem viri & consuetudinis ciuitatis, vel villæ, vbi morabatur defunctus, vt *in l. verbo victus, ff de verb. signific. l. si ex re domini*, § *illud quæsitum*, iuncta gloss. *verb. funesta, ff de stipul. seru.* Bald. *cons.* 478. *vol* 5. *num.* 3. consuetudo enim in hoc valde seruanda est, vt latè tradit Gutier. *pract quæst lib.* 2. *quæst.* 95. *n.* 6. *per tot.* vbi in fine attestatur, quòd † si vidua sibimetipsi ve- 51
stes de suo fecerit, id quod in eis expendit, poterit ab hæredibus mariti repetere, iuxta tradita per Afflict. *decis.* 315. *ad finem*, Gregor. Lopez *l.* 2. *tit.* 11. *partit.* 6. *gloss. las despensas, verbo consert.*

Quæri etiam vlteriùs potest, † an in capi- 52
tulis matrimonialibus quando mulier nubit, possit pacisci inter maritum & vxorem, quòd mortuo eo mulier non habeat hoc beneficium inductum ex hac constitutione, & an si pacto adiecto apponatur iuramentum, an talis renunciatio valeat.

Respon

Respondeo quòd cùm hæc tacita hypotheca & commodum faciendi fructus suos à constitutione fuerint inducta in commodum & vtilitatem ipsius dotis, à iure communi censetur hoc dispositum, & sic contra substantiam & dispositionem iuris dotium tale pactum non potest apponi, nec renunciatio facta à muliere valebit, iuxta plura tradita per Gutier. *de iuramēt.confirm.* 1.*part. cap.46. num.*11. *vers.sed his non obstantibus.* Si
53 † mulier iuramento vallauerit talem renunciationem, valere tale pactum asserit, licèt propter læsionem enormem possit ipsa mulier absolutione priùs obtenta à iuramento præstito de læsione conqueri & reuocare, vt latè per Gutier. *vbi supra.*

54 Quæro, † an mortuo marito vidua habeat ius præsentandi beneficia quæ erant de patronatu eius viri.

Respondeo quòd cùm ius patronatus pertineat ad legitimum hæredem vniuersalem, iuxta text.*in c* 1. & quæ ibi notant DD. *& in*
55 *toto. tit. de iure patronatus.* mulier † cùm intra annum luctus non repræsentet defunctum, neque illius bona titulo plenario possideat, non poterit præsentare beneficia quæ vacauerint intra annum luctus; cùm verò annus luctus fuerit finitus, cùm ab eo incipiat mulier succedere vniuersaliter in omnibus iuribus plenariis ipsius viri, beneficia quæ vacabunt extra annum, poterit præsentare. faciunt notata per Molin. *in consuetud.Parisiens.* §.37 *gloss.*10.*quæst.* 1. *cum tribus seqq.*

56 Sed quæri potest, † an si tempore quo nupsit mulier, pactum factum sit inter coniuges quòd pro dotis securitate solùm aliqua bona ipsius mariti sint hypothecata, an tale pactum valeat,& an solùm ea bona censeantur hypothecata.

Respondeo quòd si in illis bonis dotis restitutio sit secura, valebit tale pactum: si autem bona illa non sufficerent, tunc remanerent omnia alia mariti bona hypothecata, non obstante tali pacto & conuentione. faciunt notata per Curt.iuniorem *cons.*126. *per totum, & cons.*357. vbi latè de hac renunciatione & hypotheca.

57 Quæro, † si mulieri viduæ per hæredes defuncti datæ sint vestes lugubres pro primo anno viduitatis, an tali casu quo ea intra dictum annum nubat, teneatur restituere vestes quas accepit.

Respondeo quòd de iure & obseruantia Cataloniæ mulier non tenetur tales vestes restituere, quia virtute huius constitutionis (vt ex tenore eius apparet) hęres tenetur prouidere de omnibus sibi necessariis ad congruam sustentationem, & sic obseruatur; de iure verò communi contrarium existimauerunt Simon de Prætis *de vltim. volum. lib.*3. *fol.*145.*col.*4.*n.*4. Ioan.Garcia *de expens.& melior.cap* 8 *num.*29. Couarr. *de sponsal.*2.*p.cap.*3. §.9. *num.*9. *cum seq.* Iaf. *in l.qui Romæ, num.*6. *&* 7.*ff.de verb.oblig.*

Sed quid dicendum erit † circa solutionem alimentorum solutorum eidem viduæ, an si nubat intra annum, teneatur illa restituere. 58

Respondeo quòd alimenta præterita, quæ iam recepit & consumpsit, non tenetur restituere, eo quòd consumpta sunt; alimenta verò quæ ei soluta sunt anticipatè, si ipsa nubat, tenebitur restituere, iuxta tradita per per Simon.de Prætis *de interpret.vlt.voluntat. lib.*4.*fol.*191.*num.*100.Crauetta *cons.*300.*n.*5. *ad medium, num.*6. faciunt tradita per DD.*in l à vobis. ff.de annuis leg.* Bald. *in l.vlt.C.de indict viduit.tollend.*

Sed quæri potest, † cùm mulier tenens & possidens vniuersam hæreditatem eius viri, loco hæredis sit,& defuncti personam quo ad executionem rerum hæreditariarū repræsentet, an mulier teneatur in rebus, in quibus habet tenutam & commodum percipiendi fructus suos, eos faciendi reficere & expendere. 59

Respondeo quòd licèt † vsufructuarius teneatur necessarias expensas facere in conseruatione rerum hæreditariarum, *l* 1 *in fin, ff. vsufruct quemadmod. caueat. l inter fructuarium.ff.de damno infect. l.*1.§ *fin.ff.de noui oper. nunciat.* quòd non tenetur de suo expensas & reparationes, quas faciet, soluere, sed quòd eas poterit recuperare, quia cùm † mulier possideat ex causa dotis & virtute huius constitutionis, non dicitur possessor ex causa lucratiua (sicuti est vsufructuarius,) sed ex causa pignoris & hypothecæ, & sic sui respectu ex causa onerosa, & hoc casu licèt † mulier teneatur curare rem conseruare, & ad id expensas necessarias facere, tamen de suo non tenetur soluere, quia solutio earum ad proprietarium dominum ipsius rei possessæ pertinet, vt notat Florianus de S Petro ad *l. hactenus. ff. de vsufruct.* ex *l. si quis dominium, & l si quis fundum. ff. locat.* faciunt notata per Pasqual.Saul.*in tract.de alien.rer.fidei-com subiecta.*2 *part.num.*225. 60 61 62

Quæritur, si † constante matrimonio mulieri peruenerunt bona paraphernalia quæ maritus administrauit tanquam si bona propria essent, an soluto matrimonio teneatur reddere rationem dictorum fructuum, & illos restituere. 63

Respondeo, quòd si constet mulierem consensisse quòd maritus fructus suos faceret, non tenetur restituere: si † autem non 64
constet, & simus in dubio, an consenserit,

nec *ne*, tenebitur maritus rationem redde-
re, & prædictos fructus præstare, quia bona
paraphernalia non computantur in dotem,
& secundùm hanc sententiam fuit iudica-
tum, teste Thesauro *decis. Pedemon.* 177. *per*
totam, quod intelligendum est, si fructus ex-
tarent, vel maritus locupletior factus sit,
iuxta tradita per Ioann. Laurentium *decis.* 18.
65 *Rota Auenion. num.* 6. nec sufficit quòd † im-
penderit in promiscuos vsus ad quos mari-
tus solus tenebatur, veluti in educatione
filiorum, & præstatione alimentorum, quia
cùm ad hæc ipse maritus de suis bonis te-
neatur. *l. si quis à liberis. §. si parens. ff. de liber.*
agnoscend. l. pro oneribus. C. de iure dot. in dubio
tamen non præsumendum mulierem con-
uenisse quòd maritus suos prædictos faceret
66 fructus, eo quòd † donatio in dubio non
præsumetur. *l. cùm de indebito. ff. de probat.* &
minus fauore mulieris. *l. si ego.* vbi glos. *ff. ad*
Velleian. l. Nesennius. de negot. gest. decisio su-
pradicta Rotæ Auenionis *in fine*, vbi traditur
quòd maior pars Senatus se inclinauit quòd
prædictos fructus restitueret maritus, licèt
res fuerit concordia sopita.

67 Quæro, † an maritus possit ex aliqua
causa dotis restitutionem recusare.

Respondeo quòd si sit miles & pauper,
potest dotis restitutionem de vita sua differ-
re, & eo vti frui, propter beneficium vulga-
riter allegatum, *ne egeat.* quod tamen bene-
68 ficium cessabit, † si maritus secundò nupse-
rit, & æqualem saltim dotem receperit, mul-
tóque magis, si ampliorem secundam do-
tem receperit, vt tradit Michaël Ferret. 3. *p.*
obseruat. cap 63. de hoc priuilegio est text. &
ibi gloss. & DD. *in l. maritum. ff. solut. matrim.*
l. vnic. §. cùm autem. C. de rei vxor. action. de hoc
meminit Thomas Cerdan *de visit. carcer. c.* 16.
num. 51. in quibus autem casibus non habeat
locum beneficium *ne egeat*, tradit Campeg.
in tract. de dote. 3. *p. quæst.* 328. Barbos. ad *l. ma-*
ritum. ff. solut. matrim. & *ibi* Alex.

69 Sed quæro, † an hæres mulieris defunctæ
possit compellere maritum quòd præstet
cautionem de vsufructu rerum dotalium.

Respondeo, quòd si & maritus tenetur
cautionem præstare cum fideiussoribus, si
eos inueniat aliàs, si non reperit, sufficiet
quòd iuratoriam cautionem præstet. quòd si
ad pinguiorem fortunam deuenerit, dere-
linquet vsumfructum, & quòd interim du-
rante vsufructu vtetur boni viri arbitrio, &
ita fuit decisum in Regia audientia in causa
in ea vertente inter manumissores testamen-
ti Mariani de Gauer, contra Hieronymum
de Gauer. tractat de hoc beneficio Anton.
Oliba. *de act.* 1. *part. lib.* 3. *§ fuerat. num.* 35.

70 Quæro, † an maritus possit compelli mor-
tua vxore fideiussores dare de dote restituen-
da lapso anno. & licèt aliqui existimauerint
maritum compelli non posse, ex titulo gene-
rali *C. ne fideiuss. dot. dentur.* tamen contrarium
respondi, nempe maritum posse compelli
mortua vxore fideiussores dare pro dote re-
stituenda, ex *l. si constante. §. quoties ff. solut. ma-*
trim. faciunt notata per Ioan. Gutier. *de iura-*
mento confirm. 1. *p. cap.* 21. *num.* 8. iuxta text. *in*
l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. action. faciunt
tradita per Ias. *in l. diuortio. §. interdum, num.* 8.
ff. solut. matrim. quod † de simplici cautione 71
esse intelligendum, tenet gloss. *in dicto §. cùm*
autem. verbo cautione, per text. *in l. sancimus.*
C. de verbor. signif. latè de hac cautione præ-
standa, de obligationibus soluendi & resti-
tuendi dotem, tractat Gutier. *in dicto cap.* 21.
per totum. Circa naturam huius cautionis,

Quæri etiam potest, † an & quando iu- 72
dicetur maritum dedisse mulieri iocalia quæ
ei misit antequam ipsa mulier traduceretur
ad domum viri.

Respondeo quòd annuli sponsalitij perti-
nent ad vxorem, videlicet illi, qui dantur
tempore desponsationis, tum & annuli qui
dantur ante desponsationem, similiter & io-
calia, si non sint magni valoris, quod iudi-
catur secundùm qualitatem contrahentium,
& in hoc plurimum versatur iudicis arbi-
trium & vsus patriæ. nam etiam si iocalia &
vestes pretiosæ sint, si nobilitas personarum
hoc suadet, vt gemmæ & vestes datæ con-
ueniant diebus quotidianis, censentur data
omnia hæc, vt ex mente Bald. *in l. in his §. ser-*
uus, col. fin. vers. item prædictis adde. ff. solut. ma-
trim. tradit Surdus *decis.* 166. *n* 8. Si † autem 73
vestes pretiosæ sint, vel iocalia magnæ æsti-
mationis, in dubio non censentur donata, vt
in dicta decisione, num. 17. & si cum hoc quòd
sint iocalia magni valoris, sit qualitas pro-
pter quam locus sit repetitioni eorum, † de- 74
bet qualitas hæc probari, vt ibidem *num.* 30.
faciunt ea omnia quæ circa hanc materiam
tradunt Afflict. *decis.* 315. Roman. *cons.* 146.
Gregor. Lopez *in gloss.* 1. *l.* 3. *tit.* 11. *part.* 4 Rota
Auenion. *decis.* 105. Iulius Clar. *receptar. sent.*
§. donatio, q. 10. Gamma *decis.* 123. Menoch.
de præs. lib. 3. *præs.* 12. & 24.

Sed quæri potest, † si vidua quæ indota- 75
ta remansit, non habeat vnde se alere pos-
sit, an ei succurratur ex bonis mariti, & quo-
modo.

Respondeo quòd ex bonis mariti diuitis
debetur dictæ viduæ quarta pars bonorum
mariti, vt se possit honorificè tractare, text.
in auth. præterea, & *ibi* communiter scriben-
tes, *C. vnde vir & vxor.* & in tantum appli-
catur ei dicta quarta pars in bonis mariti,
quòd † si ex postfacto ipsa mulier aliunde 76
bona

bona lucrata fuerit ex quibus viuere possit, nihilominus retinebit dictam quartam partem sibi adquisitam, & illam restituere non tenetur. Dec. *cons.* 24. quem sequuntur plures alij relati à Roland. *cons.* 14. *num.* 29. *vol.* 3. Casanate *tom.* 1. *consil.* 25. *n.* 3. vide tradita per Farinac. *de delict. & pæn. q.* 25. *ampl.* 4. *n.* 123. Rol. à Valle *cons.* 14. *num.* 27. *& cons.* 15. *num.* 4. *volum.* 3.

In capitulis matrimonialibus factum fuit
77 quòd † pactum interuenit, quòd in casu quo dos esset restituenda, restitueretur patri, seu eius hæredi. euenit quòd diuortio facto ob viri impotentiam legitimè iudicatam hæres patris, frater ipsius puellæ prætendebat dotem sibi esse restituendam. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi quòd dos erat restituenda ipsi mulieri, non verò hæredi, quia stipulatio prædicta quòd dos restituatur certæ personæ vltra mulierem, cui fuit dos constituta, in-
78 telligenda est † in casu quo morte dissoluitur matrimonium. nam si ex causa diuortij dissoluatur, dos ipsi mulieri tanquam dominæ ipsius dotis est restituenda. ita Bald. Nouel. *in tract. de dote* 7. *part. priuileg.* 15. *num.* 6. faciunt notata per Don Gareiam Mestrillo *decis.* 74. per totam regni Siciliæ.

79 Quæri etiam vlterius potest, † an hæredes defuncti possint ante annum destinatum dotis solutioni soluere & restituere dotem, & ipsam viduam priuare de perceptione alimentorum.

Respondeo quòd licèt de iure communi receptum sit quòd tempus vnius anni ad solutionem dotis indultum sit fauore hæredum, iuxta textum *in l. vnic. §. exactio. C. de rei vxoriæ actione*, & sic possint euitare præstationem alimentorum, iuxta gloss. *in dicto §. exactio, verbo restituendis, in fine*, quam sequitur Ias. *ibidem num.* 18. post Alex. *in l. diuortio. ff. solut. matrim.* communem attestatur Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 2. *num* 3. Anton. Gomez *in l.* 4. *Tauri, num.* 1. Pinellus *in l.* 4. *num.* 5. *C. de bonis matern.* Tamen in Catalonia existimo
80 aliud esse dicendum, nempe † alimenta & vestes intra annum debere præstari iuxta dispositionem dictæ constitutionis, nulla facta diuisione, neque per solutionem dotis liberari hæredem à præstatione eorum, cùm solutio dotis intra annum si fiat, iam excludat mulierem à commodo faciendi fructus suos, quod non competit mulieri ex alio iure, quàm virtute constitutionum, & sic cùm quoad hoc producat suum effectum solutio dotis intra annum, non est cur ad aliud extendatur, & hæc est mea sententia, salua aliorum meliùs sentientium.

81 Dubium extat, † an vidua luxuriosè viuens amittat tenutam & commodum faciendi fructus suos in bonis mariti.

Respondeo quòd cùm vidua viuendo luxuriosè solùm dicatur ipsam offendere honorem ipsius mariti, & sic solùm debebit priuari commodis & vtilitatibus quas habet ex hæreditate ipsius mariti, maximè cùm nulla sit lex quæ disponat quòd ipsa priuetur bonis propriis, vel aliunde sibi quæsitis. priuatur † ergo bonis quæ ex causa mariti sibi obuenerunt, propter ingratitudinem in eum commissam. *l. fin. C. de reuocand. donat.* & sic cùm ipsa ob id dotem non amittat tanquam proprium patrimonium ipsius vxoris, vt attestatur Alex *in l. sororem, colum.* 1. *C. de his quibus vt indig.* Ias. *in l. fideicommissam, n.* 3. *C. de fideicommiss.* cum pluribus alus quos allegat Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 55. & antea *num.* 49. *cum seq.* Commodum † autem faciendi fructus suos non ex facto mariti, sed ex dispositione constitutionis proueniat vidua viuendo luxuriosè, licèt lædat mariti honorem, non inde priuabitur hoc commodo, cùm (vt dictum est) ad eam non ex iudicio testatoris pertineat. 82 83

Aderat clausula in quodam testamento, in quo bona adeò vinculata erant quòd testator expressit, ne etiam ex causa dotis bona sua possent alienari. quæsitum fuit, † an stante hac prohibitione expressa testatoris bona illa possent alienari dotis causa? Et licèt aliqui existerent in opinione quòd non poterant, quia prohibitio expressa & indiuidua testatoris aliquid amplius debebat operari quàm simplex & generalis, cùm hæc indiuidua dicatur, & sic sensisse dicebam glossam *in l. nulla. vers. prohibitum est. C. de iure dotium*, quam dicunt tenere *ibidem* Bart. Bald. Cyn. & alios, Salicetus *in l. voluntas. C. de iudiciis*, & plures alios. Tamen contrariam opinionem amplectendam esse teneo, nempe † posse bona expresse & in indiuiduo alienari prohibita, ex causa dotis alienari posse. Motus fui ex ea potissimum ratione, quia cùm præcipua ratio respectu dotis sit † quòd in illa publica vtilitas versatur. *l.* 1 *ff. solut. matrim.* & propter hanc publicam vtilitatem receptum sit vt † bona subiecta fideicommisso ex causa dotis restituendæ, vel constituendæ, alienari possint, iuxta gloss. *in auth. res quæ. C. communia de legat.* & *ibi* Bart. quam sententiam communem dicunt Anan. *consil.* 61. & Socin. *cons.* 23. *vol.* 3. Ias. *in dicta auth. res quæ, num.* 29. Curt. iunior *num* 11. nullaque maior legis dispositio sit & consideratio, quando † hominis prohibitio fit in generali prohibitione quòd res non alienentur, sed quòd in eius familia conseruentur, & quando fit quòd non, etiam ex causa dotis, cùm 84 85 86 87 88

vtroque

vtroque casu consideretur publicus respectus, de quo *in dicta l. 1. ff. solut. matrim.* nil mirum si potetunt alienari causa dotis con-
89 stituendæ, vel restituendæ † bona prohibita alienari ex causa dotis specifica, & secundùm hanc resolutionem iudicasse Senarum refert Surdus *decis. 62. num. 11.* referens idem sensisse Guidonem Papæ *decis. 96. per totam,* & idem attestatur sensisse gloss. *in authentica. de restitutio. & ea quæ parit in vndecimo mense. §. quamobrem. vers. si non sufficeret.* faciunt plura alia fundamenta quæ in huius resolutionis confirmationem tradit Surdus *dicta decis. 62. num. 11. per totum.*

90 Quæsitum fuit, † quando bona æstimata in dotem possint restitui eadem in indiuiduo, an verò sufficiat & possit valor eorum præstari.

Respondeo huius dubij resolutionem pẽdere ex decisione alterius quæstionis, nempe an & quando æstimatio rerum dotalium faciat emptionem, quia casu quo æstimatio emptionem, seu venditionem constituit, certum est easdem res in indiuiduo restitui non posse, sed earum valorem suffice-
91 re, vnde resolutiuè dico quòd † æstimatio rerum dotalium tunc facit emptionem, quãdo pretium fuit certum & destinatum, etiam si per relationem ad arbitrium alterius. *l. quoties, C. de iure dot.* gloss. *in l. si inter virum, C. eodem tit. l. plerunque. ff. eod. l. ex conuentione. C. de pact.* quod latiùs extendit Socin. *cons. 56. lib. 1. col. penult.* plures allegans, qui tenent quòd
92 † quotiescunque res traduntur in dotem sub pacto quòd hæ res æstimentur per arbitros postea electos, quòd hoc casu venditio erit. idem latiùs extendit Socin. *consil. 69. col pen.* dicens quòd si mulieri in primo matrimonio fuerit dos assignata in certa pecuniæ quantitate, & postea in secundo matrimonio loco dotis aliquæ res fuerint datæ ad instar & in locum primæ dotis constitutæ, quòd talis datio emptionem faciet. quod quidem nimis durum est, vt obiicit Couarruuias *practicar. quæst. cap. 28. num. 2. vers. ex contrario,* asserens cum sequentibus numeris, in quibus totum hunc articulum longa commentatione tractat, ex cuius contextura resolutiuè dico,
93 quòd † in dubio semper contra contractum emptionis & venditionis sit iudicandum in dotis constitutione, & sic attestatur Couarr. quòd etiamsi res dentur æstimatæ sub pacto quòd soluto matrimonio restituantur res eidem vxori sub eodem pretio, talis conuentio non faciat emptionem, ex text. singulari *in l. si inter virum*, vbi communiter scri-
94 bentes, *C. de iure dot.* nam † prædicto casu solùm videtur æstimatio facta ad hoc vt appareat, an tempore quo res restituuntur, sint deterioratæ, nécne, de cuius refectione Couarr. vbi suprà *n. 3. cum seqq.* vbi *num. 4.* quòd
† æstimatio non faciat emptionẽ quoties ad- 95
iicitur pactum quòd res æstimatæ soluto matrimonio restituantur, si tunc extiterint, habita ratione maioris, vel minoris æstimationis. Si autem vltra æstimationem pactum adiectum sit quòd soluto matrimonio sit in electione mariti eas restituere, vel non, tunc æstimatio emptionem constituit. Couarr. vbi suprà *num. 5.* vbi ad quid teneatur maritus in restitutione prædicta facienda. Censetur
† etiam emptio & venditio in contractu ma- 96
trimonij quoties res consistunt in pondere, numero, vel mensura, quia cùm hæ res ex sui natura consumptionem recipiant, & restitui non possint, ad instar rei emptæ habentur, vt *ibidem num. 6.* nec † emptione rerum do- 97
talium interuenisse attestatur Couar. vbi suprà *num. 7.* etiam si res de communi consensu æstimata traditur, si non constat postea de æstimatione & pretio illius certo, cùm præcipuum requisitum in contractu emptionis, & venditionis sit quòd pretium certum sit. *§. item pretium. Instit. de empt. & vendit.* cum similibus. Neque † emptio iudicabitur te- 98
rum dotalium, si illa fiat inæquali pretio valoris earum, & sic licèt coniuges conueniãt in æstimatione & pretio certo, si tamen illud non sit adæquatum, non erit venditio, secundùm Bald. Salicet. Ias. Decium, & alios quos refert Couarr. vbi suprà *num 9.* Neque † emptio & venditio rerum dotalium 99
iudicanda est, quoties res minorum dantur à tutoribus & curatoribus ipsis minoribus in dotem absque decreto, quia cùm tutores & curatores non possint dare in dotem bona immobilia eorum sine decreto, ex *l. lex quæ tutores. C. de administr tutor. l. 1. C. si aduersus dotem* Bart. *in l. si constante, num. 77. ff. solut. matrim.* & nos diximus suprà de dotis promissione *num. 5.* si ipsi res prædictas æstimatas sine decreto dederint, non erit emptio, nec venditio: si autem decretum interuenerit, & iustum pretium, iudicabitur emptio & venditio. Ex quibus omnibus habetur quòd
† vbi res dantur æstimatæ æstimatione vera 100
quæ emptionem faciat, tunc licitum est aut res æstimatas tradere, aut eorum iustum valorem, iuxta conuentionem partium, aut iuxta suprà tradita per præcitatos autores. Vltra † prædicta circa emptionem & vendi- 101
tionem ortam ex æstimatione rerum dotalium, vide Cancer *lib. 1. var. cap. 9. à num. 49.* Despuiol *in reporto. ad Mier. p. 134. circa finem. vers. bona data in dotem.* Steph. Gratian. *decis. Rota Marchiæ per totam,* scribentes communiter, in iuribus suprà allegatis, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 74. num. 4.*

Quæ

102 Quæsitum vlteriùs fuit, cùm † cuidam domicellæ fuisset dos constituta in pecunia numerata in quantitate bis mille librarum, euenit quòd mortuo marito mulier voluit recuperare dotem, petebâtque illam sibi in pecunia numerata restitui, prout ipsa illam soluerat; hæredes verò mariti dicebant se non teneri in pecunia numerata soluere, sed in electione eorum esse, aut in pecunia, aut in corporibus hæreditariis prædictam dotem restituere, quid hoc casu dicendum sit.

103 Respondeo quòd † si tales hæredes inuentarium confecerint, possunt offerre bona hæreditaria, vt ex illis satisfiat mulieri in sua dote, iuxta tradita per DD. *in l. scimus. §. etsi præfatam. C. de iure deliber.* faciunt tradita per Steph. Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ* 161. *per totam.* maximè à *num.* 10. vbi attestatur

104 quòd † horum bonorum quæ pro dotis solutione dantur, non erit fienda æstimatio in publico incantu, sed arbitrio boni viri æstimanda erunt, vt ex pluribus tefert Ruin. *cons.* 65. *col.* 1. *num.* 4. *vers. & sic dicitur legasse, lib.* 2. Bart. *in auth. de fideiussor. §. quod autem, num.* 6. *vers. oppono, dicitur hic.* hoc est enim

105 † particulare priuilegium hæredi cum beneficio inuentarij, vt possit offerre bona hæreditaria pro satisfactione debitorum defuncti, vt ex mente Bart. *in dicta l. fin. §. etsi præfatam. C. de iure deliber.* tradit Stephan. Gratian. vbi suprà *num.* 14.

106 Sed quæri etiam potest, † an ad hoc vt æstimatio rerum dotalium faciat emptionem, debeat fieri in eisdem capitulis matrimonialibus, vel ex postfacto, vel quando.

Respondeo prædictam æstimationem debere fieri tempore quo capitula firmātur, vel paulo pòst, ita vt non sit magnum temporis interuallum. quia quæ incontinenti fiunt, inesse dicuntur. *l.* 7. *§. quinimo. ff. de pact. l. lecta* 41. *vers. docebam. ff. de reb. cred.* nam si à tempore quo capitula firmata fuerunt, coniuges fecerunt rerum dotalium æstimationem, non faciet talis æstimatio emptionem, cùm non sit verosimile contrahentes à priori contractu recedere voluisse, tenent Bald. Salic. & Ias. relati ab Aretin. *cons.* 84. *col.* 2. Barbat. *cons.* 19. *colum.* 4. *num.* 24. Ioann. Lupus *in repetit. cap. per vestras.* §. 21. *num.* 24. *de donat. inter vir.*

107 Quæri etiam potest, † an si maritus in rebus dotalibus aliquas expensas fecerit, an eas possit recuperare, & an dotis solutionem & restitutionem minuant.

108 Respondeo cum distinctione, quia † aut sunt magnæ expensæ, aut paruæ: si magnæ sint, dotem minuunt, quia maritus de dote debet eas deducere; si verò paruæ sint, in dotem non computari. *l. vnic. §. sed nec ob impensam. C. de rei vxor. actio. l. quod dicitur. ff. de impensis in rebus dotal.* maximè quādo res fuerunt æstimatæ, & quando in dotem fuerunt datæ, quia tunc totum id quod maritus expendit, recuperat si ex eis res fuit meliorata, sic communiter DD. *in l. plerunque. §.* 1. *de iure dot.* Palat. Rub. *in repetit. cap. per vestras, limit.* 2. *num.* 11. de † expensis verò factis pro 109 dotis recuperatione, respondet Bart. *in l.* 1. *C. de bonis matern.* dicens quòd maritus potest exigere expensas ex dote quas fecit in recuperandis & celebrandis bonis dotalibus quā sententiam secutus est Corneus *in l.* 1. *C. de bonis mater.* Spino *in speculo testament. gloss.* 10. *princip. de legato pro dote, num.* 86. *in fine*, quod de expensis necessariis tam in primo, quàm in secundo prædicto locum habet, faciunt tradita per Anton. Gomez *in l.* 50. *Tauri, n.* 51. *per totum.* Codex Fabrianus *lib.* 4. *titul.* 23. *diffinit.* 16.

Sed quæri potest, † an in restitutione do- 110 tis locus sit compensationi, an verò restitutioni.

Respondeo quòd si dos consistit in bonis immobilibus, & maritus in illis, vel in aliis negotiis dotalibus expensas fecerit, habet ipse maritus retentionem, iuxta tradita per Anton. Gomez *ad legem* 50. *Tauri, num.* 51. Si verò dos constituta fuerit in pecunia numerata, & in ea restituenda sit, tunc maritus potest compensare quantitatem expensarum cum quantitate restituenda pro dote. ita probatur ex *l. si constante* 24. *l. quoties. §. sed si vxor. l. viro.* 39. *ff. solut. matrimon.* sumptuum tamen necessariorum. *l. si insulam* 42. *ff. eod.* Codex Fabrian. *lib.* 4. *tit.* 22. *diffinit.* 16. *num.* 4.

Quæri etiam potest, † intra quod tempus 111 morte mariti secura debeat dos restitui.

Respondeo quòd de iure Codicis, si dos consistit in rebus immobilibus, statim est restituenda; si verò consistit in pecunia, toto anni tempore, quia res immobiles faciliùs restituuntur. *l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. action. & ibi* gloss. ordin. Odofred. Petrus, Cynus, Bart. & communiter scribentes, & hoc idem ius seruandum esse in Catalonia credo, cùm nulla constitutione hoc innouatum repetiatur, & colligitur clarè ex dicta constitutione *Hac nostra*, dum in ea disponitur (vt dictum est) quòd intra annum alimenta omnia viduæ præstentur; lapso verò anno, si dos non fuerit soluta integrè, fructus suos omnes hæreditatis mariti faciat.

Quæritur vlteriùs, † an si dos promissa 112 fuerit, & iuxta illam fuerit factum sponsalitium, siue *crein*, dósque non fuerit soluta, an mulier possit lucrare integrum sponsalitium,

tium, an verò partem illius, habito respectu ad illam partem dotis quæ soluta fuit.

113 Respondeo quòd † aut dos fuit promissa ab extraneo qui dotem date non tenebatur, aut à persona obligata ad dotem constituendam. si dos fuit data à persona obligata, veluti à patre, si pater dotem promiserit genero, & genet antequam dictam dotem, vel partem illius exegerit à socero, obierit, non solet augmentum dotis solui ipsi mulieri, vt ex decisione Regiæ Audientiæ attestatur Michaël Ferrer. 3. *part. obseru. cap.* 48. quod intelligendum venit vbi dos absoluté promis-

114 sa fuit; si verò † ab extraneo fuerit promissa dos, & similiter ante illius solutionem decesserit maritus, lucratur mulier dictum doris augmentum, vt *in dicto cap.* 48. Si autem dotis solutio dilatata fuerit, tunc aut terminus solutionis dotis destinatus cessit, viuente marito, aut eo mortuo: si dies solutionis cessit marito viuente, & dos non fuit soluta,

115 † augmentum dotis solùm debetur pro ea parte, & quantitate, pro qua fuit dos soluta, habito respectu ad quantitatem solutam; si verò non cessit dies viuente marito, etiam si dos promissa soluta non fuerit, lucratur mulier totum integrum sponsalitium, & ita obseruat Regia Audientia, teste Michaële Ferrer. 3. *part. obseru. cap.* 49.

116 Quæritur, † an mulier constante matrimonio sicuti recuperat dotem marito vergente ad inopiam, iuxta text. *in l. si constante. ff. solut. matrim.* ita recuperet sponsalitium, siue *creix.*

Respondeo quòd sic, dummodo habeatur ratio sponsalitij ad dotem solutam, iuxta supradictam proximè resolutionem, ita vt habeatur respectus sponsalitij ad quantitatem dotis solutæ, vt hoc possit tantùm recuperare, & ita obseruari in hoc supremo Cataloniæ Senatu, attestatur Michaël Ferrer. 3. *part. obseru. cap.* 50. *per totum.*

117 Quæri potest, † mulier lapso anno quando mortuus est maritus, & facit fructus omnes suos hæreditaris ipsius mariti, an teneatur alimenta filiis præstare ex fructibus dicti vsusfructus.

Respondeo quòd sic, filiis tamen communibus sibi & eius marito. ita ex mente dicti supremi Senatus attestatur Michaël Ferrer. 3. *p. obseru cap.* 19.

118 Sed quæri potest, † cùm in his constitutionibus loquatur de iuribus mulierum, ratione suarum dotium, an dispositiones prædictæ loquentes de mulieribus intelligendæ sint de mulieribus vxoratis, id est, de desponsatis tantùm, an verò intelligantur de his, quæ matrimonium consummarunt.

Respondeo ex his quæ tradit Socarrats *ad consuetud. Catal.* 43. §. 13. *mihi fol.* 501. vbi in materia odiosa nomine vxoris non comprehendi sponsam attestatur: cùm autem hic materia, de qua agitur, sit fauorabilis, existimo vxoris nomine sponsam comprehendi; tamen † respectu augmenti dotis, siue *del* 119 *creix*, quod non lucratur sponsa, quia ad eius adquisitionem requiritur copula, & matrimonium esse consummatum, iuxta tradita per Mier. ad constit. *hac nostra, num.* 188. non comprehendi.

Quæri etiam potest, cùm † dos constitui- 120 tur in capitulis matrimonialibus patri & filio, an simul remaneant obligati, an pro virili, & quomodo teneantur ad dotis restitutionem.

Respondeo quòd si simul confessi sunt dotem recepisse, & realiter & de facto constet ambos dotem recepisse, simul tenentur ad dotis restitutionem pro dimidio: si verò alter eorum receperit, vel alter eorum administret, † ad eum tantùm præsumitur do- 121 tem peruenisse, & sic solùm teneri illum, ita Cyn. *in l. si cùm dotem.* §. *transgrediamur. ff. solut. matrim.* In dubio autem si duobus dos fuerit promissa, ad vtrumque eam peruenisse creditur, & sic ambo viriliter restituere tenentur. Alex. ad Bart. *in l in duob.* §. *vbi duo, n.* 15. *vers. ex eisdem. ff. de duob. reis.* Signorolus *consil.* 76. Corn. *cons.* 304. *lib.* 4. Nouell. *de dote* 7. *part. priuil.* 38. Crauet. *consil.* 91. *n.* 4. Roman. *cons.* 462. *n.* 2. Cuman. *cons.* 40. *n.* 2. Si † autem pater so- 122 lùm recepit dotem, ipse solùm tenetur. nisi pater nomine filij receperit, cum clausula quòd ipse non vult se obligare, & si filius hoc ratum habeat, ipse solum tenebitur, sicut si solus recepisset, iuxta *dictam l. si cùm dotem,* §. *transgrediamur.* si autem nomine amborum pater receperit, vterque tenetur. *l. fin. C. de dot. caut.* Si verò solus filius recipit, ipse † solus 123 tenetur: si autem iussu patris interueniente receperit, ambo remanent obligati. gloss. *in d* § *transgrediamur.* si autem clarè non constet quibus indiuidua dos sit constituta, in dubio duobus censetur. *l. in ambiguis. ff. de iure dot.* ita Aret. *in* §. *fuerat, sub num.* 79. *Instit. de action.* plura alia ad hoc conducentia tradit Surdus *decis.* 47. *per totam.*

Mulier † an constante matrimonio recu- 124 perare possit dotem.

Respondeo quòd sic, marito tamen vergente ad inopiam. *l. si constante. ff. soluto matrimon.* & *ibi* Bart. & communiter scribentes. Barbosa *ibidem l. vbi adhuc. C. de iure dotium*, vbi Accurs. per omnes glossas de omnibus casibus, in quibus locum habeat dispositio dictæ *l. vbi adhuc.* Plura dicta sunt in capite de executione censualium circa opposi

oppositiones quæ per mulieres fiunt in executionibus, quæ contra bona mariti decernuntur, ad quod caput circa hoe recurri potest. faciunt tradita per Bald. Nouel. *in suo tract. de dote, part. 12. num. 24. 25. & 42.*

125 Sed quæri potest, † si maritus constante matrimonio alienauerit bona sua immobilia quæ pro dotis securitate hypothecata erant, iuxta text. *in l. assiduis, C. qui pot. in pign. habeantur*, an mulier possit agere constante matrimonio ad reuocationem fundi alienati. Hanc quæstionem indagauit Iacob. Cancer *3. tom. var. resolut. cap. 15. de reinunc. à num. 111.* resoluens *n. 118. vers. id ipsum*, ex Bald. Nouel. *in tract. de dote, p. 7. privil. 1.* vbi postquam dixit hanc rem esse valde dubiam, resoluit ex-

126 tra controuersiam esse, † posse siquidem mulierem rescindere talem alienationem tanquam factam in sui fraudem. faciunt tradita per Paris. *cons. 75. lib. 4.* Aluar. Valasc. *consultat. 107. vol. 2.* Vrsi. ad Afflict. *decis. 311. n. 4.* Caspar Rodriquez *de annuis reddit. lib. 2. quæst. 5. num. 17.* asserentes hoc priuilegium ad hæredes mulieris transire. Bart. *in l. post dotem, quæst. 6. & in l. quia tale, ff. soluto matrimonio.* Bald. Nouel. *de dote, part. 12. num. 24. in fin. & num. 25.*

127 Quæsitum fuit, † an pluribus hæredibus institutis, debeant omnes conueniri pro dotis restitutione, an verò possit vnusquisque in solidum.

Hane quæstionem controuersam reddunt opiniones scribentium, secundùm ea quæ tradunt DD. *in l. cùm ab vno, ff. de legat. 2.* moti ex eo, quòd Iureconsultus specialem casum decideri *in d. l. cùm ab vno.* volentes in contrarium regulam generalem statuere, dicentes quòd pluribus hæredibus in solidum institutis, quilibet potest in solidum pro tota dote conueniri, nisi eo casu, quo testator specialiter disposuit, quòd dos ab vno solo ex hæredibus recuperetur, quasi regula generalis sit (vt dictum est) quòd vbi testator non disposuit, omnes in solidum conueniri possint.

128 Vera tamen resolutio hæc est, quòd † pluribus hæredibus institutis, non potest quilibet totum in solidum conueniri, sed solùm pro rata hæreditatis, quam à defuncto habuit, iuxta text. *in l. 2. C. de hæred. action.* vbi statuitur, quòd hæres solùm potest conue-

129 niri pro portione hæreditaria, quia † hæres solùm repræsentat defunctum pro ea parte, pro qua hæres est, iuxta gloss. *in dicta l. cùm ab vno, verbo putat*, & iuxta *l. seruo legato, §. si testator, ff. de legat. 3.* quoad alias verò partes, quæ ad alios cohæredes peruenerunt, pro extraneo habetur. *l. cum à matre, C. de rei vindicat. Ant. de Ripoll Resol. var. dicat. l. si adulta, C. de hæred. action. l. si vxor, C. de bonis auctor. iudic. possid.* gloss. *in l. 2. C. de prætor. stipul.* vbi Bart. & alij, & secundùm hanc resolutionem iudicatum fuisse attestatur Surdus *decis. 90. num. 2.*

Neque huic resolutioni obstare videtur text. *in dicta l. cùm ab vno, ff. de legatis 2.* imò potiùs est cõformis, si attendantur verba illa dictæ legis. ibi, *æquum esse cum à quo ei maritus aliquid pro dote legauerat, vsque ad quantitatem legati onus huius æris alieni sustineri, reliqua parte dotis ab hæredibus ei præstanda.* hæc enim verba clarè demonstrant, quomodo hæres † quilibet, pro hæreditaria parte potest conueniri. Ex quibus constat, malè existimasse quamplures, generaliter † quemlibet hæredum in solidum posse conueniri dotis fauore, iuxta tradita per gloss. *in dicta l. cùm ab vno, verbo putat.* quia d. *l. cùm ab vno*, solùm loquitur in illo particulari casu, quando scilicet testator id disposuerat in prædictis verbis, *vsque ad quantitatem legati.* Ex quibus verbis apparet, duo concurri simul, nempe voluntatem testatoris, qui disposuit, illum particularem hæredem ad dotis restitutionem teneri, & dotis fauorem. Verum tamen est, dotis fauorem etiam prædicto casu considerari, non tamen vt ipsi existimarunt. Consideratur autem † dotis fauor, & consistit eo casu, quo testator à particulari hærede legat dotem in hoc, quòd regulariter de iure vnus hæredum non potest in solidum conueniri, etiamsi testator ei totum æs alienum iniunxerit. *l. seruo legato, §. si testator, ff. de legatis 1.* fauore autem dotis, à iure permittitur, vt pro eius recuperatione † actio detur contra vnum in solidum, concurrente voluntate testatoris, secundùm interpretationem Cyni *in l. 2. C. de hæred. action.* & consentiente vxore, iuxta dictæ legis dispositionem, cùm dicat voluntatem vxoris petentis dotem accedete, casu quo mulier mariti iudicium agnoscens dotem petat ab eo, à quo relictum fuit, distinguendo an legatum de restituenda dote vxor acceptauerit, vel non. Inuita † enim muliere, seu eius hærede, non potest testator prædicta disponere. quia quod in fauorem inductum est, non debet in odium retorqueri, iuxta tradita per Bald. Nouell. *in tractat de dote, 8. parte, priuilegio 33.* cum quibus testat satis clarè prædictum dubium resolutum.

Quæritur, † an mulier agens contra tertios successores bonorum mariti, debeat priùs excutere bona per maritum possessa, vel ipsis non excussis ad tertios possessores peruenire.

Respondeo mulierem recuperantem do-

rem constante matrimonio, marito vergente ad inopiam, non posse agere contra tertios possessores, nisi excussis bonis per maritum possessis. gloss. *in l. vbi adhuc* 29. *verb. qui non potiora iura, in fine, C. de iur. dot.* & ibi Bald. *n.* 1. dicens ita seruari *vers. & ideo*, Bart. *in l. si constante, n.* 72. *vers. quaero secundo. ff. sol. matr.* Rom. *cons.* 187. *n.* 2. Bald. Nouel. *de dote, priuil.* 73. *p.* 9.

136 Quaeri etiam potest, † si mulier constante matrimonio marito vergēte ad inopiam dotem velit recuperare, an sit in eius voluntate res mariti accipere; an verò sufficiat quòd ei pecunia numeretur.

Respondeo non esse in electione mulieris res dotales accipere in dotis solutionem de

137 iure cōmuni, quia † dotis haec restitutio quae fit constante matrimonio, nō debet esse plenior, quàm illa quae fit matrimonio per mortem soluto. *l. vbi adhuc, C. de iure dot.* Sed soluto matrimonio per mortem satisfit mulieri, dando ei pro dote quantitatem in pecunia numerata consistentem. *l. cùm tibi, C. qui pot. in pign.* rum etiam, quia si lite pendente super dotis recuperatione maritus decedat, cer-

138 rum est quòd † tunc oblata pecunia dotali ipsi mulieri, teneretur res quas habet ex haereditate mariti restituere, iuxta tradita per Aretin. *in l. plurib. § placet, n.* 2. 5. *ff. de verb. oblig.* Salic. *in l. vbi adhuc, C. de iure dot.* facit etiam decisio text. *in l. vnic. C. ne pro dote mulier bona mariti.* addit Bart in terminis, Cuma. & Alber. *in l. post finit. im. ff. de suspect. tut.* faciunt tradita

139 per Capyc. *decis.* 41. De iure † verò Cataloniae mulier habet electionē & optionem in bonis mariti quoad concurrentem dotis & sponsalitij quantitatem, iuxta ea quae tradidimus suprà *in cap. de executio. consual. & violario.*

140 Sed quaeri etiam potest, † si mulieri adiudicata fuerunt bona ipsius mariti pro dotis satisfactione & sponsalitij constante matrimonio ob inopiam ipsius sponsi, ipse maritus, si ad pinguiorem venerit fortunam, mulier teneatur restituere marito bona quae ipsi adiudicata fuerunt.

Respondeo quòd sic. nam licèt dominium rerum quae sibi traditae fuerunt, in mulierem fuerit plenè translatum, ideo factum fuit ex

141 defectu personae ipsius mariti, quo † cessante, debent res restitui eidē marito sicuti furioso & prodigo, quibus administratio suorum bonorum interdicta fuit; furoris enim & prodigalitatis causa sublata restituitur vnicuique suarum rerum administratio. *l.* 1. *ff. de curat. furios.* faciunt tradita per Tiraq. *in tract. cessante*

142 *causa*, 1. *p. n.* 119. quia † ea quae fiunt ob aliquam causam, non perpetuam ea cessante in pristinum statum redeuuntur. *l. si is qui tres, l.* 2. *in princ. ff. de excus. tut.* Res † enim iudicata

143 nil operatur in his rebus quae suapte natura

mutationem recipiunt, & hanc sententiam tenet Sarmiēto *select. interpr. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 3. & eandem attestatur tenuisse Henricum *in cap. per vestras, circa fin. de don. inter vir. & vxor.* & hoc etiam sentire videtur Cassanate *tom.* 1. *cons.* 25. *num.* 21. vbi ait mulierem praedicto casu facere fructus suos reuocabiliter.

Sed quaero, † an si maritus offerat cautionem de dote conseruanda ipsi vxori, excludatur ipsa ab illius recuperatione, constante matrimonio ipsa vergente ad inopiam. hanc dubitationem mouet Gregor. Lopez ad *l.* 29. *tit.* 11 *part.* 4. *in gl.* 4. dicens de iure communi non admitti talem cautionem, sed absolutè mulieri esse restituenda bona mariti, iuxta gloss. & DD. *in d. l. vbi adhuc.* Bart *in d. l. si constante, n.* 10. & communem esse opinionem attestatur Alex. *ibid.* Palat. Rub. *in cap per vestras, de don. inter vir.* faciunt alia fundamenta tradita per dictum Gregor. Lopez *d. gl. per tot.* 144

Quaesitum fuit, † si maritus perueniat ad inopiam, non eius culpa, sed casu & fortuito, an tali casu mulier constante matrimonio possit agere ad dotis recuperationem. 145

Respondeo quòd ad hoc vt mulier dotem recuperet constante matrimonio, non attenditur an paupertas marito eueniat culpa sua, vel non, sed † quomodocumque paupertas eueniat, locū habet dotis repetitio. ita Abb. *in cap. per vestras, de don. inter vir. & vxor.* Alex, *in l. si cùm dotem, § si maritus. ff. solut. matr.* Palat. Rub. *in d. cap. per vestras.* & quamuis maritus tempore quo matrimonium contraxit esset pauper, si tamen malè non vtebatur substantia sua, habebit locum recuperatio dotis. ita Gregor. Lopez ad *d. l.* 29. *tit.* 11. *partit* 4 *gl* 6. 146

Euenit † quòd fuit cuidā mulieri dos promissa, & intra tempus praefixum non fuit soluta. Morte mariti secuta, mulier dotem voluit recuperare ab haeredibus mariti, qui opposuerunt exceptionem compensationis, dicentes ipsos non teneri ad integram dotem petitam soluendam, cùm deberentur vsurae dotis non solutae intra tempus praefixum, & quòd debebant † dicti fructus computari & defalcari de praetensa integra dote. fuit quaesitum, quid iuris. 147 148

Respondi † haeredem praedictam integram dotem teneri soluere, quia fructus illi, seu interesse dotis non petitum intra tempus vitae ipsius mariti arguebat maritū remisisse eos, & sic donasse. ita Menoch. *de praesumpt. lib.* 3. *praes.* 25. *n.* 6. & ante eum tenuit Bart. *in l. vir vsuras, ff. de don. inter vir.* Rom. *cons.* 571. *n.* 16. *& in l. insulam, § vsuras, n.* 16. *ff. solut. matrim.* Grāmat. *decis.* 103. *n.* 23. Osasc. *decis.* 122. *n.* 19. 149

Sed † qualiter probanda erit mors mariti per viduam, vt ipsa possit habere tenutam per eius mortem. 150

Respon

Respondeo quòd per instrumentum obitus illius, vel per testes qui eum mortuum, vel mori viderunt, & per alios modos probandi mortem, quos refert Mascard. *de prob. concl.* 1071. quamuis hoc casu cùm non agatur de damno inseparabili, leuiores probationes admittuntur, quàm eo casu, quo agi-
151 tur do † probanda morte mariti, vt mulier vidua secundò nubere possit, de qua probatione multa referuntur à Fatinac. *tom.* 1. *decis.* 38. *per tot.* & *ibi* additiones. vbi per luctum cõsanguineorum mors probatur, tum & per productionem testamenti, si in eo Notarius attestetur quòd per mortem testatoris praecedentem illud fuit publicatum ad instantiam haeredis, vel manumissorũ, vel ad quorumlibet aliorum instantiam. nam quando agitur de magno praeiudicio & irreparabili, qualis est contractatio secundi matrimonij,
152 tunc † mortis probatio plena debet esse. Boer. *decis.* 288. Alex. *conf.* 117. *num.* 8. *& seq. lib.* 4. Corn. *conf.* 10. *num.* 7. Capell. Tolosa. *decis.* 312. vide Menoch. *de adipiscen. poss. remedio* 4. *num.* 671.
153 Sed quaeri potest, † si maritus se absentauit, & longo tẽpore extiterint quòd de eius vita, vel morte nulla est certitudo, an casu quo haeredes mariti petãt haereditatem illius ab intestato adiudicari, offerendo dotem se solutuтos ipsi mulieri, ipsa verò mulier contendat maritum adhuc viuere, eùm praesumatur hodie vnumquemque vsque ad centum annos viuere.

Respondeo in hoc multum versari iudicis arbitrium, quia inspectis vtriusq; partis probationibus ponderata ętate absentis à die absentiae, & alijs arbitrabitur, cui magis haereditas praedicta erit applicanda, an videlicet cognatis, an verò ipsi vxori. de hoc puncto vide Menoch. *de praesump. lib.* 6. *praes.* 49. *n.* 28. *per tot.*
154 Sed quaeri potest, † si dos promissa fuit patri & filio, & non constet indiuiduè ad quem eorum praesumatur pecuniam peruenisse, quid dicendum sit.

Respondeo quòd si ambo confessi fuerunt se pecuniam recepisse, filius autem administret, quod multoties solet euenire, eo quòd pater est senex, aut aliàs tunc ad filium tantùm pecuniam peruenisse praesumitur. Cyn. *in l. si cùm dotem*, §. *transgrediamur*, *ff. solut. matr.* Curt. iunior *conf.* 54. *col. f.* quia constante matrimonio cùm dos sit mariti. *l. doce ancillam*, *C. de rei vindicat.* accedit haec dominij praesumptio. Bald. Nouell. *in tract. de dote*, *p.* 8. *priuil.* 6. *circa princ.* Campeg. *de dote*, 4. *p. q.* 7. quia quan-
155 do † duo se obligant, & ad vnum tantùm spectat negotium, is cuius est negotium, principaliter obligatur, alius verò accessoriè. *l. vir vxori*, § *fin. ff. ad Vell.* Si verò pater solus

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

administrabat, praesumendum est ad solum patrem dotem peruenisse. Cynus *in d. l. si cùm dotem*, §. *transgrediamur*, *ff. solut. matrim.* Alex. *ibid.* Aretin. *in* §. *est & aliud*, *n.* 2. *Inst. de donat.* Curt. *conf.* 34. Tiber. Decian. *conf.* 49. *n.* 15. Si verò pater & filius simul administrabant, ad ipsos aequales peruenisse credendum est. quibus praesuppositis euideos remanet resolutio, quòd ille de dote restituenda tenebitur, qui dotem recepit. vide tradita suprà *n.* 122.

Quaeri potest, † an confessio dotis recep- 156
tae constante matrimonio in dubio censeatur ficta.

Respondeo quòd sola confessio simplex facta de dote recepta etiam constante matrimonio censetur facta sub spe futurae numerationis, & sic non praeiudicat creditoribus. Ruin. *conf.* 137. *num.* 4. *lib.* 4. Bello. *consil.* 48. Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 7. *num.* 6. *vers. quamobrem.* Menoch. *de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 13. *n.* 30. & sic haec simplex confessio non praeiudicat creditoribus anterioribus habentibus causam onerosam. Campeg. *de dote*, *q.* 53. Bellon. *consil.* 47. *num.* 6. decis. Perus. 66. *n.* 34. Ruin. *conf.* 132. *col.* 3. *lib.* 4. Roland. à Valle *consil.* 93. *num.* 32. *lib.* 1.

Sed quaeri potest, † si maritus eidem vxo- 157
ri legatum aliquod reliquerit in suo testamento, an tale legatum cedat pro iuribus anni luctus, & aliis sibi competẽtibus, si maritus de his locutus non fuerit, sed purè legauerit.

Respondeo quòd si legatum sit aequiualens iuribus viduae competentibus, tunc legatum relictum censetur in compensationem dictorum iurium, etiam si de illis testator non fuerit locutus; si verò aequiualens non erit legatum iuribus praedictis, tunc poterit mulier eo repudiato iura sibi competentia petere, quia cùm haec à dispositione constitutionm ad mulieres pertinebat, per maritos illis praeiudicari non poterit, ex *l. nemo potest*, 55. *ff. de legat.* 1. & *ibi* Bart. & communiter scribentes, Ioan. Gutier. *ibid.*

Circa verba illa constitutionis, *dins lo any del plor*, est notandum quòd † mulier intra 158
annum luctus non facit fructus suos, lapso tamen anno sic. Sed quaeritur, an tunc teneatur cautionem praestare de vtendo arbitrio boni viri.

Respondeo quòd sic, quia tunc ipsa est vsufructuaria legalis, quae tenetur cauere. *l.* 5. *ff. vsufruct. quemad caueat.* §. *cauere*, *l.* 1. *&* 2. *C. de vsufruct.* Bald. *conf.* 484. *lib.* 4. Guid. Pap. *quaest.* 248. quod intelligendum venit, si proprietarius petat. *l. si constat*, *C. de compens. l. hac edictali*, §. *is illud*, vbi Batt. *C. de secundis nupt.* faciunt tradita per Hieronym. Laurent. *decis. Rota Auenion.* 144. *num* 7.

Quaeri etiam potest, † an confessio sim- 159
plex

plex de dote recepta sufficiens sit ad hoc vt mulier gaudeat beneficio constitutionis *Hac nostra*, faciens fructus suos integrè.

Respondeo quòd cùm simplex confessio in testamento facta solùm inducat vim fideicommissi, vt videatur testatorem aliquid disposuisse, iuxta *l. Lucius*, *§ quisquis, lo 2 ff. de legat. 2.* sentit gloss. *in l. assidui*, *C. qui potio. in pign.* quam sequuntur plures relati à Couarr.

160 *lib. 1. var. c. 7. num 4.* asserentes † dotis priuilegia solùm competere doti verè & realiter solutæ, non verò solùm doti confessatæ, ideo ex ea non inducetur dotis solutio quoad effectum quòd mulier habeat priuilegia tenutæ.

161 Sed † quid erit dicendum de simplici receptione & confessione dotis præcedente promissione.

Respondeo quòd eo casu si præcesserunt capitula matrimonialia, & in eis dotis constitutio destinatis temporibus solutionum, si postea subsequatur simplex dotis confessio, præiudicabit creditoribus, iuxta tradita per Afflict. *decis.* 402. à qua nō licet recedere. Felin. *in cap. si cautio, n. 82. de fide instrum.* Roman.

162 *cons.* 445. nam † licèt ex tali confessioue præiudicium videatur inferri creditoribus, tamen realiter nō infertur, cùm ius eis saluum remaneat ad allegandam simulationem, vt de ea ratio haberi possit, iuxta tradita per Hieron. Laurent. *decis. Rotæ Auenio. 25. num. 7.* faciunt tradita per Steph. Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ* 103.

163 Quæri etiam potest, † an dotis solutio possit probari per coniecturas.

Respondeo † quòd ad hoc vt noceat hæredibus tantùm mariti, probari poterit dotis receptio per coniecturas, iuxta text. *in l. cùm citra*, *C. de iure dot.* & *ibi* gloss. & Bald. Campeg. *in tract. de dote, part. vlt. quæst. 76.* quę coniecturæ arbitrio iudicis remitti debent, vt in cæteris rebus arbitratiis, iuxta tradita per Bart. *in l. fin. ff. de quæst.*

164 Quæritur, † an si ex bonis fideicommisso subiectis fuerit dos constituta mulieri, si ipsa postea sine filiis decedat, ad quem dos pertineat, an nempe sit restituenda corpori fideicommissi vnde fuit extracta, an verò pertineat ad hæredes ipsius vxoris.

165 Respondeo † talia bona dotalia, vel ipsam dotem, non ad fideicommissariam restituendam, sed penes ipsam vxorem dotatam remanere, iuxta tradita per Castrens. *in l. à filia, ff. ad Trebell.* Pasqual Sauli. *in tract. de alien. rebus fideicom. subiectis, 2 p. n.* 117. quia bona fideicommisso subiecta, si semel alienabilia fuerint, semper alienabilia remanent, & si semel à fideicommisso exeunt, nunquam ad illud redeunt. Paul. de Castro, & Ias. *in auth. res quæ, C. de fidcicom.* Hieron. Gabr. *cons.* 140. *n.* 15. & est communis, teste Bursato *cons.* 36. *n.* 1.

Sed † cui restituenda erit dos data à patre 166 filiæ spuriæ, casu quo pater de ipsius dotis restitutione in capitulis matrimonialibus nullam fecerit mentionem.

Respondeo ex resolutis per Cancer 3. *tom. var. cap. 21. de transmiss. à n. 208. cum seq.* vbi maximè *n* 214 resoluit hęredi patris esse restituendam dotem prædictam, eo casu, quo ipsa sine filiis decedat. motus ipse Cancer ex traditis à Bart. *in l. fin. § si à socero, ff quæ in fraudem creditor* asserente nempe† dotem à patre 167 filiæ spuriæ non tam dari ratione dotis, quàm alimentorum, & sic cùm alimenta sint vsusfructus, & iste finiatur morte vsufructuarij, *§ finitur, Instit. de vsufruct* nil mirum si ea sine liberis decedente dos ad patrem, vel eius hæredem reuertatur cætera per Cancer.

Quæri etiam potest, † an cùm mater tu- 168 telam gessisset filiorum suorum, & vellet secundò nubere, petens dotem sibi restitui, fuit ei oppositum per curatores testamentarios suorum filiorum quòd dos non erat ei soluenda, quin priùs ipsa rationem reddidisset suæ curæ, & satisfecisset in eo, in quo fuisset debitrix. quæsitum fuit, an dos esset statim dictæ mulieri restituenda.

Respondi quòd sic, eo quòd† dotis reten- 169 tio sit à iure prohibita *l. vnic. § taceat, C. de rei vxor. actio. & in §. sed neque retentio*, maximè cùm ibi Imperator statuat quòd vbi alia actio competit, nō datur retentio dotis: cùm autem pro tutela administrata actio tutelæ detur, nil mirum si retentio dotis denegetur, & sic dotem prædictæ mulieri esse restituendam, etiam non reddita tutelæ ratione. est tenendum, iuxta prædicta, quæ sequitur Gutier. *de tut & cur. 2. p. cap. 9. n. 52.*

Sed quæri potest, † an mulier possit pro- 170 pria auctoritate apprehendere possessionem rerum dotalium.

Respondeo quòd si possessio earum sit vacans, & à nemine occupata, poterit mulier illam propria authoritate capere, absque iudicis mandato; si verò ab aliquo detineatur, tunc non poterit nisi eo vocato & audito. Bald *in l. pen. C. de pign. act.* idem *in l. cùm tibi, ff. qui pot. in pign.* Ias. *in §. item Seruiana, n. 72. Instit. de act.* Bald. Nouell. *in tract. de dote, priuil. 6. limit.* 13. Spino *in specul. testam. gloss.* 10. *princip. de legat. pro dote, num* 80.

Sed quæro, † in quibus casibus detur re- 171 tentio dotis.

Respondeo quòd in duobus tantùm, iuxta text. *in l. vnic. §. taceat, C de rei vxor. actio.* nempe pro expensis necessariis in ea factis, & casu quo pactum fuerit adiectum de lucrando, si mulier postea decedat, non enim viuente

uente vxore, ex hoc pacto retentio datur, quia dos retineri non poteſt ex hac cauſa, & ibi communiter ſcribentes.

172 Maritus † quidam plura debita contraxit in ſuſtentationem ſuæ familiæ. euenit quòd ipſa mortua creditores prætenderunt dotem illius eſſe obligatam ſolutioni dicti debiti. quæſitum fuit, an prædicta bona dotalia remanerent obligata.

Reſpondi quòd ſi mulier viueret, nulla obligatione prædicta bona tenebantur. quia 173 † dos ſalua & illæſa ſemper debet remanere ipſi vxori. *l.2.ff.de iure dot. l.1.ff.ſolut. matrim.* quia publica cauſa in dotis integra reſtitutione reſpectu mulieris conſideratur. *l. aſſiduis,verſ.oportebat,C.qui potio.*ſolùm enim maritо fructus dotis permanent.*l.dotis fructus,ff.* 174 *de iure dot.l.pro oneribus,C.eod.*proprietas † autem illius mulieri illæſa & integra remanere debet,& ſic integra dos mulieri illæſa debet remanere. *l.fin.ff.ſolut matrim.* Si verò mulier fuerit mortua,& ipſius hæredes agant de dote recuperanda, & conſtet euidenter debita contracta fuiſſe per maritum in vtilitatem, vel ad ſuſtentationem ipſius mulieris, tunc cùm ceſſet cauſa principalis conſeruationis dotis,iuxta *l.1.ff.ſolut matrim.* & notata com-
175 muniter per ſcribentes *ibid.* bona † mulieris licèt dotalia,obligata erũt pro debitis à marito contractis, ex quibus mulier commodum ſenſit,non extantibus bonis mariti,iuxta tradita per Palat. Rub. *in repet. cap. per veſtras,§.66 num 5* iuxta dictum Bartoli *in l his ſolis.ff.de condict.indebit.*& per eundem *in l.ſocium, § ſocius, ff.pro ſocio.* faciunt tradita per Roman.*ſingul.*210.& per Cæpol.*cautela* 246. Palat.Rub.*in d.cap.per veſtras,§.36.n.5.* Gamma *deciſ.*266.*n.7.*

In campo Tartaconæ adeſt conſuetudo quòd mulieres lucrantur dimidiam partem bonorum, quæ maritus conſtante matrimonio adquiſiuit, adeò quòd abſque pacto & 176 conuentione iam hoc tritum & ibi fundatum eſt. quo præſuppoſito,quæri poteſt,† an ſi mulier traducta fuerit ad domum mariti, & ibi ante copulam decedat, admittatur ad lucra prædicta.

Reſpondeo quòd prædicto caſu mulier admittetur, ex notatis per Salicet.*in l.cùm te, C.de donat.ante nupt.*ſequitur Iaſ.*in l.interdum, num.16.ff.ſolut. matrim.* Soc. *in l. cùm fuerit, col. fin.ff. de condit. & demonſtr. & conſil.* 223. *col.penult. verſ.ſecundò.* Ant. de Gam. *deciſ.regni Portug.*124.*num.*1.

177 Quæri etiam poteſt, † an expenſæ quæ fiunt in ſepelienda vxore,minuant dotem.

178 Reſpondeo quòd ſic,quia † expenſæ funeris ſunt ſoluendæ de corpore hæreditario, & ſic licèt maritus remaneat vſufructuarius in bonis mulieris, non tenetur de fructibus vſusfructus ſoluere expenſas in ſepelienda vxore factas, ſed de corpore hæreditario ipſius mulieris,iuxta tradita per Paul.de Caſtro *in l.filia,num.3 ff ſolut.matrim.*idem Paul. de Caſtro *in l.quod in vxorem, n.1.C.de negot. geſt.* Spino *in ſpeculo teſtament. gloſſ.2. princip. num.*58.

Quæritur etiam, † an expenſæ factæ in 179 infirmitate mulieris deducantur ex dote ipſius.

Reſpondeo quòd illæ quæ factæ fuerunt in vltima infirmitate,æquiparantur expenſis factis in ſepultura,per text.*in l.reſtituenda*, & quæ *ibi* norant Bald. & Salic. *C.de petit.hæred.* idem tradit Alex. *in l. fin. §. in computatione.in 1.notab.C.de iure delib.*Iaſ.vbi dicit quòd ſicut expenſæ funeris ſunt priuilegiatæ, vt ante omnia deducantur de hæreditate,ita & expenſæ quæ fiunt in vltima infirmitate, & non in aliis infirmitatibus ante vltimam ex qua mortuus eſt. quod probari videtur ex *d.l.in reſtituenda, C.de petit.hær.* vbi dicit text. quòd † in reſtituenda hæreditate compen- 180 ſatio eius inducitur, quod in re mortui in infirmitate in ſumptúmque funeris bona fide ex proprio patrimonio erogaſſe probatum fuerit. ex quibus verbis æquiparari expenſas funeris & vltimę infirmitatis atteſtatur Bald. & Salic. & Iaſ.*in d §. in computatione.* refert & ſequitur Ioan. del Caſtillo Sotom. *controuerſ. quotid.de vſufruct.tom 1.quæſt.*59.*num.*25.Caluacanus *de vſufruct. mulieri relict. num.*217. *verſ.ſecundo caſu quando debitum,fol.*425.

Quæritur hic,† an maritus teneatur vxo- 181 ri ſuæ medicinas & curationem adhibere in infirmitate, & qualiter priuetur eo caſu quod non præſtiterit.

Reſpondeo hanc quęſtionem longa commentatione tractare Farinac.*tom.4 in quæſtionibus de amiſſione lucri dotis, quæſt.*120 *ſect.*4. *per tot.*vbi latè totam hanc materiam examinat,ex qua reſolutiuè dico,quòd maritus tenetur vxori Medicum præſtare, qui in loco vbi commorantur,habitat,aliàs de loco vicino, præſumitur autem † maritum Medicum 182 adhibuiſſe ipſi vxori,& medicinas dediſſe,& ſic qui cõtrarium prætendat,debet hoc probare,& quòd nõ ſufficiat probare Medicum non fuiſſe adhibitum, ſed potuiſſe adhiberi, & debet peritum Medicum perquirere,quia adhibere Medicum imperitum, idem eſt atque ſi non adhibuiſſet,& ſic caſu † quo non 183 adhibuit Medicum,vel imperitum adhibuit, priuatur maritus omni lucro & commodo quòd ex mulieris hæreditate ad eum erat perueniturum, tam ex pacto, quàm ex legis diſpoſitione,vel conſuetudine. quod intelligendum eſt, ſi nunquam curauit de vxorè,

nam si à principio non curauit, postea verò fecit id quod potuit, non priuatur tali commodo, imò percipit omnia quæ ad eum pertinent. de quo latiùs apud dictum Farinac. faciunt tradita per Peguet. *decis. 169. per tot.*

184 Sed quæro, † si mulier moriatur priusquam eius vir, & postea mortua ea moriatur maritus superuiuentibus duobus filiis, altero hærede patris, altero verò matris hærede. quæsitum fuit, an ille qui matris est hæres, possit prætendere tenutam in bonis patris quoad commodum faciendi fructus suos.

Respondeo huic dubio negatiuè ex declaratione Regis nostri supremi Senatus. nam cùm hæc constitutio sit exorbitans à iure communi, solùm loquitur quando mulier marito superuixit, & ita fuit declaratum in Regia Audientia die 1. Februarij 1589. facto verbo per Ioannem Sabater in causa quæ coram eo per comparuerunt partes tractabatur inter nobilem Galcerandum de Cardona, & nobilem Ludouicum de Cardona fratres, super recuperatione dotis nobilis Raphaelæ de Cardona & Sunyer, matris prædictorum litigantium, cuius hæres erat dictus Don Galcerandus. est prouisio in processu *fol.* 78. scriba causæ Sacares. in quo processu principaliter agebatur inter eosdem de vniuersali hæreditate dictæ nobilis Raphaëlæ de Cardona & Sunyer.

185 Cùm † mulieres ex constitutionibus Cataloniæ teneant & possideant vniuersaliter bona omnia mariti, faciántque fructus suos integrè, quæritur an ipsæ viduæ virtute istius tenutæ possint impedire ne mariti creditores recuperent debita eorum, vel quomodo eis succurratur.

186 Respondeo quòd † non obstante hac tenuta poterunt vxores prædictæ compelli per creditores mariti vt eis debita soluantur, quòd bona mariti vendantur in publica subhastatione: interim tamen mulier non poterit possessione priuari, ex quibus poterit mulieri satisfieri, vel in ipsis aptando quæ sibi visum fuerit, æstimata tamen iusto pretio, aut venditis illis ex eorum pretiis, vt in Pragmat. Regis Iacobi I. quæ sita est *lib. 5. Pragmat. sub tit. de priuilegiis dotalibus*, quæ prima est in dicto titulo, de cuius materia latè dictum est *in c. de executio. censual. & violar.*

In constitutione *Hac nostra*, disponitur quòd mortuo marito vidua censeatur possidere omnia bona mariti. Iuxta quæ verba

187 quæritur †, quid comprehendatur in dicta tenura quam vidua habet. Respondeo com-

188 prehendi omnia bona defuncti, quia † dictio illa *tota*, idem importat, atque dictio *omnia*; qui autem totum dicit nil excludit, & sic mulier appellatur vniuersalis, bona tenens & possidens, iuxta Mier. *hic.* Oliba *de actio. 1. parte, in §. fuerat, in secunda repetitione num. 9.* Peguer. *in cap. item ne super laudimio.* Cancer *lib. 3. variar. c. 17. num. 404.* & sic † si tenente 189 ipsa muliere ipsam tenutam sit augmentum in bonis mariti defuncti, comprehendetur in tenuta, & mulier lucrabitur fructus illorum bonorum, quæ aucta fuerunt, iuxta tradita per Oldrad. *consil. 24. num. 1.* aliàs esset contra verba constitutionis, quæ duplici dictione vniuersali vsa fuit, nempe *omnia*, & *bona*, vt attestatur Mier. *ad dictam constit. num. 43.* dictio enim illa † *bens*, hoc est, bona, idem si- 190 gnificat quod nomen hæreditatis quæ vniuersitatem denotat. *l. bonorum 208 ff. de verb. signific.* ex quibus dicunt Socar. *in cap. defuncto. num. 39.* & Peguer. *in dicto cap. item ne super laudimio, num. 11.* & Mier *ad dictam constit. Hac nostra. num. 42. & 69.* quòd mulier, quæ virtute suæ dotis & sponsalitij est tenutaria bonorum omnium sui defuncti mariti, habet vices hæredis, & in omnibus & per omnia tanquam hæres habetur.

Sed quæri potest, † si mulier non possi- 191 deat ratione dotis & sponsalitij sui mariti bona omnia, sed aliqua tantùm, an talis vidua possit dici tenutaria, & illi competant iura quæ tenutariæ vniuersali competere solent, iuxta constitutiones Cataloniæ.

Respondeo talem viduam non posse dici propriè & verè tenutariã, quia † tenuta non 192 est in bonis particularibus, sed in vniuerso patrimonio. Mier vbi suprà *num. 48. & 69* & sic licèt fuerit controuersa quæstio, an in vsufructuarium transeant actiones actiuæ & passiuæ? quam quæstionem tradit Bart. *in l. fin ff. de vsufruct. lega.* Cęterùm virtute huius constitutionis clarum est † omnes prædictas 193 actiones in mulierem transire, iuxta tradita per Mier. vbi suprà *num. 41.* Socar. *in dicto cap. defuncto. n. 39.* Peguer. *in dicto cap. item ne super laudimio. vers. octauo, num. 11. & 12.* quia vsufructuarius legalis conuenitur tanquam vniuersalis possidens, & sic vidua habetur tanquam domina & procuratrix vniuersalis, à lege constituta. Anton. Oliba *de actio. tomo 1. § fuerat.* Cancer *3. tom. variar. cap. 17. n. 444.*

Quæri etiam potest, † an ius tenutæ, quod 194 viduæ competit, consistat tantùm in bonis quæ maritus habebat actu tempore mortis, vel etiam in illis, ad quæ ius habere potest, licèt non possideret ea.

Respondi † mulierẽ habere tenutam, non 195 solùm in bonis possessis, sed in eis quæ possidere poterat si maritus viueret, quia sufficit quòd hæreditati mariti adquirantur ex causa hæreditaria, vt in eis cadat tenuta & hypotheca, vt probatur ex text. *in l. Paulus respõdit, ff. de pig.* ibi, *sed postea ab hærede eius ex alia causa adquisita*

adquisita sunt. à contrario sensu, quasi veniant ea quæ ex causa hæreditaria adquiruntur, nō verò ex alia, vt declarat Fulgos. dictam legē.
196 ibi innuēs quòd † si ex causa hæreditaria aliquid adquiratur, quòd idipsum in generali obligatione veniret, puta si res debita defuncto ex aliquo contractu traderetur hæredi. *l. veniunt, vlt. responso. ff. fam. hercisc.* & cùm istæ actiones quæ defuncto competebant in ge-
197 nerali † obligatione acciderint, vt *in l. nomen. C. quæ res pignori*, nomina cadunt in causam pignoris. *l. in grege. § cùm pignori. ff. de pignor.* quam differentiam agnouit Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 4. num.* 16. Bald. *in l. cùm tabernam, in fine princ. ff. de pignor.* Bart. *ibidem. & in l. assiduis. C. qui potiores, num.* 9. Peregrin. *de fideicomm. art.* 10. *n.* 2. 8. 11. & 29.

198 Quæri etiam potest, † an actiones & iura, quæ competere possunt, comprehendantur in tenuta.

Respondeo quòd sic. quia vniuersalitas locutionis supradictæ constitutionis hæc omnia comprehendit. *l. bonorum appellatio.* 49. *ff. de verb. signif.* cum multis aliis cumulatis à Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo bona. C. de reuocand. donat.* Caualcan. *de vsufruct. mulieri relicto. in princ. n.* 84. Castillo *de vsufructu. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 10. vbi latissimè, & non solùm iura præsentia, sed etiam conditionalia ex contractu. *§. ex conditionali. instit. de verb. oblig.*
199 quia quamuis † conditionalia sint, transeunt & continentur in commoditate vsusfructus. Apostillator ad Bart. *in l. traditum. ff. de condit. & demonstr.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 2. *de confisc* §. 2. *num.* 24. Pinell. *in rubr. de bonis matern. num.* 3. *cum seq.* Spes enim quam habemus in bonis esse dicitur. *l. bonorum appellatione* 49 *ff. de verb signif.* vbi Alciat. *num.* 8. Rebuff. *in vers. atquè bonis adnumerabitur. l. rem*
200 *in bonis. ff. de adquir. rerum dominio.* Alciat. *consil.* 13 *num.* 4. *lib.* 8. *tom.* 3. vbi ius conditionale dicitur esse in bonis, & de eo potest fieri donatio, & testamentum. Rodericus Suarez *cons.* 10. *num.* 64.

Sed quæri etiam hîc obiter poterit (quod
201 non omnino alienum à ratione erit) † quæ differentia requiratur inter adquisita per hæredem ex contractu proprio, vel ex causa hæreditaria.

Respondeo quòd hæc est differentia, quòd quando hæres grauatus per fideicommissum restituere bona testatoris, adquisierit post mortem illius aliqua bona, quia si adquisiuit ex proprio facto ipsius hæredis, reputantur bona propria, & non comprehenduntur in fideicommisso & restitutione; si verò adquisitio fiat post mortem testatoris ex pacto, vel contractu defuncti, & sic iure hæreditario, censentur bona testatoris, & cō-prehendūtur † in fideicommisso, quamuis testator nunquam illa possedisset, tradunt Dec. 202
cons. 238. *n.* 5. *vers. quintò quæritur.* eū sequitur Grat. *cons.* 160. *n.* 51. *vers. sextò fuit dubitatum lib.* 2. vbi ait hoc nullam habere difficultatem Decian. *cons.* 18. *n.* 17. *vers. primò dubitatur lib.* 2. Peregr. *de fideicommiss. art.* 10. *n.* 2. Bertr. *cons.* 139. *num.* 12. *lib.* 1. quia † in adquisitione 203
bonorum solum inspicitur principium à quo proficiscitur. Batt. *in l. cùm tabernam, prope finem ff. de pignor.* vbi dicit quòd si hæres introduxit merces in tabernam defuncti, vel quid aliud post eius mortem adquisiuit, non cadit sub hypotheca defuncti. quod limitat Bartolus, nisi hæres adquirat aliquid explicando negotium cœptum cum defuncto. quia tunc † bona per hæredem 204
adquisita censentur tanquam bona defuncti, & comprehenduntur sub eius hypotheca, cùm adquisitio facta per hæredem habuerit initium & originem ex persona & iure defuncti. sequitur Negusant. *de pign.* 2. *p.* 2. *membro, num* 22. faciunt notata per Caroc. Ruin. *cons.* 39. *vol.* 1. *num.* 7. vbi latissimis fundamentis corroborat quòd † succedens ex transmissione, non succedit transmittenti, sed 205
priùs decedenti. facit etiam & alia ratio, quia ad quem pertinet augmentum, ad eundem pertinet diminutio, & è conuerso, vt argumentantur Iureconsulti *in l.* 1. *in pr ff. ad Trebell.* melior text. *in l. scribit Celsus. ff. eod. & in l. in ratione. ff ad leg. falc. l.* 3. *ff de fundo instruct. l. fin. § fin. ff. de legat.* 3. & sic † diminutio pa- 206
trimonij ex causa de præterito, & ex personа testatoris originem trahentes, ad damnum fideicommissarij vniuersalis vsufructuarij substituti, creditoris & aliorum similium spectant, quia hæreditatem diminuunt, origo † enim vniuscuiusque rei attendenda 207
est, vt cum Ruino *cons.* 109 *n.* 20 *lib.* 2. & alijs tradit Peregrin. *de fideicom. art.* 10. *num.* 46.

Quæri etiam potest, † an in dicta tenuta 208
quam habet vidua, considerentur res particulares, an solùm ius vniuersale.

Respondeo, quod principaliter in consideratione habetur est ius illud vniuersale, non verò particulare ipsarum rerum, in quibus tenuta fundatur, hoc enim ius particulare diuersum est ab vniuersali, quia † sicut 209
dos tanquam ius vniuersale differt à rebus dotalibus, sic hæreditas quæ ius est vniuersale, differt à rebus hæreditariis. *l. mortuo* 24. *ff. de fideiuss.* probatur *princip. Instit. de rebus corpora. & incorp. l. si Titio, & mihi* 55. *§.* 1. *ff. de leg.* 2. Ruin. *cons.* 139. *num.* 5. *lib.* 5. Barbos. *in rubr. ff. solut. matr.* 3. *part. num.* 9.

Quæri etiam potest, † an dos & dotis au- 210
gmentum idem ius habeant, & collocentur ambo in eodem gradu & loco.

211 Respondeo quòd † quãdo dos & augmen-
tum dotis pertinent ad mulierem, graduan-
tur in eodem loco & gradu; si verò dos per-
tinet ad vxorem, augmentum verò dotis per-
tinet ad filios, quia est stipulatum in eius fa-
uorem, tunc dos priuilegiata est, & præfer-
tur augmento illius. ita Michaël Ferrer. *3.p.*
obseru. cap. 310. vbi ita in hoc Regio supremo
Consilio decisum attestatur.

Circa verba constitutionis *los bens sie in-*
212 *sta posseyr*, quæritur, † an possessio possit trans-
ferri absque reali apprehensione.

Respondeo quòd sic, ex legis beneficio
& ministerio, vt in hoc casu quod per legem
fieri potest, iuxta tradita per Dec. *cons.* 84. Sa-
lic. *in l.2. C. de don. quæ sub mod.* faciunt tradita
per Hier. Portolez ad Mol. *verbo vir & vxor.*
213 Sed † an mulier propria auctoritate possit
apprehendere possessionem rerum quæ in
hæreditate mariti existunt, quæri potest.

Respondeo quòd poterit virtute dispositionis
huius constitutionis, quia cùm consti-
tutio hæc possessionem ipso iure transmittat
in mulierem bonorum quæ erant mariti,
poterit ipsa propria auctoritate expellere
quem iutus adinuenerit, iuxta tradita per
Mier. ad constit. *Hac nostra, num.* 47. quamuis
214 ipse asserat † quòd tutius mulier faciet si
Prætorem adierit. quod probatur ex *l. prædia.*
l. iusta possidet. ff. de adquir. possess. quia facultas
data alicui ad capiendam possessionem pro-
pria auctoritate, est intelligendum si vacans
fuerit, iuxta tradita per Corn. *cons.* 166. Dec.
in l. fin. num. 5. *C. de edict. diui Adrian. tollend.*
Gutier. ad *l. nemo potest, num.* 362. *de legat.* 1.
Molin. *de Hispan. primo lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 12.
215 Quæritur etiam, † si dos fuit soluta ma-
rito, & socero, an mortuo socero mulier ha-
beat tenutam in eius bonis.

Respondeo quòd cùm tenuta sit ex dispo-
sitione huius constitutionis, & sic sit casus
exorbitans, non comprehendetur tenuta in
bonis soceri, quia extensio in rebus onerosis
nunquam admittitur. argum. *l. cùm prætor,*
cum similibus ff. de iudic. cap. quæ à iure communi,
de reg. iuris in 6. vbi extensio in exorbitanti-
bus prohibetur. tenet idem Mier. in constit.
Hac nostra, num. 69.

Circa illa verba constitutionis, *& quòd in-*
tra annum luctus de illis bonis in omnibus rebus
vitæ suæ necessarijs prouideatur. iuxta quæ ver-
216 ba primò quæritur, † an si mulier intra annũ
luctus se aluerit ex propriis bonis, eo lapso
possit alimenta sibi præstita recuperare ab
hęredibus mariti, an verò ob non petitionem
censeatur ea remisisse.

217 Respondeo quòd † ipsa habet eorum re-
cuperationem, quia cùm ei debeantur ali-
menta ex dispositione huius constitutionis,
dicuntur debita iure actionis, non verò offi-
cio iudicis: vbi autem alimenta iure actio-
nis debentur, † nõ censentur remissa ob non 218
petitionem intra tempus quo ali debebat. *l. si*
quis à liberis. ff. de liber. agnoscend. Surdus *de*
alimen. tit. 1. *quæst.* 32. *num.* 40. Anton. Gomez
ad *l.* 80. *Tauri, num.* 13. faciunt tradita per Mi-
chaël. Ferrer. 3. *p. obseru. cap.* 14. Cancer. 3. *tom.*
variar. cap. 11. *à num.* 34.

Sed † quid dicendum erit vbi mulier do- 219
tem & sponsalitium recepit, nilque dixit de
fructibus quæ ei debebantur de toto anno
luctus, & definitionem fecit mariti hæredi-
bus, an eo casu censeantur remissa prædicta
alimenta.

Respondeo quòd si mulier in confessione
dotis & sponsalitij fuerit contenta de hære-
dibus mariti, & renunciauerit omnibus iuri-
bus sibi competentibus in hæreditate mari-
ti sui defuncti, nulláque alia iura possint
competere dictæ viduæ in bonis mariti, nisi
respectu alimentorum, euidens est quòd
† censentur prædicta alimenta remissa, etiam 220
si indiuidua mentio de eis facta non fuerit,
quia renunciationis verba aliquid operari
debent. *l.* 1 *§. hac verba. ff. quod quisque iuris.* Si
verò mulier in receptione dotis suæ & spon-
salitij solùm confessa fuerit dotem & spon-
salitium se recepisse, neque mentionem fe-
cerit de aliis iuribus, neque de illis fuerit cõ-
tenta, nec definitionem fecerit, tunc † ex sim- 221
plici dotis receptione non censentur remis-
sa iura competentia ratione anni luctus, quia
cùm hæc debeantur iure actionis, vt dictum
est, ex receptione dotis & sponsalitij, non
censentur remissa. faciunt tradita per Vinc.
Carroc. *decis.* 34. *n* 8. & Thesaur *decis* 44.

Sed quæri potest, † an vidua quæ nullam 222
dotem marito contulit (cùm hæc in bonis
mariti tenutam non habeat, cùm hæc dotis
ratione detur) habeat alimenta. Hoc dubium
videtur tetigisse Anton. de Gamma *decis.* 62.
ferè per totam, qui, maximè *num.* 2. asserit ex
mente Iasonis & aliorum nullibi in iure cau-
tum esse quòd mulieri viduæ pauperi alimẽ-
ta præstentur intra annum luctus. Cæterùm
n. 6. resoluit quòd † viduæ pauperi debentur 223
alimenta ex intrinseca ratione dispositionis
auth. præterea. C. vnde vir & vxor, vbi latè il-
lius dispositionem examinat. quare resolu-
tiuè dicitur quòd viduæ pauperi tenebitur
hæres defuncti alimenta præstare iuxta vires
hæreditarias, mouétque me ad hoc tenen-
dum id quod notatur *in additio. ad decis.* 43.
Thesauri. vbi scribitur quòd † mulieri ali- 224
menta præstanda sunt etiam indotatæ, si non
habeat vnde ali se possit, quia vidua existente
ipsa conseruare videtur nominis mariti ho-
norem & reuerentiam.

Sed

225 Sed † quomodo taxanda erunt alimenta ipsi viduæ.

Respondeo ex traditis per Fontanell. *de pact.nuptial.tom.1.prima parte gloss.12 num.52.* vbi de obseruantia Regij nostri Consilij attestatur, viduæ inopi alimenta taxari, habita ratione ad valorem fructuum, vt ex pluribus Doctoribus id tenentibus refert ita seruari.

226 Sed † an si vidua habeat vltra dotem alia bona,ex quibus intra annum luctus se possit alere, debeantur ei alimenta.

Respondeo quòd sic, iuxta notata per Iason. *in l. de alimentis, la vltima. C. de transact.* faciunt plura quæ in confirmationem adducit Thesaur. *decisione Pedemon.43. num.4. per totum.*

227 Quæro,† si mulier sit tenens & possidens hæreditatem mariti pro suis dote & sponsalitio, & ex alia parte sit hæres institutus à testatore, lisque sit contestanda contra bona defuncti, an contestanda sit contra hæredem, an verò contra viduam.

Respondeo quòd causa intentanda est directò contra hæredem, hæres verò debet citare viduam in iudicio,& sic citata vidua validum erit iudicium, vt notat Marquill. *in Vsat. vidua*, vbi plura congessit ad constitutionem, *Hac nostra.*

228 Quæro,† an mulier ipso iure & absolutè faciat fructus suos hęreditatis mariti,si intra annum, vel in fine illius, non sit ei dos soluta.

Respondeo mulierem fructus suos facere quoties dos non fuit ei soluta,si in hæreditate mariti non adsint bona, ex quibus satisfieri integrè in dote possit. nam si in hæreditate mariti adsint quantitates pecuniæ, vel aurum & argentum sufficiens ad dotis solutionem, debet mulier de his sibi ipsi soluere, & satisfacere; si verò non sint pecuniæ, vel aurum & argentum, sed solùm sint aliæ res, veluti vestes & ornamenta domus, ex his

229 † non tenetur vidua sibi satisfacere in dote & sponsalitio. Michaël Ferrer. *3.part obseruat. cap.353.& 520.* vbi expressè ait quòd si mulier fuerit hæres instituta à marito,& ipsa acceptauerit hæreditatem mariti, attestatur quòd hoc casu non facit fructus suos, vide per eum, & ita fuit decisum in Regia Audientia die 4.Februar. referente Ioanne Gallego anno 1608. scriba Hieronymo Bosc in causa inter coniuges Gaiolans & Bosc, & coniuges Sales villæ de Besalu.

230 Quæro † quando vidua est tenens & possidens pro suis dote & sponsalitio hæreditatem & bona viri sui, teneatur operari ad commodum hæreditatis.

Respondeo quòd aut vidua est nobilis & persona militaris, aut plebeia: si nobilis sit, non tenetur operari; si verò sit plebeia,tenetur, si soluta erat, operari. ita probat ex traditis à gloss. *in l.sicut. ff.de oper.liber. l.diuortio. ff solut.matrim.* Bald. *in l.si vxoris.ff. de condit. infer.* Ias.*in l.1. C.de legat.* Bart. *in l.vnic. C. de rei vxor.actio §.exactio autem dotis.*

Circa verbum *integrament*, quæri potest, † an & quomodo intelligatur quòd mulieri 231 debeat satisfieri integrè in dote & sponsalitio.

Respondeo quòd adeò debet dos & sponsalitium integrè solui viduæ, quòd si vnus nummus desit, non dicetur integrè satisfactum mulieri, imò ex hoc solùm faciet fructus suos. quod idem dicitur de eo, qui agit ad rem, qui priùs tenetur aliquid adimplere. nam tenetur in totum illud facere, iuxta tradita per Mascardum *conclus.1387.num.25. & 26.*

Quæritur, † an sit in electione mulieris 232 integrum sponsalitium percipere, & cautionem dare de eo restituendo tempore mortis suæ, an verò dimidiam partem accipere absque obligatione restitutionis,an verò electio hæc pertineat ad hæredes mariti.

Respondeo electionem hanc esse mulieris, non verò hæredum, & ita de obseruantia nostri Regij Consilij attestatur Michaël Ferrer.*3.p.obseru.cap.51.per totum.*

Quæri etiam potest, † si per hæredes 233 mariti opponatur, quòd mulier non habet ius ad integrum sponsalitium sibi promissum, quia bona defuncti non sufficiunt, an hoc casu hæredes defuncti teneantur probare paupertatem defuncti, an verò mulier teneatur probare bona sufficere.

Respondeo quòd hæredes defuncti tenentur probare paupertatem illius, & quòd non sufficiunt bona ad sponsalitij solutionem, quia præsumptio iuris stat pro muliere, nempe maritum non constituisse sponsalitium vltra vires hæreditarias, nec obstat quòd allegat Couarr. *lib.2. var. cap 6.num.7.* vbi dicebat † mulierem teneri probare va- 234 lorem bonorum ipsius mariti, vt arrhas recuperare possit, quia ibi ideo fuit statutum, quia dispositio legũ regni Castellę erat quòd non incumbat probatio mulieri arrharũ nomine extra decimam bonorum quæ eo tempore habebat maritus, iuxta *l.1.tit.2.lib 3. fori*, & sic cum iuris prohibitio sit vltra certam quantitatem, nil mirum si mulieri repetenti sponsalitium incumbat onus probandi valorem bonorum. in Catalonia verò nulla adest limitatio circa sponsalitij constitutionem, & sic rectè dicitur hæredem excipientem de defectu bonorum defuncti teneri probare illorum tenuitatem.

235 Circa verbum, *ſponſalici*, quæritur, † cùm electio (vt ſupradictum eſt) cumpetat mulieri, an nempe velit totum integrum ſponſalitium recuperare, & morte eius ſecuta illud reſtituere, an verò dimidiam ſponſalitij partem retinere ad ſuas liberas voluntates,
236 ſi † vidua viuens non fecerit talem electionem, an ſui hæredes illam facere poſſint.

Reſpondeo hæredem viduæ nullum ius habere ad ſponſalitium viduæ debitum, ſi ipſa in vita non elegerit vnum ex duobus ſupradictis, & ita fuit deciſum in Regia Audientia, facto verbo per Ioannem Sabater, in cauſa vertente inter Franciſcum & Ioannem Ximenez Ripauerciæ reos, & Iacobum Loſeta & Margaritam agentes. Scriba cauſæ Carboneil, & pro eo Sacares.

237 Quæri etiam poteſt, † an cautio quæ à muliere præſtanda eſt pro ſponſalitio reſtituendo, debeat eſſe cum fideiuſſoribus.

Reſpondeo quòd ſic, quia verbum *cautio* prolarum à iure intelligitur cum fideiuſſoribus. *l. creditores. ff. de priuileg. credito. l. vniuerſi. C. de prec. Imper. offerend.* notant DD. *in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.* faciunt tradita per Iacob. Petr. & Cyn. *in d. l. creditores.* nam recupetatio ſponſalitij habetur ad inſtar vſuſfructus, in quo clarum eſt quòd vſufructuatius tenetur præſtare cautionem.

238 Sed † quid erit ſi mulier non inuenerit fideiuſſores, quomodo adquitet illud? exiſtimant aliqui non admitti mulierem cum iuratoria cautione, moti ex doctrina gloſſæ *in l. vſusfructus. C. de vſufruct.* quam non deſunt qui ſequuntur. Alij exiſtimarunt quòd certiorata parte quòd mulier fideiuſſores non inueniat, eo caſu dicunt quòd ſponſalitium traderetur alicui probo viro, qui de commoditate fructuum ſibi reſpondeat, ex *l. poſtquã Imperator. ff. vt in poſſeſſio. legato.* quam opinionem ſequitur ibi Bart. ſi perſona viduæ ſit ſuſpecta, & alia quæ tradit Guid. Papæ *deciſ. 250.* Sed his non obſtantibus exiſti-
239 mo † cautionem iuratoriam admitti, & ea præſtita mulierem admitti ad vſumfructum ſponſalitij, eo quòd iuratoria cautio ſit remedium integrum & ſalutare, quo pauperibus ſubuenitur, vt de pluribus effectibus cautionis iuratoriæ atteſtatur Hereng. *in ſuo lib. de fideiuſſ. cap. de iuratoria cautione.* faciunt tradita per Guid. Papæ *deciſ. 189. & ibi additio.*

240 Sed quæri poteſt, † an maritus poſſit remittere hanc cautionem mulieri.

Reſpondeo cautionem prædictam poſſe teſtatorem remittere, iuxta ea quæ longa commentatione tradit Ioann. Gutier *in repet. l. nemo poteſt. 55. ff. de legat. 1. à num. 276. cum ſeq.* licèt verum ſit quòd ſi appareat mulierem doloſè vti frui tali re, poterit per iudicem compelli, non obſtante remiſſione per teſtatorem facta de cautione præſtanda, quia dicta remiſſio non debet præbere occaſionem delicti malè vtendo, vt per Gutier. vbi ſuprà *num. 112.*

Ex diſpoſitione dictæ conſtitutionis *Hac noſtra*, infertur clarè, dum diſponitur quòd † mulier ad hoc vt faciat fructus ſuos, tene- 241
tur conficere inuentarium de bonis eius viri intra vnum menſem à die mortis illius, & intra alium perficere, iuxta quam diſpoſitionem in primis quæri poteſt, an hi duo menſes currant ſtatim à die mortis mariti, an verò priùs debeant connumerari nouem dies qui dantur ad funus celebrandum ipſius mariti.

Reſpondeo quòd † de iure communi 242
priùs computantur hi nouem dies, iuxta Accurſij interpretationem *in l. vlt. §. ſin autem. verbo, conſummationem. C. de iure deliber.* vbi interpretatur Accurſius textum illum diſponentem quòd hæres abſens à rebus hæreditariis conſummare teneatur inuentarium intra vnum annum numerandum à morte teſtatoris. ſecutus fuit Roman. *conſ. 409.* Curtius iunior *conſ. 8. num. 2.* Ruin. *conſ. 166. n. 14. cum duob. ſeq. lib. 3.* Abb. *in cap. 3. num. 10. & 11. de teſtam.* & quòd † hi duo menſes currant 243
lapſis priùs nouem diebus pro obſequiis, eſt text. *in auth. ſed neque. C. de ſepulcro violat.* & ita fuit deciſum in Regia Audientia, referente Ant. Oliba in cauſa vertente ad eius relationem inter coniuges Tabernas & Magdalenam Iordana.

Sed † an indiſtinctè omnes res quæ exi- 244
ſtunt tempore mortis intra domum mariti, teneatur vidua in inuentario deſcribere.

Reſpondeo quòd ſic, etiam & proprias ipſius viduæ, cum hac forma, quòd deſcribendo ea in dicto inuentario aſſerat illas ſuas proprias eſſe, & ſic de aliis, iuxta tradita per *deciſ. 1. Rotæ antiquiorũ, tit. de donat. inter virum & vxorum.* faciunt tradita per Mier. ad conſtit. *Hac noſtra.*

Conſtitutione ſecunda, ſub titulo *ſoluto matrimonio*, diſponitur quòd † mortuo ma- 245
rito incontinenti abſque aliquo facto mulieris, & abſque aliqua apprehenſione illius, cenſeatur mulierem poſſidere omnia bona ipſius mariti, quorum poſſeſſio ipſo iure cenſetur tranſlata in eam, & ſi facto per eam inuentario aliquis alius de facto prædictorum bonorum cœperit poſſeſſionem, aut partem illorum, poſſit vidua contra talem intentare remedia ſpolij ac ſi realem & actualem poſſeſſionem de facto occupauerit, vt in dicta conſtitutione continetur.

Sed cùm poſſeſſio à pedum poſitione dicatur

246 catur *l. 1. ff. de adquir. possess.* quæritur † an possessio possit in alium transferri absque aliquo corporali actu.

Respondeo quòd per statutum induci potest quòd possessio transferatur sine actu corporali & reali, quia cùm de iure positiuo introductum sit quomodo possessio inducatur, & fuit statutum quòd per actum corporeum ita etiam potuit per legem introduci quòd
247 † possessio per actus fictos transferatur. ita plures modos, per quos fictè possessio transfertur, notat Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, à num. 19. cum seq.* quod probatur ex *l. cæptam. ff. de vsucap.* vbi patet quòd hæreditas iacens potest complere vsucapionem cœptam per defunctum, quòd non posset procedere, ni-
248 si † per actum fictum possessio transferatur in hæreditatem iacentem, per quam actus possessionis verus & realis exerceri non potest, cùm hæreditas iacens incorporeum quid sit. *l. hæreditas, de verb. signif.* facit *l. gerit. ff. de adquir. hæred.* vbi dicitur quòd qualis qualis possessio transit in hæreditatem iacentem, vbi Paulus *col. 2.* & Doctores scribentes communiter. faciunt tradita per Ias. *in l. quoties. ff. de rei vind.* & per Tiraqu. *in tract. le mort. 6. declar. in præfat. ad totam.*

Sed quæri potest, ad hoc vt remedia spo-
249 lij locum habeant, † an requiratur quòd tenuta priùs sit radicata in persona matris, vt postea transferatur in personam filiorum.

Respondeo diuersas fuisse nostri supremi Senatus decisiones. prima namque fuit in causa Don Galcerandi de Cardona ex vna, & Don Ludouici eius fratris ex alia, ad relationem Ioannis Sabater, scriba causæ Sacares, vbi fuit conclusum dispositionem huius constitutionis tantùm habere locum, quando concursus filiorum primi matrimonij & nouercæ reperitur, & sic quòd vxore præce-
250 dente marito suo, & † non radicata tenuta in persona ipsius matris, non transfertur in filium, quando non adest secunda vxor, seu eius filij. Contrarium tamen fuit decisum referente Don Ludouico à Peguera in aula Cancellarij die 21. anni 1591. in causa de Masdouellas contra N. de Peramola, declarando hanc constitutionem locum habere, quando tenuta non sit radicata in persona matris, quia prædecessit viro suo. quo casu
251 etiam † competit filiis tenuta, licèt non extent filij secundi matrimonij, seu nouerca. quæ sententia fuit confirmata in causa supplicationis in aula Regentis Regiam Cancellariam, ad relationem Antonij Oliba die 30. Octobris 1593. & sic cùm habeamus casum decisum, & eius decisionem confirmatam pro vt hîc refertur, indubitanter dicendum est tenutam filiis competere primi matrimonij in concursu secundæ vxoris, vel filiorum eius, etiam quòd non sit radicata priùs in persona matris.

Quæri potest, † si dos fuerit à patre data 252
filiæ, sub pacto quòd ea decedente sine liberis ipsi patri donatori reuertatur, an si pater prædecedat ipsi filiæ, dos restituenda sit hæredibus ipsius patris.

Respondeo quòd si non fuit facta mentio de superuiuentia donatoris, tunc dos restituenda est hæredibus ipsius, quia ius fuit eis quæsitum propter spem ex stipulatione conditionali ortam. quia † spem conditionalis 253
stipulationis in hæredes transmittimus. §. *ex conditionali. Institut. de verb. oblig.* Si autem de præmorientia ipsius donatoris facta fuerit mentio, tunc iuxta pactum appositum restitutio locum habet, & sic apposita mentione præmorientiæ ipsius donatoris, † eo præmor- 254
tuo, hæredes illius non habent ius ad dotis recuperationem. faciunt tradita per Fontanellam *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss. 24. num. 38.*

Sed cùm dispositum sit quòd mulier intra vnum mensem teneatur conficere inuentarium, & intra alium illud perficere, quæri potest, † an si intra primum mensem non 255
cœperit illud, perfecerit tamen intra duos, satisfecisse dicatur dispositioni huius constitutionis.

Respondeo quòd sufficiat, quia præcipua dispositio constitutionis est quòd inuentarium fiat & perficiatur intra tempus præfixum, & sic hoc quod est incipere intra primum mensem, est leuis solemnitatis, quæ actum non vitiat, iuxta tradita per Aluar. Valasc. *consf. 52. num. 8.* faciunt tradita per Paul. de Castr. *in l. fin. §. si verò. C. de iure deliberan. num. 4.* resoluit Cancer *lib. 3. variarum cap. 2. num. 18.*

Sed quæri poterit hîc, † an hoc inuenta- 256
rium receptum à muliere tenutaria virtute constitutionis *Hac nostra*, prosit hæredi vniuersali vt saltim non teneatur vltra id quod in inuentario repertum & continuatum existit.

Respondeo ex his quæ congessit Cancer *3. tom. variar. c. 2. de inuentario, à num. 115.* vbi incipit tractare de inuentario recepto ab hærede, an prosit fideicommissario vniuersali, resoluens quòd sic, quia ex confectione inuentarij facta per hæredem iam constat de bonis quæ reperta fuerunt in hæreditate defuncti, ex fundamentis per eum ibi relatis, inde inferens quòd inuentarium factum ab vxore de bonis mariti releuat hæredem mariti confectione inuentarij, & idem tenere Ayora *de partit. bon. 1. p. c. 2. n. 22.* Decian. *consil. 85. n. 53. vol. 5.* & alios refert *ibi* Cancer.

Quæri

257 Quæri etiam potest, † an mulier teneatur in confectione inuentarij conuocare & congregare hæredes & successores vniuersales.

Respondeo quòd de stylo inconcussè obseruato sola vidua in Catalonia cum interuentione alicuius Notarij & testium conficit innentarium, absque hoc quòd in illius confectione conuocare teneatur hæredes, siue successores vniuersales, vt de huiusmodi obseruantia attestatur Cancer *dicta 3. p. c. 2. de inuentario, num. 66. cum seq.* vbi *num. 70.* re-
258 soluit † quòd hoc etiam in quolibet hærede scriptum & receptum est, adeò quòd non amittat Trebellianicam, etiam quòd hæres institutus non conuocauerit fideicommissarium, vel creditores; si verò plures creditores reperiantur, & hæreditas non sufficiat, præiudicabitur sibi, & non detrahet liberam Trebellianicam, imò potiùs vltra vires hæreditarias tenebitur hæres, vt per Cancer vbi suprà *num. 104. cum seq.*

259 Sed quæro, † qua pœna puniatur mulier quæ inuentarium non confecit.

Respondeo ex traditis à Mier. ad constit. *Hac nostra, num. 139.* vbi ait quòd amittit tenutam, & sic commodum faciendi fructus suos, sed debet illos si percepetit, in dotem computare, cùm illos non vt suos reciperat.

260 Euenit † quòd domna Iusta de Torrelles, de qua mentio fit in titulo de executione censualium & violariorum, morte sui viri secuta, fuit tenutaria bonorum sui mariti, inuentariúmque illorum non fecit. prætendebat postea tempore quo executio instabatur in bonis viri ante omnia dotem suam esse detrahendam, qua detracta apponebat bona ipsius viri non sufficere ad solutionem debitorum: è contrario pro parte Pauli Caxa, qui instabat executionem, fuit prætensum ipsi non habere doris detractionem, sed ex eo quòd inuentarium non fecerat, confusas esse actiones, & vltra vires hæreditarias teneri. quæsitum fuit, quid iuris. Respondi
261 † ipsam mulierem priùs habere detractionem dotis, inde tamen si bona postea mariti non sufficerent, ipsam teneri de suo debitum mariti dicto Caxa soluere, quia mulier nullibi in iure reperitur magis priuilegiata in dote hoc casu, quàm filius respectu legiti-
262 mæ. Habemus autem in iure † filium ob non confectionem inuentarij non amittere legitimam, vt tradit Cancer *lib. 1. var. cap. 3. n. 19. gloss. in § si verò non fecerit, in auth. de hæred. & falcid.* Ceual. *pract. quæst. lib. 1. cap. 30.* Surdus *decis. 316. num. 8.* vbi plures DD. hoc tenentes refert. hoc tamen ita intelligendum venit
263 quòd † detractio fiat sine præiudicio creditorum, vt post multas glossas ab eo relatas aduertit Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 7. num. 18. circa princ. C. de inoffic. testament.* & adhuc respectu legatariorum attestantur quòd filius non conficiens Inuentarium non amittit legitimam, sed eam ante omnia detrahit, & † per detractionem illius legata 264
minuuntur, & tunc legata sic diminuta licèt excedant vires hæreditarias, solui debent per filium de suo. ita Bart. Castrens. & alij *in auth. sed cùm testator. C. ad leg. falcid.* Couarr. *in cap. si hæredes, num. 9. de testament.* Ceuallos *pract. quæst. comment. commun. quæst. 691. num. 3. & 4.* computatio † autem hoc casu quomo- 265
do fienda sit tradit Peregrin. *de fideicommiss. art. 36. de legit. num. 141.* ex quibus similiter dixi dictam domnam Iustam ob non confectionem inuentarij in bonis sui viri non amisisse dotem, sed † posse dotem suam an- 266
te omnia detrahere; ex dote verò non extantibus aliis bonis mariti teneri soluere debitum dicto Caxa de suo, quia ex non confectione inuentarij remanet obligata ad æris prædicti solutionem, cùm priuilegiata in re non reperiatur. *l. fin. § cùm igitur. C. de iure delib. auth. de hæredit. & falcid. § si verò non fecerit.* Cancer *lib. 1. variar. cap. 2. num. 6* & de iure Canonico, cui in Catalonia deficientibus constitutionibus standum est, vt pluries diximus, idem obseruari attestatur Spino *in speculo testament. gloss. fin. num. 55. vers. prædicta tamen sententia.* Mier. ad constitutionem *Hac nostra, num. 236. cum seq.* vbi est in opinione quòd † mulier omittens describere aliqua 267
bona in inuentario, amittit priuilegia, quibus gaudent facientes illud, quia ait quòd † per- 268
inde est inuentarium non legitimè facere, quàm nulliter facere. *l. fin. C. ad Silan.* si enim mulier dolosè omittens in inuentario continuare omnia bona defuncti, punitur in eo quòd teneatur vltra vires hæreditarias, multò magis punienda venit, aut saltim æqualiter vbi nullum confecit inuentarium, in quo maior doli præsumptio reperitur. *l. prospexit. ff. qui & à quibus.* Nescio quid fuit iudicatum in hac causa, quæ inter dictas partes ducebatur in Consistorio Capitaniæ generalis.

Circa constit. *y mes declarant, sub titulo, dissolt lo matrimoni*, vbi concurrentibus filiis primi matrimonij cum secunda vxore, aut filiis huius secundæ, dispositum est quòd † filij 269
primi matrimonij præferantur filiis secundi matrimonij, vel huic secundæ vxori in tenuta & commodo faciendi fructus suos, quæri potest, an hoc absolutè ita intelligendum sit.

Respondeo quòd in bonis quæ propria sunt mariti, præferantur filij primi matrimonij huic vxori, vel eius filiis; si verò in hæreditate defuncti adsint bona dotalia secundæ vxoris quæ detulit ipsa, marito defuncto,

† hæc

270 † hæc secunda vxor præfertur in his bonis tanquam propriis ipsis filiis ex primo matrimonio, iuxta text. & quæ *ibi* notant DD. *in l.in rebus,C.de iure dot.* Vel etiam si ex pecunia dotali huius secundæ vxoris emptæ fuissent
271 aliquæ res, vel prædia empta, tunc tales † res emptæ dotales dicuntur. Cæsar Barci. *decis. Bonon.27.n.22.l.ex pecunia dotali,C.de iure dot. l.ita constante, cum l.seq. l.res quæ,ff.de iure dot.* Roman.*cons.201.in princ.* Alex.*cons.124.incip. sub primo n.10.& 12. vol.4.* nam statim atque ex dotali pecunia emitur aliqua res, efficitur dotalis, ex *l.pecunia, C.de iure dot.* & ex *l.vxor marito,ff.de donat.inter vir.& vxor.* Costa *de remed.subsid.remed.61.per totum.* Barcius *d.decis.Bonon.27.*

272 Quæri etiam potest, † an mulier absolutè rem emptam ex sua pecunia dotali recuperet pro sua dote, an verò in subsidium, quando non adsunt alia bona ipsius mariti.

Respondeo quòd mulier in subsidium recuperat dotem suam in bonis ex sua pecunia emptis, & præfertur omnibus anterioribus creditoribus viri. Socin.*cons.224.incip.elegan-*
273 *ter.* quo casu † reiuindicare poterit mulier fundum ex sua pecunia emptum, iuxta tradita per Bald. *in l.in rebus, C.de iur.dot.* notat Bart.*in l.vxor marito,ff.de don.inter vir.& vxo.* Angel.Aret.*cons.132.incip.in casu prædicto n.8. vers.sed his non obstantibus*, vbi resoluit quòd pro re empta ex pecunia dotali, vel recepta
274 in solutū pro dote † actio subsidiaria mulieri competit, vt præferatur anterioribus creditoribus. faciunt tradita per Cardin.Tuschum *concl.141.n.6.& 7.vol.3.& concl.138.emens ex pecunia aliena,n.46.& 52.in vol.3.*

Circa verba dictæ constitutionis *y hauent*
275 *fills*, vbi † concurrentibus filiis primi matrimonij cum secunda vxore filios primi matrimonij præferendos esse secundæ vxori, vel filiis istius disponitur. fuit quæsitum in casu, quo Nobilis Federicus de Cabrera decessit superstite Nobili Eleonora de Cabrera eius vxore, secunda matertera mea, sorore nempe matris meæ, superstitibus etiā pupillis Lulls, nēpe Egregia domna Hieronyma Lull, Comitissa postea de Montagut, & Nobili Elisabetha Lull, quæ nupsit Nobili Hieronymo de Albanell, neptibus dicti Don Federici de Cabrera filiabus domnæ Elisabethæ Lull, & de Cabrera, filiæ dicti Nobilis Federici de Cabrera ex primo matrimonio quod contraxerat cum domna Elisabetha de Saromes, & sic interfuit concursus secundæ vxoris, nempe Nobilis Eleonoræ prædictæ cum neptibus ex primo matrimonio, & propter earum minorem ætatem inter tutores & curatores earum fuit lis mota inter eos & dictam Nobilem Leonoram de Cabrera, ad re-

lationem Iacobi Puigmija de Regio Consilio, in qua causa fuit valde controuersum, an nepotes succederent in iuribus tenutæ & commodi faciendi fructus suos? & cùm hoc dubium valde mea interesset, conatus fui inuestigare veritatem, & sic elaboraui quæ hic referam. quæ licèt resolutioni non æquiparentur, eùm longa commentatione dubium tractetur, decreui hic inserere ea, cùm ex notatis veritas elucescat.

Inclinando autem in negatiuam partem, quòd † nepotes in dicta constitutione non 276
comprehenderentur, sed quòd eius dispositio solùm in filiis obseruanda sit, defendi ex sequentibus fundamentis. Primò, quia nomen filiorum limitatum est in toto iure ad filios, ad nepotésque etiam in fauorabilibus non se extendit. exemplum est in tutela, quæ cùm † fauorabilis sit, *princ.Inst.de tutel.* si tu- 277
tor filiis detur, ad nepotes talis datio non extenditur. *§ si quis filiabus, Instit.qui testam.tut. dari possunt.* ibi, *quid si nepotes sint*, an appellatione filiorum & ipsi tutores dati sint, dicendū est † quòd & ipsis quoque dati videantur, 278
si modò liberos dixerit: cæterùm si filios, non continebuntur. *l.quid si nepotes,6.ff.de testament.tutel.* ibi, *aliter enim filij, aliter nepotes appellantur.* sequitur Bart.*ibi*, dum dicit quòd
† appellatione filiorum continentur posthu- 279
mi filij, non nepotes; secus verò si liberorum nomine. Idem *in l.moris,10. § vlt.vers.liberis, ff.de pæn* & hanc eandem differentiam agnouit Iustin.*in §.cùm autem quæritur,Instit.de hæred.quæ ab intest.§.ita demum,Instit.eod.* vbi differentia constituitur in modo nominandi filios & nepotes.

Secundò in prædicti dubij resolutionem confirmabam ex traditis à Molina *de Hispan. primog.lib.1.c.6.n.28.* vbi ita scribit, *Decimò id etiam in Hispanorum primogenijs considerandum est, quòd quamuis verū sit quòd † appellatio filio-* 280
rum ex propria significatione nepotes, seu alios descendentes non comprehendit, secundùm Bart. & cæteros *in l.iusta.* & *ibi* Alciat. *de verbor.signific. dicta l. quid si nepotes.* vbi latè scribentes *de testament.tutel.* Bart.etiam id attestatur *in l.Gallus,§.instituens,num.3 de lib.& posthum.*
quòd † nomen *filiorum* ad filios in primo 281
gradu existentes pertinet. quod dictum admittit Alciat. *tom.3.respons.lib 8.num.11.vers. moueor quòd in donatione.* Mantica *de coniect.vltim.volunt. lib.8. tit.8. num.2.* qui ponderans proprietatem dicti verbi *filiorum*, circa primi gradus personas, ait non esse recedendum à verborum proprietate, nisi aliter de reali veritate constet. *l.non aliter, ff. de legatis 3.* & est casus *in l.libertum, in princip.ff.de excusat.tutorum.* & idem ex *dicta l.iusta*, ibi, *iusta interpretatione.*

& est Bartoli recepta sententia *in d. l. liberorum, num.* 10. *&* 11. attestantur enim præcitati authores † aliter filios, aliter nepotes appellari. Corneus *cons.* 282. *num.* 7. *vol.* 2. *& consil.* 304. *n.* 16. *vol.* 3. inde Aretin. *cons.* 145. *n.* 2.
281
283 sic argumentabatur, † in testamentaria dispositione nepotis appellatione nō venire pronepos. *l. Gallus*, § *instituens, ff. de liber. & posth.* secundùm communiorem & receptiorem intellectum, vt tradit Sarmiento vbi suprà, *in fin. d. n.* 3. secundùm Pinel. *in l.* 1. *p. C. de bon. matern. n.* 6. multo igitur minus filij appellatione nepos contineri debet. quia plus habet diuersitatis nomen filij à nepotis nomine, quàm nepotis à pronepote. quod quidem attestatur Mantica *loco suprà allegato*, dicens hanc sententiam suos habere authores, & ita cōsuluisse Bald. *cons.* 76. *Agneta habebat, lib.* 4. refert Decius *cons.* 95. *n.* 5. *vers. secundùm hanc opinionem.* idem Bald. *cons.* 186. *vol.* 4. vbi attestatur hanc esse veritatem.

Vlteriùs pro prædicta resolutione allega-
284 bam, quòd † legatum simpliciter relictum filiis ad nepotes non pertinet, vt tenet Cyn. & Ioan. de Imol. *in d. l. Gallus*, § *instituens*, vt refert Alex. *cons.* 26. *n.* 2. *vol.* 3. Molina Theolog. *lib.* 1. *de iust. & iur. tract.* 2. *disput.* 178. *mihi pag.* 1336. & quod notat Anton. Gabr. *con-*
285 *sil.* 121. *n.* 25. vbi ait, quòd † in dispositione testatoris, nisi coniectura suadeat de nepotibus esse intelligendum, adhærendum erit proprietati verbi. Decius *cons.* 248. *n.* 3. Idem in Curia Romana fuisse conclusum attestatur Iacobus Put. *decis.* 263. *lib.* 2. *num.* 5. dicit communem Curt. iunior *cons.* 139 *col. fin.* quæ in dispositione hominis locum habent in qua facilius admittitur coniectura, quàm in dispositione statuti. notant DD. *in l.* 3. *ff. de cond. & demonstr.* § *impossibilis, Inst. de inut. stip.*

286 Cùm igitur † extēsio prædicti nominis *filiorum* ex coniecturata mente hominis inducatur, hæc quæ cessat in statuti dispositione, cessare etiam debet effectus illius. ita Ioan. Monach. *in cap.* 1. *verbo è vestigio*, & *ibi* Archidiac. *col.* 2. *verbo reuersura.* Ioan. Andr. *col.* 1. *in eodem verbo reuersura.* Anchar. *col.* 2. *not.* 6. *de stat. Monach.* ex *l. ex facto, ff. de vulgar. l. generaliter, C. de Episc. & cler.* & ad id facere glossam *in cap. cupientes*, §. *insuper, vers. nihilominus, de elect.* tenent Ancharan. & alij, quos allegat Tiraquel. *in tract. cessante causa, n.* 234. & ad-
287 huc † in vltimis voluntatibus absolutè sub nomine *filiorum* nepotes non comprehendi existimo, stantibus filiis, neque extensionem nominis *filiorum* ad nepotes esse trahendam, & ita declaratum fuisse in hoc supremo Cataloniæ Senatu attestatur Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 361. §. *insuper, verb. attamen,*
288 qui dicit, quòd † quando est dictio repetitiua similium, dicendum est dictum præcedens semper de eodem debere intelligi. & adducit verbum *altum*, vnde fortiùs dicendum est in constitutione hac non esse admittendam extensionem, vt verbum filij ad nepotes extendatur, cùm ad filios nouiter facta fuerit, in qua multoties reperitur repetita dictio illa *filiorum*.

Tum cōsiderabam rationem aliam quam tradit Bart. *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* dum *ibi, n.* 1. circa dotis priuilegia distinguit, dicens quòd † illud priuilegium quod à lege datur, & fuit 189
inductum ratione tacitæ hypothecę & actioni de dote inhæret, vt constituit Imperator *in l. vnic.* §. *& vt plenius*, *C. de rei vxor. action.* cùm dotis respectu fuerit inductum, non respectu personæ, ad quemcumque peruenit ipsa dos, § *fuerat, Instit. de action.* secundùm Bart. intellectum *dicto num.* 1 qui considerat quòd ibi ponitur aduersatiua dictio, quæ innuit quòd † actio de dote transit 190
ad omnes. quod intelligendum est quantum ad actionem ratione tacitæ hypothecæ, quæ pro ipsius dotis securitate datur; † priuile- 191
gium verò prælationis non transit, vt tenet *ibi* Bart. allegans alios DD. vnde cùm priuilegium constitutionis *Hac nostra*, vxori primæ & filiis illius tribuatur, † personale di- 192
cendum est, & sic eorum personam transgredi non debet. Bart. *in l. cum patronus, n.* 1. *de legat.* 2. & allegat *l. antiquitas, C. de vsufruct.* quia quæ competunt alicui cum aliqua attendentia ad personam, eorum personam non egrediuntur, vt de actione personali competente mulieri pro dotis exactione marito vertente ad inopiam, docet Alban. *in l. quia tale, num.* 2. *ff solut. matrim num* 2 *fol.* 11. Bart. *in l. si constante, num.* 61. *ff eod.* dicens quòd † eo casu, quo competit actio perso- 193
nalis pro dote, competit hypothecaria ipsi mulieri, ex iuribus à Bart. allegatis, concludens † quòd non poterit vir eam interare suo 194
nomine, & ad hoc adducit alias confirmationes, & hoc est quod notant DD. *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* in interpretatione Bartoli *n.* 1. 2. *&* 7. dum dicunt quòd licèt † priuilegium 195
tacitæ hypothecæ transeat ad hæredes extraneos mulieris, quia non personæ, sed actioni concessum est. §. *fuerat, Instit. de actio.* ibi, *tacitam dedimus hypothecam*, iuncta *l. in omnibus, ff. de regul. iur.* (vt iam suprà dictum est) prælationis † priuilegiū, cùm personæ cohæ- 196
reat, ad hæredes non extenditur, & sic est intelligendus text. *in l.* 1. *C. de priuileg. dotis.* vt extensio actionis ad hæredes extraneos intelligenda sit respectu tacitæ hypothecæ; non verò prælationis. nam † hoe ius tantùm 197
ad filios ex primo matrimonio procreatos spectat, iuxta tradita per Bart. & DD. *in l. assiduis,*

siduis, *C.qui potior.* Batt. *in l.1.ff.solut.matrim.* & *ibi* Ripa *num.33.* vbi attestatur hoc communiter receptum, & hoc insinuare videtur Mier.*in constit.Hac nostra*, *num.44.* dum dicit
298 quòd † filij primi matrimonij mortuo patre possunt vacuam possessionem petere. facit *l.assiduis,vers.exceptis.*& in simili exemplo apparet *in l.maritum,& in l.etiam,C.eod.*

Vltimò in confirmationem prædictæ resolutionis adducebam,quòd cùm ex prædi-
299 ctis resultet clarè, quòd † nomen filiorum non comprehendit nepotes,nisi extensiuè,& per interpretationem, quòd in hac constitutione nullo modo talis interpretatio, coniectura,seu extensio admitti debet, ex traditis à Bald.*in l.maximum vitium, C.de liber.præter.* vbi attestatur quòd quando aliquod statutum prohibet declarationem aliquam admitti, tunc non debet declaratio admitti. apparet in primis constitutionem hanc nostram respectu mulieris loqui; quo verò ad
300 extensionem illius ad filios,noua † constitutione illa *y mes declarant*, fuit opus declarationem fieri, vt apparet,& eisdem verbis in principio, *declarant*, & circa medium *y mes declarant la matexa constitutio per leuar tot du-*
301 *pte.* Constitutiones † autem Cataloniæ ad literam sunt seruandæ, vt attestatur Mier. in Curia Reginæ Mariæ *col.10. cap. al abus, num.26.* dicens, neque interpretationem admittere, nisi eam, quam secundùm tenorem earum admittere possunt. Idem Mier.*in cap. volents, Curiarum eiusdem Reginæ Mariæ, super*
302 *verbo, a la letra,* dicens,adeò dictas † constitutiones ad litteram esse obseruandas, quòd nullo modo possint cauillari, cùm sint constitutiones iuratæ, & iuramentum specificè sit obseruandum, Michaël Ferrer 3.*part. obseruat.cap.*180.& expressiùs interpretationem constitutionum prohibitam esse apparet ex forma tradita ad interpretandum constitutiones,ex *constitutionibus 1.2.3.& toto titulo de interpretat. de vsaticis, constit. y altres drets*, in quo titulo prima constitutio est Regis Ildefonsi in secũda Curia Montisoni anni 1289.
303 cap.15 qua cauetur, † constitutiones & priuilegia per prædecessores cõcessa firma semper permanere, prohibens interpretationem
304 aliquam admitti, † neminémque ita audacem esse,qui eas interpretari audeat.Iacobus verò II. in secunda Curia Barcinon.anno 1299. formam interpretandi constitutiones ponens,& eam extendens,ait, quòd si interpretatio aliqua fienda sit de aliqua constitu-
305 tione cum melioratione illius, quòd † talis interpretatio fiat in curia immediatè sequẽti,& sic dicendum venit constitutionem hãc loquẽtem de filiis ad neptes non esse extendendam, quia fieret extensio cum melioratione personarum, quæ nisi in curiis generalibus fieri potest, & extat exemplum in Curia Perpiniani Reg. Petri anni 1351. in qua declaratio dubij vocabuli facta fuit, & sic hanc sententiam amplectitur Mier.*in rubr.de iure dot.col.6. n.16.* qui ait † statutum secun- 306
dùm ius interpretari,& legi præferri.*l.vt gradatim, ff. de muner. & honor.* ex quibus notat quòd constitutiones recipiunt interpretationem à iure communi, nisi in casu dubitabili, quia tunc(vt in nostro casu)dicit esse seruandam formam contentam in dicta constitutione allegata,quam refert Mier.*ibidem*,dicti Regis Iacobi II. Prohibita † enim interpre- 307
tatione constitutiones propriè accipi debẽt, iuxta text. *in l.constitutionibus,ff.ad municipal. l.3.§. hæc verba, ff. de negot. gest.* docet Natta *cons.58.num.10.tom.3.* & sic solum grammaticalem interpretationem admittunt,*cap.erit, §.cæterùm,de verb.sign.in 6.* tradit Bald. *in l.2. C.de patrib.qui filios distrax. & in authent.si qua mulier,ad fin.C.de SS.Eccles.* Alex.*cons.50.col.2. vol.1.* Neque † extendi possunt de vno casu 308
ad alium, imò potiùs omnem excludunt extensionem, siue ea fiat ex identitate rationis, siue ex maioritate,vt docẽt post Batt.& alios *in l.omnes populi.* Aret. *cons.145.* Alber.Brun. *in tit.de statuto fœminas excludente, art 5 princ. quæst.29.col.1.* Paris.*cons.49.n.90 tom.3.* & sic in nostro casu†nepotes sub nomine filiorum 309
comprehendi non possunt,quia fieret extensio quæ admitti non debet, vt docet Bald. *in l.maximum vitium,n.20.C.de liber.præter.* affirmans lege prohibente interpretationem,appellatione filiorum nepotes nõ comprehendi.quod etiã probari potest ex his,quæ tradit idem Bald *ibid.n.7.*dum resoluit † priuilegiũ 310
filiis concessum, quod absorbet ius alterius, non comprehendere nepotes, cùm videatur limitatè concessum respectu certæ personæ, vt dicebat Iureconsultus *in l.non solùm, § si puella, ff.de ritu nupt.* quod quidem in nostro casu eueniret,cùm ius secundæ vxoris,vel filiorum suorum absorberetur per neptes ex primo matrimonio, admittendo dictam interpretationem.

Adéstque alia efficax ratio, ponderando verba dictæ constitutionis, ibi, *Sobre viuint segona muller, o, de aquella fills.* ex quibus verbis euidenter deducitur † legem, vel consti- 311
tutionem prædictã,& similem noluisse comprehendere neptes,sed filios dumtaxat, quia non fuit locuta simpliciter de filiis, sed sub conditione & qualitate illa ex prima vxore. quo casu legem de filiis loquentem non habere locum in nepotibus, docuit Batt. *in dicta l.liberorum, in 5.col: versic. secundò quæritur.* per text. elegantem *in l.fin. C. de natural. lib.* quæ quidem resolutio ab omnibus recepta

est ex Bertachino *in reper. verbo filiorum appellatione.* Hippolyt. de Marsil. *singul.* 303. Alex. *consil.* 4. *num.* 4. *vol.* 4. inde eleganter consuluit Decius *consil.* 553. stante statuto
312 quo cauebatur, † vxore decedente post quinquennium sine filiis, amborum maritum dotem lucrari, procedere, locúmque habere, si vxor decesserit relicto nepote, cùm illa qualitas, quòd sit filius amborum in nepote, non reperiatur. Ergo etiam in nostro casu idem obseruandum & teuendum erit, cùm dicta constitutio ita demum præferre
313 voluerit filios primæ vxoris, quia † filij primæ vxoris essent. quod in nepotibus verificari nequit, cùm ipsi non sint filij primæ vxoris, sed filiorum vxoris, atque ita eleganter docuit Ioan. Andr *in addit. ad Specul. tit. de testam.* §. *in primis, in vlt. addit.* resoluendo quòd fideicommissum relictum per hæc verba, *si*
314 *aliquis meorum hæredum decesserit*, non † respicere hæredes hæredum, sed restringi ad hæredes tantùm nominatos in testamento, pro quo facit etiam doctrina Bart. *in l. Gallus.* §. *instituens, circa finem, ff. de liber. & posthum.* vbi institutio hæc, filium meum instituo, ad alium non extenditur. & sic resoluit Natta
315 *cons.* 191. *num.* 15. *&* 52. *tom.* 1. asserens, † dispositionem factam de filiis sub qualitate *suis*, vel *meis*, non comprehendere neptes, quia non sunt sui filij: vnde cùm in dicta constitutione adsit qualitas illa, *de aquella fills*, necessariò fatendum est, neptes ex filiis in dicta constitutione sub nomine filiorum non comprehendi. Bart. etiam *cons.* 132. di-
316 cebat indubitanter esse tenendum quòd † si constitutione, aut statuto caueatur, quòd maritus lucretur dotem vxoris præmortuæ, si filij non extant, non lucrabitur casu quo neptes existant, quia filij eorum non sunt, sed
317 filiorum filij. Dictio † enim illa *ex*, quæ Catalanè legitur *de*, denotat causam immediatam, vt *in l. non dubium, C. de legib.* cum aliis à Bart. allegatis circa dictam dictionem *de*, & sic nepotes non comprehendi, tenendū esse asserui ex prædictis fundamentis, quæ licèt longam commentationem contineant, non à re aliena sunt, & hanc sententiam amplectendam fore, tradit Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *p.* 7. *à n.* 18. *cum seq.*

Circa verba illa dictæ constitutionis, *hauenti fills*, quæsitum fuit quid iuris in casu
318 quo, † extante filio, seu filiis ex primo matrimonio, concurrente secūda vxore cum filiis secundi matrimonij, vel ipsa sola, si tempore mortis mariti ipsa remanserit in eius domo, & prætendat tenutam; filij verò ex primo matrimonio sint iam nupti, vel aliàs in vim concordiæ sint satisfacti, prætendant tamen postea non esse integrè satisfactos, & litem moueant super possessione, prætendendo ipsos possessionem habere ipso iure, & absq; aliquo positiuo facto virtute constitutionum; econtrario verò secunda vxor, vel eius filij prætendant se possidere cùm reperiantur intra domum, & sic petant ij se manuteneri & conseruari in dicta possessione, intentando † interdictum *interim*; econtrario ve- 319
rò filij ex primo matrimonio prætendant prædictum interdictum *interim*, ad ipsos pertinere, & spectare, qui horum erunt præferendi in dicta possessione.

Respondeo quòd secunda vxor, seu filij ipsius, debent manuteneri & conseruari in possessione, ex interdicto *interim*, quia magis coloratam habent possessionem, cùm filij ex primo matrimonio iam videantur satisfacti, eo quòd portionem de hæreditate paterna & iura materna habeant, & sic fuit decisum in hoc supremo Senatu, referente Hieronymo Senjust die 13. Maij 1613. in causa ad eius relationem vertente inter Nobilem Annam de Vilanoua, & de Tamarit viduam, & Nobilem Elisabetham de Vilanoua (quæ fuit maritata in primis nuptiis Don Gismundo Vila, & in secundis Don Antonio de Semmenat,) filiā † ex primo matrimonio Don Ioan- 320
nis de Vilanoua villæ Perpiniani, quæ prætendebat tenutam in bonis dicti Don Ioannis de Vilanoua eius patris, ratione dotis dominæ Elisabethæ de Vilanoua, & Descall vxoris primæ dicti Don Ioannis de Vilanoua, & matris dictæ dominæ Elisabethæ Vila. Econtrario dicta domina Anna prætendebat tenutam prędictam ad se pertinere, non verò ad dictam dominam Elisabetham, quia iam erat à patre dotata, & in suis capitulis contenta fuerat de iuribus ad se spectantibus, & sic fuit cum dicta sententia declaratum, ius tenutæ ex dicto interdicto *interim*, pertinere ad dictā secundam vxorem, eius filios.

Si † in recuperatione dotis mortuo marito, 321
vel ipso vergente ad inopiam appareant plures creditores in bonis ipsius mariti habentes hypothecas in illis, quis sit ex ipsis hypothecariis creditoribus pręferendus quæritur.

Respondeo controuersam valde fuisse opinionem inter DD. vt apparet ex traditis à Barbos. *in repet. l.* 5. 6. *part ff. sol. matr.* maximè *n.* 4. vbi refert plures tenentes mulierem pręferri in dote ratione tacitæ hypothecæ omnibus creditoribus anterioribus habentibus tacitam hypothecam, nō verò præferri anterioribus creditoribus habentibus expressam, existimarunt enim præcitati authores expressionem hanc aliquid magis debere operari quàm tradita hypotheca. Idem autem Barbos. *ibid. num.* 5. dissentit ex hac opinione, & contrariā amplectitur, dicens † mulierem 322
ratio

ratione tacitæ hypothecæ præferri anterioribus creditoribus habentibus etiam expressam hypothecam, plures ad hanc sententiam referens authores, eámque confirmans ex *l. assiduis, C. qui potio.* ex illis verbis, *contra omnes creditores*, comprobans quòd contra expressas hypothecas habentes, fundans hanc opinionem ex diuersis rationibus & auctoritatibus, quæ penes eum videri poterunt. facit etiam in confirmationem huius resolutionis *l. in rebus, C. de iure dotium.*
323 vbi expressè disponitur, † mulierem præferri omnibus creditoribus anterioribus, & sic etiam habentibus expressam hypothecam, vt interpretatur *ibidem* Accurs. *in gloss. verbo anteriores.* quamuis clariùs probetur hæc resolutio ex text. *in authent. de æqualitate dotis, §. his consequens, in princip. col. 7. & in authent. de privileg. dotis hæretica, ad medium, col. 8.* licèt contrariam opinionem teneat Oliba. *de actio. 1. part. lib. 2. §. fuerat, num. 19.* dicens expressam hypothecam anteriorem cuicumque creditori competentem præferri hypothecæ tacitæ ipsi vxori competenti, fundans hoc dictum ex eo quòd hypotheca beneficium fuit legale, & sic lex suum creditoribus, non proprium ex partium contrahentium conuentione denegat auxilium;
324 sed, salua tanti viri pace, † præferendam esse vxorem ratione tacitæ hypothecæ etiam anteriori expressæ censeo.

325 Sed quid erit † si mulier concurrat cum fisco, an fiscus, an verò mulier præferatur.

Respondeo in hoc sequendo resolutionem Antonij Oliba *in dicto §. fuerat, Instit. de actio num. 20.* dicens quòd cùm fiscus & mulier æquiparentur quoad priuilegium tacitæ hypothecæ, inde reducatur eorum priuilegium ad regularem iuris dispositionem, quòd qui prior est tempore, potior sit in iu-
326 re. & sic quòd † præferatur fiscus mulieri, si causa debiti fiscalis sit prior, & econtra, si mulieris creditum anterius sit fisco, ipsa præferatur, nisi sit ex causa primipili, quia tunc fiscus etiamsi posterior sit, præfertur, ex *l. satis notum, C. in quibus causis pign. vel hypothec. tacitè contrahatur.* iuncta *l. 2. C. de priuileg. fisc.*

327 Sed quæri poterit, † quæ dicatur causa primipili.

Respondeo quòd hoc dependet ex cognitione officij primipili. Erat autem primipilus qui præerat toti cohorti militum, vt refert Calepinus *verbo Primipilus.* Rosinus *de antiq. Roman. lib. 10. cap. 7.* cuius erat officium quoddam erectum qui alternis prope annis tribunus militum & primus centurio erat, quasi portans primum pilum, vt notat Prateius *in suo vocabulario iuris, verbo, Primipilo.*

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

& sic deferebat in Vrbe primum honorem, iuxta notata *ibidem.* quod quidem officium in administratione consistebat, cùm † ipsius 328 administrationis primipilus rationem reddere teneretur, vt apparet ex text. *in l. 3. C. de primipilo.* ibi, *si constiterit fisco satisfactum esse ex causa primipili.* ex quibus verbis satis colligitur administratorium officium fuisse, pro cuius redditione bona ipsius primipili obligata erant & hypothecata ipsi fisco. Nec mirum certè, quòd † fiscus ex causa primi- 329 pili præferatur vxori tacitam hypothecam habenti, cùm filius ex causa primipili pro parte teneatur, etiamsi ei hæres non extiterit. *l. cùm ex sola, quæ est vltima, C. de primipilo. lib. 12.*

Sed quid dicendum erit, † si tempore quo 330 ipsa vidua intrat tenutam, non adsint res ex quibus satisfieri possit in sua dote & sponsalitio, videlicet quòd in hæreditate viri non reperiantur aurum, vel argentum, vel pecuniæ, & ipsa possidere cœperit bona mariti tanquam tenutaria, eueniátque postea quòd pecuniæ perueniant ad hæreditatem, veluti quòd fuerint licita aliqua censualia; ex quibus mulieri in dote & sponsalitio satisfieri possit, an mulier hoc casu teneatur sibi satisfacere, an verò satisfecisse dicatur quòd ipsa iterum remerciet dictam pecuniam.

Respondeo ex traditis per Celsum Hugo. *consil. 75. num. 9.* videlicet † mulierem teneri 331 sibi satisfacere in dicta dote, vt à tenuta cadat, quia tenuta odiosa valde in iure est, & tenetur ipsa hæreditati prospicere quo magis potuerit, nec satisfecisse dicetur ex eo quòd ipsa ante luitionem erat plena tenutaria, faciebátque fructus omnes suos dictæ hæreditatis, & inter eos pensiones censualium prædictorum. nam hæc ratio non excusat † mulierem ab obligatione, quam ha- 332 bet etiam ex pecuniis processis ex luitione censualium, in quibus habet tenutam, & percipere solita erat pensiones, sibi in dote & sponsalitio satisfieri, & sic in simili casu decisum fuisse in hoc supremo Senatu refert Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. gloss. 3. part. 7. à num. 70.* inferens ibi exclusionem factam circa dubium suprà propositum, ex quibus resolutiuè habetur mulierem sibi teneri satisfacere ex quibuscumque pecuniis hæreditariis, etiam in præiudicium suæ tenuræ.

In hac ciuitate euenit, † quòd quidam 333 mercator nupsit cuidam puellæ, dotémque ab ea recepit, eique sponsalitium, siue *creix*, fecit, postea inter eos orta fuit lis in curia Ecclesiastica circa diuortium propter impotentiam ipsius coëundi, eo quòd nimis esset arcta, facta visura per chirurgos & obstetrices

Cc 3 fuit

fuit lis prosecuta, eáque pendente decessit maritus,quo defuncto ipsa mulier prætendit renutam sibi competere in bonis prædicti mariti. dubitatum fuit, an ipsa tenutam haberet.

334 Respondi quòd non,quia † priuilegia dotibus concessa fuerunt ratione matrimonij & procreationis filiorum,vt notant DD.omnes *in l.1.ff.solut.matrim. & in l.1.ff.de iure dotium.* & cùm in prædicta muliere cessaret causa finalis præcipua, eo quòd esset à natura impotens, ideo non debent eidem dotis priuilegia competere,vt tenet Barbos. *in l.1. ff. solut. matrim. 1 part. num.99.* quod probat ex *l.adigere, §. quamuis ,ff.de iure patron.* quia
335 † cùm militet eadem ratio,debet & militare dispositio. gloss. *in l.adoptiuum,verbo nubat,ff. de in ius vocan.* Bald. *in l.conuenticula, num.1. C.de Episc. & cleric.* & sic in muliere à natura sterili prædicta tenuta locum non habebit;
336 secus verò erit, † si mulier à natura non sit sterilis,sed casu & fortuna , & sic tenet Barbos. *ibidem.* & Phanutius *de lucro dotis,gloss.3. num.10.* Non fuit casus iste decisus,sed concordia sopitus in fauorem ferè hæredum mariti, sed absolutè iudicando non esse recedendum ab opinione Barbosæ credo.

337 Mulier † quædam inter alia,quæ in dotem marito constituerat, nubens secundò, erant diuersæ res auri & argenti,& inter eas catena & cingulum, aurea omnia,quæ maritus alienauit. decessit maritus secundo anno ipsius matrimonij. euenit quòd mulier vidua volebat sibi restitui prædicta iocalia in specie, & illa intendebat reiuindicare ab ipso emptore. dubitatum fuit , an posset.

338 Respondi quòd non,quia † prædicta iocalia eidem marito per ipsam vxorem fuerant in dotem data tanquam æstimata,& sic fecerant emptionem, totaléque dominium illorum in maritum erat translatum. *l. si cùm dotem 10. C. de iure dot. l. si æstimata 52.ff. soluto*
339 *matrim.l.item si non,ff.de pact. dotal.* & sic † vidua prædicta non poterat agere actione rei vindicationis aduersùs prædicta iocalia,maximè quia mariti alia extabant bona,ex quibus satisfieri ipsi poterat. nam si mariti bona non extarent, tunc indistinctè licuisset viduæ prædictæ agere ad recuperationem prædictarum rerum contra quemcumque rertium possessorem gloss. *in l.in rebus,verbo æstimata,C.de iure dot.in fine,* & *ibi* Salicet.*num.5.* Nouellus *de dote , 8.part priuileg.7.* Ruin.*consil.163.num.1.lib.4.* Purpurat. *in l.ex conuentione,à num.61.C.de pact.* Anton.Gomez *l.50. Tauri,num.44.ad finem.* Pinel. *in l.1.C.de bonis*
340 *matern.3 part. num.15.* quinimò † hoc casu in quo conceditur vxori in falcidiam,si possessor rerum mobilium alienatarum offerat pretium, mulier non habebit rei vindicationem,quia solùm in subsidium ei datur,vt suprà dictum est. Idem tenet Ias. *in l.traditionibus, num.20. C.de pact.* Couarr. *practic. quæst. cap.28. num.8. ad finem.* Vincent. de Franchis *decis.38. num.2.* & sic tenendum absolutè est.

Sed quæri potest de casu de quo accurrit disputatio. Maritus † quidam mercator huius ciuitatis mulieri suæ dotem constante matrimonio restituit , ab ea apocham de recepto accepit, realitérque ac de facto in præsentia Notarij, qui apocham receperat,& testium ibi expressorum constabat de solutione mille & quingentarum librarum,quas in dotem attulerat , & inde lapsi fuerant sex anni, quibus elapsis decessit ipse mercator. Mulieri prætendenti tenutam, per hæredes mariti fuit oppositum , sibi non competere, cùm satisfacta fuisset in dote,probando solutionem illius ex instrumento apochæ prædicto. quæsitum fuit,quid iuris. 341

Respondi † mulierem prædictam habere tenutam, quia restitutio dotis prædictæ erat ac si non fuisset facta,quia dotis restitutio prohibita est fieri constante matrimonio. *l. vnic. C.si dos constante matrimonio.* & idem probari videtur ex *l. si pro rata ,ff.de relig. & sumptibus funer.* Ancharan. *consil.238. num.1.* existimauit enim ius quòd si dos ad mulierem perueniret, ea deperderetur. *l. mutus, § manente, de iure dotium.* & ideo † ne mulier indotata remaneret, ius prohibuit ne dicta restitutio fieret , iuxta tradita per Socin. *in l.2. ff. solut. matrim. num.8.* & *ibidem* Crot. *num.52.* Socin. iunior *consil.55.num.19.lib.2.* licèt fortior ratio sit quam tradit Barbos. *in l.2.ff.solut.matrim.*& ex *authent de nuptijs,§.dotes, collat 4.* & est , quia ex tali restitutione præsumitur quædam donatio † quæ prohibita est inter virum & vxorem. quam rationem attendisse videtur glossa *in dicta l. 2. verbo dos , in fine.* Sed quidquid sit de ista dictas duas rationes , cùm prohibitio iuris sit, ne dos constante matrimonio restituatur , maritus non fuit liberatus à dotis restitutione fienda per eius hæredes , cùm ipse legitimè † dotem mulieri constante matrimonio restituendo non soluerit,ex hoc confirmat Barbos.*in dicta l.2.ff.soluto matrimonio, num.12.in fine.* ex *l.3.§ sciendum, ff. de donat. inter vir.& vxor.* & ex *l.quamuis, ff soluto matrimonio,l.si pro rata,ff.de relig.& sumptib.funer.* & receptam esse hanc resolutionem asserunt Senus, Alber.& Salicet.*in dicta l.vnic.C.si dos constante matrimonio.* Nouel.*de dote,7.part.priuileg.28.* Socin.*in l.2.ff.solut.matrim num.8.* & alij relati per Barbos.*ibid.* 342 343 344 345

Circa

Circa Vsat. *vidua*, extitit dubitationis de
346 quadam † vidua, quæ lapso anno à morte
mariti dotem ab hæredibus illius recuperare
voluit, per cuius hæredes fuit oppositum
quòd ipsa dotem amiserat, quia intra annum
luctus stuprum commiserat. dubium extitit,
an ipsa dotem ex eo amisisset. fuerunt aliqui
in opinione quòd ipsa dotem amiserat, fun-
347 dantes suam opinionem in eo quòd † mu-
lier vidua permanens censetur adhuc dura-
re in matrimonio, ex *l.fin. C.de bonis matern.*
vnde solet vidua retinere priuilegia quæ ra-
tione mariti ipsi competebant, ex *l.mulieres.*
C. de dignit. lib. 12. & sic si fruebatur honore,
etiam pœna plectenda erat. Contraria verò
348 opinio verior est, imò quòd † mulier stu-
prum committens, non amittat dotem, &
hanc sententiam tanquam receptissimam re-
net Pinell. *in l.fin.num.9.C.de bonis mater.* Pa-
dilla *in l.fideicommissum, num.4. C.de fideicom-*
miss. Molin. *de Hispan.primo.lib.1.c.9 num.55.*
Costa *in cap.si pater.1.p.verbo legauit, num.41.*
de testament. & hanc esse communiorem sen-
tentiam asserit Socin.iunior *conf.111. num.7.*
lib.3. Coras. *in l.2.num.21.ff.solut.matrimon.* &
confirmatur hæc resolutio ex text. *in authen-*
tica de restitutione & ea qua parit in vndecimo
349 *mense, §. fin. collat.4.* vbi deciditur, quòd † si
mulier vidua committat stuprum intra an-
num luctus, amittet illa bona quæ habuit à
marito. ergo lapso anno neque ea quæ à ma-
rito habuit, perdet: intra annum autem amit-
tet bona ea, quæ habuit à marito, non autem
dotem, quam à marito non habuit, cùm dos
proprium patrimonium sit ipsius mulieris.
l.3. § sed vtrum, in fine. ff.de minor.

350 Euenit quòd † facto & consummato ma-
trimonio inter duos fuit illud nullum de-
claratum. Mulier marito domos quasdam
in dotem constituerat, in quibus redifi-
ciendis aliquas fecerat expensas. tempo-
re restitutionis ipsius dotis mulier petens
sibi illas restitui, fuit per hæredes mariti
prætensum retentionem dictarum domo-
rum ipsis competere quo ad vsque fuerint
eis satisfactæ expensæ. fuit quæsitum, quid
iuris.

151 Respondi † retentionem prædictis hære-
dibus non competere, ex *l. vnic. §. taceat.*
C. de rei vxor. action. vbi matrimonium vali-
dum fuisset: cùm autem prædicto casu il-
lud nullum fuerit declaratum, posse hære-
des mariti prædictas domos retinere. quia
vbi matrimonium non consistit, nec dotis
nomen locum habere potest. *l. 1. C.de cond. ob*
caus. perindéque habet locum regula gene-
ralis quòd datur retentio rei pro expensis in
ea factis, donec fuerint satisfactæ & solutæ.
l.in rebus.18.§.possunt.ff.commod.l.necessarias.8.
in princ. ff. de pignor. actio. tradit Alex. *in l.di-*
uortio, ad finem.ff.solut.matrim.

Quæri potest, † si maritus donationem 352
propter nuptias fecerit vxori, sub pacto quòd
sine filiis decedente reuertatur ad ipsum ma-
ritum, an si maritus concubinariè vixit, mu-
lier lucretur talem donationem.

Respondeo quòd sic. nam adulterium
commissum per maritum, facit ipsum per-
dere donationem factam propter nuptias. ita
Barbos. *in l.1.2.part.num.98.circa medium.ff.so-*
lut. matr. quod confirmatur ex *c.1. vt lite con-*
testata, allegans plures Doctores hanc ean-
dem tenentes sententiam.

Tempore † quo dos erat restituenda cui- 353
dam viduæ quæ tres mille libras constitue-
rat in dotem marito suo, fuit per mariti hæ-
redem oppositum quòd maritus pro ea tan-
quam hærede ipsius matris soluerat quadrin-
gentas libras, & quòd hæc quantitas erat
compensanda cum ipsa dote; è contrario ve-
rò mulier prętendit compensationem locum
non habere, quia in dotis restitutione nec di-
latio, nec obstaculum aliquod opponi pote-
rat, iuxta suprà tradita quæsitum fuit quid
iuris.

Respondi quòd attento quòd † quantitas 354
erat liquida, quod est præcipuum requisi-
tum vt compensatio locum habeat, *l.fin.C.de*
compensat. quamuis dictum sit dotis restitu-
tionem non posse detineri, nec differri, ra-
men posse eidem compensationem opponi,
vt tradit Barbos. *in l.diuortio, num.5. ff. solut.*
matr. & ante eum Socin. *ibidem num.9.* quia
† in dotis solutione facta marito, totius do- 355
tis dominium in maritum fuit translatum,
iuxta text. *in l.dote ancillam. C. de rei vindic.* &
sic ideo nullius fidei consideratio habetur vt
compensatio in dotis restitutione impedia-
tur. quod secus est in causa depositi, in qua
cùm fidem depositarij sequatur, iuxta notata
in l.1.ff.depositi. nil mirum si per eum, vel eius
hæredes † compensatio non admittatur, iux- 356
ta notata per Barbos. vbi suprà *num.6.* quod
in dotis restitutione secus est.

Sed quæri potest, † an mulier quæ deflo- 357
rata erat, si nubat sub nomine domicellæ,
& ei fiat per maritum sponsalitium, cùm re-
uera virgo non sit, & in hoc deceptus fuerit
maritus, possit recuperando dotem assumere
prædictum sponsalitium.

Respondeo quòd in foro exteriori nil du-
bium est quòd debet ei solui sponsalitium,
siue *creix*, non verò poterit ipsa illud retine-
re, & sic est intelligendus Thomas Sanchez
Theologus *in tract.de matrim.lib.6. disput.27.*
num.3.tom.1. accipere † enim poterit ad ce- 358
landum honorem suum, & ne ex repudia-
tione illius detegatur intrinsecum illud fa-

 ctum,

ctum, non tamen retinere, cùm principalis causa, propter quam sponsalitium, siue *creix*, mulieri datur in Catalonia, est in præmium virginitatis, vt refert Miet. ad constit. *Hac nostra* Marquil. in Vsat. *si autem mulieres fol.* 294. tenet (post hæc scripta quem vidi) Fontanel. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clausf.* 7. *gloss.* 1. *parte* 1. *num.* 26. & sic optimum consilium mulieri

359 erit † prædictum sponsalitium accipere, & illud secretè diuersis solutionibus & partitis hæredibus mariti restituere, etiam dilatatis solutionibus, minus enim inconueniens est quòd solutio, siue restitutio differatur, quàm honor ipsius in aliquo lædatur.

360 Quæri etiam potest, † quando censeatur dos soluta ex cursu decennij. vide quàm plura quæ tradit Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clausf.* 14. *gloss. vnic.* 2. *part.* vbi latè de modis quibus dos soluta præsumitur, tam ex temporis lapsu, quàm ex confessione facta, tam in testamento, quàm in codicillis, vel aliàs, ad quem recurri poterit.

In campo Tarraconæ est consuetudo in-

361 ueterata, quòd † mulieres admittũtur æqualiter ad omnia lucra quæ per maritum fiunt constante matrimonio, adeò quòd si pactum hoc in capitulis matrimonialibus non fuerit appositum ex consuetudine illa inueteratè obseruata, censetur tale pactum adiectum. quæri potest, morte secuta ipsius mariti, quomodo debeat fieri computatio lucrorum, vt mulier lucra media reportare pro sua parte possit.

Respondeo quòd debent computari lucra omnia & damna, melioramenta & dete-

362 riorationes, & † hæc omnia æqualiter sunt diuidenda inter hæredes mariti & ipsam viduam, quia vidua deber in omnibus contribuere, ita Castrens. *in l. si negotia. ff. de neg. gest.* & ante eum Batt. *in eadem lege*, Peregr. *in tract. de fideicom. art.* 50. *n.* 79. Mascard. *concl.* 1041. Surdus *consil.* 101. *n.* 35. & in societate idem obseruari deciditur *in §. illud, Instit. de societ.* Peregrin. *cons.* 88. *n.* 9 faciunt notata per Cancer *tom.* 2. *var. cap.* 5. *num.* 38.

363 Quæritur, † an dotis solutio probetur per apochæ cõfessionẽ, si in ea dicatur quòd dos fuit ei soluta per partitã in tabula, vel banco, an verò teneatur etiam & partitam exhibere.

Respondeo quòd si solùm agatur de præiudicio respectu mariti, vel eius hæredis, sufficiet apochæ instrumentum exhibere, quia in ea de confessione constat, quæ sibi confitenti præiudicare potest; si verò agatur de tertij præiudicio, tunc proculdubio partita erit exhibenda, quia confessio prædicta qualificata est, & relata ad aliud, de qua debet constare. *auth. si quis in aliquo documento.* faciũt tradita per Mascard. *concl.* 1319. *num.* 21.

Quæri etiam vlteriùs potest, † an dotis 364 recuperatio quæ mulieri competit aduersùs maritum, ipso vergente ad inopiam constante matrimonio, locum habeat statim atque maritus incipit dilapidare bona, an verò expectandum sit quòd in vltimo miseriæ statu existat.

Respondeo quòd licèt aliqui existimarint expectandum esse quòd maritus ita dilapidet, quòd penes eum ferè nulla bona remaneant, nisi quæ ad dotis solutionem sufficiant, cùm † non dicatur quis habere in bo- 365 nis, nisi illud quod superest deducto ære alieno. *l. subsignatum §. bona. ff. de verb. signif.* Cæterùm verius existimo non esse expectandum quòd maritus dilapidet realiter bona dissipando, sed sufficit quòd maritus diuersis creditoribus sit obnoxius, ita vt † ex di- 366 uersitate & pluralitate creditorum exactio dotis ferè impossibilis reddatur, vt est de mente Panormit. *in cap per vestras, num.* 12. *de donatio. inter vir. & vxor.* Iaf. *in l. si constante, num.* 1. *ff. solut. matrim.* & *ibi* Coras. *num.* 2. Batt. *ibidem num.* 5. dicens quòd vbi maritus debitor est diuersis creditoribus, vt ipsi in dote satisfiat, non est expectandum quòd creditores exigant æs alienum, sed constito quòd æs absorbet bona mariti, † poterit mulier ad 367 illius exactionem agere, & faciunt notata per dictum Barbos. vbi suprà *num.* 5. dicens non requiri quoad effectum vt mulier dotem repetat quòd maritus effectus sit inops, sed satis est quòd diminuta sint eius bona, vt difficilis sit exactio. quod sequutum fuisse Iaf. *ibidem num.* 9. attestatur.

Ioannes Pla Notarius † in suo testamen- 368 to hæredem suum vniuersalem instituit vxorem suam, & ei substituit morte ipsius secuta Elizabetham Planes eius sororem, ipsa vidua acceptauit hæreditatem, confecitque inuentarium, ipsáque postea mortua dicta Elizabetha Planes prætendit dictam viduam non habuisse ius tenutæ. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi inutile esse dubium, quia † ipsa 369 non indigebat tenutæ titulo vbi sibi competebat titulus hæreditarius ipsius testamenti, qui pinguior erat, cùm esset irreuocabilis toto vitæ tempore ipsius viduæ: titulus autem tenutæ reuocabilis erat, quia quoties dos ei fuisset soluta, à tenuta excludebatur: quo verò ad id quod inde inferre volebant, prætendendo actiones fuisse confusas.

Respondi † non fuisse, quia per confe- 370 ctionem inuentarij saluæ erant, nec confusæ dici poterant, quia hoc operatur † inuenta- 371 rium, vt *in l. fin. §. in computatione. C. de iure delíber.* faciunt plura tradita per Afin. *in sua praxi §.* 7. *c.* 69. *de executio sent.* vbi latè declarat,

† qua

372 † qualiter mulier duas personas repræsentare dicatur. & licèt Mier. ad hanc constitutionem *Hac nostra*, *num.*125. *&* 126. existimauerit ex tali aditione confusas fuisse actiones, tamen hoc est intelligendum, vbi inuentarium non est confectum, sed absolutè ipsa hæreditatem adiuit, quod apparet ex traditis per Miet. *ibidem*, & per Michaël. Ferrer. 3. *p. obseru. c.* 520. qui dicunt quòd † censentur confusæ actiones, quia præsumitur, quòd mulier quæ fuit per maritum hæres instituta, sibi soluit dotem, & iura sibi competentia, quæ quidem rationes non loquuntur, neque concludunt in casu, de quo loquimur, vbi nempe inuentarium interuenit, quòd, vt dictum est, confusionem actionum tollit.

374 Nupsit † filius quidam in præsenti ciuitate cum consensu patris, & sic fuit emancipatus, vt diximus suprà in tit. *de sponsalibus & matrimonio*, dósque in præsentia Notarij & testium, quæ consistebat in quadringentis libris, realiter & de facto fuit patri & filio soluta, per eósque apocha firmata, euenit quòd pater filium suum secundò natum hæredem instituit. decessit ipse pater. postea decessit nurus vxor primi filij, sine filiis, ex quo 375 locus fuit dotis restitutioni. filius † maritatus, qui viduus remansit, prætendebat fratrem suum tanquam patris hæredem obligatum esse ad dotis restitutionem. nam licèt ambo dotem recepisse confessi fuissent, tamen dos integra ad patrem peruenerat, quia ipse solus administrabat, fundans se in decisione Senatus Pedem. 44. ex congestis per Osasc. Surdus *decis.* 47. *n.*6. & alij per dictos 376 relati. Certum est autem † illum ad dotis restitutionem teneri, ad quem dos peruenit, & sic ad filium patris hæredem dotis solutionem pertinere dixi, & prætensionem fratris maioris locum habere. Si autem probatum fuisset quòd ipse filius aliquam certam quantitatem pecuniæ ex prædicta accepisset, remaneret filius obligatus pro ea parte & portione, quam accepit si certa esset, vel si 377 probaretur quòd † filius ille recepit certam quantitatem pro residuo dotis. nam ex tali confessione de dotis residuo censeretur eundem totam dotem recepisse, iuxta plura tradita per Scobar *de ratiocin. cap.* 37. *n.*3. vbi 378 attestatur quòd † si quis ab aliquo debitore petat ex magna quantitate confessata, partem, & dicat, *pro residuo*, censetur eam recepisse reliquum. confirmat hoc etiam Steplian. Grat. *disceptat forens.* 581 *n.*1. Guid. Pap. *decis.* 177. Cautela igitur est vt pro dotis restitutione & solutione simul & in solidum pater & filius se obligent, prout ferè ia in solitum est fieri.

Quidam † ad expellendam viduam de tenuta & commodo faciendi fructus suos lapsis octo diebus deposuit in tabula cambij præsentis ciuitatis dotem & sponsalitium purè & liberè, & prætendens inde etiam se liberum à præstatione alimentorum anni luctus. quæsitum fuit, † an viduæ, attento quòd dos erat ei deposita, deberentur alimenta dicti anni. 379 380

Respondeo quòd sic, ex dispositione eiusdem constitutionis *Hac nostra*, in & cum qua duo beneficia mulieribus conceduntur diuersa: primum vt intra annum luctus de omnibus sibi ad vitam necessariis per hæredes defuncti prouideatur; aliud verò quòd lapso anno si dos & sponsalitium integrè ei non fuerit solutum, fructus omnes hæreditatis ipsius mariti suos faciat, quas quidem intra annum luctus non facit, & sic apparet esse res diuersas, commodom † nempe faciendi fructus suos & alimenta anni luctus, & quæ diuersa sunt, non debent eodem iure decidi, & sic non obstante dotis præmatura restitutione, habebit vidua præstationem alimentorum, quæ absolutè viduæ debentur, etiam si nulla dos fuerit constituta in honorem ipsius mariti, vt decisum refert Fontan. *de pact. nupt. tom.*2. *claus.*7. *glos.*3 *parte* 5. *n.*19. & sic præmatura dotis restitutio ipsi non potest præiudicare, vt de fideicommissi restitutione communiter DD. resoluunt. 381

Quæri etiam potest, † an in bonis vinculatis mulier habeat tenutam. 382

Huius dubij resolutio contrariam in se habet Doctorum scribentium sententiam. nam alij tenuerunt dari, alij verò non, quos refert Fontanella *de pact. nuptial. tom.*2. *claus.* 7. *glos.* 3. *parte* 4 *à n.* 1. inter quos ex vna est Oliba, qui asserit non dari tenutam in bonis vinculatis; ex alia verò sunt Cancer & Molins, tenentes dari tenutam, & resolutiuè pro affirmatiua iudicatem, quam sequuntur Cãcer, & Molins, ille *tom.* 1. *vari. c.*9 *de dote & donat. propt. nupt.* iste *de ritu nupt. & pact. in matrim. conuent. lib.*3. *q.*28. *num.*10 *cum sequent.* maximè ex fundamentis per eos relatis & decisionibus. si enim † constitutio potuit disponere circa possessionem, potuit etiam sine scrupulo commodum faciendi fructus suos in eam transmittere. pro quo considero & aliam rationem, si bona vinculata & fideicommissi restitutioni subiecta, pro dotis restitutione alienari possunt, vt millies dictum est, nullum granamen infertur ei, qui in bonis vinculatis successurus est, quòd mulier habeat tenutam, cùm in mera facultate sit ipsius bona illa vendere, vel aliàs alienare ad dotis restitutionem, cùm realiter ex illis dos detrahi possit, & in mera facultate ipsius 383

ipsius qui succedere debet, sit dotem restituere, & ipsam mulierem à tenuta repellere.

384 Sed quid erit dicendum † si mulier nubat intra annum, an teneatur vestes lugubres quas ei fecerunt hæredes mariti, restituere.

Respondeo quòd non, ex Mier. vbi suprà *n.*137.& ex traditis à Roland.*consf.*10.*num.*18. *lib.*1.Gutier *practicarum quæstionum lib.*2.*q.*95. *num.*6.

385 Quæro, † an vidua recuperans dotem lapsis quibusdam annis, in quibus tenutam habuit, possit repetere expensas factas in rebus hæreditariis, tum & sumptus factos in litigiis, veluti salaria & scripturas, & alia quæ pro litium expeditione expendit.

Respondeo quòd expensas litium non recuperat si paruæ & modicæ sint, quæ iudicis arbitrio relinquuntur: similiter nec recuperabit expensas quas in reparatione rerum hæreditariarum & pro conseruatione earum expendit, de quibus latiùs videri possunt quæ notantur à Ioanne Garcia *in tract. de expens. & melior. cap.*11. *per totum*. Castillo Soto maior *controuers. quotid. de vsufruct. tom.* 1. *cap.*56.

386 Quæri potest,† an absolutè vidua ita fructus hæreditarios suos faciat, quòd non teneatur ad aliqua onera hæreditaria.

Respondeo quòd onera hæreditaria ordinaria tenetur ante omnia soluere, qualia sunt census & censualia, quibus ipsa pro sua dote præferri non potest. nam hæc ante omnia per ipsam viduam soluenda sunt, quia illa non

387 haber tenutam, nisi in bonis quæ † libera ab onere & grauamine remanent. *l. bonorum appellatione. l. subsignatum.* §. *bona. ff. de verb. signif. l.* 1. *C. de fruct. & lit. expens.* Surdus *de aliment. quæst.* 1. *per totam.* Soto maior *de vsufructu tom* 1. *cap.*56.*num.*17. hi enim autores dicunt viduam debere etiam ex prædictis fructibus præstare alimenta filiis ipsius defuncti, & illis personis, quibus tenebatur defunctus præstare, quia cùm ille esset obligatus, illa ipsis elargire etiam computantur hæc alimenta in obligatione ipsius hæreditatis, & sic ante omnia deducenda veniunt, & consequenter ad eorum præstationem tenebitur mulier.

Circa verbum constitutionis *integrament*,

388 quæri potest,† quoad vsque extendatur verbum hoc *integrè*.

Respondeo quòd vsque ad vnum quadrantem, & sic si vnus nummus deficit, non dicitur integrè satisfacta mulier. ita Anton. Oliba *in* §. *fuerat. Instit. de actio. relectio.*2.*n.*18. *mihi pag.*559. qui allegat Mier. hìc *num.*123. *&* 124. faciunt notata per Celsum Vgo. *consil.*2. *num.* 53. vbi latè de eo quod debet adimpleri integrè, vt non censeatur adimpletum si minimum quid deficiat, & ita decisum refert per Senatum nostrum Fontanell. *de pact. nuptial. tom.*2. *clans.*7. *gloss.* 3. 6. *parte, num.*15.

Sed quæri potest, † an commodum faciendi fructus suos sit accessorium doti. 389

Respondeo quòd non, si ius commune inspiciamus Digestorum & Codicis. nam mulier de iure Digestorum possidens mariti bona, non sibi, sed hæredi possidet, iuxta tradita per Bart. *in l.* 1. *in princ. num.* 8. *vers. oppono vlterius, & n.*9.*&* 10 *ff de adquir. possess. l. pignori rem*, vbi Bart. *ff. de vsucap.* ibi, *quia pro alieno possidemus.* habito † autem pro 390 constanti (prout est) quòd constitutiones Cataloniæ ius commune dicuntur, certè dicere possumus commodum faciendi fructus suos accessorium erit ipsi doti, quia ratione dotis datur ex dispositione constitutionis tenuta mulieri, & commodum faciendi fructus suos interim dum dos soluitur, & sic ad instar vsufructuarij, vnde doti accedere tenuta dicetur ad instar vsufructuarij, vt tradit Bart. *in l.* 1 *ff. de adquir. possess.*

Quæri etiam potest, † quoad vsque tenuta duret. 391

Respondeo ex eadem constitutione, nempe quoad vsque dos fuerit integrè soluta, nec amittet tenutam & commodum faciendi fructus suos, etiam si nubat secundò, licèt maritus disponat quòd priuat eam tenuta, si ad secundas conuolauerit nuptias. quia testator viduæ non potest inferre præiudicium in his, quæ sibi de iure competunt. ita Mier. ad dictam constit. *Hac nostra, num.*76. Oliba *de actio.* § *fuerat. relectio.* 2. *numero* 24. *mihi pag.*560.

Quæri etiam potest, † quæ remedia habear vidua si turbetur in possessione quam ei tribuit constitutio *Hac nostra*, tam in adquisitione, quàm in detentione. 392

Respondeo quòd ei competunt omnia remedia tam adquirendæ, quàm retinendæ, quæ de iure communi omnibus interdictis possessoriis considerari possunt. nam remedium hoc quod à constitutione datur, simile est condictioni quæ datur ex canone *reintegranda.*3. *quæst.*1. Maranta *de ordin. iud. distinct.* 1. & alia quæ tradit Menoch. *in tract. de adquir. & retinend. possess.* Oliba *in d.* §. *fuerat, num.*44.

Quæri etiam vlteriùs poterit, † an filii ex 393 primo matrimonio conuolante patre ad secundas nuptias, habent tenutam & commodum faciendi fructus suos in bonis paternis ratione dotis maternæ, in qua hæredes sunt instituti.

Respondeo quòd non, quia filij viuente patre, licèt domini sint dotis, tamen eis nullum

nullum ius quoad executionem & exactionem dotis competit viuente patre, qui in bonis ipsorum filiorum vsumfructum habet. *l. 1. & l. quidquid, de bonis matern.* & sic cùm patet durante eius vita sit vsufructuarius bonorum dotalium, quæ propria sunt ipsorum filiorum, non poterunt ad dotis exactionem filij agere, neque ad tenutam, quia obstat eis prædictus vsusfructus. Oliba vbi suprà *n. 29.*

394 Quæri etiam potest, † an maritus possit remittere mulieri confectionem inuentarij.

Respondeo quòd aut in remissione inuentarij consideratur damnum respectu creditorum ipsius mariti, aut non. si enim defunctus habeat diuersos creditores, non poterit remittere inuentarij confectionem ne daretur occasio mulieri fraudandi ipsos creditores, contra dispositionem *l. conuenire. ff. de pact. l. pacta quæ contra. ff. eod. cap. vlt. de pignor.*

395 vbi † pacta non valent quæ fraudandi occasionem dant, nec in vim testamenti, si in eo sit remissio confectionis inuentarij, valebit. quia cùm à lege dispositum sit quòd inuentarium fiat, vt creditoribus consulatur, non poterit per testatorem alterari. *l. nemo potest.*

396 *ff. de legat. 1.* Si † autem in hæreditate viri nulli sint creditores, poterit ipse remittere vxori confectionem inuentarij, eo quòd tunc tantùm consideretur interesse ipsius hæredis, cui testator legem imponere potuit prout ei placuerit, *auth. de nuptijs. §. disponat, col. 4.*

397 nec est † in consideratione quòd detur occasio delinquendi, quia hæc causa futuri euentus incerti non attenditur, quia dolus non consideratur, nec præsumitur, maximè si futurus sit, & hoc casu mulier tenutam habebit, & commodum faciendi fructus suos. Nec obstat quòd constitutio *Hac nostra*, disponat quòd mulier ad hoc vt fructus suos faciat, teneatur facere inuentarium, tanquam forma, sine qua non possit fructus facere. nam

Respondeo quòd prædicta constitutio

398 † confectionē inuentarij non pro forma substantiali tenutæ constituit, sed conformando se cum dispositione iuris cōmunis, quòd in hæredc statuit confectionem inuentarij,

399 per eum fieri ex diuersis causis, quarum † aliquæ commodum hæredis prospiciunt, aliæ verò commodum defuncti & creditorum, vt latè recensentur ab scribentibus, præcipuè à Monticula *in tractatu de inuentario*, & ab aliis, & hoc idem innuere videtur Mier. *ad hanc constitut. num. 168.* vbi pro conclusione tradit quòd mulier necessariò tenetur inuentarium facere, nisi ex causa excusetur.

400 Quæritur etiam, † an vidua quæ tenutaria est in bonis mariti, in quibus adsunt iura patronatus beneficiorum, possit præsentare beneficia.

Respondeo quòd si beneficia vacauerint intra annum luctus, mulier non poterit talia beneficia præsentare, quia intra annum non est tenutaria, nec ei competit ius faciendi fructus suos. hoc enim casu hæredes proprietarij præsentabunt ad beneficia vacantia personas habiles, iuxta institutionem beneficiorum; lapso verò anno † vidua præsentabit, quia commodum faciendi fructus suos comprehendit ius patronatus, & ita obseruari attestatur Mier. hîc *num. 292.* vbi circa finem ait quòd cùm beneficio constitutionis possessio hæreditatis ipso iure absque aliquo actu transferatur in mulierem, etiam censebitur translata possessio præsentandi beneficia, si defunctus præsentauit, poterit & ipsa possessionem præsentandi allegare, quia possessio defuncti prodest ipsi viduæ. quod confirmat ex gl. singulari *in cap. ex literis, vers. cùm Ecclesia, de iure patronatus.* 401

Euenit † quòd tempore quo vidua recuperare voluit dotem suam per hæredes mariti. fuit ei oppositum quòd ipsa tenebatur in dotis diminutionem computare valorem rerum hæreditariarum, quæ pendente tenuta furto fuerant ei subtractæ. quæsitum fuit, an ipsa vidua prædictas res teneretur soluere. 402

Respondi probandum priùs esse culpa ipsius mulieris res furatas esse in prmis, quia † culpa nunquam præsumitur, nisi priùs probet, ex traditis à Mascard. *conclus. 488.* adeò quòd in dubio pro non culpa est iudicandum, vt ibi tradit Mascard. *num. 3.* & quòd hæredes mariti tenerentur probare mulierem esse in culpa, quia † in dubio diligentia præsumitur, pro eo qui illam adhibere tenetur, vt colligitur ex *cap. nisi, de prabend. c. ad audientiam, de præsumpt. cap. deputati, de appell.* Cynus *in l. si quis decurio. C. de fals.* Abb. *consil. 41. col. 3. num. 2.* Crauetta *cons. 77. num. 11.* Mascard. *conclus. 519.* ex quibus dixi quòd mulier tenebatur reficere res culpa sua furatas, & earum valorem in dotis computum accipere. quia † vidua tenutaria vsufructuario comparatur, qui de dolo, lata & leui, & leuissima culpa tenetur, quia vsusfructus gratia vsufructuarij fuit constitutus. *§ item is cui, Instit. quib. mod. re contrahitur oblig. l. si vsusfructus. §. denique. ff. de vsufruct.* tradit Antonius Galeatius Maluasis *consil. 38. num. 36. & 38.* Castillo Soto maior. *de vsufruct. 1. part. lib. 1. cap. 20. num. 17.* De † leuissima autem culpa credo mulierem non teneri, iuxta tradita per dictum Maluasim. nam si pro latissima culpa vsufructuarius teuetur, est quia vsusfructus solius vsufructuarij gratia fuit inuentus, 403 404 405 406

ex

ex mera lucratiua causa illius.tenuta autem, quæ mulieri datur, cum commodo faciendi fructus suos, licet in vtilitatem mulieris sit
407 † introducta, non tamen ex mera lucratiua mulieris causa est, sed in recompensationem ipsius dotis, & sic ex parte mulieris non merum lucrum consideratur, & per consequens cùm onerosa causa respectu mulieris consideretur, non est cur de leuissima culpa teneatur, sed sufficiet quòd de lata & leui teneatur.

408 Vlteriùs quæri etiam potest, † cùm tempore quo nuptiæ celebrantur inter plebeios, inter quos est ista consuetudo inueterata quòd dantur diuersa iocalia ipsi domicellæ, an talia iocalia sint propria ipsius, an verò mariti fiant: in qua resolutione venit quæstio ventilanda, an & quando donata vxori censeantur ei data sui contemplatione, an verò ipsius mariti, quia si contemplatione mulieris data sunt, propria ipsius fiunt: si verò contemplatione mariti, tunc censentur non sua, sed potiùs mariti, ex qua generali regula
409 communiter inferunt scribentes quòd † si cognati, vel affines vxoris sint, vel amici parentum suorum, tunc ipsius respectu data iudicantur; si verò sint ex parte mariti, tunc contemplatione mariti censentur, iuxta plura quæ ad hoc institutum refert Sanchez Theolog. *de matrim. disp.* 25. *num.* 22. *lib.* 6. ex quibus fit resolutio quòd iocalia, quæ ei data erunt tempore nuptiarum per parentes, consanguineos, vel amicos ex parte viri, morte mariti secuta tenebitur mulier ea restituere hæredibus mariti: secus verò erit de rebus ei datis per alias personas, quæ nullam connexitatem, neque familiaritatem cum eo habent, quia propria mulieris erunt, nec restituere tenetur.

410 Eleonota Moradell † nupsit Francisco Lentes, & del Graner domicello in ciuitate Barcinona domiciliato, quæ in capitulis matrimonialibus dotem suam constituit dicto Francisco Lentes marito, & Marco Antonio Lentes eius patri & socero respectiuè. dictus Franciscus Lentes erat filius ex primo matrimonio, & habebat bona ex matre sua vinculata, & restitutioni subiecta. decessit dictus Franciscus Lentes superuiuente dicto Marco Antonio Lentes eius patre. dubium
411 extitit, † an dos esset restituenda ex bonis liberis quæ dictus Marcus Antonius Lentes habebat integra: an verò pro dimidia, & alia dimidia esset soluenda de bonis vinculatis ex persona dicti Francisci Lentes eius filij.

412 Respondi pro affirmatiua, nempe † dotem esse restituendam pro dimidia ex bonis dicti Marci Antonij patris; pro alia verò dimidia de bonis prædictis vinculatis, ex sequentibus fundamentis, quorum aliqua iam suprà genericè relata sunt.

Primò, quia constabat † dotem æqualiter 413
patri & filio in capitulis matrimonialibus fuisse constitutam, quo casu simul temanent obligati. *l. fin. C. de dote cauta.* facit etiam quòd dos data filio habenti patrem, præsumitur data vtriusque contemplatione, iuxta text. *in l. in ambiguis. ff. de iure dot.* vbi communiter scribentes. Aretin. *in §. fuerunt, n.* 79. *de actio.* sequitur Alex. ad Bart. *in l. duobus. §. vbi duo, sub num.* 15. *littera F. vers. ex eisdem. ff. de duob. reis.* Signorol. *consil.* 76. Corn. *consil.* 304. *lib.* 4. Bald. Nouell. *de dote* 7. *part. princip.* 38. Crauet. *consil.* 91. *num.* 4. Roman. *consil.* 462. *num.* 2. plures refert Caroc. *in tract. de excussio. bon.* 2. *part. quæst.* 2. *num.* 9. verba enim capitulorum & apocha sunt valde attendenda, vt dicebat Bart. *in l. si quis reum ff. de liber. legat.*

Et quòd † filius principaliter remaneret 414
obligatus, probatur ex eo quòd in contractibus semper attenditur & consideratur ille cuius respectu actus celebratur. *l. illi quidem. §. fin. ff. quod metus causa. l. seruo legato. §. cùm testator. ff. de legat.* 1. *l.* 4. *§. nunc de effectu. l. si quis reum ff. de liber. legat.* Si igitur attenditur cuius contemplatione actus fit, & apparet hîc fuisse filij contemplatione, cùm ipse nubat, quis asserere poterit filium non remanere obligatum pro dimidia vna, cum patre pro alia.

Facit etiam quod tradit Surdus *decis.* 47. *num.* 3. vbi dicebat quòd † quando pater & 415
filius simul confitentur dotem recepisse, certum est quòd vnus alteri consentit. *l. Titius. ff quib. mod pignus, vel hypoth soluitur. l. cùm pater. § libertis ff de legat* 2. refert plures hoc tenentes Surdus *cons* 15 *num.* 20 & sic cùm patri & filio dos simul fuisset constituta & soluta, & ipsi simul † expendissent æqualiter, 416
ambo remanent obligati. Dynus *in l. si cùm dotem § transgrediamur*, vbi Bald. & Alex *n.* 7. Imò Castrens. *consil.* 296. *&* 360. *volum.* 1. Alex. *cons.* 38. *vol.* 2. Bart. *in l. si constante*, *q* 8. vbi etiam Bald. *ff solut. matrim* plures etiam & alij hoc idem tenent, quos refert Surdus *dicta decis.* 47. *num.* 5. idem Alex. *in additio ad Bart. in l. in duobus. §. vbi duo, num.* 15. *ff. de duobus reis.* Signorol. *cons.* 76. sic etiam respondet Corneus *cons.* 303. *lib.* 4. Bald. Nouell. *in tract. de dote* 7. *part princip priuil.* 38 *in fine.* Curt. senior *cons.* 54. sæpe & frequenter, *col.* 2. *vers. &* *sic.* faciunt notata per Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 14 *num.* 15. *&* 16. vbi † pro vi- 417
rili pater & filius tenentur, si simul curam domus & familiæ habeant. Cùm igitur dictus Franciscus Lentes nulla alia bona propria haberet, nisi quæ possidebat ex domo

del

418 del Graner aui sui, clarè apparet † dimidiam
dotem & dimidiam sponsalitij esse soluendã
dictæ Eleonoræ Moradell de dictis bonis fi-
deicommisso subiectis, iuxta notata per DD.
in dicta auth. res quæ. C. commun. de legat notant
scribentes *in auth. contra rogatos. C. ad Trebell.*
Bart. & alij *in l. filiusfamilias. § diui. ff. de leg. 1.*
Castrens. *cons.* 13. *lib.* 2. Alex. *cons.* 56. *n.* 4. *lib.* 1.
Dec. *cons.* 519. vbi ab hac sententia non esse
recedendũ attestatur in iudicando & consu-
lendo. *& cons.* 576. *&* 519. *n.* 4. Ruin. *cons.* 8. *n.* 17.
lib. 2. refert Pasqu. Saul. *in suo responso pro dotis*
recuperatione de bonis fideicommisso subiectis, n. 5.
In confirmationem prædictorum ponde-
419 raui & aliam rationem quòd † dictus Franci-
scus Lentes nupserat de consensu patris, &
sic erat emancipatus, iuxta notata suprà *in*
tit. de sponsalibus. quo casu etiam si dos patri
soluatur, censetur quid aduentitium respe-
420 ctu filij. *l. 1. C. de bonis quæ liber.* & sic † pater
non nomine suo, sed filij censebatur dotem
recepisse, & sic non pater solùm remaneret
obligatus, sed tantùm filius, vt expendit Cu-
man. hanc rationem *in l. si cùm dotem. §. trans-*
grediamur, num. 1. ff. solut. matrim.
421 Quæri potest, quando † mulieri satisfit in
dote, & vult res mariti in computum dotis
accipere, qualiter sint æstimandæ.
Respondeo quòd solent experti nominari
respectiuè per partes, veluti si domus sint,
nominantur magistri domorum & fabri li-
422 gnarij: si † terræ æstimandæ sint, Proceres ex-
perti, veluti agricolæ: pro auro & argento,
argenti & auri fabri, pro cæteris immobili-
bus duo currirores de Coll, vnus siquidem
ex prædictis pro vnaquaque parte, & hi sic
nominati æstimant res prædictas. debent au-
tem eas æstimare & taxare in tantum, in
quantum publicè venirent si venderentur.
l. mortis causa 14. *§. fin. ff. de donat. causa mort.*
l. si seruus 14. *in fine princip. ff. de condict. furtiua.*
Barbos. *in l. maritum.* 13. *n.* 16. *ff. solut. matrim.*
423 Quæri etiam potest, † an si mulier tutrix
sit relicta filiorum suorum per maritum, ha-
beat tenutam & commodum faciendi fru-
ctus suos, an verò teneatur ipsa sibi in dote
satisfacere, & reliqua bona filiis reseruare.
Respondeo quòd Michael Ferrer. 3. *part.*
obseru. cap. 520. attestatur decisum fuisse in
Regio Consilio quòd vidua hæres instituta
& relicta tutrix filiorum suorum hæredita-
tem mariti adiens non facit fructus suos,
424 quia † ex quo hæres fuit facta, potuit sibi sa-
tisfacere propter dotem non solutam. Sed
licèt Michael Ferrer. refert hoc locum ha-
bere vbi ipsa mulier hæres fuit instituta, idem
esse dicendum existimo, vbi mulier tantùm
est relicta tutrix filiorum suorum, licèt non
425 sit hæres instituta, quia † ex quo tutrix est
& tutelam acceptauit, tenetur facere om-
nes diligentias coram iudice competenti vt
bona minoris quo commodiùs fieri possit
vendantur ad exactionem & luitionem de-
biti vsurarij, iuxta text. *in l. ob æs. C. de præ-*
dijs minor. l. quoties. §. sicuti. ff. de administr. tutor.
faciunt tradita per Surdum *decis.* 256. *n.* 47.
Neuizan. *consil.* 17. *num.* 23. Ludouic. Mo-
rot. *consil.* 85. *num.* 14. quia constitutio *Hac*
nostra, est † exorbitans à iure communi, se- 426
cundùm Mier. *in dicta constit. num.* 167. & sic
non est amplianda, vt attestatur idem Mier.
ad *dictam constit. n.* 44. Oliba *de actio.* 1. *p. lib.* 3.
§ fuerat, num. 13.
Quæri etiam potest, † an beneficium ne 427
egeat, quòd marito pauperi competit, vt
supradictum est, locum habeat si dos resti-
tuenda sit hæredibus mulieris, vel patris, vel
eius, qui dotem constituit, si pauper sit ille,
cui dos restituenda.
Respondeo quòd non, quia † cùm ambo 428
sint in pari casu inopiæ, locum habet regula
l. præses. C. de seruit. quia maritus de lucro ca-
ptando agit; hæredes verò quibus dos resti-
tuenda est, de damno vitando agunt, & sic
præferendi sunt illi, quibus dos est restituen-
da ipsi marito, ex regula *l. verum* 12. *§ fin. ff. de*
minor l. non debet. 42. *§. in re obscura. ff. de reg. iur.*
quia † hæredes petentes dotem idem sunt, 429
ac si mulier eadem peteret. *l si post* 28. *ff solut.*
matr. & quemadmodum exceptio paupertа-
tis per maritum contra vxorem pauperem
opponi non potest, ita neque contra hære-
des pauperes illius. ita Bald *in l si quis credide-*
rit, in fine. ff. de pact. Angel. *in §. item si de dote.*
num 2. *vers. primò. Instit. de actio.*
Quæri etiam potest, † an dos sit restituen- 430
da vxori statim ac maritus verget ad ino-
piam, an verò expectandum sit quòd dissi-
pet, ità quòd appareat vix mulierem posse
dotem recuperare.
Respondeo regulam generalem esse, dotẽ
mulieri constante matrimonio esse redden-
dam quoties maritus incipit vti malè sub-
stantia sua, vt *in auth. de æqualitate dotis. § illud*
quoque col. 7. quæ regula ita actualiter est in-
telligenda, quòd † dos mulieri restituatur, si 431
ipse maritus actualiter bona dissipet. nam
si solùm periculum adsit, eo quòd prodigali-
ter viuat, & inde iureatur se res alienatu-
rum, non dabitur ex solo hoc timore restitu-
tio dotis. sed † hoc casu sequestrantur bona vt 432
mulieri fructus dotis non desint pro eius cõ-
grua sustentatione, iuxta *gl.* 2. *in fin. l. vnic. C. de*
prohib. sequestr. pecunia. Molin. *de Hispan. prim.*
cap. 16. *num.* 22. Si autem maritus vltra id
quod est prodigaliter viuere, dissipet bona
sua, quæ ita dissipentur vt postea penes ma-
ritum æquiualentia dotis non remaneant,

433 † sequestratio locum non habebit. quia non est sufficiens remedium vt mulieri consulatur,sed tunc absolutè dotis restitutioni locus erit, iuxta tradita per Beninten. *decis.* 68. *n.* 5. Bursat. *cons.* 16 *num.* 1. *ad finem, lib.* 1. Bart. *ad l. si constante, num.* 63 *ff. solut. matrim.* & sic interpretantur *l. vbi adhuc. C. de iure dot. & l. in*
434 *rebus.* § *fin. cod tit.* maximè autem † si res dotales incipiat dissipare, quia statim mulieri dotis repetitio competit. Barbos. *ad l. si constante, num.* 13 *ff solut. matrim.*

435 Quæro, † si mulier decedat antequam dos ei restituatur,& sic ante receptionem iocalium & vestium,quæ ad mulierem spectāt, iuxta inueteratam consuetudinem Barcinonæ, an hæredes eius possint talia prætendere, vel an eis ius sit extinctum,quia mulieri non fuerunt tradita.

436 Respondeo quòd † talia iocalia dicuntur lucra legalia & statutaria, cùm ex consuetudine ita debita sint, vt suprà retulimus. hæc autem lucra quæ ex statuto competunt, non amittuntur, ex eo quòd prædecesserit mulier cui debentur ante illorum restitutio-
437 nem. quia † legalia lucra transmittuntur ad hæredes si tempore mortis debita erant,licèt non adquisita. iuxta tradita per Anton. Gomez *l.* 50. *Tauri, num penult.* Plures hanc eandem tenentes sententiam refert Ioann. Gutier. *pract. quæst lib.* 2. *q.* 124. *per totam.*

438 Quæsitum fuit, † de quadam Nobili Barcinonensi, quæ accepta dote, iocali & veste ex bonis primi mariti ad secundas conuolauit nuptias. prætenderunt curatores filiorum primi matrimonij iocalia hæc & vestes fore restituendas prædictis curatoribus, quæsitum fuit, quid iuris, prætendebant
439 enim ex regula generali quòd † mulier transiens ad secunda vota tenetur restituere filiis ex primo matrimonio totum id quod percepit ex bonis primi mariti,ex *l. fœmina. C. de secund. nupt. l. mater. C. ad Tertull.*

Respondi tamen contrarium, nempe mulierem non teneri ad restitutionem bonorum prædictorum, quia bona hæc licèt fuerint de hæreditate primi mariti, non dicuntur bona illius quando mulieri adquiruntur, nec dici-
440 tur † mulierem illa capere ex facto & iudicio testatoris, sed ex lucro legali. quo casu non connumerantur inter bona ipsius testatoris, vt latè suprà proximè dictum est,iuxta tradita per Gutier. *pract. quæst. lib.* 2. *q.* 95. *n.* 2. & 3. Cùm igitur hæc lucra ex legali & consuetudinaria dispositione mulier lucretur per trā-
441 situm ad secunda vota,non perdet vt † de lucro patti quæsito in vsufructu bonorum filiorum,probat text. *in l. fin. C. de bonis mater. & ibi* communiter scribentes. idem tenet Gutier. *pract. q. lib.* 2. *q.* 95. *n.* 12. *in fin.* vbi ita attestatur. *Sic igitur videtur dicendum in nostris terminis vt coniux superstes, qui lucratus fuit lectum quotidianum virtute huius legis, fori & consuetudinis vniuersalis huius regni, per transitum ad secundas nuptias illum non amittat, nec teneatur reseruare filys prioris matrimony, cùm sibi à lege immediatè deferatur.* hæc Gutierrez. Si igitur legalia lucra ad mulierem spectantia per transitum ad secundas nuptias † mulier non 442 perdit, iocalia & vestes prædictas restituere viduam prædictam non teneri respondi.

Sed quid dicendum erit, † quando à marito aliquod legatū relinquitur vxori,an censeatur recompensasse cum iocali & vestibus. 443

Respondeo quòd si legatum sit æquiualens,censebitur compensandi animo legasse, quia cùm prædicta, vt dictum est, debeantur mulieri ex iuris dispositione, & per consequens ex causa necessaria,† compēsasse ete- 444 ditur testatorem cum debito hoc, iuxta tradita per Couarr. *in c officij, n.* 2. *de test.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10 *tit.* 2. per Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 109. & ita declarasse hoc nostrum supremum, Consilium refert Michaël Ferr. 3. *p. obseru. c.* 157. refert Cancer *tom.* 1. *var. c. de dot. & don. propter nupt.* 41. quia compensatio præsumitur propter necessitatē debiti.

Quæri vlteriùs potest, † cui competat te- 445 nutæ beneficiū & commodum faciendi fructus suos, an scilicet hæredibus ipsius viduæ.

Respondeo quòd † hæredibus suis, nem- 446 pe filiis competit & tenuta & commodum faciendi fructus suos, hæredibus verò extraneis institutis à vidua solùm competit tenuta quoad retentionem bonorum, non verò quoad commodum faciendi fructus suos de filiis, quòd habeant idem ius atque eorum mater, est constit. *Ymes de Larant, sub tit. solut. matr.* nam de iure communi priuilegia mulieribus competentia pro dote competunt etiam filiis, seu filiabus hæredibus institutis. *l.* 1. *C de priuil. dotis,* & *ibi* communiter scribentes, Mier. hic *n.* 24. & 79. extraneis verò hæredibus non competit quoad commodum faciendi fructus suos, sed habent hæredes extranei tenutam & retentionem quoad vsque dos eis integrè soluatur, ita vt † tempore 447 solutionis ipsi hæredes teneantur in computū dotis percipere fructus per eos perceptos; ipsis verò hæredibus in hoc prospicitur quòd etiam computatur eis ratio fructuum ipsius dotis ad rationē solidi pro libra, iuxta ea quæ tradit Font. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gl.* 2 *p.* 5. *n.* 14. & *eadem claus.* 7. *gl.* 3. *p.* 7. *n.* 3.

Quæri etiam potest, † an hæredes mariti 448 possint compellere viduam quòd præstet patientiam vt vendantur bona defuncti pro soluenda sibi dote.

Respondent aliqui quòd non, iuxta plura quæ

quæ refert Fontan. *de pact. nupt. tom.2. clauſ.7. gloſſ.3. p.8.* deducens ex noſtratibus eos, qui hanc reſolutionem tenent, allegantes pro ratione decidendi quòd mulier tenutaria poſſidens prædicta bona videtur illa iure pignoris poſſidere: quòd autem pignoris creditor compelli non poſſit ad pignus vendendum, eſt text. *in l. quamuis ff. de pign. l. creditor. C. eod.* quod quidem contradicit Fontan. *à n.11.* & maximè *à n.14.* referens exemplaria quibus
449 declaratum fuit † poſſe vendi hæreditaria bona vt dos ſoluatur, maximè in & eum ſententia lata per Ioann. Amell de Regio Conſilio, & certè hoc idem iudicarem, quia dummodo mulier non priuetur poſſeſſione bonorum quæ venduntur donec & quo vſque ei de dote integrè ſit ſatisfactum, nullum ſibi præiudicium infertur, vt latè per Fontanellam diſcutitur, & huic ſententiæ me libenter iudicando ſubſcriberem.

450 Quæritur etiam, † an hoc ius tenutæ & commodum faciendi fructus comperat ceſſionario, cui mulier ceſſit iura, ab eo dotem accipiendo. in contrariũ iuit Senatus ſententiam, vt longa commentatione refert Font. *de pact. nupt. tom.2. clauſ.7. gl.3. p.8.* Ex quibus contrariis opinionibus affirmatiuæ me ſub-
451 ſcribo, reſpondens quòd † poteſt mulier cedere huiuſmodi commoditatem, & talis ceſſionarius habebit commoditatem faciendi fructus ſuos, viuente muliere, prout præſenſit Cancer 3. *tom. var c.7. de pact. n 46.* referens deciſionem Senatus circa & in fauorem ceſſionarij, quod quidem ita intelligendum eſt,
452 † ſi ceſſio fuerit vera & realis, & quòd conſtet dotem verè, realiter & de facto ſolutam eſſe. nam aliàs, ſi de reali ſolutione dotis & ſatisfactione illius non conſtaret, iudicaretur
453 ceſſio ficta: ceſſio † autem ficta nullũ operatur verum ceſſionis effectum, ex *l. per diuerſas, l. ab Anaſtaſio. C. mand.* Soc. iun *conſ.48 n 6. lib.3.* Sinus, Ang. & Salic. *in l per diuerſas.* Viu. *dec.158.* Monter *deciſ. Arrag 35. n.68.* iuxta quam reſolutionem obſeruat noſter Senatus, reſte Mich. Ferr. 3 *p. obſer. c.126.* & *ibi* additiones.

Ex conſtitutione Catalonię datur viduis pro poſſeſſione tenutæ ſuæ quòd poſſint intentare remedia ſpolij, iuxta quam diſpoſi-
454 tionem quæri poteſt, † an vidua ciuiliter, an verò criminaliter procedere poſſit.

Reſpondeo quòd ſi ſpolium fuit commiſſum cum armis, criminaliter agere poteſt; ſi verò ſine armis ſpolium committatur, ciuiliter agat, de quo modo latè Font. *de pact. nupt. tom.2. clauſ.7. gloſſ.3 p.9. per tot.* & maximè *n 4.* vbi refert obſeruantiam Regij Conſilj eſſe
455 quòd † quoties timetur ne partes veniant ad arma ad vitanda ſcandala ſine præiudicio iurium & pręrenſionum partium prouidetur *Acac. Ant. de Ripoll Reſol. var.* ſequeſtrum, donec iudex cauſæ ciuilis declarauerit circa ſpolium. quod intelligendum eſt nulla parte poſſidére. nam † ſi aliqua pars 456
poſſideat, & ab alia turbetur, debet iudex poſſidenti aſſiſtere, & ſuum auxilium præſtare, alteri verò interdicere ne turbet neque inquietet ipſum poſſidentem, latè Fontanella *ibidem num.10.*

Sed quæri poteſt, † ſi in hæreditate mariti 457
plures exiſtant creditores, iſtique viduam perturbent, ne liberè bona mariti poſſideat emparando bona illius, an contra tales vidua agere poſſit tanquam ſi eſſent ſpoliatores.

Reſpondeo quòd aliquibus caſibus poteſt contra tales agere tanquam ſpoliatores, aliquando verò non. hæc exemplis illuſtrat Fõtan. *de pact. nupt. tom.2. clauſ.7. gl.3.6. p. n.11.* vbi refert emparam factam per N. Lober bonis quæ erant Hieron. Vbac de Regio Conſilio, quæ cancellata fuit quoad concurrentem quantitatem ſuæ dotis, quæ quantitas emparata erat magna, & conſiſtebat in pecunia numerata, quæ facili negotio petite poterat.

Quæri etiam poterit, † quando iudicetur 458
priuilegium reale, vel perſonale.

Reſpondeo ex regula *l. in omnibus cauſis.68. ff. de reg. iur.* vbi dicitur quòd ad cognoſcendum an priuilegium ſit reale, vel perſonale, inſpiciendum eſt qua ex cauſa fuerit conceſſum. nam ſi contemplatione perſonæ fuerit conceſſum, erit perſonale; ſi verò reſpectu rei, erit realis. ita Bald. *in l. maritum. ff. ſolut. matrim.* idem Bald. *in l. apud Iulianum. § idem Iulianus, ad medium. ff. de legat.1. cap.1. § fin. n 23. de prohib. feudi alienat.* faciunt plura tradita per Aymo. *conſ.404. à num.1. lib.3.*

Sed quid dicendum erit † ſi mulier impe- 459
diatur ab hærede mariti, vel ab alio conficere inuentarium, quid mulier hoc caſu facere teneatur.

Reſponderunt aliqui quòd debebat ipſa eum Notario ſe præſentare ad inuentarium conficiendum, & caſu quo impediretur de facto proteſtare de ſua diligentia, requirendo Notarium quòd de dicta diligentia & proteſtatione inſtrumentum publicum cõficiat, & cum hoc dicebant ſecuram eſſe dictam vxorem; ego verò dixi quòd vltra prædicta debebat iudicem adire, & ab eo petere aſſiſtentiam ad inuentarium conficiendum. nam imploraro iudicis officio tenetur iudex illud impertiri, quæ cauſa ſummaria poteſt eſſe, tractando eam per comparεant partes, vt de obſeruantia hoc meminit Fontanell. *de pact. nupt. tom.2. clauſ 7. gloſſ 3. p.10. num.32.*

Cùm † autem in interdictis poſſeſſoriis 460
duo reperiantur in retinẽda poſſeſſione, aliud nempe quòd poſſeſſorium retinendæ appellatur, aliud quod apud Hiſpanos dicitur *in-*

terim, & maximè practicatur quæ in hoc interdicto practicantur. qui perquirere velit, poterit recurrere ad Fontanell. vbi suprà *à num.* 33. *cum seq.*

461 Quæri etiam potest, † quæ tempora currant ad probandum in hoc interdicto *interim* summariissimo.

Respondeo ex traditis à Fontanella vbi suprà *n.* 67. vbi ait arbitrarias esse dilationes, iudicis ab arbitrio pendentes, qui secundùm distantiam loci & aliarum rerum dilationes concedet, vnum in hoc pondetando quòd
462 in hoc interdicto ad probationes † minores non restituuntur. quia modici præiudicij consideratur damnum quod inde euenire potest, & circa hoc dubium refert decisionem nostri supremi Senatus.

463 Quæri etiam potest, † an in hac causa possessorij summmariissimi prouisiones quæ fiunt exequantur præstita cautione si ab eis supplicatio interponatur. cui dubio resolutiuè respondetur quòd si supplicatio contrario imperio interponatur, non poterit talis prouisio exequi, eo quòd eadem supplicatio suspendit executionem, vt in titulo de sup-
464 plic. conf. disponitur; si verò supplicatio † in forma interponitur, erat dubium, & hoc casu ex decisione Regij Consilij obseruatur quòd ad hoc vt executio locum habeat, expectanda est confirmatio primæ prouisionis, vt refert Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauf.* 7. *gloss.* 3. *parte* 10. *à num.* 30. *cum seq.*

465 Quidam † maritus tempore nuptiarum sponsalitium vxori fecit vltra suas vires hæreditarias, postea donationem fecit omnium bonorum, præsentium & futurorum cuidam nepoti, cum certa reseruatione ad testandum. fuit lucratus plura bona negotiando post dictam donationem, eo mortuo dotis restitutioni fuit locus, & per consequens mulier petebat etiam sponsalitium. quæsitum
466 fuit, † an ad solutionem illius essent obligata prædicta bona, quæ adquisierat post contractum matrimonium. dicebant aliqui quòd non, ex eo quòd in capitulis matrimonialibus solùm reperiebantur obligata bona absolutè, non extendendo ad præsentia, vel futura. E contrario respondi quòd
467 † obligatio illa bonorum non solùm ad bona quæ tempore contractus habebat, referebatur, sed etiam ad futura quæ ei ex postfacto obuenerint, ex *l. fin. C. quæ res pignori oblig. possunt.* vnde sponsalitium venit soluendum, iuxta notata communiter per scribentes *in dicta l. fin.*

468 Nupsit † quidam Nobilis cum quadam domicella, cui magna dos per patrem suit assignata, certis destinatis solutionibus. euenit postea quòd tempore solutionis opposuit socer se vltra vires hæreditarias filiam suam dotasse, & sic non teneri ad dotis solutionem, prout de facto probauit tennitatem suorum bonorum, & sic obtinuit. fuit dubium, an tali domicellæ deberetur integrum sponsalitium.

Respondeo quòd non. nam licèt sponsalitium (quod Catalanè *es creix* appellatur) detur in præmiū virginitatis, † regulatur ta- 469
men ad dotis quantitatem, vt suprà in tit. *de dotis promissione*, dictum est. Vnde rectè dicitur quòd si maritus fuerit falsus in dotis promissione & solutione, non tenebitur ad integram sponsalitij solutionem, sed pro rata dotis solutæ. *l. pollicitatione. C. de donat. ante nupt.* vbi notant DD. post glossam tenet Roderic. Suarez *in l.* 1. *tit. de las arras lib.* 3. *fori.* ita Antonius Ayerue de Ayora *in tract. de partit bonor.* 1. *p. cap* 7. *num.* 34.

Circa † successionem in medietate lucro- 470
rum constante matrimonio iuxta consuetudinem Campi Tarraconæ quam mulieres habent, quæritur, an & quomodo diuisio fiat.

Respondeo quòd antequam fiat debent deduci expensæ factæ per maritum, quia hæ tam respectu mulieris, quàm mariti computantur inter æs alienum, & sic solùm bona
† diuisibilia dicuntur ea, quæ remanent de- 471
tracto alieno ære. *l. omne æs alienum ff pro socio. l. Mutius ff. eod. l. subsign. tum ff de verb. signific. l. princeps bona ff eod.*

Fuerunt † in dotem promissæ cuidam do- 472
micellæ bis mille libræ, & postea inter patrem & generum, inscia filia & vxore respectiuè, fuerunt quædam bona data genero in æstimationem & solutionem prædictæ dotis. soluto matrimonio per mortem viri ipsius hæredes restituerunt prædictas res æstimatas, & cùm ipsa vidua videret non æquiparari iusto valori, petiit ab hæredibus patris quòd sibi dos integra solueretur, offerendo restituere prædictas res æstimatas. E cōtrariò hæredes dicebant solutionem dotis iam fuisse legitimè factam ex prædicta æstimatione. quæsitum fuit quid iuris.

Respondi † mulierem rectè agere ad do- 473
tis residui petitionem, & teneri hæredes patris residuum illius soluere, acceptis rebus, quia illa æstimatio informis erat & nullius momenti, cùm non fuisset facta interueniente filia, imò potiùs sine illius interuentu, vnde prædicta æstimatio tanquam res inter alios acta sibi non poterat præiudicare, vt *in l. si vnus.* §. *ante omnia. ff. de pact.* vbi ita legitur. *Ante omnia enim aduertendum est ne conuentio in alia re facta, † aut cum alia perso-* 474
na in alia re aliue persona noceat. ex qua lege clarè infertur quòd si filia non consen-

fit

fit contractui facto inter eius patrem & maritum, quantum ad æstimationem rerum dotalium, licèt paret & maritus consenserint, soluto matrimonio poterit filia petere ab hæredibus patris iustum valorem, quia ex prædicta promissione dotis consistente in pecunia ius quæsitum sit filiæ, vt *in l.Titio centum. §.Titio genero. ff. de condit. &*
475 *demonstr.* non poterunt † pater & maritus ei præiudicare, faciendo vt res minoris æstimationis & valoris loco pecuniæ debita ei soluatur, vt *in l.fin. §.fin.ff.de pact. l.id quod nostrum. ff.de reg. iur.* faciunt notata per scribentes *in l. plerunque. ff. de iure dotium.* sequitur Ayerue *de partit. bonor. 1.p. cap.3.n.21. per totum.*

476 Dubitatum fuit, † an mulieres in campo Tarraconæ, mortuo eius marito, cùm succedant in medietate lucrorum, teneantur inuentarium facere de bonis quæ in hæreditate mariti reperiuntur. Consulti fuimus quatuor Aduocati huius ciuitatis, duo pro parte mulieris, quæ inuentarium non fecerat, alij pro parte hæredum, quorum vnus eram ego, qui mulierem defendebant. dicebant ipsam non fuisse obligatam ad inuentarij confe-
477 ctionem, eo quòd † ipsa vxor habebat communionem in omnibus bonis quæ maritus habebat tempore suæ mortis ratione suæ partis, tum & in dictis bonis habebat ius pignoris, & sic quòd non tenebatur inuentarium facere, cùm mulier posset iure suo prædictis bonis insistere, & ea retinere, argum. *l.merito.ff.pro socio.*& quæ ibi notant DD.*& in l.duo fratres. ff.de adquir. hæred.* in contrarium tamen fuimus qui pro hæredū parte eramus,
478 dicentes prædicto casu † mulierem teneri inuentarium conficere, cum protestatione quòd non intendebat iura sua & actiones confundere, sed illas sibi saluas & illæsas seruare, quia omnes successores vniuersali titulo obligatæ sunt ad inuentarium conficiendum. *l fin.C.de iure delib. l.tutores la 2.C.de adminiſt.tut.l.fin. C.arb. tut. l.orphanotrophos.C.de Episc.& cleric. c.de Syracusana 28.distinct.c.ma-*
479 *nifesta. 12. q.1.* adeò quòd † fiscus vniuersaliter succedens tenetur illud facere, & probatur ex latè traditis per Speculat. *in tit. de instrum editio. §.fin.* quem allegat Franciscus Porcelli *in tract. de confect. inuent.cap.1.num.4.* & quòd hoc casu mulier quæ medietatem in
480 bonis mariti habet, teneatur eo mortuo inuentarium facere, etiam de bonis communibus, tenet gloss. quam sequuntur communiter DD. *in l.1.verbo, titulo.C.vbi de ratio.agi oporteat.* Speculat. vbi suprà *de instrum. editio. §.nunc verò.& §.fin. verſ.ſed an teneatur inuentarium facere.* Bald.*in auth.ſed cùm teſtator.C.ad legem falcid.* Greg. Lopez *in l.5. tit.6.partit.6. Acac.Ant.de Ripoll Reſol.var.* Ayerue *in tract.de diuiſ.bon.c.2.1.part.à num.9.* & hæc est vera resolutio tenenda.

Maritus † in suo testamento legauit vxori suæ quòd ab hæredibus suis restitueretur fundus dotalis. euenit quòd morte mariti secuta tempore restitutionis dotis hæredes mariti opposuerunt viduæ quòd debebat soluere eis expensas, quas maritus fecerat in fundo dotali. quæsitum fuit, an mulier eo tempore quo dotis repetitionem instabat, teneretur prædictas reficere expensas. 481

Respondi quòd non, quia † dispositio testatoris aliquid debet operari, cùmque quoad restitutionem fundi dotalis nil operetur dispositio testamentaria, cùm de iure soluto matrimonio dos restituenda sit, vt suprà diximus, legatum prædictum importabit remissionem expensarum, & sic expensæ prædictæ remissæ censentur à testatore, text. est notabilis, quem ibi declarat gloss. *in verbo dotem*, & *ibi* Bart. & Paul. *in l. Meuio. §. fin. ff. de legat. 2.* sequuntur hoc idem tenentes Alberic. & Ioann.de Imol. *ibidem.* 482

Quædam † mulier constante matrimonio adquisiuit gregem quendam, quem sibi auunculus quidam legauit in augmentum dotis. euenit quòd maritus accepit gregem, postéaque vendidit, quæsitum fuit quid loco gregis adquirat mulier quando dotem repetere vult mortuo marito. 483

Respondeo quòd solùm adquiret valorem gregis tempore quo maritus illum vendidit, nec aliud quid considerari potest, quia † augmentum valoris non est in consideratione à die qua periit, vt est text. notabilis *in l.diuortio. §. ob donationes.* & *ibi* hoc notat & tenet Bart. & expressiùs Paulus de Castro, *ff. solut. matrim. & in l.in re furtiua. ff. de condict.furt.* 484
quia † maritus est dominus rerum dotalium constante matrimonio. *l. doce ancillam. C. de rei vindicatione.* quia constante matrimonio dos augeri potest, & in quo augetur, dotis naturam habet. & idem esset dicendum, si tanquam bona paraphernalia peruenissent, quia † maritus haberet administrationem, vt *in l. fin. C. de pactis conuentis.* & sic solùm ad valorem illius tenetur, & in summa solùm ad id quod taliter & de facto pro pretio fuit solutum, vt *in l. item veniunt. §. simili modo. ff. de petit. hæredit. l. item si verberatum. §. si quis. ff. de rei vindicatione,* & vtrobique communiter scribentes. vide Fontanellam *de pactis nuptial. tom.2. clauſ.6. gloſſ.2.part 7.* 485 486

Circa prædicta quæro, † an in campo Tarraconæ, vbi mulieres admittuntur communiter ad lucra quæ constante matrimonio fiunt, mortuo marito vestes quæ ipsis mulieribus dantur pro anno luctus, debeant de 487

tota hæreditate desumi, an verò facta diuisione de bonis tantùm quæ ad maritum pro sua parte spectant.

Respondeo quòd vestes erunt soluendæ de bonis propriis ipsius mariti, non verò in minimo contribuere tenetur ipsa vidua, quia bona mariti tantùm ad earum præstationem obligata sunt, ita tenet expresse Alexand. *in additio.ad Bart.in l.si ex re. § fin.ff.de stipul.seru.* Alexand. *in l.si vsusfructus. §. dos legata. ff. ad leg. falcid.* quamuis dicant præcitati Doctores quòd consuetudini regionis erit standum.

488 Cuidam † viduæ volenti repetere dotem fuit oppositum per hæredes mariti, so illam perdidisse, ex quo adulterauerat viuente marito, & sic esse priuatam eu. mulier negabar, & vltrà dicebat illis non competere ius ad dictam exceptionem, quia actio prædicta soli marito de iure competit. quæsitum fuit, quid iuris esset.

489 Respondi quòd † si maritus sciebat & tacuit, non poterant eius hæredes agere de adulterio; si verò ipse conquestus fuit inter amicos, vel præparauerat accusationem, & hoc medio tempore decessit, poterunt hæredes prædicti de dicto crimine agere non criminaliter ad punitionem, sed ciuiliter ad dotis amissionem, iuxta quam plura quæ congessit Farinac. *in suo tract. de delict. carnis,*
490 *quæst.142.part.2.à num.113.*& quòd † extraiudiciales querimoniæ per maritum factæ, vel alia extraiudicialia præparatoria per ma-
491 ritum facta, sufficiant † vt hæredes illius possint agere ad dotis perditionẽ ex parte mulieris, refert Vincent. de Franchis *in suis decisionibus Regni Neapolit. decis.184.& 240.* faciunt tradita per dictum Fatinac. *dicta q.142. num.121.& 130.*

492 Sed opportunè hîc quæri potest, † an & quomodo mulier à prædicta pœna amissionis dotis ob adulterium se excusare possit. vide Farin. *in suo tract. de delictis carnis, q.142.1. p.per tot.* apud quẽ ferè omnia quæ de adulterij materia quæri possunt, tam respectu mulieris, quàm mariti, inueniri poterunt.

493 Quæsitum fuit † circa restitutionem arcarum, quas parentes solent filiabus dare tempore matrimonij contrahẽdi, plenas linteis & vestibus, & quandoque solent immittere candelabra aurea, vel aliquod argenteum vas, an & quibus soluto matrimonio sint restituendæ, an hæredibus vxoris, an verò illis, quibus dos restituenda est.

Respondeo quòd muliere cum liberis decedente pertinebunt arcæ & omnia intra eas immissa, hæredibus mulieris, cùm liberè dos ei data sit vt decedens cum liberis possit liberè de omnibus disponere; si verò sine liberis decedat, tunc † poterit mulier testari de 494
quantitate sibi in capitulis matrimonialibus ad testandum concessa; arcæ verò erunt restituendæ ei, qui dotem est acceptutus, & cui dotis restitutio fuerit stipulata, quia arcæ prædictæ appendices sunt dotis, iuxta tradita per Roland. à Valle *in tract. de lucro dotis, quæst.50. per totum.* Vrs. ad Afflict. *decis.315. num.7.* faciunt tradita per DD. *in l.si ego § dotis causa. ff.de iure dot.* & plura quæ congessit Fontanel. *de pact.nupt.tom.2.claus.6.gloss.2.p.7. per totam.*

Sed quæri potest, † an mulier cui vsusfru- 495
ctus hæreditatis per suum maritum relictus fuit, habeat tenutam in bonis sui viri, & an & quomodo simul possint concurrere.

Respondeo quòd cùm hi duo tituli adinuicem non contrarientur, imò potiùs tendant ad vnum & eundem finem, nempe ad commodum pleni vsusfructus, & faciendi eos suos, † poterit mulier possidere hæredi- 496
tatem sui viri, ex duplici illo titulo, nempe tenutæ & vsusfructus, vt tradit Don Franciscus Hieronymus de Leo *in suis decisionibus Regni Valentiæ decis.8.per totam.* & quotidie in hoc nostro Principatu Cataloniç experimur. quo casu mulier mortuo viro intra tempus suprà mentionatum conficiens inuentarium, tenetur duplici nomine illud cõficere, nempe vsufructuariæ relictæ per suum maritum in suo testamento, & tenutariæ virtute constitutionum Cataloniæ.

Quæri etiam potest, † mortuo viro, cùm 497
ipsa vidua tenutaria remaneat in vniuersa hæreditate sui viri, donec soluta sit ei dos & sponsalitium integrè, casu quo hæreditatem restituit, qualiter eam restituere teneatur.

Respondi quòd cùm mulier æquiparetur hoc casu vsufructuario, tenebitur ad restitutionem bonorum mobilium, qualiter teneretur vsufructuarius, nempe restituere bona, quæ extant in ea bonitate, in qua reperiuntur; non extantium verò & vsu consumptorum sufficiet illos consumptos allegare, quæ pro consumptis habentur, si ex temporis lapsu consumptio æqualis iudicatur. ita plùra ad hoc allegat Castillo Soto maior *controuersia.quotidiana.de vsufruct.tom.1.cap.14. num.2. & cap.18.num.4.*

Sed quid dicendum erit † casu quo dos 498
mulieri restituitur, si fructus percepti non sunt, cui debeantur, aut an sint diuidendi inter mulierem & hæredes mariti.

Respondeo quòd aut fructus sunt naturales, aut industriales, aut partim naturales, & partim industriales, quales sunt vineæ. quo præsupposito clarum & euidens est quòd si naturales tantùm sunt, integrè pertinent ad hære-

hæredem absque hoc quòd vxori debeat aliquid ex illis elargiri; si verò industriales sint, veluti messes, aut partim naturales, & partim industriales, fructus omnes ad hæredes mariti pertinent, tenentur tamen ipsi hæredes reficere expensas factas ipsi mulieri, iuxta ea quæ tradidit Sotomaior *controuers. quotid. de vsufruct. cap. 77. per totum.*

499 Euenit † quòd dos cuidam domicellæ per patrem fuit promissa, & postea non fuit soluta. decessit maritus mortuo socero. vidua à fratribus suis dotem petiit vnà cum interusuriis dicti temporis quo in matrimonio extitit. frater ipsius mulieris petentis dotem opposuit de indebita vsura, dicendo quòd dato quòd vsuræ deberentur, non essent ei soluendæ, sed hæredibus mariti, qui onera matrimonialia supportauerat. quæsitum fuit quid iuris.

Respondi quòd licèt fructus dotis viuente marito ipsi deberentur ad supportandum onera matrimonij, tamen quia ei non fue-

500 rant soluti prædicti fructus, † pertinent ad ipsam vxorem, & ipsa habet veram & plenam actionem ad dictos fructus petendos, quia dicuntur accessorij ipsi doti, & sic sequuntur eandem, perueniréque debent ad eum, ad quem dos est peruentura, vel peruenit. quia actio quæ pro eorum recuperatione datur, de dote est, & iuxta hanc resolutionem per Rotam Romanam fuisse iudicatum, refert Fontanella *de pact. nuptial. tom. 2. claus. 8. gloss. vnic. part. vnic. n. 24.*

501 Quæri potest, † an mulier soluto matrimonio morte viri secuta, possit fundum dotalem alienare.

Respondet Anton. Gomez *in l. 51. Tauri, num. 59. circa finem*, quòd aut fundus dotalis fuit mulieri restitutus, vel non. quòd si fuit restitutus, potest, eo quòd iam desinit esse dos, argumentando à simili, quòd quemad-

502 modum † hæreditas statim atque adita est, desinit esse hæreditas, & fit patrimonium defuncti, vt *in l. sed si plures, §. filio impuberi, ff. de vulgar.* ita dos restituta desinit esse dos, & efficitur proprium patrimonium defuncti. Sed ego aliter considero hanc rem, eum distinctione, nempe quòd aut mulier nubilis est, & adhuc filios habere potest, aut non. nam si nubilis sit, & possit liberos procreare, fundum dotalem non poterit alienare, quia

503 † hæc spes nubendi & procreandi filios est in consideratione, & ad eam respexit I. C. *in l. 1. ff. solut. matrim.* ex quibus quousque hæc spes durat, causa dotis beneficij publici durare censetur, & sic in hac consideratione existente fundus dotalis alienari non pote-

504 rit, nam † adhuc dotis nomen retinet. *l. etiam, ff. de fund. dot.* & *ibi* hoc ponderat Odofred. & facit rubrica *ff. solut. matrim.* vbi dos petitur, quando matrimonium solutum est, & tamen dotis nomen retinet. Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. tom. 1. lib. 12. tit. 4. n. 10.*

Dotata † filia fuit per patrem, & dos ei 505 tradita fuit tam pro bonis paternis, quàm maternis, & ipsa contenta firmauit definitionem. soluto matrimonio computando bona paterna & materna constitit dotem prædictam non comprehendere aliquid de bonis maternis, eùm habito respectu ad bona paterna filiæ solùm dos data sit, quanta ad eam pertineret pro legitima. quæsitum fuit † an 506 ipsa filia posset agere ad partem dotis, quæ in hæreditate matris poterit ad se spectare. nam licèt filia renunciauerit iuribus competentibus in hæreditate matris, cùm tamen realiter & de facto ad eam nil peruenerit de illa, renunciatio nulla est. ita Vrsi ad Afflict. *decis. 179. n. 4.* Mestrillo *decis. Regni Siciliæ 186. per totam.* Anton. Faber *in suo Codice sub tit. de dotis promissione, definit. 7.* Magon. *decis. Flor. 18. per totam.*

Circa mulieres commorantes in Campo Tarraconæ fuit quæsitum, † cùm mulieres 507 ad medietatem lucrorum constante matrimonio admittantur, & suprà dictum sit quòd mulieres transeuntes ad secundas nuptias teneantur restituere filiis primi matrimonij quicquid acceperit ex hæreditate primi viri, an tales mulieres teneantur restituere filiis primi matrimonij ea quæ adquisiuit ex dicta negotiatione.

Respondeo quòd non, vt refert Molin. *in tract. de ritu nupt. & pactis in matrim. conuen. lib. 3. quæst. 75.* & refert Fontan. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 11. gloss. vnic num. 39.* dicens quòd † mulier non quærit prædicta bona ex causa 508 lucratiua iudicio viri, sed ex onerosa, propter societatem inter eos coitam ex obseruantia communiter approbata & admissa in dicto campo.

Quæritur opportunè, † qualis causa sit 509 magis priuilegiata, an causa dotis, an verò causa legati, seu alterius vltimæ voluntatis.

Respondeo quòd licèt causæ vltimarum voluntatum sint valde priuilegiatæ, si tamen ambæ concurrant, priùs est iudicandum pro dotis causa, quàm pro causa vltimæ voluntatis, ita Aretin. *in l. 1. col. vlt. vers. nunquid autem, in princip. ff. soluto matrim.* Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. tom. 1. lib. 12. tit. 32. num. 17.*

Constante † matrimonio auunculus cu- 510 iusdam mulieris dedit ei quingentas libras, nec expressit qua ex causa, videlicet an in dotis augmentum, néene. maritus accepit prædictam pecuniæ quantitatem, & eam consumpsit, postea soluto matrimonio mor-

te mariti fecuta voluit prædictas quingentas libras recuperare vnà cum dote, prætendens quòd dicta quantitas tanquam dotis augmentum computabatur. quæsitum fuit, an posset.

511 Respondi quòd non, quia † donatio purè facta erat, nullàque mentio habita de dotis augmento, & sic non expresso quòd dicta donatio in dotis augmentum fiebat, non poterat vt tale regulari, quia in dubio nunquam dotis augmentum præsumitur. quia specificè est declarandum, vt tradit Bald. Nouell. *in l. 1. n. 96. ff. solut. matrim.* sequitur Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 1. lib. 12. tit. 26. n. 9. vers. in dubio.*

512 Quæro, † si marito datæ fuerint mille quarteriæ tritici inæstimatæ, & matrimonium morte finiatur, an in electione mulieris sit eligere solutionem in similibus quarteriis, an verò in pecunia numerata ad iustam æstimationem.

Respondeo quòd non tenet electio in muliere, imò potiùs est electio viri, in quo

513 velit dotem restituere, quia † quando dantur in dotem marito res quæ pondere, numero, vel mensura constant, dotales res propriè non dicuntur, quia marito ita dantur, vt eas ad suum arbitrium distrahat, & sic soluto matrimonio alias eiusdem valoris & bonitatis restituat. *l. res in dotem, ff. de iure dot.* sentit gloss. quia ex quo functionem recipiunt in genere suo, sufficit tantundem restitui. *l. 2. §. 1 ff de reb. cred.* Paul. de Castro *in l. æstimata, n. 3. ff. solut matrim.* Lupus *in rubr. ff de donat. inter vir & vxor §. 17. n. 8.* Couarr *pract. quæst. cap. 28. n. 6. vers. sextò constituitur.*

514 Quæro † quando in dubio censeantur res datæ in dotem.

Respondeo quòd si mulieri nil in dotem datum fuerit, sed simpliciter diuersæ res datæ fuerint, tunc hæres cùm nil certi dotis nomine constitutum fuerit, in dotem censentur datæ, iuxta text. *in l. si ego, §. dotis autem ff de iure dot.* Bald. *in l. vlt num. 7. de sentent. quæ sine certa quantit. & in l. nulla, num. 2. vers. sed pone quòd non est appositum, C. de iure dot.* sequitur

515 Dec. *cons. 521.* Et † licèt in dubio bona magis præsumantur paraphernalia, quàm dotalia, iuxta tradita per Bald. *cons. 69. num. 2. lib. 1.* Dec. *cons. 521. num. 10.* Cephal. *cons. 122. n. 17. & cons. 365. num. 30.* hoc tamen intelligendum est quando præcessit promissio certæ quantitatis dotis nam aliàs dotalia iudicantur. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 12. tit. 27. num. 30.*

516 Quæro, † si dos consistat in fundo, & soluto matrimonio fundus retineatur ab hæredibus defuncti aliquibus annis, posteàque restituatur, retentis tamen fructibus, an tunc pro recuperatione horum fructuum competat eadem actio quæ competebat pro fundo.

Respondeo quòd actio de dote competet, & licèt fundus sit restitutus pro eorum recuperatione, eadem iura ipsi mulieri competunt quæ competebant pro eodem fundo dotali, quia † fructus prædicti computantur 517 in dote, & ipsam dotem augent. *l. si marito, §. vlt.* in illis verbis, *quia minorem dotem recepisset, ff. solut. matrim.* facit *l. etiam, C. de iure dot.* & quæ ibi notant communiter scribentes *l. inter socerum, §. cùm inter, in fin. de pactis dotal.* Hieronym. Gabriel *cons. 145. n. 1. lib. 2.*

Quæro † si morte mulieris secuta maritus aliqua expendit in melioratione necessaria fundi dotalis, an maritus pro expensis habeat retentionem in dicto fundo. 518

Respondeo maritum habere ius retinendi fundum dotalem pro expensis in eo factis. *l. qui exceptionem, § 1 ff de condict. indebit.* vbi † res fideicommisso subiecta pro expensis in 519 ea factis retinetur. quem textum extollit Aluat. Valasc. *de iure emphyteut. 1. part. quæst. 25.* Borgninus Caualca. *decis. 29. 2. part.* Franchis *decis. 109.* Thesaur. *decis. 205.* & quòd absolutè detur melioranti retentio rei melioratæ, est text. *in l. in rebus, § possunt, ff. commod.* & *ibi* communiter scribentes.

Sed si pro iure retentionis offeratur cautio, † an res liberanda sit cautione præstita, 520 quæri potest? &

Respondet gloss. magna *circa medium, in auth. de exhib. reis, § suspecto,* non liberari rem, sed retineri, non obstante quòd præstare cautionem sit paratus, & realiter eam præstet.

CAPVT XI.

De emptione, & venditione.

SVMMARIA.

10 Pre

10 *Pretium sufficit quod sit certum in pecunia tempore conuentionis, & num. 11. & 12.*

13 *Pretium quando dicatur certum & determinatum.*

14 *Actiones quæ oriantur ex contractu emptionis, & venditionis, & num. 29.*

15 *Emptio & venditio quare dicantur contractus bonæ fidei.*

16 *Differre secundùm magis & minus non est differre specie.*

17 *Bona fides quibus temporibus requiratur in contractu emptionis & venditionis.*

18 *Bona fides quibus temporibus requiratur in omnibus contractibus, 21.22.23.25.*

19 *Frequentiora ius considerat.*

20 *Bona fides quibus modis accipiatur.*

22 *Actio præscriptis verbis bonæ fidei dicitur, & quare.*

24 *Ius strictum quid sit.*

26 *Iudices qua forma antiquitus iudicabant, & num. 27.28.*

30 *Actio ex empto quando competat emptori, & 31.37.*

32 *Emptio & venditio quando dicatur perfecta, num. 35.36. cum seqq.*

33 *Scriptura quando requiratur in contractu emptionis, & venditionis, & 34.*

38 *Venditor quando dicatur morosus in tradenda re vendita.*

39 *Venditor quando possit retinere rem venditam iure pignoris.*

40 *Emptio an dicatur perfecta, si de pretio fuerit habita fides.*

41 *Pretium quando dicatur solutum.*

42 *Emptor quando possit vindicare rem cum effectu à venditore.*

43 *Fides de pretio quando dicatur habita.*

44 *Fidem de pretio quæ persona sint quæ possunt illam habere, & 47. cum seqq.*

45 *Vidua in Catalonia tenens & possidens, an possit habere fidem de pretio.*

46 *Dolus censetur ab omni casu exceptus.*

47 *Venditor quando possit agere contra rem pro pretio sibi non soluto, & qui creditores in eo præferantur.*

48 *Prior tempore, potior est in iure, & n. 49.*

50 *Res vendita non remanet pro pretio tacitè hypothecata, sed requiritur pactum expressum.*

51 *Constituti clausula impedit dominij translationem.*

52 *Constituti clausula transmittit dominium in creatione censualis.*

53 *Venditor quid adquirat per actionem ex vendito.*

54 *Emptor debet venditorem facere dominum rei.*

55 *Venditor actione ex vendito adquirit pretium & illius vsuras.*

56 *Interesse pretij non soluti in contractu emptionis, quando debeatur.*

57 *Pretium an sit soluendum secundùm valorem loci vbi contractus fuit celebratus, an verò loci vbi solutio est facienda.*

58 *Contractus non iudicatur secundùm locum vbi fuit celebratus, quando solutio certo loco est facienda.*

59 *Solutio est facienda secundùm locum vbi est præstanda.*

60 *Mutatio pecuniæ an mutet obligationem solutionis.*

61 *Animalis morbosi venditio quando valeat.*

62 *Vendens animal morbosum ad quid teneatur.*

63 *Actio redhibitoria quando competat.*

64 *Præscriptio quando locum habeat cum mala fide.*

65 *Tempora non currunt pendente aliqua conditione.*

66 *Vitium continuum in re vendita nullam reddit venditionem, & continua est actio.*

67 *Actio quanti minoris quando detur in contractu emptionis & venditionis.*

68 *Vitium rei quando nullum reddat contractum.*

69 *Vitium non annullat contractum si emptio fuit facta eo non obstante.*

70 *Vendere carius ad creditum quàm si pretium realiter soluatur, an liceat, cum seqq.*

71 *Pretium iustum quod sit, & in quo consistat.*

72 *Pretium quot gradus habeat.*

74 *Vsurarium esse contractum quomodo probetur, num. 75.*

76 *Vendere cariùs quando liceat.*

77 *Dies adiectus in solutione quando dicatur appositus inclusiuè, vel exclusiuè.*

78 *Dies appositus à lege censetur inclusiuè appositus.*

79 *Dies appositus ab homine an appositus inclusiuè dicatur.*

80 *Venditio facta alicuius rei dilata solutione si valor augeatur, quid faciendum, cum sequentibus.*

81 *Fortuiti casus an & quando censeantur excepti.*

82 *Fortuiti casus quot sint, & n. 83.*

84 *Æstimatio rei quando faciat emptionem, & 85.87.*

86 *Dominium in quibus contractibus non transferatur.*

88 *Emptio quando iudicetur in re dotali.*

89 *Compelli ad vendendum rustici & alij, an possint, & quo pretio, num. 90.*

91 *Clerici ad vendendum suos panes, an & quomodo possint compelli.*

92 *Prælati tenentur vendere tempore necessitatis suos panes, & quomodo.*

93 *Possi*

165 *Læsio*

165 Lesio enormis quæ dicatur.
166 Restitutio in integrum est præambulum ad cæteros actus.
167 Minor non restituitur si læsio nō euenit tempore minoris ætatis.
168 Promissio de vendendo an sit venditio, & 169. cum seqq. vsque ad 176.
170 Perfectum non dicitur quando post factum remanet quid fiendum.
174 Venditio quando dicatur perfecta.
176 Officialis an possit emere rem à suis subditis, cum seq.
179 Officiales iudices delegati an possint emere res quæ eorum iussu venduntur.
180 Officialis prohibitus emere pro se, an possit emere per interpositam personam.
181 Fraus præsumitur ex diuersitate personæ interpositæ.
182 Facta in fraudem legis nullius sunt momenti.
183 Vendendi facultatem an quis possit à se pacto auferre, & 184. 185. 186. cum seqq. vsque ad num. 189.
190 Promittens non alienare ad quid teneatur.
191 Promittens alicui vendere, & non alteri, ad quid teneatur.
192 Emendi facultatem an à se quis possit pacto auferre.
193 Rex potest pacto à se emendi facultatem abdicare.
194 Inhabilis à iure ad contrahēdum nunquam potest contrahere.
195 Contractus à iure prohibitus si fiat non valet.
196 Tutores siue curatores an possint emere res eorum qui sub tutela ipsorum existunt, 197.
198 Publicè & palàm quando dicatur venditio facta.
199 Tutores & curatores de iure Castellæ possunt emere res minorum suorum si publicè vendantur.
200 Decretum iudicis supplet personam tutoris, siue curatoris.
201 Vendita re à non domino an recuperans eam teneatur pretium restituere, 202.
203 Consuetudinem allegans tenetur eam probare.
204 Pretium an recuperetur ab emptore emente rem alienam ea euicta à vero domino.
205 Ignorantia non præsumitur eorum quæ publicè fiunt.
206 Hypotheca expressa non impedit translationem dominij rei publicè venditæ.
207 Rei verbum an in statuto comprehendat rem mobilem & immobilem.
208 Venditio an valeat si fiat absque consensu agnatorum, si statutum disponat quòd fiat de eorum consensu, & 209.
210 Consensus non requiritur vbi recusant præstare qui tenentur illud dare.
211 Consensu denegato quid sit faciendum.
212 Executores testamenti, seu manumissores an debeant vendere res hæreditarias defuncti.
213 Executores testamenti an habeant facultatem vendendi res hæreditarias.
214 Testator cum hærede totum negotium gerit.
215 Executorum testamenti an sit aliqua differentia.
216 Executores testamenti quibus differant.
217 Executores testamenti qui sint qui possint vendere res hæreditarias.
218 Venditio sub pacto de retrouendendo in quo consistat.
219 Venditio sub pacto de retrouendendo vbi tractetur.
220 Venditio sub pacto de retrouendendo an faciat contractum vsurarium cum modicitate pretij.
221 Modicitas pretij in quo consistat.
222 Fructus an sint restituendi si venditio resoluatur sub pacto de retrouendendo.
223 Venditio sub pacto de retrouendendo an & quando iudicetur vsurarius.
224 Pactū de retrouendendo an minuat iustum rei valorem.
225 Pretium iustum rei quando minuatur ex pacto de retrouendendo, & 226.
227 Pacti de retrouendendo facultas an tertiò prodesse possit.
228 Pacti de retrouendendo facultas an ad filias extendatur vbi de masculis fuit locuta.
229 Masculinum quando comprehendat fœmininum.
230 Augmentum rei quomodo consideretur quando res recuperatur ex pacto de retrouendendo.
231 Æstimatio augmenti quando redimitur res vendita, quomodo consideretur.
232 Pretium an realiter sit deponendum vbi res redimitur ex pacto de retrouendendo, an verò sufficiat sola oblatio.
233 Fructus quomodo sint diuidendi quando venditio resoluitur sub pacto de retrouendendo.
234 Temporis rata in diuisione fructuum, quomodo sit accipienda.
235 Fructus in contractu emptionis, & venditionis quomodo diuidendi.
236 Pactum de retrouendendo an præsumatur.
237 Factum semper est probandum.
238 Pactum de retrouendendo in Catalonia an præscribatur.
239 Contrahentes licèt non possint facere contra leges, possunt tamen extra leges facere.
240 Verba toties quoties denotāt perpetuitatem.

241 Pactum

332 Vni

472 Con

538 *Alienationes necessarias quilibet facere potest.*
539 *Coactè censetur fieri id ad quod faciendum compelli potest.*
540 *Amortizare quando teneatur Ecclesia, cum seq. & n. 546.*
541 *Ecclesia an teneatur amortizare rem sibi venditam cum pacto de retrouendendo.*
542 *Alienatio propriè qua dicatur.*
543 *Dominium rei legata quando transeat in legatarium.*
544 *Amortizatio quando dicatur necessaria.*
545 *Venditio sub pacto de retrouendendo an sit vera venditio.*
546 *Amortizatio quando sit fienda.*
547 *Pactum de retrouendendo impedit dominij translationem totalem.*
548 *Ratione legis cessante, an cesset illius dispositio.*
549 *Solemnitates an tractu temporis præsumantur interuenisse in alienatione rerum Ecclesiæ.*
550 *Fienda ab homine an præsumantur.*
551 *Solemnitates alienationis an præsumantur.*
552 *Emere quando possit quis securè sine periculo amittendi pretium.*
553 *Proclama quid operetur.*
554 *Pretium iustum quod dicatur.*
555 *Pretia rerum solent variari.*
556 *Valor rei iudicatur tempore contractus.*
557 *Alimentorum causa, bona quando possint vendi, cum seq.*
558 *Vendi quando possint bona causa alimentorum.*
559 *Alimenta filio per quem sint præstanda.*
560 *Alienari quando possint bona pro alimentis.*
561 *Promissio de non vendendo nisi Petro, an obliget vt sibi vendatur res.*
562 *Promittens vendere alicui, vendendo alteri ad quid teneatur.*

1 EMPTIONIS, † & venditionis contractum frequentissimum esse quotidiana praxis nos docet, vt refert Conan. *lib. 7. comment. cap. 6.* Charondas *lib. 1. verosimilium cap. 1.* Duaren. *lib. 1. disput. cap. 6.* Pinel. *1. parte, rubr. C. de rescindend. vend.* licèt enim à principio scriptum reperiamus
2 inter homines solam † permutationem frequentari, dum vinum pro oleo, vel oleum pro vino, aliáque merx pro alia mercede præstaretur, non cognoscentes hunc emptionis & venditionis contractum, vt docet I.C. *in l. 1. ff. de contrahend. empt. princip. Institut. eodem titulo.* Sed eius loco permutationem celebrabant, in qua multoties † inæqua- 3
litas inter contrahentes repetiebatur, vt refert Molina Theologus *de iustit. & iur. tract. 2. disput. 336.* de qua & eius natura latè idem Molina *disputatione 396.* Inde veteres conati fuerunt huic inæqualitati prouidere, excogitando † monetæ facturam & fa- 4
bricam, quæ mensura esset cæterarum rerum in valore & æstimatione, vt attestatur Iureconsultus Paulus *in dicta l. 1. ff. de contrahend. empt.* ibi, *electa materia est, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus*, &c. iuncta gloss. *verbo electa materia*, &, vt refert Aristot. *lib. 5. Ethic. cap. 5.* & ex Plinio, Molina Theolog. *vbi suprà.* Postquam autem adinuenta fuit pecunia quæ res omnes adæquauit, frequentissimus † emptionis & venditionis contra- 5
ctus fuit, suúmque originem à iure gentium quoad conuentionem; de iure verò ciuili quoad formam ei præfixam (vt infrà dicemus) habuit, quod ex verbis Iustiniani Imperatoris comprobatur *principio Instit. hoc tit.* ibi, *emptio, & venditio contrahitur simulatque de pretio conuenerit, quamuis nondum pretium numeratum sit.* Cætera verò subsequentia verba, ibi, *nam quod arrhæ nomine*, &c. cum sequentibus † formam huic contractui de 6
iure ciuili præfixam nos docent. quo pacto intelligendi sunt text. *princip. Instit. de obligat. quæ ex consensu. & in l. 1. § fin. ff. de contrahend. empt. l. in venditionibus, eodem titulo, l. 2. C. eod.* & in hoc sensu intelligendi sunt text. *in l. ex hoc iure, versic. venditiones, locationes.* iuxta Accursij interpretationem *ibidem, verbo obligationes.* Cùm autem multa sparsim circa huius contractus obseruationem à Doctoribus tam disputationis gratia, quàm aliàs scripta sint in vim resolutionum, quæ difficiliora erunt in disputatione resoluta tradentur.

Primò igitur quæro, † quæ sint de sub- 7
stantia & essentia huius contractus? & magistraliter respondetur tria præcipuè requiri. Primum quòd adsit corpus certum. Secundum, consensus vtriusque contrahentium. quæ duo requisita probantur ex *l. 1. & toto titulo, ff. de contrahend. empt. l. 1. & toto titulo, C. eodem, §. 1. Institut. eodem titulo.* Tertium est quòd pretium sit certum, & determinatum, & in hoc maior essentia & substantia totius contractus fundatur, adeò vt † si pretium 8
non interueniat certum & determinatum, contractus non dicetur emptionis, & venditionis, sed permutationis. ita Iustinianus *in l. fin. C. de contrahend. emptio. l. si merces*, iuncta gloss. *verbo non videtur.* ibi, *quia quantitatem certam non definierunt, ff. locat. §. pretium,*

§ item

§.item pretium, Institut. eod. quod in pecunia numerata debet consistere. *d.§. item pretium, l.vlt.C.de contrah.empt.*

Secundò quæritur & aliud dubium quod ex prædicta resolutione oritur, & est illud,
9 † si in contractu emptionis, & venditionis interueniat hoc quòd tempore solutionis loco pretij in pecunia numerata consistentis res tradatur, an eo casu dicatur contractus talis emptionis, & venditionis, & vt talis iudicetur; an verò in contractum permutationis suam naturam transmittat. Hoc dubium ex Bartoli mente & aliorum, inter quos Panormitanum enumerat Gomez 2. *tom.variarum cap.2 num.9.* & Pinell. *in rubric. de rescindenda venditione, 2.parte cap.2.* & aliorum. Mouet Molina Theologus *de iustitia & iure, tractat.2. disputat. 366.* illámque componere vult, dicendo quòd si in contractu emptionis, & venditionis pro re quæ venditur, detur aliqua pars pretij in pecunia, & pro residua parte pretij detur & tradatur aliqua res, seu species, attendendum tunc esse ad verba quibus contrahentes prædictum contractum celebrarunt, inde inferens quòd si non sit multus excessus quoad valorem inter pretium & rem, quæ cum eo datur pro alia re, si verba contrahentium magis conueniant emptioni, & venditioni, tunc talis contractus emptionis, & venditionis iudicetur; si verò verba contractus magis adaptentur permutationi, quòd tunc dictus contractus permutationis sit eo quòd dicunt verba contrahentium contractum alterum ex prædictis facere, iuxta text. *in l.semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris.*

Sed ego prædictum dubium ex prædictis non decidi arbitror, cùm prædicta locum habeant quando pro pretio interueniunt pecunia & merecedes simul in conuentione. Quæstio autem proposita est,
10 an † quando pretium in conuentione conuentum est, vt integrum in pecunia numerata consistat, & postea tempore solutionis pretium in mercede soluitur, non verò in pecunia, an hoc casu emptio & venditio talis contractus remaneat, & ex ipso actiones ex empto & vendito competant; an verò in contractum permutationis transmittatur? quam quæstionem resumendam censeo ex hac distinctione & diuisione, vt si conuentio fiat circa pretium tempore contractus, quòd tempore solutionis soluatur in pecunia numerata, quòd eo casu venditio vera sit, licèt tempore solutionis loco pretij iam destinati in pecunia tempore conuentionis merecedes tradantur; si verò conuentio fiat à principio vt loco pretij res aliqua tradatur, licèt contrahentes velint celebrare emptionem, & venditionem, nihilominus talis contractus emptionis, & venditionis non fit, sed potiùs permutationis. Et ratio in promptu assignatur, quia † de essentia emptionis, & venditio- 11
nis contractus solùm est vt conuentio fiat circa pretium tempore conuentionis, & sic sufficit quòd conuentio fit circa pretium in certa quantitate existens, quæ eo tempore numerari realiter possit; si verò ex postfacto loco pretij conuenti merecedes tradantur, seu res aliqua mobilis, seu immobilis, non ex eo desinit esse emptio, seu venditio. ita tradit Erigius Casatellus de sancto Stephano *in libro Institutionum iuris, tit. de emptione, & venditione, §.item pretium, littera R.* quod probat ex Iustinian. *ibidem*, in illis verbis: † *Pretium autem constitui oportet,* 12
quæ quidem verba clarè loquuntur de tempore conuentionis, qoia eo tempore propriè constitui pretium dicitur, alio autem tempore promissa dicitur pecunia. *l. si merces, ff locati conducti.* quando de tempore præterito, *toto titulo ff. de constitut.pecunia.* Dicitur etiam † pretium certum & determina- 13
tum, si illud referatur ad aliquod ex quo certificari possit, vt resoluit Gomez 2. *tom. variarum cap.2. num. 9.* exemplificans suum dictum, dicens tunc haberi pretium pro certo, quando vt si quis dicat quòd vendit rem quanti ipse emit, vel quanti in tali arca habet, quod probat ex text. *in l.si hac venditio, §. huiusmodi, ff de contrah.empt.*

Tertiò quæritur, † quot actiones, & quæ 14
ex hoc contractu oriantur, quæque vnaquæque ex illis sit.

Respondetur in præsenti dubio duas actiones oriri, nempe vnam ex empto, aliam ex vendito. *toto titulo ff. de action. empt. & vendit. & l. 1. & toto titulo C. eodem. & §. omnium autem actionum, Institut. de action.* vbi inter contractus bonæ † fidei 15
tunc contractum enumerat, non ex eo quòd licèt in omnibus contractibus requiratur bona fides, in hoc exuberantior desideretur, vt attestantur Decius *in l.in actionibus, ff. de in litem iuran.* & alij quos refert Coras. *lib.2.miscella. cap.8.num.1.* quia diuisio debet fieri inter diuersas species. *l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, princip. Institut. de iure person.* & certum est quòd † ea quæ 16
differunt secundùm magis & minus, non differunt specie. *l.vlt.ff.de instruct.fund.* Nam hac ratione pro vera admissa contractus emptionis non solùm esset dicendus bonæ fidei, sed altiori nomine esset nominandus, cùm in eo maior bona fides requiratur, quàm in cæteris, quia † in contractu emptionis, 17

& venditionis bona fides duobus temporibus requiratur, nempe tempore celebrati contractus,& tempore traditionis.l.2.ibi,scilicet quia in cæteris contractibus sufficit traditionis tempus, *iuncta gloss. verbo contrahitur.*

18 In † cæteris verò contractibus sufficiat bona fides tempore traditionis.*l.sed etsi res,§.vltimo,iuncta gloss. §. præcedentis, verbo publiciana,ff.eod.*

19 Sed quia cùm † ad frequentiora ius nostrum adaptetur. *l.nam ad ea,ff.de legib.* &, vt supra diximus, & attestatur Faber *in § pretium, Instit. hoc tit.* propter earum frequentiam factam hoc esse dicunt quòd enumeretur inter bonæ fidei contractus, vt in alio proposito consideret Iureconsultus *in l.usto 44.vers.*51.ibi,*propter assiduam & quotidianam comparationem seruorum,ff.de vsucap.* Sed cùm prædicta obiter tetigerim, quæ verè non definiunt propriam negotij quidditatem, vt eam tradam licere mihi debet paulisper digredi, dummodo ea referam ad propositum quæ non ita obiter inuenientur.

20 Dico igitur † bonā fidem duobus modis accipi, vt refert Oliba *de action. tom.* 1. *lib.*2. *§ actionum autem, num.2.& 3.* Primò pro eo quòd abest à fraude, malitia, & figmento, qua significatione opponitur malæ fidei & dolo, *l.3.§.vltim.* ibi, *quia bona fides contraria est fraudi & dolo, ff. pro socio.* quomodo debent intelligi text. *in l.si quis in rem* 34. in illis verbis, *si bona fide & non in fraudem, ff.de procurat.l.si cùm fundum,*68.2.*respons.* ibi, *dolus malus à venditore aberit, ff.de contrahend.empt. l.qui filium,* 23. ibi, *vt bona fide & contra fraudem statuliberi & tutoris id fiat, ff. de manum. testament. l. igitur* 12. ibi, *& seruum posse sine dolo malo,ff.de liber.causa.l.2.* ibi, *nam quæ bona fide medio tempore ab hærede,ff.de separatio.l qui à debitore* 9. ibi, *bona fide emptorem non teneri, ff. quæ in fraudem creditorum, l. si medicus.* ibi, *contra fidem bonam æger venderet, ff. de varijs & extraordin. cognit. l.1. C.de rei vindicat.* quæ iura sic intelligenda esse docet Conan. *lib.3. commentar. cap.12. num.1.* faciunt notata per Couarr. *in reg. possessor, 2. part. §.6. per totum.*

21 & sic sumpta † bona fide, & in hac significatione accepta, in omnibus contractibus debet bona fides interuenire, & sic est intelligendus text. *in l.2. ff. de precar.* ibi, *hoc interdictum restitutorium est, & habet naturalem*

22 *æquitatem.* vbi † actionem præscriptis verbis bonæ fidei appellat I.C. cùm ipsa stricti iuris sit, vt latè tradit Oliba *de action.tom.1. lib.2. §. actionum autem, num.37. cum sequentibus.*

23 Alio verò modo † bona fides accipitur pro iustitia desiderante summam æquitatem, & comprehendente id quod bonum & æquum est, licèt non esset verbis expressum. Couarr. *in reg.possessor,2.part.§.6.num.2.* quo casu stricto iuri opponitur (sicuti in prima significatione dolo opponebatur. Ius autem † strictum est illud, quo quis sequi- 24
tur iuris rigorem, & magis verba illius, quàm æquitatem. *l. non solùm 67.§.de vno,versic.sed si Senatusconsultum stricto iure,ff.de ritu nuptiarum.* qua significatione adiecta ex ea dicuntur actiones † bonæ fidei, quia in his summa 25
æquitas desideratur, & iudici permittitur excedere ab his quæ conuenta sunt. quod significare videtur Iureconsultus Paulus *in dicta l.quia tantundem, ff.de negot.gestis.l.quæro, in princip. ff.locat.l.2.ad finem, ff. de obligat. & action.§.vnic.Institut.de obligat.* ex consensu Oliba *de action. dicto §. actionum, num.6.* Qua significatione adiecta, prædicta diuisio inter species omnino diuersas facta fuit, cùm bona fides stricto iuri & illius rigori opponatur. *l.placuit,C.de iud.*

Prædicta † autem differentia iudicandi 26
secundùm strictum iuris rigorem, seu æquitatem, originem traxit ex eo, quia Prætores (de quorum officio Oliba *de action. tom. 1. lib.2. § sed iste, à num.22.*) qui solebant iudices litigantibus dare, *l. 1. ad finem, ff. de iurisdict. omnium iudicum*, in commissione causæ quam faciebant, solebant solam commissionem facere. quo casu iuris strictum rigorem seruare tenebantur; quandoque verò in commissione addebant verba hæc, *cognosce ex bona fide*, vel alia, quanto meliùs æquiùsque videbitur, vt tradit Coras. *lib. 2. miscella. cap. 8.* Reuar. *de auctorit prudentum.* Forcatul. *dialog. 9.* Couarr. *in reg.possessor. 2. parte, § 6. per totum.* & hoc placuit Oliba *dicto §. actionum, num. 1. circa finem*, dum diceba, *bonæ † fidei dicuntur quòd in eorum formulis* 27
additum sit quidquid ex bona fide dari fieriue oportet; stricti verò iudicij quòd iudex in illis datus sit ad certam formulam, & ad in ea expressa adstringatur. idem Oliba *dicta 1.parte lib.2. § in bonæ fidei iudicijs, num.1.& 2.* & sic cùm prædictus contractus & cæteri à Iustiniano *ibidem* relati quotidiani essent & frequentissimi, propter eorum frequentiam † solebant Prætores in commissione causa- 28
rum eorum prædictam clausulam apponere, qua iudicibus magis licitum erat ex bono & æquo cognoscere, quàm secundùm ius strictum iudicare. quibus constitutis vt ad institutum nostrum à quo digressi sumus, velut à postliminio quodam reuertamur.

Dico † quòd ex prædicto contractu duæ 29
actiones oriuntur, quarum vna ex empto, altera verò ex vendito appellatur. Oliba *de actio.dicto § actionum,num.24 in fin.* Quid autem

tem per vnamquamque earum adquiratur,
30 videndum nunc est. Et in primis † ex empto
actio emptori competit statim atque perfe-
ctus est contractus, etiamsi pretium non fue-
rit realiter oblatum, dummodo fuerit con-
uentum & promissum. *l. ex empto. ff. de actio.*
empt. ibi, *& in primis ipsam rem præstare ven-*
ditorem oportet. id est, tradere. *l. ex placito. C. de*
rerum permutat. l. 1. §. item emptio. ff. eod. Bart.
in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur.
dicit communem Ias. *in l. iurisgentium, in prin-*
cip. num. 12. ff. de pact. & in §. actionum, n. 134.
Instit. de actio. Decius *cons. 421.* Olıba *de actio.*
1. part. lib. 2. § actionum autem, num. 24 in fine.
quod intelligendum est quo ad hoc, quòd
31 † actio orta dicatur, non verò quo ad hoc
quòd cum effectu actio exerceri possit, si
exceptio non soluti pretij opponatur, vt in-
frà dicemus.

32 Vlteriùs quæritur, † an & quando dica-
tur contractus emptionis, & venditionis per-
fectus.

Huius articuli resolutio dependet ex di-
uisione quam ponit Iustinianus *in §. sed hoc*
quidem. Instit. de emptio. nempe quòd quan-
do contractus emptionis, & venditionis fuit
à principio celebratus cum conditione ex-
pressa quòd scriptura interueniente perfice-
retur contractus, & non aliàs, vt docet Ac-
curs. *ibid. verbo, scriptura conficiuntur.* quia cùm
33 hoc casu † scriptura de substantia venditio-
nis dicatur ex volnntate contrahentium, non
dicetur contractus emptionis perfectus, quo-
ad vsque instrumentum emptionis & vendi-
tionis fuerit firmatum *l. contractus.* ibi, *illos*
tamen quos in scriptura fieri conuenit. C. de fide
instrum. Si autem à principio non fuit con-
uentum inter contrahentes, quòd contractus
non aliter valeret quàm facta scriptura. hoc
casu emptio perfecta censetur statim atque
contrahentes conueniunt de pretio, ita ex
iuribus supradictis hæc sententia probatur,
34 etiamsi postea † contrahentes conueniant
de conficiendo instrumento. quia ex tali pa-
cto emptionem non suspendere attestatur
Molina Theolog. *de instit. & iure, tract. 2. di-*
sput. 337. vers. quæ dicta sunt, circa finem. qui in
principio quæstionis hanc receptam esse sen-
tentiam attestatur, & de iure Castellæ cau-
tum esse, ex *l. 6. & 8. tit. 5. partit. 5.* & ibi Greg.
Lopez, & de iure Portugaliæ *lib. 4. ord. tit. 23.*
& 24. tenet latè Menoch. *de præsumpt. lib. 3.*
præsumpt. 148. num. 7. vbi in tota præsumptio-
ne agit quando contractus perfectus iudice-
tur, si contrahentes fieri scripturam volue-
35 runt. Quòd autem dictum est † contractum
emptionis perfectum esse ex sola conuen-
tione, quando inter partes non fuit conuen-
tum de firmanda scriptura, vel facta scri-
ptura, quando partes conuenerunt quòd fie-
ret scriptura, non ita indistinctè accipien-
dum est, sed cùm pretium fuerit solutum, vt
infrà dicetur.

Quæritur ampliùs, † an & quando partes 36
non conuenerunt à principio quo fiebat scri-
ptura, sed sola conuentione celebratus fuit
contractus, eo casu dicatur perfecta vendi-
tio? &

Respondetur vt suprà, nempe quòd dicitur
perfectus quo ad hoc, vt ex eo actio oriatur,
non verò quòd possit cum effectu exequi.
quia † vt actio ex empto cum effectu dicatur 37
competere, requiritur vt antea pretium sol-
uatur, & sic casu quo venditio fuit facta, si
pretium non fuerit solutum cum effectu,
actio ex empto non dicitur competere pro-
pter paratam pretij non soluti exceptionem,
quod eleganter insinuat Iureconsultus *in*
l. Iulianus debitorem §. offerri. ff. de actio. empt.
quod intelligendum est, si per partem, id est,
per venditorem opponatur. nam aliàs si de
pretio non soluto non opponatur per vendi-
torem ex sola petitione facta per emptorem,
† ipse venditor in mora constituitur. Bald. 38
in l. 1. colum. 3. vers. quæro quid si. ff. de vsu, &
vsufruct. legat. & alij quos citant Dec. *cons. 421.*
num. 1. & Gregor. Lopez ad *l. 27. tit. 5. partit. 5.*
glossa *verbo, el pretio l. 1. & l. venditi. C. de actio.*
empt. & vendit Nec prædictis refragatur text.
in dicto §. offerri. versic. venditor, vbi dicit Iu-
reconsultus, † venditorem quasi pignoris 39
iure rem retinere posse, donec ei pretium ab
emptore soluatur, quia ille text. debet intel-
ligi, quando ipse venditor de non solutione
pretij opponere vult, quia potest tunc loco
pignoris retinere. Si autem pretium inte-
grum solutum fuerit, tunc actio ex empto
integrè competet, quoad natiuitatem & exe-
cutioné illius, cùm eo casu emptor per ven-
ditionem ope exceptionis pretij non soluti
repelli non possit, iuxta tradita per Dec. *d.*
cons. 421. à num. 1.

Longiùs quæritur, cùm † contractus em- 40
ptionis, vt dictum est, quoad suam perfe-
ctionem tunc dicatur perfectus quoties pre-
tium integrum solutum est: quid si de pre-
tio fides est habita, an tunc dicatur integrè
perfectus? Et eo casu perfectum esse em-
ptionis contractum statim atque de pretio
fides est habita, docet *l. empti fides, & ibi*
gloss. verbo, non numerata. C. de contrah. empt.
§. venditæ quoque res. Instit. de rerum diuis. tra-
dit Gregor. Lopez *ad l. 27. tit. 5. partit. 5. gloss.*
verbo el pretio, ad finem. ex quibus resolutiuè
dicitur quòd si per venditorem est habita
fides de pretio, dilatata etiam solutione, eo
casu poterit emptor à venditione petere vt
cum effectu res tradatur, quia † pretium 41

tanquam solutum habetur, vt suprà diximus interpretando *l. Iulianus verum debitorem.* §. *offert.* Greg. Lopez *l.46. tit.8. partit.6.* vbi quærit, an si emptor habuerit fidem de pretio ad certum tempus, non soluto pretio in termi-
41 no † possit ipse venditor rem ab emptore propria auctoritate vindicare? & resoluit quòd non, ex Accursij sententia *in l. inciuile. C. de rei vindicat.* quia priùs ad pretij solutionem debet venditor agere, quod decidit Imperator in illis verbis, *sanè de pretio si hoc non antè probatum fuerit te recepisse, conueni aduersarium tuum.* quibus satis clarè decidit ob pretium non solutum vindicare rem venditorem non posse, & idem probatur *in l. non idcirco, in fine. C. de contrah. empt.* ibi, *nec enim, licèt incontinenti facta pœnitentia contestatio consensu finita rescindit.* ex quibus verbis apparet falsò existimasse Ioannem allegatum à gl. *in dicto* §. *vendita*, fidem emptoris non soluto pretio posse vindicari, & hoc aduertit glossa marginalis in noua impressione iuris ciuilis.

43 Quæro vlteriùs † quando dicatur habitam fuisse fidem de pretio? cui dubio respondet primò Accurs. *in dicto* §. *venditæ, verbo fidem emptoris, vers. item quid si simpliciter*, dicens statim traditione facta celebrato contractu fidem secutam fuisse dicendum esse, nisi (inquit) ipse venditor probaret se spe futuræ numerationis id fecisse, quia pecunia præsens erat, vel iam liberatio bancaria, seu tabularia ordinata esset, quia censetur hæc realis solutio, vt probatur ex Accurs. *in l. 2. ff. de pignor. actio.* & *ibi* Bart. Bald. *in l. si non donationis. C. de contrah. emptio.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.79.*

44 Quæro, † an omnis venditor possit habere fidem de pretio? & resolutiuè dico, verum & legitimum dominum rei venditæ de pretio fidem habere posse, cùm suæ rei vnusquisque sit moderator & arbiter. *l. in re man-*
45 *data. C. mand.* quo pacta in Catalonia † vidua tenens legitimè & possidens vniuersam hæreditatem sui viri defuncti, cùm sit loco hæredis vniuersalis, vt tradit Mier. ad constit. *Hac nostra, vers. ibi omnia bona*, & secundùm eius impressionem, in fine repertorij facti per Despuiol. *num.42. & 43.* vendendo res mariti poterit habere fidem de pretio, dummodo in dolo non sit, quia hoc casu
46 absolutè tenetur de pretio, cùm † dolus semper à quocumque casu censeatur exceptus, secundùm ea quæ tradit Dec. *consil.516.* Surdus *cons.115. lib.1.* vbi gloss. *C. si maior factus.* Curt. iunior *consil.50. num.8. lib.2.* Roland. à Valle *consil.59. vol.4. n.42.* Ant. de Gāma *decis.90. n.1.* Molina Theolog. *disp.579. mihi pag. 2126.* Institores etiam possunt fidem de pretio habere, nisi expressè eis fuerit prohibitū. *l. quicunque.* §. *si ei. ff. de instito. actio.* vel nisi dolosè procedant, tradit Maranta *de ord. iud. 4. part. distinct. 22. num.12.* Sunt autem aliqui qui vendendo non possunt de pretio fidem habere, quos hîc breuiter referam, & sunt qui sequuntur.

Vendens † rem Ecclesiæ, vel fisci, vel mi- 47
notis, non potest de pretio fidem habere. *l. si procurator*, aliàs *si curator.* §. *si ab eo*, & *ibi* gloss. *verbo soluto. ff. de iure fisci.* Bart. *ibidem.* Abb. *in cap.2. in fine, de precario.* Creditor etiam vendens pignus non potest habere fidem de pretio. *l. eleganter.* §. *si vendiderit*, & *ibi* Bart. *ff. de pignor. actio.* Procurator etiam vendendo potest quandoque fidem habere, videlicet si fit cum libera & generali administratione, quia Procurator cum libera & generali facultate potest facere ea omnia, quæ potest facere ipse dominus. *l. procurator cui libera. ff. de procurat.* quia æquiparatur speciali mandato. Geminian. *consil.129 num.4.* qui alios tefert. Secus verò si esset Procurator sine generali & libera facultate, quia tunc non potest, nec etiam possit Procurator cum potestate libera & generali, quando venditio fit pro solutione executionis rei iudicatæ, quia debet interuenire pecunia. ita Bart. *in l. à diuo Pio.* §. *sed si emptor, num.2. ff. de re iudic.* vbi latè de Procuratore habente fidem de pretio. Bald. *in l. per diuersas, col.5. de procurat.* latè Redoanus *de rebus Ecclesiæ non alien. quæst.2. c.18. per totam.* Executores etiam testamentorum casu quo vendant hæreditarias res, derelictas præcipuè ad pias causas, non poterunt de rebus venditis per eos de pretio fidem habere, nisi habeant liberam potestatem, quia si liberam à testatore facultatem habeant, & bona fide id faciant, poterunt vendere, habita fide de pretio, tradit Bart. *in l. alio hærede, num.22. ff. de aliment. & cibar. legat. &c.*

Quæro vlteriùs, † an vendita re, & tra- 48
dita, & habita fide de pretio per venditorem, si postea fiat executio in bonis emptoris, & res vendatur in ea, vel eius pretio, præfetatur ipse venditor pro pretij recuperatione, an verò anteriores creditores ipsius emptoris præferantur. Cuius dubij resolutio dependet ex ea quam proposuimus suprà, an nempe & quando dominium rei venditæ transeat in emptorem. quod, vt ibi resoluimus, transfertur tantùm atque conuenerunt in vnum contrahentes, & pretium solutum est, vel fides habita de pretio. Molin. *dicta disp.358.* idem sensisse videtur Heting. *de fideiuss. c.10. num.236.* vbi dicebat quòd tradita re venditra, habita fide de pretio venditor non habet regressum ad rem, sed ad pretium, ex *l. ciuile, C. de rei vindicat. l. non idcirco. C. de contrahend. empt.*

empt. eò quòd in dicto casu cùm dominium
translatum est in emptorem, ordinaria suc-
48 cedit regula quòd † qui prior est tempore,
potior in iure sit, attestatur Oliba *de action.*
tom.1.lib.2. cap.29.n.53. ex Corneo *cons.126.*
num.2. vol.4. Paris. *cons.69. num.157. & seqq.*
vol.3. quæ etiam regula in generali concursu
hypothecarum locum habet, quod intelli-
gendum est quando creditores sunt æquales
in obligatione & hypotheca, quia hoc casu
49 † qui prior est tempore, potior est iure; non
verò si inter creditores iure publico consi-
deretur aliquis fauor, vt de mente nostri Su-
premi Cataloniæ Senatus refert decisum Pe-
guer. *1. tom. decis.38. num.16.* quia prædicto
casu certum est quòd res quæ excquitur, pro-
pria est ipsius emptoris qui debitor est. nam
50 † res vendita non remanet tacitè hypothe-
cata pro solutione pretij, sine partium ex-
presso consensu, & pacto. *l.quamuis. ff. de in*
rem verso, & ex Surdo refert Oliba *de action.*
tom.1.lib.1.cap.29.num.39.vers.nec competit. Si
tamen venditor in contractu venditionis, de
cuius pretio fidem habuit, pro securitate il-
lius rem sibi specialiter hypothecauerit, cum
clausula *constituti & precarij*, cùm hoc casu
virtute dictarum clausularum remaneat do-
51 minium penes ipsum venditorem, quia † per
appositionem dictæ clausulæ *constituti* impe-
ditur dominij translatio in ipsum emptorem
& quemcumque alium, latè Tiraquell. *in*
tract. de constitut. 1. part. à num.30. cum pluribus
seqq. Oliba vbi suprà *num.53.* referens Cæ-
pollam *cons.493.num.83.cum seq.* quemadmo-
dum per dictam clausulam in venditione
52 censualis specialiter re hypothecata † virtu-
te clausulæ *constituti*, transfertur vera posses-
sio in ipsum creditorem censualistam, dum-
modo clausula *cōstituti* (quæ fortior est quàm
precarij, cùm per constituti clausulam trans-
eat possessio, vt ex mente Alex. *In l.quod meo,*
& in l. interdum. ff. de adquir. possess. Bald. *con-*
sil.494. Ias. *in l. quoties. C. de rei vindic.* refert
Afflict. *decis.139.num.fin.* Anton. de Gamma
decis.56. Tiraquell. *in tract. de constit. 1. part.*
num.4. Guido Papæ *decis.268.* & *ibi* additio.
Ranchini) in contractu emptionis pro secu-
ritate pretij non soluti apponatur, & in hoc
concursu priorum creditorum tempore cum
creditore venditor iste licèt posterior tem-
pore præferret ut in re vendita, vel in pretio
illius cæteris omnibus anterioribus credito-
ribus ipsius emptoris.

53 Aliam † actionem ex præsenti contractu
oriri, nempe ex vendito, vt suprà *num.14.*
diximus, quam *ex vendito* Iureconsulti no-
minarunt, & hanc venditori competere di-
cunt. Sed quid per eam adquiratur videa-
mus, & in primis requiritur vt pretium ab
emptore soluatur. *l. Iulianus. § ex vendito. ff. de*
actio. empt. l. 1. & 2. C. eod. quod non solùm te-
netur numerare, sed effectualiter tradere.
l. ex empto. 11. in fine princip. ff. de act. empt. do-
cet Accurs. *in dicta l. ex empto, verbo facere de-*
bet, & illius dominium in venditorē trāsmit-
tere. quia † emptor debitor generis est, cùm 54
pretium debeat in genere, & sic pecuniæ do-
minium transferre tenetur in venditorem. *l.*
hæres.58. ff. de euict. l. qui concubinam. § si hæres.
ff. de legat.3. iuncta *l. si à substituto 47. §. hæres.*
ff. de legat.1. sequitur Bald. *in dicta l. ex empto,*
num.5. communem dicit Ias. *in l. cum mota,*
num.2. C. de transact. Per hanc etiam actionem
consequitur † vt ei soluantur vsuræ pretij 55
non soluti à die quo venditor rem tradidit.
l. curani. C. de actio. empt. dicto §. ex vendito, &
sic de iure Canonico procedere decet Con.
lib.3. var. cap.4. Gutier. *de iurament. confirmat.*
1. part. cap.2. num.3. & canonic. qq. cap.39. n.20.
indéque fit quòd in Catalonia cùm ex con-
stitutione 40. anni 1599. deficientibus ex-
pressis constitutionibus, seu Pragmaticis se-
cundùm ius Canonicum sit iudicandū, etiam
hoc casu † interesse debebitur vēditori à die 56
quo rem emptori tradiderit, non verò à die
quo interesse fuerit petitum, sicut aliàs in-
teresse solet iudicari, secundùm ea quæ tra-
dit Peguer. *in suis decis. tom.1. cap.178.* Mich.
Ferrer. *3. part. obseruat. cap.384.* quia diuersa
est inter prædictos duos casus ratio diffe-
rentiæ.

Quæro † an si quis emit in ciuitate Bar- 57
cinona aliquam rem certo pretio soluendo,
in alia, veluti Valentiæ, aut Cæsar Augostæ,
vel alia vbi valor monetæ est diuersi valoris,
eo casu emptor teneatur soluere pretium in
pecunia secundùm valorem ciuitatis vbi fuit
contractus celebratus, vel secundùm valo-
rem vbi pretium est soluendum. Cui dubio
resolutiuè respondetur quòd si inter contra-
hentes designata est certa & determinata
species monetæ, veluti *en reals de vuit, o de*
quatre, aut simili, tenetur emptor pretium
soluere, quia quoties conuentio facta est in
certa & determinata specie monetæ, ipse em-
ptor non potest venditorem conuenire, vt
in alia specie pretium recipiat, etiam si mo-
neta qua soluere vult, sit cuiuslibet bonitatis
& valoris. hanc sententiam reuent Bartol.
Alex. Aretin. & alij *in l.2.§.1. ff. si certum petat.*
Bald. *in l. si quis argentum, in princ. C. de donat.*
Boër. *decis.327. num.16.* Couarr. *veterum*
numismatum cap.7. in princ. Si verò contrahen-
tes certam speciem pecuniæ non designa-
tunt, emptor tenetur soluere in ea ordinaria
moneta quæ expenditur in loco vbi solutio
est facienda, quia hoc casu attenditur regula
quòd † contractus iudicari debet secundùm 58
natu

naturam & obseruantiam loci vbi debet adimpleri, non verò loci vbi fuit celebratus, ex text. *in l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. l. 1. ff. ex quibus causis in possessionem eatur.* maximè, quia
59 † in executione contractus semper inspicitur locus solutionis. tradit Thom. Cerdan *in tract. de visitat. carcer. cap. 12. num. 5.* quod confirmat ex communiter scribentibus ad *l. si fundus. ff. de euict. l. quare. ff. de solutio. l. hares absens. ff. de iudic.* Philippus Francus, & Archidiac. *in cap. Romana, de foro competen. in 6.* Bald. *in l. 1. C. ne filius pro patre.* Ias. *in l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ, num. 7. 8. & 9. ff. de re*
60 *iud.* Si † autem solutio sit facienda in eodem loco contractus, & à die celebrati contractus ad diem solutionis fuerit mutata bonitas intrinseca, veluti materia, vel pondus, tunc soluendum erit pretium iuxta bonitatem pecuniæ tempore contractus. ita Boër. *decis. 327. num. 12. & 13.* vbi latè, in quibus casibus mutatio pecuniæ cedat in vtilitatem, vel damnum ipsius debitoris. Couarr. *dicto cap. 7. veterum numismat. num. 2.* vbi per totum caput multa tradit de mutatione monetæ, forma, & valore illius, tam ad incrementum, quàm ad diminutionem, penes quos videre poteris. Afflict. *decis. 90.*

61 Quæret aliquis, † an venditio alicuius animalis detecto vitio, seu morbo per venditorem valeat? Cui responderi poterit ex traditis longa commentatione per Molin. Theologum *de iustit. & iure tract. 2. disp. 353. per totam*, ex text. *in l. Iulianus, in princ. ff. de actio. empt. l. si vina la 2. vers. planè. ff. de periculo & commod. rei vend.* & ex aliis per eum allegatis, *in vers. prima concl.* resoluitque, dicens quòd si vitium patens non erat, eméisque illud ignorabat, & venditor sciebat, nec illud reuelauit, si est notabile, licèt valeat venditio, tenebitur tamen emptori restituere pretium, & recuperare animal actione redhibitoria, refert Peguer. *in suis decis. 1. part. cap. 128. per totum*, maximè *num. 9.* vbi refert decisionem Senatus, cùm iam *num. 2.* tradidisset quatuor requisita necessaria, vt actio redhibitoria locum habeat. idem sequitur Surdus *decis. 146.* & non solùm tenetur recuperare rem, & pretium restituere, verùm etiã
62 † tenetur de omni damno dato ex dicto animali, veluti si infecit alia animalia, seu pecora: in foro autem interiori nullum esse talem contractum, asserit Molina *vbi suprà.* Si autem emptor cognito vitio esset empturus animal, sed minori pretio, valebit venditio, sed venditor tenebitur reficere emptori quã-
63 to minoris rem esset empturus: actio † autem competens actori, videlicet redhibitoria, seu quanti minoris, incipit currere à die scientiæ, ex *l. cùm sex menses, de adilit. edict.* Gregor. Lopez ad *l. 65. tit. 5. partit. 5. gloss. vlt.* lapsis verò sex mensibus, si actione redhibitoria vsus non fuerit emptor, intra alios sex menses poterit agere actione quanti minoris. *l. si tamen. §. non nocebit. l. redhibere ff. de adilit. edict. l. 65. tit. 5. partit. 5.* quibus temporibus lapsis ampliùs emptor agere non poterit, quia † tales actiones præscriptæ erunt. *l. cùm 64 proponas. C. de adil. edict.* quæ præscriptio etiam eum mala fide ipsius venditoris locum habet, vt tradit Couarr. *in reg. possessor 2. part. §. 11. num. 5.* cum aliis per eum allegatis, nisi cum dolo id factum fuerit, quia si dolus dederit causam, nunquam venditor erit securus. Prædicti † autem sex menses pendente con- 65 ditione non current. *l. bouem. §. si sub conditione ff. de adilit. edict.* Gregor. Lopez *dict. l. 65. gl. 5. seys meses.* quod intelligendum est in vitiis rerum animatarum; si verò vitium esset in rebus inanimatis, veluti in fundo qui ex malignitate terræ esset sterilis, vel alio vitio affectus, tunc actio esset perpetua, vt † re- 66 soluit Gregor. Lopez *dict. l. 65. gloss. 10. verbo, no podria*; si tamen venditor vitium rei venditæ ignorabat, hoc casu non tenetur ad damna, nec interesse, sed solùm aduersùs venditorem datur † actio quanti minoris, vt 67 *in l. Iulianus, in princ. ff. de actio. empt.* Couarr. *in reg. possessor. 2. part. §. 11. num. 5.* & alij, quos citat Molin. *dicta disputat. 353. vers. tertia conclusio.* Hoc autem non est indistinctè accipiendum vt vitium rei venditæ reddat contractum nullum, aut faciat quòd locum habeat redhibitoria actio, aut quanti minoris: sed tunc quando notabiliter minus vtilem rem reddit ad illum vsum, ad quem emptum erat. *l. 1. § proinde. l. ob quæ vitia, cum sequenti. ff. de adil. edict.* Gregor. Lopez *ad l. 65. tit. 5. partit. 5. verbo, mala enfermedad.* vbi gloss. dictæ legis latè de hac materia tractat. Si † verò vi- 68 tium quod aliàs erat occultum, ab emente fuit cognitum, tũc neque ei competit redhibitoria, neque alia actio, nisi læsio esset intra dimidiam iusti pretij, ex *l. 2. C. de rescinden. vend. l. 1. §. si intelligatur. l. si tamen. §. ei qui. ff. de adil. edict.* & de iure Castellæ *l. 66. tit. 5. partit. 5.* Gom. *2. tomo var. cap. 2. num. 48.* quemadmodum † non tenetur venditor de vitio 69 si expressè in contractu dixisset se nolle de vitio teneri. Molin. *vbi suprà conclus. 6.* Similitérque de vitio latenti, nisi læsio esset intra dimidiam. *ibidem conclus. 7.* in qua quæstione per totam latè tractatur de venditione rei aliquo vitio affectæ, tam in foro interno, quàm externo.

Quæritur ampliùs, † an liceat rem cariùs 70 ad creditum vendere, quàm venderetur res si pretium realiter solueretur. hanc dubitationem resoluit Ioann. Gutier. *canonic. quæst. lib. 1.*

lib. 1. cap. 39. per totum, qui latissimè hanc quæstionem tractat. Ex his autem quæ latissima commentatione tradit, breuiter resolutiones ad d. quæst. adducam. Et in primis dico quòd
71 † licitum est ei qui merces non esset venditurus, nisi eo tempore quo probabile est pretium fore auctum, de præsenti cariùs rem ad creditum vendere, iuxta tradita per dictum Gutierr. *dicta quæst. 39.* dummodo non sit vltra latitudinem iusti pretij, vt docet Gu-
72 tier *num. 11* quia † iustum pretium non consistit in puncto indiuiduo, sed in mediocritate quadam quæ latitudinem habet per gradus quos ternario numero comprehendi attestatur Couart. *lib. 2. var. cap. 3. num. 1.* oempe supremum, medium, & infimum. Iustum
73 † autem pretium non ex affectione & æstimatione particularium hominum est accipienda, sed ex communi commercio & æstimatione, vt latè Couart. *dicto cap. 3. num 4.* nempe in quantum vendi possit in loco publici fori, vt ex mente Bart. & aliorum refert Afflict. *decis. 316. num. 7.* Mascard. *concl 651.* aliàs enim, si non esset ipse venditor merces seruaturus, non posset cariùs vendere de præsenti, habito respectu ad tempus futurum, sed ad restitutionem quanti maioris teneretur. iuxta Nauarri sententiam, *in manuali. cap. 7. num. 241.* Syluester *in summa verbo vsura. §. 2. vers. 3.* ex quibus Gutier. *ibidem num. 6 & 12.* & Couart. *lib. 2. var. cap. 3. à n. 6.*
74 inferunt, † venditorem qui aliàs merces esset seruaturus, posse eas vendere ea conditione, vt quando ei placuerit possit eligere commune pretium. Non posse autem vendere merces habito respectu ad valorem tempore quo ipse non esset seruaturus. Neque posse vendere merces pretio quo pluries valebit à die contractus vsque ad diem cer-
75 tum. Est autem aduertendum quòd † in probatione dicti contractus vsurarij partes debent deducere & probare valorem ordinarium mercium, & quòd dilatata solutio fuit causa quòd merces cariùs fuerunt venditæ, quia si hoc non constat, non debet contractus vsurarius iudicari, vt resoluit Gutier. *vbi suprà, num. 14.* Non enim contractus vsurarius iudicatur ex eo solùm quòd pretium sit excessiuum, sed requiritur etiam deprauata intentio venditoris, vt ex pluribus tradit Farinac. *decis. 30. num. 9. lib. 1.*
76 Cariùs † tamen dilatata solutione ob interesse lucri cessantis, & damni emergentis res vendi poterit, tribus concurrentibus. Primò quòd ille qui vendit, posset statim merces præsente pecunia vẽdere, quia erant in promptu emptores, & ipse venditor habebat alias merces quas emere ex prædicta pecunia poterat. Secundò requiritur vt dilatata solutio fit ad instar ipsius emptoris, cuius precibus motus ei merces vendidit. Tertiò quòd hoc casu non exigat summum pretij rigorem, vt ex aliis refert Gutier. *vbi suprà num. 25. dicta quæstione 39.* penes quem videri latissimè potest, aliàs esset totum transcribendum. vide etiam hanc quæstionem decisam à Farinacio *tom. 1. decis. 30.* vbi etiam agit ex quibus probationibus, & qualitatibus remaneat iste contractus reprobatus.

Quæro amplius, † an facta emptione, & 77
dilatata solutione ad diem certam, dies ille dicatur inclusiuè, vel exclusiuè positus? & resolutiuè dicitur quòd terminus solutionis designari solet ad tempus futurum per has dictiones, *vsque, infra, intra*, vt tradit Oldrad. *cons. 49. num 3* quo succedit resolutio huius dubij ex diuisione quam tradunt Doctores, dicentes quòd † dies aut apponitur ab ho- 78
mine, aut à lege. si dies apponatur à lege, regulariter ponitur inclusiuè, *vt in auth. hoc ius, vers. in cæteris. C. de SS. Eccles. l. 1 ff. de dolo. l. si cùm exceptione. § quatenus. ff. quod metus causa. l. si cui seruus. ff. de legat. 1.* Si verò dies ab homine apponatur ad determinationẽ temporis destinatæ solutionis, hoc casu si ex alio aliud non appareat, ponitur inclusiuè. *l. cum qui ita. §. qui ita stipulatur ante Calendas. ff. de verbo oblig.* tradit & resoluit Ferrar. *in sua praxi, in forma capitulorum, quando testes producuntur ad æternam rei memoriam. vers. vsque ad Calendas Ianuarij, num 4. circa medium*, sicque dicitur quòd † cùm in contractu apponatur 79
dies ab homine, dicetur inclusiuè in fauorem debitoris censeri appositum tempus in contractu adiectum, & sic integrandum solutioni destinatum in sui fauorem habebit ipse debitor ad soluendum. ita Ferrar. & Oldrad. *vbi suprà*, plura ad hoc allegantes. limitat tamen prædicta Ferrar. *num. 5.* nisi ex adiectione talis temporis prauus resultaret intellectus, quia tunc exclusiuè dicitur dies apposita. quod exemplo hoc ipse Ferrarius illustrat, veluti si terminus esset appositus ad comparendum certa die, veluti quæ festiua forsan esset, vel si se obligasset dare libram carnium vsque ad certam diem, in qua est prohibitum carnes comedere, quia hoc casu dies illa exclusiuè censetur apposita, atgumento *l. 2. C. de temporibus appellat.*

Quæsitũ à me fuit, † an si emptio fuit facta 80
de centum modiis tritici, & dilatatus valor pretij iuxta illud quod in tali tempore valebit, & eueniat quod eo tempore casu aliquo fortuito valor tritici excessiuè fit auctus, an eo casu teneatur emptor soluere habito respectu ad illud magnum augmentum & excessiuum. Hæc quæstio decidenda venit ex illa, † an fortuiti casus censeantur excepti à 81
qua

quacunque dispositione. quam quæstionem tractant DD. *in l. 2. C. de naufragijs, lib. 10. & in l. ex conducto. 16. §. 1. l. si merces. 28. §. vis maior. ff. locat. c. propter sterilitatem*, & *ibi* latè Caonistæ, *de locat.* Felin. *cons.* 43. additio. ad decisionem Thesauri 23.

82 Cæterùm cùm † ex fortuitis casibus quidam sint fortuiti soliti, qui licèt fortuiti sint, tamen solent aliquoties euenire, isti casus non censentur accepti à quauis dispositione: alij verò sunt fortuiti insoliti qui non solent euenire, neque semel ferè in vita hominis, qualis fuit inundatio illa de anno 1617. in Catalonia. isti casus cùm insoliti sint, & nunquam euenerint, non comprehenduntur in dicta dispositione. quam diuisionem ex pluribus Doctoribus traditam refert Anton. de Gamma *decis.* 349. *num.* 11. hoc casu fortuito insolito non tenebitur dictus emptor soluere pretium, habito respectu ad excessiuum valorem causa fortuiti illius euen-
83 tus insoliti, † & sic nouiter attestatur Imola à se declaratum *in l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid.* faciunt tradita per Bald. *in cap. cùm olim, de consuet.* Angel. *consil.* 174. Felin. *cons.* 43. *n.* 9. *cum seq.*

84 Quæritur ampliùs, † an & quando æstimatione facta rei vendiræ censeatur emptionis contractus? quam quæstionem mouent circa res quæ donatæ fuerint in dotem vxori, quam tractant DD. *in l. si æstimatis. ff. solut. matrim.* Sed resolutiuè dicendum est quòd
85 † æstimatio rei donatæ non facit emptionem regulariter, quia per emptionem dominium irreuocabiliter in emptorem trãsfertur. quia æstimatio hoc casu censetur eadem res, vt dicit Afflict. *decis.* 58. *num.* 5. *in fine*, maximè si fiat vt dominium non transferatur, veluti in contractibus, de quorum natura est vt
86 † dominium non transferatur, vt in deposito, commodato, & similibus, quos refert Mascard. *de probat. concl.* 664. *num.* 18. Quando autem æstimatur res sub pacto quòd certo tempore restituatur eadem res, tunc cer-
87 tum est † æstimationem non facere emptionem, sed solùm factam fuisse vt appareret tempore restitutionis de augmento, aut diminutione illius. quam diuisionem amplectitur Socin. *cons.* 56. *col.* 2. *lib.* 1. Paul. de Castr. *dicta l. si æstimatis.* Couarr. *pract. quæst. cap.* 28. *à num.* 4. Si autem æstimatio sit facta sub pacto quòd liceat rem æstimatam, vel eius æsti-
88 mationem restituere. hoc casu † ex existimatione facta & electione marito concessa rem restituendi, vel pretium æstimatum, contractus emptionis iudicabitur, resoluit Couarr. *dicto c.* 28. *n.* 5. quando autem & in quibus casibus ex æstimatione rerum præsumatur venditio, vide Mascard. *de probatio. conclus.* 664 *per totam.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 74. faciunt tradita per Chaldas Pereira *de empt. & vend cap.* 28. *à num.* 12.

Quæritur ampliùs, † an prouinciales & 89
rustici possint compelli ad vendendum victualia pro communi vsu & necessario? Cui dubio respondeo quòd cùm hoc casu bonum publicum inspiciatur quòd priuatorum commodo est anteponendum, ex cuius communis boni causa leges transgredi licet, iuxta tradita per Dec. *cons.* 520. *num.* 5. Iul. Clar. *pract. quæst.* 59. quòd † poterunt compelli ad 90
vendendum, non verò pro quolibet pretio, sed pro iusto & concurrenti, & sic decisum fuisse in nostro supremo Cataloniæ Senatu refert Peguer. *in suis decis. cap.* 88. *tom.* 2. & licèr Ioannes de Platea *in l.* 1. *prope finem*, *C. vt nemini liceat ab emptione se excusare*, *lib.* 12. & Mexia *super pragmatica panis regni Castellæ, conclus.* 5. dicat † clericos etiam posse com- 91
pelli ad vendendum sua grana & merces tempore necessitatis; existimo tamen à Principibus secularibus absolutè non posse compelli, sed teneri potestates seculares accedere ad iudices Ecclesiasticos, ipsorúmque officium impertiri, vt cogant ipsos in subsidium, vt ex mente Bertachini *in tract. de gabellis in* 1. *part. principali, col.* 5. *vers. sed limita*, refert Marta *in tract. de iurisdict.* 4. *part. cent.* 1. *cap.* 2. *num* 8. & 9. Gutier. *pract. quæst. lib.* 1. *q.* 13. idem refert Thomas Cerdan *in suo veriloquio, en reglas de raçon de estado, cap.* 12. § 3. *in fine*, vbi ait non solùm Prælatos debere cogere clericos vt tempore necessitatis vendant merces quas ex decimis perceperunt, verùm etiam & ipsos † Prælatos teneri ad id 92
faciendum tanquam magis obligatos ad pietatis opera. idem tenent Franc. Marc. *dec.* 458. & 541. *vol.* 1. post Bartolum, Bald. Castrens. & alios *in l.* 1. *C. de Episcop. aud.* Bart. *in l.* 1. §. *cura carnis. ff. de offic. præsidis.* Thomas Cerdan *in tract. de visitatio. carceris, cap.* 16. *n.* 44. quemadmodum ad piam causam ab vno socio relicta tenetur alius consocius rem vendere, & ad id compelli potest, vt ex mente Bald. & aliorum refert Tiraquel. *de priuileg. causæ piæ priuilegio* 67. *per totum.*

Quæro † an præsumptio sit pro venditio- 93
ne, ita quòd alleganti se titulo emptionis possidere, credendum sit, an verò teneatur titulum probare, & quomodo. Quoad primum, venditionem non præsumi certum de iure est, & ideo requiri probationem, quia cùm venditio facti sit, † debet specificè pro- 94
bari. *l. in bello.* § *facta. ff. de capti. & postlim. reuers.* nisi concurrant aliqua adminicula, vt tradit Menoch. *de probat. conclus.* 1132. testes autem de emptione deponentes deponere debent de certo pretio inter eos conuento, &

& hanc receptiorem sententiam attestatur Mascard. *de probat. concl.* 1408. *num.* 3. si agatur contra venditorem, vel eius hæredem vt rem tradat, illam tradere recusantem, vt *ibidem* attestatur *num.* 11. non verò si solùm agatur ad probationem facti, quia hoc casu attestatur Mascard. *ibidem num.* 12. quòd probant testes non deponentes de pretio, quotiescunque solùm attenditur ad probandum factum. Quod sic existimo declarandum, veluti † quando non agitur ad obseruantiam contractus, & ad essentiam conuentionis reciprocæ, vt alter alteri adimpleat id quod ex natura conuentionis venit, sed solùm agitur vel ad punitionem facti, vel ad aliquid aliud, quod in consequentiam facti venit (quod exemplum est conforme doctrinæ à Mascardo traditæ *dicto num.* 12.) videlicet † si aliquis sit prohibitus vendere, aut ex statuto, aut ex hominis priuatione, cum aliqua pœna, tunc ad effectum exequendi pœnam impositam probabitur contractus per testes deponentes de consensu venditionis, licèt non de pretio, cùm in dicto casu tam ius in statuto, quàm homo in dispositione ad factum solùm inspexeriut. plures Doctores id tenentes refert Mascard. *dicto num.* 12. multos autem modos probandi venditionem tradit Mascardus *de probat. conclus.* 1120. & 1753.

95

96

97 Quarto, † an si Titius emat pro se & Seio fundum aliquem, & Seius sit absens insciúsque talis emptionis, cùm alter alteri stipulari non possit. § *alteri, Instit. de inutilib. stipulat. l. stipulatio.* §. *alteri, in fine. ff. de verb. oblig.* an valeat talis venditio, & sustineatur; an verò nolla sit? & valere venditionem decidit IC. *in l. fundus ille ff. de contrah. emptio.* dicens supervacuam esse Seij adiectionem, totúmque fundum Titio fuisse emptum, tradit Ant. Gomez *lib.* 1. *var resolutio. c.* 10. *num.* 3. assignántque rationem scribentes, dicendo
98 quòd † in contractibus onerosis ex causa diuidua, seu indiuidua, locum habet ius accrescendi, licèt Iacobus Cancer 3. *part. var. resolutio. cap.* 22. *num* 48. dicat non propriè appellari ius illud adcrescendi, sed non decre-
99 scendi, constituens differentiam † inter ius accrescendi, & non decrescendi, & inter contractus ex causa onerosa, & voluntaria, & inter diuiduas, & indiuiduas, ad quem in hac materia occurrere poterit, cui difficultas se obtulerit.

100 Quarto † an dominus Rex possit vendere res vnitas Coronæ Regiæ? Et in primis non posse vendere curiam, Baiuliam, nec Vicariam, est expressè dispositum per Serenissimum Regem Petrum in curia Barcinon. anno 1283. c. 32. quod est nunc constitut. 1. sub tit. *de empt. & vendit.* ex qua constitutione motus Serenissimus Rex Alfonsus II. in curia Montisoni anno 1289. c. 34. donationes, & alienationes per eum factas propter eius teneram ætatem reuocauit, notat Mier. *col.* 3. *cap.* 34. *fol.* 94. plura de hac materia referens, quæ constitutio est 1. sub tit. *de reuocar. donations.* ex prædictis infertur, absolutè non valere alienationes rerum vnitarum Coronæ Regiæ, quod refert Ioan. Garcia *de Hispan. nobili gloss.* 1. §. 1 *num.* 10. *cum seq* faciunt tradita per Oliba ad Vsat. *alium namque. cap.* 6. *ferè per totum*, Bellluga *in speculo Princip. rubr.* 9. *de iuramento per Principem faciendo*, *n.* 1. resoluunt DD. *in cap dilecti, de maiorit. & obedient.* faciũt tradita per Camillum Borrel. *in addit. ad Bellugam dicta rubr.* 9. *verbo alienationem.* quod intelligendum est † in venditione volunta- 101
ria, quod secus est quando venditio fit causa necessitatis; quia eo casu licitum est Regi vendere res etiam Coronæ Regiæ vnitas, quia † necessitas ab omni iuris dispositione 102
est excepta, iuxta tradita per Bellug. *in specul. Princip. rubric.* 25. *num* 6. & *ibi* additio Camil. Borrell. *verbo necessitate.* idem Bellug. *rubric.* 1. *num.* 14. vbi ait, statuti verba, seu priuilegia non comprehendere casus necessitatis, & in eadem rubric addit. Camill. Borrel. *verbo necessitatem.* intellige tamen in his quæ ex sui natura alienabilia sunt. nam † quæ in- 103
alienabilia sunt, quale est merum imperium ac summum ius regale, nullo modo poterit vendere, ita vt illud à se abdicet omnino, vt docet latissima commentatione Camillus Bortellus *in additio. ad Bellug. rubric.* 1. *verbo imperium*, *littera M.* potest tamen exercitium supremæ iurisdictionis in parte concedere qualiter † communicatio- 104
ne quadam regalias alienat, & in alios transfert, quales sunt regaliæ concessæ, ciuitati Barcinonæ, nempe vt prima die mensis Maij singulis annis creentur ciues honorati, fabricatio monetarum, de quibus & alus meminit Antonius Oliba ad Vsatic. *alium námque, cap.* 6. *num.* 44. prout vidi instrumentum concessionis Regaliarum camini, stratæ, aquarum, &c. concessum spectabili Vicecomiti de Illa de Canet Don Andreæ de Fonolér per Serenissimum Regem Petrum cum suo Regio priuilegio, datum 24. Augusti 1375.

Sed videamus, † si dominus Rex venditerit aliquid quod esset Regiæ Coronæ vnitũ, 105
an ex eo quòd asserat & confiteatur se pretiũ recepisse, & illud in suam vtilitatem conuersum, id sufficiat, an verò teneatur emptor probare pretium solutum fuisse, & in vtilitatem domini Regis fuisse versum. hanc dubitationem resoluit Calic. *in Extrauag. curiarum*

c.7.à n.112.valdè huius dubij decisionem exaggerans,attestánsque num.14.ad hoc oculis nycticoracis indigere, & ait quòd aut dominus Rex confitetur se pecuniam recepisse solùm ob honorem suum, & suam dignitatem particularem.quo casu venditio non valebit, neque confessio de recepto pretio successori
106 in regno nocebit. Si † verò dominus Rex confiteatur se pecuniam recepisse in vtilitatem status, & causa illius desensionis, seu conseruationis, tunc talis confessio valebit, & successori in regno nocebit, & si forsan successor Rex prætendat alienationem non esse factam ex causa necessaria per prædecessorem, nec in vtilitatem Regiæ Coronæ, ei incumbebit probare tanquam fundamentum suæ intentionis.

107 Quæro quid importet † promissio alicui facta de præferendo eum cuicunque alij volenti rē emere casu quo vendenda sit æquali pretio. Hanc quæstionem ex mente nostri supremi Senatus decisam refert Iacob. Cancer 3.*tom.var.c.1. de actio.& oblig.à n.*114. resoluens quòd ex tali pacto solùm oritur obligatio personalis, & sic solùm remanere obligatos promissores, non verò eius hæredes, & sic viuente ipso promissore ille, in cuius fauorem pactum adiectum est, agere poterit ad interesse, eo autem mortuo cessabit actio, quando promittens non habet plenum ius in re quam promiserat vendere cum prælatione, vt in exemplo per Cancer relato, vbi patet solùm erat vsufructuarius, non verò proprietarius; secus verò erit si promissor ius plenum in re habeat, iuxta Bartoli doctrinam communiter receptam *in l.si sic.ff.de verbo.oblig.l.qui in futurum.§.1.ff de pactis l.stipulatio ista, num.9.ff. de verbo. oblig.* quia hoc casu non solùm ipse, sed eius hæredes rema-
108 nebunt obligati, vel † si clausulam hypothecæ constituerint specialiter ratione dicti pacti, quia ratione hypothecæ, cùm res onere illo sit affecta, penes quemcumque ad quem peruenerit semper censebitur grauata illo onere, quòd præferendus sit ille cui promissio facta fuit.

109 Quæro, † an vendendo rem quæ ad venditorem pertinet,ex duabus causis censeatur vendita integrè, etiam si non specificentur; an verò ex vna tantùm causa? & resolutiuè dicitur quòd quotiescunque res peruenit ad vnam personam ex duabus causis concurrentibus, quæ simul iungi possunt & com-
110 misceri, tunc † in venditione absolutè facta censetur totum ius integrum venditum, nisi expressè reseruatio interuenerit, vnde dicit Bertazol. *in tract at. clausularum clausf.*13. *gloss.3.num.*5. quòd si quis vendat alicui rem quæ ipsi venditori decimam præstabat, & in venditione non reseruauit sibi ius recipiendi decimam, quòd censebitur post venditionem res illa libera à dicta decimæ præstatione, quod probant ex *l.si is cuius* 26.*ff. de leg.* 2. vbi si proprietarius serui instituat hæredem vsufructuarium, & eundem seruum alteri legauerit, non poterit ipse vsufructuarius vsumfructum retinere. tradit Cancer *lib.*3. *variarum cap.*7. *à numero* 201. *cum sequenti.*

Quæro, † an in scriptura quæ fit de contractu emptionis, & venditionis requiratur locus celebrati contractus. 111

Respondeo in contractibus regulare esse vt instrumentum quod de contractu fit, contineat locum celebrati contractus. *l.final. C.si certum petatur. l. optimam. C. de committen. & contrahend. stipulat.* gloss. *in l.generale. C.de tabularijs lib.*10. gloss.*in cap.Abbate, verbo censeretur, de re iudicata.* & de iure Castellæ *l.*4. *&* 54. *tit.*18. *partit.*3. & *ibi* Gregor. Lopez in quo differunt contractus à legibus,& constitutionibus † quæ non requirunt locum 112 vbi fiunt, vt tradit Ioann. Garcia *de Hispanor. nobilitate. cap. inscriptio, num.* 19. resoluit Chaldas Pereira *de emptione & venditione cap.*5.*num.*9.

Quæro, † an emptio rei furtiuæ valeat? 113 & resolutiuè respondetur non valere, iuxta tradita per Vincent. Carroc. *de re furtiua penes tertium repert. quæst.* 12. (licèt ipse dicat teneri ad restitutionem, etiam si in loco publico emat. hoc autem fallit in ciuitate Barcinona per medium cursoris, & in loco publico, vt infrà dicetur.) fructus † autem rei 114 furatæ restituere tenebitur,si malæ fidei possessor sit, iuxta tradita per Menoch. *de recuperand.possess.remed.*15.*num.*579. quem refert Carroc.*vbi suprà quæst.*16.

Quæro, † an licitum sit emere officia pu- 115 blica? Et non solùm licitum quærere, sed turpe ac ignominiosum esse, & inde plura mala euenire, refert Bobad.*in sua politica tom.*1. *lib.*1.*c.*14.*per tot.* maximè *à n.*17.*& ibi gloss. littera K.* quod in officialibus iurisdictionalibus intelligendum censeo, non verò in officijs quæ non ad iurisdictionem, sed ad speciem quandam seruitutis accommodantur. qualia sunt † officia quæ in domo deputa- 116 tionis huius Cataloniæ Principatus habentur, & à plerisque obtinentur, quæ cùm præcipuè non superintendant iurisdictioni, sed seruitio dicti generalis, licitum est ea vendere & transferre, quia habentur ad instar proprij patrimonij, & sic alienari possunt, dummodo seruetur forma tradita per capitula curiarum, & signanter per cap.89.curiar.anni 1599. quod est in volumine Capitulorum dicti generalis.

Quæro

117 **Quæro † an quis præcisè ad vendendum**
compelli possit? & non esse cogendum, est
text. *in l.nec emere. C.de iure deliberand. l.indi-
tum. C.de contrahend. & committen.stipulat.* vbi
118 communiter scribentes: tamen † pro ædifi-
candis Ecclesiis nouis, seu monasteriis iam
fundatis ampliandis iusto pretio compelli
possunt. Tiraquell. *de priuileg. causæ piæ, priui-
leg.* 67. Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 14. ferè per
totum, maximè *num.* 7. Marta *de iurisdictione*
4. *parte cent.* 11. *num.* 3. *casu* 171. Gamma *de-
cis.* 75. *per totam*, Carroc. *decis.* 26. *n.* 13. Zerola
in praxi Episcop. 1. *part* §. *emptio. vers. tertio*, &
sic fuit decisum in Regia audientia nostra,
referente Magnifico & egregio Senatore
Ioanne Gallego die sexta mensis Maij anni
1617. in causa ad eius relationem vertente
inter œconomum Monasterij sancti Franci-
sci de Padua agentem, & Paulum Reuerter
& Priorem Monasterij B. Mariæ de monte
Carmelo, cuius causa scriba erat pro Colle-
gio Vilella. fuit enim pars dicti Reuerter cõ-
demnata ad vendendum suas proprias do-
mos, quas fouebat in vico S. Petri superiori,
iuxta dictum Monasterium S. Francisci; iusto
tamen pretio, quod per Proceres & expertos
respectiuè per partes nominatos in actu vi-
suræ factæ per dictum Magnificum Relato-
119 rem fuit taxatum. Solet † etiã compelli quis
ad vendendam domum quam emit iuxta
Monasterium, si is qui emit eam rumore of-
ficij mechanici perturbet diuina officia, aut
ad laborandum alibi, & sic fuit declaratum,
referente Magnifico Ioanne Gallego die 18.
Septembr. 1620. scriba causæ Pastor in causa
inter Monasterium Monialium deles Des-
calçes, & Ioann. Coll Boterium, qui emerat
domum iuxta dictum Monialiũ in vico dicto
de Na Canuda, & priùs fuerat decisum eo-
dem Magnifico Gallego referente in causa
inter Magnificum Balthasarem Morell do
Regio Consilio, & quẽdam fabrum ferri, qui
emerat domum iuxta domum dicti Magnifi-
ci Morell, & eius rumore dictus Magnificus
Morell cùm esset de Regio Consilio maxi-
mopere premebatur. moti fuerunt ex doctri-
na Carrocij *in tract. de locato & conducto, sub
rubr. de professoribus, à num* 27. *cum seqq.*
120 Quæro, † si in contractu venditionis per
venditorem fuit apposita clausula quòd si res
vendita aliquid plus valeat iusto illo pretio
quo venditur, ipse venditor totum illud dat
emptori, an per talem clausulam censeatur
remissus excessus in pretij valore iuxta dimi-
diam iusti pretij? & licèt multi sint qui te-
neant ex tali clausula censeri exclusum be-
ficium. *l.* 2. *C.de rescind.vendit.* dicendo quòd
ille qui posuit talem clausulam sciens iustum
rei valorem, habuit animum donandi totum
id in quo consideratur excessus valoris (quòd
† vnicuique licitum est. *l.in re mandata. C.mã-* 121
dat.) tum quia dicunt quòd prædicta verba
saltim important remissionem iuris quæsiti,
quod licet cuilibet volenti, secundùm Bald.
in l.pactum, num. 6. *C.de collat.* Paul. de Castr. *in
l.si actionem, num.* 1. *de pact.* Dec. *cons.* 86. *n.* 5.
vers. quantum verò. negantes remedium *l.* 2.
C.de rescindend. vend. locum habere in dona-
tione, vt pluribus refert Alex. *cons.* 53. *n.* 21.
vol. 3. Anchatan. *cons.* 433. *n.* 4. Socin. *cons.* 48.
lib. 4. argumentum inde desumentes quòd
aliàs sequeretur nil operari dicta verba, nul-
lámque esse prædictam donationem. Quid- 122
quid tamen dicant præcitati, contrarium ve-
rius existimo, ex his quæ notat Farin. *de falsit.
& simulat q.* 163. *num* 99. vbi attestatur hanc
clausulam, † *si plus valet, id totum tibi do*, ar-
guere contractum simulatum, ex mẽte Bart.
Bald. Roman. & Sucin iunioris *in locis relatis*
per Menochium *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.*
129. *num.* 127. *& præsumpt.* 122. *num* 61. Cæ-
polla *de simulat. contract. num* 43. *&* 44. Card.
Tusc. *pract. concl. verbo simulatio, cons.* 262. *n.* 47.
& sic talem clausulam nil operari quoad ex-
cessum iusti valoris. nã † prædicta clausula in 123
contractibus correlatiuis quando enormissi-
ma est læsio, non tollit remediũ rescissorium,
secundùm Alex. *cons.* 105. *lib.* 6. Socin. *cons.* 48.
col. 2. *post medium lib.* 4 Ias. *in l.si quis cùm alter.
ff.de verb. oblig.* Peguera *decis. Cataloniæ* 139.
n. 9. *&* 17. vbi attestatur quòd † ex renuncia- 124
tione enormissimæ læsionis non censetur ex-
clusa læsio vltra dimidiam in magno exces-
su, quod confirmat ex Panormit *in cap. cùm
contingat, de iureiurando, n.* 23. Cassad. *decis.* 1.
tit. de empt. & vend. Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 4.
num. 2. & sic in Regio Senatu pluries fuisse
decisum refertur à Peguer. *decis.* 139. *in fine,*
nisi † iam clarè appareret quòd is qui talem 125
clausulam apposuit principaliter motus fuit
ad donandum. *l. cùm in venditione. ff. de con-
trahend. empt. l. empti vers. sed etsi. C.eod.* Peguer.
decis. 155. *vers. contrarys tamen.* Thesaur. *de-
cis.* 165. quod quidem apparebit, si is qui do-
nauit plus valoris, sciebat rem plus valere,
iuxta tradita per Bart. communiter appro-
batum *in l.* 2. *C.de rescindend. vendit. num.* 14.
vt refert Gutierr. *de iuram. confirmat.* 1. *parte
cap.* 26. *n.* 2. *in fine.* præsensit Couarr. *vbi suprà.*
Si tamen læsio quæ consideratur in tali con-
tractu, vel pretium datum non sit magnum
& excessiuum, tunc virtute dictæ clau-
sulæ censebitur donatum, vt in additione
ad dictam decisionem Thesauri ad *num.* 8. la-
tè traditur à Gaspare Thesauro eius filio. Si
† enim magna sit quantitas, tunc non cense- 126
tur venditor donasse, cùm sit contra inten-
tionem venditoris, qui principaliter ad ven-

desidum habuit animum, non verò ad donandum. idem tenet Sarmiento *select. a. interpret. lib. 1. cap. 11. num.* 4. maximè *in verf. ego verò dico*, vbi absolutè resoluit talem clausulam nil operari.

127 Quæro † an emens non expresso nomine suo, seu eius cuius est procurator, censeatur emisse nomine suo, vel sui principalis. Hoc dubium ex diuisione quadam decidendum venit, nempe quòd aut conuentio de emendare præcessit nomine alieno, nempe procuratorio, aut alieno, aut non præcessit; si enim conuentio præcedens facta fit nomine alieno, si venditio postea simpliciter fiat, censetur facta nomine procuratorio, prout refert Alex. *conf. 90. n. 9. vol. 3.* Natta *conf. 636. n. 68. vol. 3.* Ias. *in l. post dotem, num. 72. ff solut. matrim.*

128 quia † actus subsequens semper censetur factus in executionem actus præcedentis. *l. 3. §. verùm quæri potest. ff. de manu. l. qui in aliena. §. si is qui putabat ff. adquir. hæredit.* tenet Campegius plures allegans *in tract. de petit. & restitut. dotis, quæst. 14. num. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 1239. num. 8.* vel si is qui emit, habeat speciale mandatum ad id agendum, quia tunc simpliciter agendo censetur nomine illius emisse, iuxta gloss. *in l. qui in aliena. §. si is qui putabat. ff. de adquir. hæred. & ibi* Bart. *& in l. si pupilli. §. 1.* glossa magna *ff. de neg. gest.* tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 1 præs. 77. vbi*

129 *num. 4.* asserit quòd † si præcesserit mandatum ad emendum, & sciat Procurator se ad emendum mādatum habere, & emat non expresso nomine cuius, censebitur emisse procuratorio nomine, neque contra hoc eius iuramentum admittetur. faciunt tradita per Pereira *in tract. de empt. & vendit. cap. 6. à n. 4.*

130 *cum seq.* quemadmodum † vidua tenens & possidens bona mariti, maximè intra annum luctus, censetur emisse de bonis mariti ad vitandum turpe lucrum & suspicionem illius. Angel. *consil. 141. columm. 2.* Alberic. *in l. etiam. C. de donat. inter vir.* Roland. à Valle *conf. 86. num. 4. lib. 2.* qui rationem reddit, dicens quòd mulier intra annum luctus præsumitur esse in matrimoniu adhuc. *auth. de nuptys. §. soluta. coll. 4.* Boët. *decis. 81. num 8.* Roland. *dicto conf. 86. num. 46.* Mascard. *de probat. conclus. 1415.*

131 Quæritur ampliùs, † si res in publica subhastatione vendatur, & ille qui primus erat in dita fuit liberatus, quia alia plus obtulit, & extincta candela, iuxta stylum & consuetudinem, hasta fiscalis fuerit secundo emptori tradita, si secundus recusat deponere pretium, quomodo hoc casu sit procedendum.

Huic dubio facilis est responsio, ex traditis per Michaël. Ferrer. *3. part. obseru. Regij Consilij. cap. 408.* vbi decisionem quandam refert, dicens quòd † dicto casu præfigendus est terminus competens, videlicet sex, aut decem dierum, vt secundus emptor illud deponat cum comminatione quòd si intra dictum terminum pretium non deposuerit, quòd iterum res subhastetur, expensis tamen secundi emptoris, ex cuius bonis supplebitur totum id quod minus reperietur de pretio quod ipse obtulerat, & soluet omnes expensas. vbi etiam tradit quòd liberata hasta fiscali in prima instantia, si alius plus pretij offerat, illud debet offerre cum supplicatione coram relatore, seu iudice qui executionem prouidit; non verò coram mero executore. Sed quando dicatur quòd † primus emptor sit liberatus à sua oblatione quòd vulgariter appellatur dita, hanc quæstionem mouet Anton. Heringius *in tract. de fideiussor. cap. 6. num. 18.* eam tamen ex doctrina Pauli de Castro *in l. licitatio, n. 3. ff. de publ. & vectig. & commiss.* decidit Ferrer. *d. cap. 408.* dicens quòd per oblationem secundi offerentis maius pretium, censeatur liberatus primus, si res fuit iam adiudicata secundo, siue tacitè, siue expressè, & lapsi sunt dies subhastationis, & non speratur quòd alius plus offerat. Si verò † res non fuit adhuc liberata & tradita secundo, non censebitur primum liberatum esse à sua obligatione, sed liberabitur secundus emptor si offerat plus illo, quod obtulit, & primus emptor non erit liberatus ab emptione, sed rem debebit accipere soluto pretiu per eum oblato, & pluris valore soluto per secundum emptorem, & sic fuisse decisum attestatur Nicolaus Boërius *decisione 248.* tradens Franciæ Regni obseruantiam, quæ penes eum videri poterit.

Aduertendum tamen est quòd † si per diuersos iudices fiat executio, & illa decernatur contra dicta bona virtute diuersarum prouisionum, quòd pecunia debet deponi ad solram vnius iudicis, vt coram eo fiat graduatio, vt fuit decisum in Regia audientia 29. Aprilis 1568. refert Michaël Ferrer. *3. part. obseru. cap. 367. in noua impressione, & in antiqua 161. & iterum in noua cap. 517.*

Quæro quid fiendum sit, † si res duobus separatim vendatur? hanc quæstionem solent tractare Doctores *in l. qui duobus. ff. ad legem Cornel. de falsis, & ibi* communiter scribentes. Sed hanc latè per sua capita tradit Farinac. *de falsitat. & simulat. quæst. 150. part. 9. per totam*, vbi pœna falsi condemnari de iuris expressa dispositione *num. 219.* attestatur. mitiùs tamen puniri resoluit *n. 229.* quia ait receptum generaliter esse mitiùs puniendum eum qui in contractu deliquit, quàm

(right margin numbers: 132, 133, 134, 135, 136)

quàm qui in maleficio deliquit: pœnam autem sic vendentis arbitrariam esse profitetur. hoc autem non habere locum ait † si secundo emptori res fuerit tradita, iuxta sententiam Augustini ad Angel. *de maleficijs, verbo falsario, num.* 51. *vers. item limitarem, in fine.* Farinac. *dicta quæst. num.* 231. quod quidem intelligendum est, si realiter & de facto pretium ab ambobus receperit, quo casu propter dolum consummatum in deceptione sæpissimè criminaliter contra sic vendentes iudicatum attestatur Farinac. *vbi supra, num.* 236. quinimo † si contractus vterque non est integrè consummatus, censet non habere locum punitionem pœnæ falsi, vt ex mente Corradi *in rubr. de falso, num.* 22. Iul. Clar. *§. falsum. vers. vendens rem duobus,* & aliorum, quos refert, & sequitur Farinac. *ibid. num.* 235.

137

138

139 Quæro † si res duobus vendita sit, quis eorum in re vendita præferatur?

Huic dubio respondeo quòd si res duobus vendita sit, & res sit tradita secūdo, quòd iste est præferendus primo, cui res non fuit tradita. *l. quoties. C. de rei vindicat. l. si ea res. §. vterque. ff. de actio. empt. l. sine autem §. si duobus. ff. de public. in rem actio.* & in hoc nulla dubitatio est. tradit & sequitur Chaldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 34. *num.* 7. Sed videamus † quomodo requiratur quòd possessio rei tradatur, an realiter & de facto, an verò per actus fictos, nempe virtute clausulæ *precarij*, vel per alios fictos modos, quorum plures recenset Petrus Gregorius *in syntagmat. iuris vniuersi* 3. *parte de actio. lib.* 20. *cap.* 10. *de adquisitione rerum per traditio num* 9. Anton. Gomez *l.* 45. *Tauri, à num* 45. *cum sequent.* vbi † plures modos tradit fictos tradendi possessionem, clausula tamen *constituti* non potest inter modos fictos adquirendi possessionem connumerari, quia est fortior clausula *constituti*, quàm *precarij*, iuxta tradita per Ferrat. *in sua praxi in forma positionis actoris. §. item quod præscriptus, num.* 6.

140

141

142 Concipitur † autem clausula *constituti*, nempe quando venditor constituit se à die venditionis possidere nomine emptoris, de cuius clausulæ valore & circunstantiis tractatum de per se fecit Tiraquellus *in tractatu per eum congesto de constituto*, de quo etiam meminit Anton. Gomez ad *l.* 45. *Tauri, à num.* 78. nam † per constituti clausulam dominium transferri in emptorem absque hoc quòd realem & actualem possessionem apprehendat emptor, est casus decisus *in l. si cut. §. superuacuum. ff. quibus modis pignus, vel hypothec. tacitè contrahatur.* & iuxta huius legis dispositionem decisum per Regium Cataloniæ Senatum fuit in causa Benedicti de Sanfeloni, contra Ioannem Vallgotnera, ad relationem Nobilis Ioannis Sabarer 15. Iulij 1588. scriba Sacares, & per eundem 23. Iulij 1591. in causa Iosephi. Miro, contra eundem Vallgornera, & † iste modus adquirendi dominium & possessionem non fictus, sed verus, & realis appellatur ab Olasc. *decis.* 36. *num.* 2. Tepato *variar. iuris lib.* 2. *tit. de clausula constituti.* Ferterius *in additio. ad decis.* 112. Guidonis Papæ. qua diuisione proposita dico quòd † ille præfertur cui realis possessio fuerit tradita, aut per modum constituti, vel alium similem, per quem realis possessio transfertur. Ferrat. *vbi suprà*, ex mente Tiraquell. *in tract. de iure constit. limitat.* 26. *&* 27. & ita decisum in arresto Parisiens. Parlament. Charondas *lib.* 2. *cap.* 62. *& lib.* 3. *cap.* 19. Cancer *lib.* 3. *variarum cap.* 6. Si † autem primo venditori solùm generalis obligatio fuerit facta, & secundo pro securitate contractus specialiter hypothecata, secundus emptor præfertur; vel è conuerso, si primo venditori fuerit res specialiter hypothecata, & secundo, tunc præferatur primus ratione hypothecæ, quia † hypotheca habet clausulam impeditiuam translationis dominij, iuxta veram lecturam secundùm litteram Pisanam *l. si creditor*, & *ibi* Bart. *ff. de distract. pignor.* Bart. & alij *in l. ea. C. de condict. ob causam.* Bart. & Moderni *in l. si ita quis. § ea lege ff. de ver. oblig.* Bart. *in l. qui absenti. §.* 1. *in fin. ff. de adquir. poss.* Cæpolla *cautel.* 48. Gutier. *dicta l. nemo potest, num.* 41. & sic † ex duobus ille præfertur, cui priùs res fuerit tradita, vel specialiter hypothecata, vel tradita per modos realiter dominium transferentes, eo quia translatio dominij fuerit impedita, & sic venditor tradendo rem secundo emptori, nil facit, cùm clausula præcedens hypothecæ dominij translationem impedierit, ita pluribus relatis tenet Soto maior *controuers. quotidiana. de vsufruct. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 12. quod secus est † si in primo contractu pro ipsius securitate iuramentum fuerit appositum, quia licèt iuramentum fuerit appositum, non ex hoc præfertur primus emptor secundo emptori, cui res fuerit tradita, sed potiùs stabitur dispositioni dictæ *l. quoties, de rei vindic.* vt refert Couarr. *in c. quamuis pactum* 1. *part. §.* 4 *num.* 2.

143

144

145

146

147

148

149

Cùm autem dictum sit † per constituti clausulam dominium fuisse translatum in fauorem eius cui constitutum est factum, videndum est an indistinctè hoc verum sit? hanc quæstionem decisam refert Peguer. *decis. Catalonia, cap.* 48. *n.* 9. *tom.* 1. dicens regulare esse quando fit præsenti, secus verò absenti, quia tunc † in absentem dominium non transfertur per constitutum quoad vsque acceptauerit. *l. si cōmunis seruus. §.* 1. *ff. de adq. poss.*

150

151

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var. Ff 3 facit

facit text. *in l. ſi ergo. ff. de negotijs geſtis.* niſi
152 abſentis nomine † Notarius tanquam publi-
ca perſona pro eo acceptauerit. Guido Pap.
decif. 49. allegatus à Peguet. *dicta decif.* 48.
num. 11. maximè *verſ. & ita dicerem obſeruan-
dum*, vbi atteſtatur de ſtylo huius principa-
tus Cataloniæ eſſe quòd Notarius poſſit pro
alio acceptare. ex quo fit quòd in Catalonia
ex prædicta conſtituti clauſula facta abſenti,
ſi per Notarium fuerit acceptata, eius nomi-
ne in eum dominium tranſlatum ſit, niſi
153 † clauſula conſtituti eſſet appoſita ſuper re
incerta, veluti ſi vendita fuiſſent tria iugera
terræ in certo loco vbi venditor alia iugera
habebat, quia eo caſu propter incertitudi-
nem non habet locum conſtituti clauſula,
iuxta Bart. doctrinam *in l. 3. §. incertam, num.* 2.
quem omnes ſequuntur *ff. de adquir. poſſ.* De-
cius *conſ.* 179. *col.* 2. & eſt communis opinio
ſecundùm Tiraquell. *de iure conſtitut. 3. p. li-
mitat.* 19. iuxta quam ſententiam iudicauit
Senatus Luſitanus, vt refert Anton. de Gam-
154 ma *decif.* 56. *per totam.* vel † niſi conſtituti
clauſula referatur poſt tempus mortis illius
qui ſe conſtituit poſſidere. nam eo caſu
conſtituti clauſula non valet, cùm perueniat
ad eum caſum, à quo incipere non poteſt,
cùm ille qui poſſidere debet, mortuus ſit, vt
ex mente Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. reme-
dio* 14. *num.* 64. *&* 67. refert Marta *in ſuo libro
de clauſulis 1. part. clauſ.* 20. *num.* 8. *verſ. quamuis
communis opinio*, &c.
155 Quod autem dictum eſt † ſecundum em-
ptorem, cui res tradita eſt, & qui pretium ſol-
uit, præferendũ eſſe primo, qui pretium non
ſoluit, nec poſſeſſio tradita, neque ei hypo-
thecata, ſeu in eius fauorem nec hypotheca
poſita, locum non habere ſi primus emptor
ſit pauper, tradit Thomas Cerdan *de viſitatio-
ne carceris*, *n.* 41. vbi ait quòd ſi primus em-
ptor ſit pauper, debet præferri ſecundo em-
ptori, qui pretium ſoluit, & poſſeſſionem
habet, ex mente Bald. & aliorum *in l. fine. §. ſi*
156 *duobus. ff. de public.* quia ait quòd † cauſa pau-
pertatis facit quòd æquiparatur Eccleſiæ, ſeu
pio loco, quibus dominium plenariè adqui-
ritur. *l. fin. C. de SS. Eccleſ.* gloſſ. & DD. *in cap.* 2.
de conſuetud. l. ſi ager. vbi gloſſ. *ff. de rei vin-
dicatione.*
157 Quæritur ampliùs, † an ſi res vendatur in
diſtrictu Curiæ, & plus offerenti liberata ſit,
an ampliùs ſit licitanda, & ſubhaſtanda, ſi
alius ſit qui plus offerat? hanc quæſtionem
reſolutam tradit Michaël. Ferrer. 3. *part. ob-
ſeruat. c.* 515. *in noua impreſſione*, ſecutus Bar-
toli dictam *in l. ſi tempora*, *C. de fide & iure ha-
ſtæ fiſcalis*, *lib.* 10. ponendo, & conſtituendo
tres caſus diſtinctos, & ſeparatos. Primus eſt,
158 † ſi res ſubhaſtatur ſimpliciter, & fuerit ab-
ſolutè in ſubhaſtatione vendita, nec tempus
ſit elapſum, & alius ſit qui plus offerat, tunc
res tenebitur iterum ſubhaſtari. Secundus
caſus eſt, † ſi tempus ſubhaſtationis eſt ela- 159
pſum, & alius plus offerat, etiamſi res tra-
dita ſit, tunc poterit iterum res exponi in pu-
blica ſubhaſtatione. hoc tamen ſemel fieri
poteſt, iuxta gloſſ. *in dicta l. ſi tempora, verbo
profitearis.* quod confirmat Accurſ. ex *l.* 2. *C. de
locatio. prædio. ciuilium, vel fiſcalium*, vbi ſemel
tantùm licentia faciendæ adiectionis indulta
eſt in locationibus fundorum Reipublicæ.
Tertius verò caſus eſt, † ſi ſubhaſtatio fuit 160
facta non ſimpliciter, ſed cum adiectione, vt
plus offerenti intra tempus quo ſubhaſtatur
res, haſta fiſcalis tradatur: tunc, ſi lapſo tem-
pore aliquis plus offerat, non auditur. & ſic
cùm in Catalonia ſoleant de ſtylo res im-
mobiles vendi, & ſubhaſtari per triginta dies,
& poſtea poni tres lanternæ, ſi intra dictos
triginta dies res vendita fuerit ſimpliciter, &
alius maius pretium offerat, ſubhaſtanda ite-
rum erit. ſicuti ſi res liberata, & haſta fiſcalis
fuerit ſimpliciter tradita, ſemel tantùm, lapſis
dictis triginta diebus poterit iterum ad in-
ſtantiam alicuius plus offerentis res ſubha-
ſtari. Si verò † res vendita fuerit ſub illa con- 161
ditione quòd licitator dicat quòd plus offe-
renti intra dictum tempus res, vel haſta fiſca-
lis liberabitur, non poterit lapſo tempore
licitationis, & poſitis dictis lanternis, ite-
rum ſubhaſtari, iuxta tradita per dictum
Ferrer. *dicto cap.* 515. quia † facta venditione, 162
per adiudicationem haſtæ fiſcalis, ampliùs
non auditur aliquis, etiam ſi offerat aut dupli-
catum pretium, vt ex *l. non eſt probabilis. C. de
reſcindend. vendit. l. ſi eo tempore. C. de diſtract.
pignor.* tradit Magon. *decif. Florent.* 132. *num.* 2.
Quod puto non habere locum, † ſi vende- 163
rentur res Eccleſiæ, ſeu minoris. nam ſi alius
ſit qui maius pretium pro re vendita offerat,
reſtitueretur Eccleſia, vel minor, & reſtitu-
tione obtenta iterum ſubhaſtabitur, iuxta
text. *in l. ait prætor. § hodie, verſ. & quotidie præ-
tores eos reſtituunt. ff. de minor.* quia regula iu-
ris eſt quòd † minor ætas, & læſio ſunt regu- 164
laria remedia ad obtinendam reſtitutionem,
iuxta text. *in l.* 1. *C. ſi aduersùs venditorem pi-
gnorum*, & *ibi* communiter ſcribentes. faciunt
tradita per DD. *in l. nam & poſtea. §. ſi minor.
ff. de iureiurand.* Magon. *decif. Florent.* 70. *n.* 17.
dummodo quod offertur non ſit minimum:
ſed ſit in conſideratione reſpectu rei quæ
venditur, quia † læſio conſideratur non ſo- 165
lùm vltra dimidiam iuſti pretij, ſed etiam ſi
ſit intra dimidiam iuſti pretij dicitur læſio
enormis. & ita atteſtatur Ferrer. *in additio. ad
decif.* 22. Guido Pap. ex mente Couarr. *lib.* 1.
variar. cap. 3. *à num.* 10. *cum ſeq.* vnde dicebat,

mino

minorem restitui, quando læsio est in quar-
166 ta parte pretij. Ex quibus infero, quòd † cùm minor petierit restitutionem, (prout debet ante omnia, quia restitutio est præambulum rescissionis contractus, vt dicebat Magon. *decis. Lucen.* 31. *num.* 26.) & sic obtenta restitutione, iterum petat rem in publica subhastatione poni, & sic qui plus offerat pretij, saltim quartam pretij partem, erit iterum subhastanda. cuius valoris augmentum an sit considerabile, an præcipiendum, vt res iterum subhastetur, iudicis arbitrio relinqui attestatur Couarr. *dicto lib.* 1. *variarum, cap.* 3.

Quod autem dictum est, ita intelligen-
167 dum venit, si † læsio euenerit tempore minoris ætatis, quia si tempore quo minor succedit, læsio iam est facta, & res est vendita, minor non restituitur contra venditionem quæ ab auctore minoris incepit. *l.* 2. *C. si adversus venditio pignor. l. AEmilius Latianus, ff. de minor.* Afflict. *decis.* 212. Vincent. de Franchis *decis.* 647.

168 Quæro vlteriùs, † an promissio de vendendo sit venditio? & absolutè tale pactum non efficere venditionem, sed tantummodo ex eo oriri obligationem ad interesse eius cuius fauore promissio fuit facta, probant ex *l. si sterilis*, §. *si tibi fundum*, *ff. de act. empt. l. qui fundum*, *ff. de contrah. empt.* Gamma *decis.* 13. *num.* 4. quia in promissione de vendendo, aut locando aliud continetur quàm substantia ipsius contractus, vt notat Paul. de Castro *in l. in bonæ fidei*, §. *si tamen, num.* 3. *ff. de eo quod certo loco.* sequitur Rubeus *consil.* 29. *num.* 4. aliámque rationem tradit Gamma *decis.* 103. *num.* 191. Matienzo *lib.* 5. *nouæ recopil. tit.* 1. *de matrim. gloss.* 1. *rubr. num.* 43. *& tit.* 6. *l.* 6. *gloss.* 7. *num.* 4. *&* 5. Maiorem autem difficultatem facit si promissio de vendendo sub his ver-
169 bis concipiatur. † Ego N. in præsentia testium infrascriptorum promitto vobis N. quòd intra vnum annum firmabo vobis dicto N. venditionem fundi Semproniani, prout cum præsenti vendo, & venditionem hanc mea manu firmo. Sed huic dubio respondeo ex prædicta promissione non dici venditionem perfectam, quia prædicto casu verba illa, *intra vnum annum firmabo*, denotant aliquid in futurum agendum, & sic non potest dici
170 venditio perfecta, cùm † perfectum non dicatur quoties remanet aliquid fiendum. *l. penult. in fine, C. de his quibus vt indig.* Bald. *in l.* 2. *C. de fide instrum.* tradit Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 1. *num.* 10. Matienço *lib.* 5. *nouæ recopilationis, tit.* 6. *gloss.* 7. *num.* 4. *&* 5. Grammat. *decis.* 103. *num.* 191. Flores Diaz *in addit. ad Gam. decis.* 13. *num.* 4. Nec obstant illa verba, *prout cum præsenti vendo, & eam manu mea firmo.* quia illa † verba tantum important, vt 171
secuto actu, super quo partes conuenerunt, contractus retrotrahatur ad dictum principium, & sic dicta clausula nil operatur, nisi sequatur effectus illius actus quem respicit, vt notat Cardinal. *in Clement.* 1. *de concess. præbend.* Guid. Pap. *decis.* 588. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 2. *gloss. vnic. num.* 87. Mohedan. *decis.* 22. *de præb.* Cassador. *decis.* 3. refert Corneus *cons.* 110. *col.* 2. *vers. idcirco*, *vol.* 3. Clausu-
la † enim illa, *prout de præsenti firmo*, nihil operatur, nisi secuto instrumento venditionis penes scribam, quo facto hæc clausula operatur retrotractionem. Interim autem dum instrumentum venditionis non fit, dicta clausula habetur ac si non fuisset apposita. tradit Ioan Gutier. *de gabell. quæst.* 47. *num.* 10. Ioan Baptist. Costa *de retrotractionibus, cap* 10. *effectu* 1. *per totum.* Thesaur. *decis. Pedemont.* 233. *num.* 5. referens in iudicando non esse ab hoc recedendum, séque vidisse pluries secundùm hanc sententiam iudicatum. Quod limitandum venit, † si iam facta supradicta 173
scriptura subsecuta fuisset rei traditio & solutio pretij. nam † ex pretij solutione & tra- 174
ditione venditio illa perfecta dicetur, illúdque pactum de futuro resoluitur de præsenti, vt ex plurimorum sententia refert Thesaur. *decis.* 233. *num.* 10. & sic à Senatu Pedemontano iudicatum attestatur. Hanc eandem sententiam sequitur Ioan. del Castillo Sotomaior *controuers. quotid. de vsufruct lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. post quam latissimam disputationem resoluit † promissionem prædictam 175
de vendendo non esse veram venditionem, sed solum promissorem remanere obligatum ad interesse, vt tradit Auendaño *resp.* 27. *num.* 4. hanc sententiam sequitur Chaldas Pereyra *in tractat. de empt. & vendit. cap.* 8 *per totum.*

Quæro vlteriùs, † an officialis possit eme- 176
re rem sui subditi? Huius dubij resolutio extat iam decisa in hoc Cataloniæ principatu in Consilio, *tit.* 10. *sub tit. de rebus prohibitis officialibus*, quæ fuit facta per Serenissimum Regem Iacobum II. in secunda Curia Barcinonæ anno 1299. & tradit Miet. 1. *part. fol.* 62. *à num.* 2. vbi refert qua pœna puniatur officialis emens contra hanc constitutionem. Cuius constitutionis dispositio conformis est iuri communi, iuxta text. *in l. principalibus, ff. de rebus credit. l. qui officij* 62 *ff. de contrah. empt. l. non licet ex officio* 46. *ff. de contrah. empt. l. milites, ff. de re milit. l. solet.* ibi, *nec emat quid, nisi victus quotidiani causa, ff. de off. procons.* plura cumulat Bobadilla *in sua politica, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *à num.* 34. & ibi gloss. *littera F. vers. lege milites.* quod † intelligendum est 177
de venditione rerum quæ venduntur eius

 iussu,

iussu, seu ordine, quia prædicta prohibitio solùm censetur facta respectu rerum quæ sub eius iudicio sunt, iuxta tradita per Guiller. Benedict. *in cap. Rainutius, verſ. duas habens filias, num. 48. circa medium.* Intelligendum
178 etiam † est de officialibus temporalibus, non verò de perpetuis, quales sunt Egregij nostri Senatores. hi enim perpetui sunt, & non comprehenduntur, vt latè disputat & resoluit Cancer 3. *tom. variarum cap. 1. de act.*
179 *& oblig. à num. 97. cum sequent.* Similiter † intelligendum non est de delegatis, vt refert Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 16. num. 3.* nisi eorum iussu res vendantur, cùm hoc casu eadem suspicionis causa versetur, & sic res venditas eorum iussu emere non poterunt. Prædicto autem casu adeò nulla est venditio, quòd nullo modo ex postfacto potest reintegrari. ita Chaldas Pereir. *in tract. de empt. cap. 8. num. 57.*

180 Quæro, † an prædicta prohibitio emendi respectu officialium temporalium intelligatur etiam quoad emendum per interpositas personas, & quòd nec per interpositas personas possint emere pluribus fundamentis, confirmat Bobadilla *vbi suprà num. 34. circa medium.* Mier. 1. *part. fol. 65. num. 7. col. 3. & 4.* cuius quidem regulæ plures ampliationes refert Bobadilla *vbi suprà num. 35. cum seq.*
181 quia † quotiescunque adest interposita persona, est fraus, vt notant DD. *in l. pupillus, § fi. & ibi* Bart. *ad fin. ff. de autor. tutor.* Cyn. & Bald. *in l. 2. C. de repud. hæred.* tradit Matienço *lib. 5. noua recopil. tit. 11. l. fin. gloss. 2. num. 5.* quæ au-
182 tem † in fraudem legis fiunt, nullius sunt momenti, vt notant Cyn. & Bald. *in l. 2. C. de repud. hæred.* Dyn. *in cap. fin. de regul. iur. in 6.* Bald. *in repet. lib. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* quæ autem personæ à iure sint ex variis causis ad contrahendum priuatæ, vide quæ tradit Ferrat. *in sua praxi, in tit. forma in actione reali, §. veris ac legitimis titulis, per totum.*

183 Quæro, † an quis possit à se pacto auferre facultatem vendendi? Hæc quæstio anceps & dubia admodum redditur, ex *l. nemo 61. ff. de pact. l. si quis ita paciscatur, C. de pact. inter empt.* nam *in dicta l. nemo*, expressè cauetur neminem paciscendo efficere posse, ne vicino suo prædium alienet, *in l. verò si quis ita paciscatur*, statutum est, posse equidem apponi pactum ne res ab humano iure eximatur, quarum contrarietatum occasione Accurs. *in dicta l. nemo, verbo paciscendo*, distinctionem ponit inter tempus quo conuentio celebratur, & tempus quo adimpletur, & traditio se-
184 quitur, dicens quòd † si pactum illud fuerit appositum in conuentione, nullius sit momenti, & in hoc sensu loquatur text. *in dicta l. nemo.* Si verò pactum apponatur in executione contractus & tempore traditionis, quo est licitum apponere pactum, per quod adimatur libera facultas alienandi, & sic intelligatur text. *in dicta l. si quis ita, C. de pact. is inter empt. & vend.*

Aliter & secundò † hanc dubitationē voluit componere Accurs. *in dicta l. si quis ita, verbo permanere*, constituens differentiam inter dictas duas leges, ex eo quòd *in dicta l. nemo*, existimat pactum ideo nullum esse, quia erat appositum absolutè, & in nullius fauorem, quod non obligat; secus verò esse in decisione d. *l. si quis ita*, quia † ibi pactum appositum erat in fauorem vicini, cui actio ex stipulatu adquisita erat. quo casu inquit Accursius, quòd tunc potest agere ád interesse ille, in cuius fauorem pactum erat appositum, quod confirmant scribentes ex versic. *forsitan*, eiusdem leg. *si quis ita*, vbi Imperator sic dicebat: forsitan enim multum intererat eius ne ei vicinus non solùm quem nollet aggregaretur, sed etiam pro quo specialiter interdictum est. & sic si interfit ei, in cuius fauorem pactum fuit appositum, † valere pactum, & posse eum agere contra alienantem ad interesse, argument. *l. quoties, la 1. ff. de seruitut.* quam interpretationem sequitur Paul. de Castr. *in dicta l. nemo, ff. de pact.* & alij scribentes *ibidem.* gloss. verò marginalis, quæ in meis Pandectis legitur ad *dictam l. nemo, ff. de pact.* expressè asserit *dictam l. nemo, ff. de pact.* per *dictam l. si quis ita, C. de pact. inter empt. & vend.* corrigi tanquam per nouissimum ius, quod confirmari videtur ex *dicta l. si quis, in verſ. sancimus.* ibi, *sancimus licèt hoc apud veteres dubitabatur, tale pactum esse ex nostra lege faciendum, & immutilatum permanere.*

185 (right margin) 186 (right margin) 187 (right margin)

Re autem matura, & considerata, perpensáque vtriusque legis lectura existimo vnam per aliam non corrigi, nec aduersari pro quarum intelligentia dico, quòd † *in dicta l. nemo*, generaliter fuit prohibitum pactum de non alienando tanquam factum contra publicam vtilitatem, & cùm publicè intersint contractus, nihil mirum quòd quis à se liberam facultatem adimere non possit, cùm ius publicum priuatorum cautionibus derogari non possit, & sic nil mirum, si generalis abdicatio facultatis alienandi non valuit, in specie verò text. *dicta l. si quis*, non generaliter fuit adempta facultas alienandi, sed contemplatione alicuius respectus, quod probatur ex verbis *dicta l. si quis.* ibi, *forsitan enim multum eius intererat, ne ei vicinus non solùm quem nollet aggregaretur, sed etiam pro quo specialiter interdictum est.* quæ quidem verba satis denotant, non absolutè factum fuisse pactum de non alienando, sed particulare pactum respectu alicuius particularis interesse. 188

Neque

189 Neq; † diuinatoria est hæc interpretatio, quasi dicant aliquí decisionem *dicta l. si quis*, nil de nouo statuere. Nam respondeo dictam legem iam decidere casum, nempe quòd licèt generaliter non possit quis à se abdicare facultatem alienandi, prout *in dicta l. nemo*. poterit tamen respectu alicuius particularis interesse vnusquisque à se liberam alienandi facultatem abdicare.

Remanet igitur clara resolutio prædicti dubij, quòd non valebit pactum prohibitiuum generalis alienationis, valere tamen respectu particularis alienationis & interesse alicuius, cui promissio de non alienando facta erit.

190 Quæro † quomodo aget is cui promissio de non alienando facta fuit contra sic alienantem.

Respondeo illum contra promissorem posse agere ad interesse, vt tradit Ferrar. *in sua praxi, in tit. forma libelli, in actione reali, §. veris ac iustis titulis, num.* 37. iuxta text. *in l. ea lege, §. si ita quis, ff. de verb. oblig.* & *ibi* Bart. si verò eius non sit interesse, non poterit agere contra alienantem, non obstante præcedenti pacto, quia ei non intererat fieri tale pactum. *l. fin. C. de pact. inter empt. & vend.* Paul. de Castr. *in dicta l. nemo, ff. de pact.* Ferrar. *vbi suprà.*

191 Quæro vlteriùs, † an promittens alicui se sibi, & non alteri venditurum, an teneatur indistinctè ei vendere quoties ipse voluerit, an verò expectandum sit quòd ipse promissor aliis venditurus sit.

Respondeo non posse statim compelli, nisi eo casu quo aliis vendere velit, ex *l. si sterilis, §. penult. vers. sed etsi tibi, ff. de actio. empt. l. qui fundum, la 2. ff. de contrah. empt.* ex pluribus resoluit Gutier. *canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 14. & 16.

192 Quæro ampliùs, † an quis possit à se liberam facultatem emendi pacto abdicare? & licèt plurimi sint qui dicant non posse tale pactum fieri tanquam adimens publicum commercium, & videatur sibi imponere ius quoddam seruitutis, quod ius maximè abhorret, vt tradidi *in repetit. l. Titio centum* 71. *§. Titio centum, lo 2. ff. de condit. & demonstr.* tamen credo hoc limitatione quadam resolui posse, ita, quòd si aliquis cum aliquo simpliciter paciscatur (cui nihil interest tale pactum fieri) se nunquam empturum aliquam rem, tale pactum nullius sit momenti; si verò pactum illud fiat in fauorem alicuius cui intersit, tali casu valeat tale pactum & sustineatur. quo pacto videmus † Serenissimum Dominum nostrum Regem à se abdicatam habere facultatem emendi allodiarios, qui existant & domicilium habeant in terris Baronum, vt in constitutione particulari fuit stabilitum per Serenissimum Regem Petrum II. in Curia Barcinonę anno 1283. c. 50. quod nunc est constit. 2. sub tit. *de empt. & vendit.* cuius quidem constitutionis valore cùm à se facultatem abdicauerit fauore Baronum, inhabilis redditus fuit, perindéque si casu emeret, nulla talis venditio censeretur tanquam ab eo † qui ad contrahendū est 194
193 à iure inhabilis, prout de infante traditur, iuxta ea quæ allegat Ferrar. *in sua praxi, in forma in actio. reali, vers. veris ac legitimis titulis, num.* 7. & *num.* 25. In omnibus enim casibus in quibus quis à iure prohibetur contrahere, † si fiat postea contractus, est nullus. 195 *l. non dubium, C. de legib.* vnde dicebat Ferrar. *dicto loco, num.* 27. quòd ex tali contractu non transfertur dominium. *l. quemadmodum, C. de agric. & censit. lib.* 11. *l.* 1. *C. de hast. metro. lib.* 11. Inde nec ex tali contractu transfertur possessio, nec currit præscriptio. *l.* 2. *C. de vsuc. pro empto.*

Quæro vlteriùs, † an tutores, vel curatores possint emere, & quando res minorum, 196 quando sub eius administratione bona existunt? Hanc quæstionem mouet Bart. *in l. pupillus, §. vlt. ff. de auctor. tutor. & curat.* & eam longiori calamo scriptam reliquit Ioan. Gutier. *de tut. & cur.* 2. *parte, cap.* 15. *per totum*, vbi resolutionem huius dubij adducit ex mente grauissimorum Doctorum, dicens quòd licèt regulariter tutores, & curatores non possint emere rem sui pupilli, vel eius qui sub illius gubernio & potestate existit, vt in principio dicti capitis tradit. docet † tamen 197 posse dictum tutorem, seu curatorem emere si publicè & palam emat. *l. cùm ipse, C. de contrahend. empt.* vt *ibidem num* 8. attestatur. Palàm † autem & publicè bona fide dicunt 198 emisse tutores, quando tutor, seu curator iudicis decreto emit. hanc sequuntur Bald *consil.* 201. *lib.* 3. Ripa *l.* 1. *§. fuit quæsitum, num.* 10. *ff. ad Trebell.* Pett. Dueñas *regul.* 31. *ampliat.* 8. Matienço *lib.* 5 *noua recopilat. tit.* 11. *l.* 23. *gl.* 2. *num.* 2 Menoch. *de præsumpt lib.* 3. *præsump.* 80. *per totam.* & licèt de iure Castellæ esset magna dubitatio, an tutores & curatores publicè & palàm res minorum possent emere, cùm extet lex Regia 23. *tit.* 11 *lib.* 5. *noua recopilat.* tamen ea non obstante resoluit Spino *in speculo testament. gloss.* 29. *num.* 59. & 60. posse † tutorem rem minoris publicè venditam, cum auctoritate iudicis & decreto emere, dicens quòd lex prædicta intelligenda venit, præterquam si talis emptio à tutore, seu curatore fiat cum iudicis decreto. hoc enim decretum supplet defectum personę tutoris, seu curatoris, qui sibi auctoritatem præstare non poterat, iuxta tradita per Chaldas Pereira 199

reira *de empt. & vendit. cap.* 17. *à num.* 9. vbi *num.* 10. dicebar turores non posse emere, quia non poterant sibi auctoritarem præsta-
200 re, † non aduertens hoc ex iudicis decreto sanari. sequitur Gutier. *dicto cap.* 15. *num.* 19. Hoc autem procedit durante tutela & eius administratione. ea namque finita poterit tutor emere quæcumque bona, sicuti quilibet extraneus, vt attestatur Gutier. *dicto loco, num.* 20. confirmans ex *l. tutores quibus, ff. de auctor. tutor.* gloss. communiter approbata *in l. si emptione*, *§ fin. verbo tutor, ff. de contrahend. empt. l. cùm ipse, C. eod* tradit Gammà *decis.* 217. *num.* 1. Molina Theolog. *de iust. & iur. tract.* 2. *disp.* 224.

201 Quæritur ampliùs, † an vendita re aliena à non domino, res vendita recuperari possit, non restituto pretio à vero domino? & de iure ciuili ementem rem furtiuam teneri illam restituere vero domino, non soluto nec refuso pretio, tradit Carroc. *in suo tractat. de re furtiua penes tertium possessa*, ex mente Host. *in summa de pœnitent. & remiss. § fin. vers. quid si quis emat.* Rebuffus *ad l. Diuus, num.* 124. *ff. de sicar.* Alciat. *regul.* 3. *præsumpt.* 29. *num* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 29. *n.* 9. quod secundùm ius esse dicunt, iuxta text. *in l. inciuile, C. de furt.* Capell. Tolosan. *decis.* 151.
202 quod extendūt non solùm † si emptor occultè emerit, sed etiam si publicè, nisi consuetudo loci esset in contrarium, quia consuetudine loci stante in contrarium, illa seruabitur. Debet tamen aduertere ille qui se fun-
203 dat in consuetudine quòd † tenetur in processu eam probare, quia facti est, iuxta ea quę tradit Gutier. *de iurament. confirmat.* 1. *parte, cap.* 70. *num.* 5. Stephan. Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ* 14. *per totam*, nisi esset notoria & publica, vt nulla dubitatione possit tergiuersari, vt tradit Farinac. *consil.* 194. *num.* 7. Vant. *de nullit. process. tit. ex defectu processus & solemnit. sentent. num* 86. In ciuitate Barcinona aliud est censendum cùm exter caput 24. *tit. vulgo del recognouerunt proceres.* vbi sic statutū legi-
204 tur: † *Item quòd aliquis non possit repetere aliquam rem ab illo, qui eam emit per cursorem publicum, & publicè, nisi restituerit pretium.* quo iure clarè cauetur rem furtiuam publicè venditam per cursorem publicum non recuperari per verum dominum, nisi soluto priùs pretio. In quo statuto duo copulatiuè requiruntur, quo res emaur per medium personam cursoris, & in loco publico, nempe
205 vbi videri possit, quia † quod publicè fit, ignorati non dicitur. *l. sed etsi*, *§ præscribere, ff. ad Macedon. l. si quis, C. quomodo & quando index.* Michaël. Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 518. *num.* 5. *vers dicit etiam.* quod quidem ita intelligendum venit, si emptor in bona fide sit, quia si in mala fide esset, pretium amitteret, & restituere illud teneretur, vt in simili tradit Hippol. de Marsil. *sing.* 13. incipit, *volo tibi dare aurem.* Angel. *consil.* 70. Carroc. *de re furtiua penes tertium reper. quæst.* 31. *n.* 1. Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 518. *num* 5. & licèt fuerit opinio controuersa si res vendita per cursorem publicum esset antea alicui hypothecata specialiter, seu cum precarij clausula, † venditio publica & per cursorē nocēret 206
ei, cui specialiter res erat hypothecata, ita vt facta venditione publicè per cursorem rem emptor amittat, & pretium, eámque restituere teneatur ei cui specialiter hypothecata est, & licèt aliqui perstiterint in ea sententia, quòd hoc casu non amittatur ius expressæ hypothecę, tamen contrariam sententiam amplectendam censeo, nempe quòd neque virtute specialis hypothecæ possit creditor rem publicè venditam, & per cursorem, recuperare, non restituto pretio. Certum est enim non posse operari plus iuris clausulam *constituti*, & *precarij*, nec specialis hypothecæ respectu creditoris, quàm operatur dominium verum respectu domini veri, & sic hanc sententiam ex relatis per Hieron. Laurent. *decis.* 134. *num.* 6. Rotæ Auenion. refert Cancer *lib.* 2. *var. cap. de minoribus, in* 1. *impress. à num.* 16. *cum seqq.*

Quæro † circa intelligentiam dicti statu- 207
ti, nempe circa illud verbum *aliquam rem*, an comprehendatur tam res mobilis, quàm immobilis, & si vis & essentia dicti verbi *res*, percipiatur, tam res mobilis, quàm immobilis comprehendetur. *l.* 1. *§ fin. ff. si certum petatur. l. rei appellatione, ff. de verb. signific.* gloss. *in authent litigiosa res, C. de litigiosis.* Tamen secundùm receptiorem sententiam dicendum est dictum statutum non comprehendere, nisi res mobiles. ita Michaël Ferrer. ex decisione Regij Senatus *cap.* 518. *num.* 4. *versic. insuper.*

Quæro vlteriùs, † stante statuto quòd 208
mulier non possit vendere, nisi adhibito consensu duorum agnatorum, an & quando valeat venditio sine eorum consensu? Hanc dubitationem tractant Bart. & DD. *in l. si cùm dotem, § eo autem tempore, ff. soluto matr. num.* 2. Sed huic dubio respondendum censeo quòd quotiescumque adest statutum quòd mulier non possit alienare sine consensu duorum agnatorum, stantibus duobus agnatis non poterit aliter quàm interueniente eorum consensu alienare. Cæterùm si non adsit nisi vnicus agnatus, tunc poterit alienare de consensu huius solius. ita ex mente Bald. *in l. coniunctione, C. de nupt. l.* 1. *C. vnde vir, & vxor.* faciunt tradita per Tiraquel. *in legib. connub. gloss.* 6. *num* 70. & 71. Cassanate *tom.* 1. *suorum consil.*

209 *consil. conf. 37. num.* 11. & sic † casu quo nullus agnatus reperiatur, poterit liberè contrahere & alienare, vt per tradita per Cassanat. *dicto conf.* 37. *num.* 13. sicuti attestatur *n.* 14.
210 quòd similiter non obstante tali statuto † poterit mulier sine consensu eorum alienare, si ipsi sine iusta causa recusent consentire tali alienationi, iuxta Bald. *in l. si cum dotem*, §. *eo autem tempore*, *ff. solut. matrim.* Tiraquel. latè hunc articulum tractans *ad leges connub. gl.* 6. *quæst.* 15 *num.* 125. idem dicit Bart. *in dicta l. si cum dotem*, §. *eo autem tempore*, *num.* 2. docens quòd eo casu ille qui vult contrahere, debet iudicem adire vt causas iustas recusationis, aut non iustas examinet, & si iustas esse iu-
211 dicet, non possit contrahere; † si verò non iustas declaret, nolentibus consentire dictis agnatis, pœnis eos coërceat vt consensum præbeant, aut licentiam ipse iudex mulieri concedat ad vendendum. ita Felin. *in cap. cum accessissent, de constit.* idem tradit doctissimus Barnabas Serra in supremo Regio Cataloniæ Senatu regens Cancellariam in opusculo quod edidit, inscripto, *Adnotationes ad debata curiarum*, *annotat.* 5. *num.* 37.

212 Quæro vlteriùs, † an facultas vendendi hæreditarias res pertineat ad executores testamenti, si res vendendæ sint pro adimplenda defuncti voluntate, an verò hæredibus testamentariis.

Hanc difficultatem sic aliqui existimant componendam esse quòd si à testatore facultas sit commissa executoribus testamenti vt res hæreditarias vendant, quòd tunc virtute facultatis à testatore dictis executoribus datæ poterunt ipsi executores vendere, aliàs, si non fuerit expressè facultas vendendi data,
213 † non poterunt executores vendere, quia in primis à lege non habent facultatem vt tradit Simon de Prætis *lib.* 5. *interpret. dub.* 2. *n.* 30. *&* 40. neque à facultate per testatorem sibi data & concessa. Igitur non licebit ipsis bona hæreditaria vendere, quia vbi executor simpliciter à testatore constituitur, & ei nullus modus à testatore præfigitur, hoc solùm possunt exequi quod per leges, seu canones eis permittitur, vt tradit Iacobus de Canib. *de execut.* 2. *part. num.* 16. Spino *in speculo de testament. gloss.* 28. *num.* 29. Cùm autem (vt dictum est) nullibi in iure cautum reperiatur quòd executoribus testamentorum indultum sit, vt res hæreditarias vendant, & sic hæredi iniunctum hoc onus, censetur etiam si impersonaliter dispositio testatoris fuerit concepta, sic: Mando quòd hæreditariæ res meæ vendantur. non referendo dicta verba ad hæredem, neque ad executores testamenti, quia dicunt totum negotium tra-
214 ctari inter hæredem & testatorem, quia † in iure dicitur testatorem in tota sua dispositione cum hærede loqui. *l. si seruus legatus*, §. *qui margaritam*, & ibi Bart. *ff. de legat.* 1. *l. cum pater*, §. *donationis*, *ff. de legat.* 2. Mantica *lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 2. & alij quos refert Cassanate *lib.* 1. *conf.* 29. *num.* 1. vbi quandam differentiam construit inter executores testamentarios, ex qua diuisione quæstio decisa remanet.

Differentia † autem quæ constituitur est 215
inter manumissores, seu executores testamenti, quòd alij sint executores vniuersales; alij verò sint particulares. exemplum vniuersalium executorum constituit, quando videlicet instituuntur Christi paupetes, nullo alio hærede nominato, tunc manumissores testamentarij, seu administratores loco hæredum sunt. alij sunt executores particulares, quando est alius datus & nominatus hæres, & tunc loco hæredum non sunt. † quam 216
diuisionem manumissorum & executorum testamentorum tradit Cassanate ex Bart. *in l. alio*, *num.* 5. *ff. de aliment. & cibar. legat.* & ex aliis per eum allegatis qua diuisione constituta respondetur quòd executores vniuersales possunt vendere res hæreditarias, quia ipsi loco hæredis habentur, cùm nullus alius hæres reperiatur datus, nec nominatus: executores autem particulares, vbi est alius hæres, non poterunt vendere, & sic in fauorem Patrum Prædicatorum ciuitatis Cæsaraugustæ fuisse declaratum refert dictus Cassanate *dicto conf.* 29. in causa quæ ibi ducebatur inter manumissores testamenti Comitissæ de Morata, Priorem & Conuentum Ordinis Prædicatorum, quos dicta Comitissa hæredes instituerat, prætendētes † executores di- 217
cti testamenti ad eos spectare vendere domos quasdam dictæ Comitissæ. Econtra Prior & Conuentus Prædicatorum prætendebant ad se spectare, & sic quia dicti executores fuerunt iudicati executores particulares, cùm Monasterium Prædicatorum esset hæres institutus, fuit declaratum venditionem dictarum domorum ad Priorem prædictum & Conuentum spectare. faciūt tradita per Chaldas Pereiram *de empt. & vend. cap.* 17. *per totum*, vbi latè.

Sed † cùm venditiones quandoque non 218
absolutè fiunt, sed sub hoc pacto, vt quandocumque pretium restitutum sit emptori, ipse emptor teneatur restituere rem emptam. quæ venditio sub pacto de retrouendendo dicitur, ideo breuiter quædam resolutiones de hac materia tradentur.

Hæc † materia pacti de retrouendendo 219
latissimè tractatur *in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend.* vbi sedem suam hæc materia habet, & sic videndi sunt ordinarij scribentes ad

ad dictam legem, & præter eos Couarr. *lib.* 3. *variarum cap.* 8. *per totum, & cap.* 10.

220 Sed primò quæro, † an pactum de retrouendendo cum modicitate pretij sit vsurarium, licèt non sit emptor solitus fœnerari? hanc dubitationem latissimè tractat Farinac. *decis.* 57. *per totam, lib.* 1. & eam resolutam ex mente nostri Supremi Cataloniæ Senatus refert Michaël Ferr. 3. *part. obseruat. cap.* 439. dicens pactum de retrouendendo cum modicitate pretij vsurarium declarari, si modicitas pretij sit minor dimidia iusti pretij. quæ

221 † modicitas pretij concurrens cum pacto de retrouendendo debet esse tempore venditionis, & de dicta modicitate articulari & probari ex *l. si voluntate, C. de rescind. vendit.* vnde ex mente Bart. *in l.* 2. *C. eodem.* refert Grammat. *decis.* 76. *num.* 25. dicens hoc debere aduertere Aduocatum articulando, & ex plurium sententia hanc receptam attestatur Grammat. *decis.* 75. *num.* 30. & 31. & sic contractus vsurarius dicetur, etiam si emptor non sit solitus fœnerari. Gamma *decis.* 138.

222 *num.* 1. & sic † si talis contractus nullus iudicatur, tenebitur emptor rem restituere, & fructus perceptos, aut saltim eos in sortem computare, iuxta text. *in cap. ad nostram.* & *ibi* Abb. *de empt. & vend.* tradit Fachin. *controuers. quotid. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 12.

Soler etiam iste contractus vsurarius declarari, & reprobatus, quando cum modici-

223 tate pretij fuit adiectum † pactum, quòd res non possit redimi, nisi post certum & destinatum tempus, veluti quatuor, vel sex annorum, vt ex mente Senatus nostri decisum refert Despuiol *in addit. ad dictum cap.* 439. quod etiam tradit & sequitur Couarr. *lib.* 3. *variarum cap.* 8. *num.* 8. quæ autem coniecturę reddant contractum vsurarium, cum pacto de retrouendendo, vide Farinac. *de falsitat. & simulat. quæst.* 163. *à num.* 125. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 122. *num.* 71. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 8. *tit.* 20. *num.* 26. & latiùs *tit.* 22. *num.* 1. vide etiam Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 122 *per totam.*

224 Quæro vlteriùs, † an pactum de retrouendendo minuat iustum rei valorem? &c.

Respondeo tale pactum valorem rei minuere, cùm illud pactum rem illam oneret, vnde pactum illud dicitur esse pars rei. *l. fundi partem, ff. de contrahend. empt.* Panormit. *in cap. cùm Ioannes, de fide instrument.* Abb. *in cap. in aliquibus, num.* 2. *de decimis.* idem & DD. *in cap. ad nostram, de empt. & vendit.*

225 Sed videamus, † intra quàm latitudinem pretij pactum de retrouendendo faciat rem in valore minuere. Couar. *dicto cap.* 10. *à principio*, hanc quæstionem incipit tractare, docétque arbitrio boni viri esse iudicandum quanto minus iusto pretio licitè res vendatur, habito respectu ad illud onus quo afficitur per pactum de retrouendendo, vbi latè hanc difficultatem prosequitur, & cùm hic breuitati studeam, cùm solùm resolutiones tradere intendam, dico quòd † pactum de 226 retrouendendo minuit iustum valorem rei venditæ in tertia parte iusti valoris, ita vt si centum res valeat, & vendita fuerit pro septuaginta, iustum pretium ex dictis septuaginta iudicatur, & ita iudicatum fuisse in Senatu Sabaudiæ refert Anton. Faber *in suo Codice lib.* 4. *tit.* 30. *de rescindend. vend. defin.* 27. Alex. Rauden. *consil.* 17. *num.* 75. & 129. 1. *p. lib.* 1. Cæsar Barci. *decis.* 123. *num.* 6. Fab. Turret. *cons.* 28. *num.* 19. & *cons.* 80. *num.* 61. plures hanc sententiam tenentes refert Cassanate *tom.* 1. *consil.* 10. *num.* 46. Gamma *decis.* 138. *num.* 2.

Quæro, † an ius quod competit ex pacto 217 de retrouendendo, transeat ad alios, & quomodo. Et in primis ex cessione transire resoluit ex mente Paul. de Castro *cons.* 1. *vol.* 2. Cagnol. *in l.* 2. *C. de pact. inter empt.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 26. *gloss.* 3. Dec. *cons.* 164 *in fine*, & aliorum auctorum. Cassanate *lib.* 1. *cons.* 7. *num.* 17. tum & ad hæredes transire absque aliqua cessione. Cassan. *ibid. num.* 25. *cum sequent.* Molin. Theolog. *de iustit. & iur. tractat.* 2. *disputat.* 374. *versic. hoc loco est obseruandum.*

Quæro, † an si pactum de retrouenden- 218 do fuerit sic conceptum, nempe quòd quotiescumque ego restituam pretium, vel hæres meus masculus, emptor teneatur rem emptam sub dicto pacto restituere, si decedar venditor filio suo masculo hærede instituto, & ipse decedat ante recuperationem rei, an filia hæredis mei possit agere ad obseruationem pacti de retrouendendo, cùm non sit masculus. Hoc dubium decidit Iacobus Cancer *lib.* 3. *variarum cap.* 21. *de transm. n.* 151. dicens † posse ipsam mulierem agere ad ob- 219 seruationem prædicti pacti, ex mente Cagnoli *in l.* 2. *num.* 153. *cum seq. C. de pact. inter empt.* quia sufficit quòd primo venditori fuerit hæres institutus masculus, nempe filius venditoris qui ad suam filiam ius illud recuperandi rem virtute illius pacti transmisit: sufficit enim, vt ait dictus Cagnolus, filium transmittentem iuris redimendi facultatem habuisse qualitatem masculinitatis, nisi aliud ex mente venditoris, aut statuti conijceretur, prout distinguendum sensisse Rotam in nouissimis *decis.* 774. 3. *part. lib.* 3. *num.* 6. & 7. refert Cancer *dicto cap.* 21. *n.* 153.

Quæro vlteriùs, † an si res aucta sit me- 230 dio tempore quo penes emptorem extitit, augmentum pertineat ad emptorem, aut vendi

venditorem? Hanc dubitationem pro vtraque parte disputauit Thesaur. *decis. Pedemont.* 140. & resoluit indistinctè quòd siue simus in incremento ex facto hominis, siue à natura contingente, siue illud sit latens, siue patens, venditor possit integram rem recuperare: teneri tamen ad solutionem æstimationis augmenti. quod quidem probat ex *l penultim. C. de solution.* & ex aliis fundamentis per eum ibi adductis secutus Cagnolum *in l. 2. lectura 9. quæst. 59. C. de pactis inter emptor. & venditor.* & secundùm hanc sententiam iudicasse Senatum Pedemont. de mense Aprilis 1571. refert dictus Thesaut. *dicta decis. 140. in versic. ex quibus.* & pro hac opinione scripsisse Menoch. *consil. 26. per totum, lib. 1.* & alij per eum relati, concludens in fine dictæ decisionis hanc veram esse sicuti Euangelium (ordinario modo lo-
231 quendi.) Æstimatio † autem boni viri arbitratu consideranda est. non enim immensum pretium quo dominus augmenrum appretiat, dandum erit: sed quod taxabitur per proceres expertos. *l. si dominus, § in pecunia,* ibi, *immensum pretium, ff. de legat.* 1. *l. qui concubinam, § vlt. ff. de legat.* 3.
232 Quæro in pacto de rettouendendo, † an pecunia sit realiter præstanda, aut deponenda in loco publico? hanc quæstionem resolutam & doctè tradit Cancer 3. *tom. variarum cap.* 8. *de deposit à num.* 27. *cum sequent.* adhibita quadam distinctione, quòd aut agitur ad rescindendam venditionem virtute pacti de retrouendendo, nempe an agenti competat actio, & hoc casu non requiri realem oblationem, nec depositum pecuniæ ex decisione nostri Regij Senatus attestatur: aut verò agitur ad rescissionem contractus, & receptionem fructuum, & tunc reale depositum requiri vt fructus agenti ad rei recuperationem pertineant, & spectent, resoluit iuxta additiones Vrsill. ad Afflict. *decis.* 105. *num.* 8. Ioan. Baptist. Lupus *in l. 2. comment. 2. §. 3. num.* 103. *C. de pactis inter empt.* quia emptor quoties pretium non soluit, non potest fructus percipere. *l. curabit, C. de act. empt.* tradit Afflict. *decis.* 91 *num.* 15. tradit Peguer. 2. *tom. cap.* 6. *num.* 3. antea notauit Accurs. *in l. 2. verbo oblatam, C. de pact. inter empt. & vend.* quod confirmat ex *l. si à te, C. eod.* ibi, *obsignationis depositionísque remedio contra fraudem potes iuri tuo consulere.* licèt Peguera non loquatur expresè in pacto de retrouendendo, sed eadem ratio militat, quod secutus fuit Titaquel. *de retract. conuent.* §. 4 *gloss.* 6. *num.* 4. Ioan. Baptist. Lupus ad *d. l. 2. §. 4. sub num.* 101. Franclsc. Milan. *decis. Regni Siciliæ* 14. *n.* 101. *p.* 2. Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis.* 105 *n.* 8.

Sed cùm dictum sit fructus à die realis depositi, seu oblationis veri pretij spectare ad eum, qui recuperat rem, videamus quomodo fructus adquirantur, vel diuidendi sint.

Hanc dubitationem ex mente Couarr. *lib. 1. var. cap.* 15. *n.* 6. & aliorum resoluit Molin. Theolog. *de iustit. & iur. tract. 2. disput.* 374. *vers. fructus*, dicens † pro rata temporis esse 233 diuidendos tanquam magis consentaneum æquitati, quia cùm res produxerit fructus, interim dum erat in eius dominio, æquitas postulat vt partem in eis habeat. Similiter & cùm venditor primus vsus fuerit interim dum fructus nascebantur pretio, & illius commoditate, æquum est vt aliquid de fructibus perdat in recompensationem interesse & lucri quod ex pecunia recepit. Ex quibus resoluit quòd si fructus tempore redemptionis erant iam maturi, & apti ad colligendum, integros fructus pertinere ad emptorem, penes quem res repetitur: quia nil incrementi receperunt à die quo fuit petita retrouenditio. hanc sententiam sequitur Couarr. *vbi suprà*, Alex. Cuman. Aluar. Valasc. à dicto Molina citati. Rata †, autem 234 temporis, inquit Molina, non est accipienda ad rationem temporis anni, in quo res fuit sub dominio emptoris, sed debet rata temporis accipi & computari à tempore quo res cœpit fructus producere sub emptore ad tempus quo solent esse maturi, & sic arbitrio prudentis viri esse diuidendos. Si autem antequam fructus nascantur, res recuperetur, integri fructus ad venditorem pertinebunt: quando autem vendita est res cum pacto de retrouendendo, quæ est eius naturæ quæ quotidie fructus pariat, qualis est domus, aut similis, tunc fructus, id est, pensio loguerij diuidenda erit pro rata inter emptorem, & venditorem, habito respectu ad tempus respectiuè. † fructus autem ad eum 235 spectent in contractu emptionis, quoties non adest pactum de retrouendendo. vide Couarr. *lib.* 3. *var. cap* 4. *& lib.* 2. *cap.* 9.

Quæro, † an sit necessarium probare in 236 contractu adesse pactum de rettouendendo, an verò præsumi possit interuenisse? Et dico quod attinet ad alienationes factas per Dominum Regem, etiam si non sit clausula pacti de retrouendendo, præsumi eam interuenisse, & sic multoties in Regio nostro Senatu fuisse decisum, refert Cancer *lib.* 3. *var. c.* 13. *de surib.* Castro *n.* 184. *& cap.* 3. *de priuil n.* 363. vbi refert plures decisiones prædictas fuisse factas secundùm pragmaticã Regis Ildefonsi IV. dat. 8. Maij 1447 licèt attestetur Cancer executionẽ illius esse suspensam per Sereniss. Regem nostrum Philippum nunc felicissimè regnanrem, & in plurimos annos regnaturũ, in curiis celebratis Barcin. anno 1599. c. 59.

quo verò ad alios particulares contractus, non præsumetur pactum de retrouendendo, cùm appositio talis pacti sit factum,quod ne-
137 cessariò † venit probandum.*in l.in bello,§.factæ, ff.de capt. & postlim.reuer.* faciunt tradita per Mascard.*de probat.concl.*732. nisi adessent aliquæ coniecturæ,quas tradit Mascard. *de probat.conclus.*1147. & ibi latè de modis probandi pactum de retrouendendo in contractu emptionis.

138 Quæro vlteriùs, † an in Catalonia facultas redimendi ex pacto de retrouendendo aliquo tempore præscribatur.

Respondeo de iure Cataloniæ non adesse constitutionem,neque pragmaticam,quibus cautum aliquid sit circa præscriptionem pacti de retrouendendo. Obseruantiam tamen esse quòd in Catalonia nunquam præscribatur, etiam tempore immemoriali,fundatur tamen hæc obseruantia in æqua & iusta ratione. Nam quotiescumque lex non est prohibitiua alicuius facti, possunt contrahentes conuentiones facere, eo modo
139 quo volunt; secus verò est † si lex prohibitiuè disponat. notant DD. *in tit. C.ne fideiuss. dot. dentur.* faciunt tradita per Gutier. *de iurament.confirmat.*1.*part. cap.*21. *num.*13. idem *in repetit. l.nemo potest* 55 *num.*111. *ff de legatis* 1. & sic cùm non adsit lex prohibens facultatem redimendi intra certum tempus, vel in infinitum, poterunt contrahentes talem conuentionem facere, qua licitum sit siue ipsis contrahentibus,siue eorum successoribus quotiescumque velint redimere rem venditam. quod quidem toleratur, quando ex partium voluntate nascitur. *l.cùm quidam, ff de vsur l si ita stipulatus Seio fuero.* & *ibi* Bart. *ff. de fideiussor.* faciunt tradita per Ioseph.Ludouic. *decis. Rota Auenion.* 129. *num.*2. & 3.
140 Verba enim illa, † *toties quoties*, perpetuitatem denotant. pluribus fundamentis tradit Marta *in tractat.de clausul.claus.*184. vbi attestatur quòd talis clausula infinitatem denotat, & sic non debent pati restrictionem, iuxta tradita per Bald. *consil.*305. *lib.*1. Crauet. *consil.* 133 *num.*5. maximè cùm non sit licitum à proprietate verborum recedere, nisi quando de contraria voluntate contrahentium apparet, *l.non aliter,ff.de legat.*3 *.l.ille,aut ille cùm in verbu,ff.eod.* & ibi scribentes, & sic in Catalonia obseruari attestatur Cancer *lib.*1. *variarum cap.*13. *de empt. & vendit. num.*18.*in prima impressione*, & 3.*parte*, *cap.*7. *num.*206. & in regno Aragoniæ obseruari attestatur Cassanate *tom.*1. *consil.*7. *num.*14. de iure Castellæ idem obseruari attestatur Molina Theolog. *de iustitia*, & *iure*, *tractat.*2. *disputat.*374. *versic. quando in contractu emptionis.* sequitur hanc sententiam Gregor. Lopez *ad l.*42.*tit.*5. *part.*5. *de las ventas y compras* gloss. *verbo*, *quando quiera.* quia dicit quòd licèt contrariam opinionem tenentes fundent se in eo quòd ex contractu venditionis facto sub pacto de retrouendendo actio personalis oriatur, quæ triginta annis præscribitur, non aducrientes (inquit ipsemet Gregor.Lopez)qui talem opinionem renent quòd partes possunt conuentione prorogare tempus, vt in dictu contractu prorogarunt.

Sed quæro, cùm dictum sit † de iure Cataloniæ, seu obseruantia, pactum de retrouendendo non præscribi absolutè, an detur aliquis casus in quo præscribi possit. 141

Respondeo casum dari in quo pactum de retrouendendo præscribitur,nempe quando virtute pacti prædicti de retrouendendo aliquis interpellarur vt reuendat, & ipse penes quem res est, non adquiescat, imò potiùs contradicat, & contradictione facta labatur tempus idoneum ad præscribendum, quòd est in Catalonia tempus triginta annorum,
quo † tépore actiones omnes personales præscribuntur,ex dispositione Vsatici *omnes causæ, sub tit.nostro, de præscriptionibus.* quo Vsatico omnes præscriptiones minores triginta annorum fuerunt ad dictum numerum extensæ; licèt enim facultas illa redimendi sit mera facultas, & † quæ sunt meræ facultatis non præscribantur, iuxta tradita per Cyn. Bald & alios *in l.*1 *ff.de seruitut.* Bart. *in l quo minus*, *num.*27.*ff. de flumin.* vbi dicebat per non † vsum non amitti facultatem faciendi aliquem actum. Thesaur. *decis. Pedemont.*16. *num.*2. & 3. si tamen contra ea quæ sunt facultatis,aliquid factũ fuerit, & pars adquieuit, illa acquietatio operatur vt à cætero currat præscriptio, quia illa facultas iam fuit reducta ad actum, ex quo actu positiuo incipit currere præscriptio,& sic† lapsis triginta annis ius illud facultatis redimendi erit præscriptum, quia adquieuit ille in cuius fauorem pactum de retrouendendo erat factum. licèt enim facultas illa esset inpræscriptibilis, tamen postquam fuit deducta & redacta ad actum,& partes adquieuerunt, ex eo die currit præscriptio, & quod non erat præscriptibile,fit præscriptibile, iuxta notata per Socar. *in cap.si verò*,*n.*55. Mier. *cap* 43.*curiar. Barcin.* Regis Petri II. anno 1283. *num.*23. Marquil. in Vsatic. *hoc quod iuris est Sanctorum*, *pag.*303. vbi dicunt quòd † licèt emphyteota census in totum nec dominium possit præscribere, præscribi ramen si postquam dominus petierit, & emphyteota negauerit rem esse subiectam, fuerit à dicta negatione legitimum tempus decursum.

142 143 144 145 146

Scias

147 Scias tamen quòd † ad hoc vt præscriptio currat, interpellatio debet esse iudicialis, quia extraiudicialis in Catalonia nil operatur, quia ex dicto Vsatic. *omnes causæ*, sublata est mala fides. Cancer *lib. 1. var. cap. 15. num. 9. in 1. impress.* & sic cùm virtute dicti Vsatici sublata sit mala fides, quæ per extraiudicialem denuntiationem causabatur, dicta extraiudicialis requisitio vt retrouendatur nil operatur, & sic est ac si non fuisset facta. quod secus est, si iudicialiter fiat, quia cùm sit actus iudicialis ab eo die, quo fit præscriptio, curret, & lapsis triginta annis actio personalis competens erit præscripta.

148 Quæro, † an pactum de retrouendendo possit probari per testes? & posse probari ex mente Iosephi Ludouic. *decis. Perus. 9. per totam*; & aliis resoluit Cancer *lib. 3. variarum cap. 7. num. 254.* vbi *num. 256.* resoluit pretium in retrouenditione rei venditæ cum pacto de retrouendendo censeri idem quod fuit in prima venditione, quem vide.

149 Quæro, † an si venditio facta fuit cum pacto de retrouendendo, & decessit venditor pluribus hæredibus in testamento institutis, vel ab intestato succedentibus, quorum alij volunt rem venditam redimere, alij verò nolunt, an audiantur illi, qui volunt redimere.

Respondeo quòd hoc casu hæredes quicunque sint, siue ex testamento, siue ab intestato, rem recuperare volentibus admittuntur, etiam nolentibus & repugnantibus cæteris, dummodo pretium integrum soluant ipsi redimentes. ita decisum pluribus fundamentis refert Boër. *decis. 251.*

150 Quæro vlteriùs, † an vsufructuarius possit vendere vsumfructum? hanc quæstionem valde controuersam fuisse attestatur Ioan. del Castillo Sotom. *quotid. controuers. de vsufruct. lib. 1. cap. 69. per totum.* Sed tota controuersia oriebatur ex venditione vsusfructus, seu commoditatis illius, ex eo quòd qui dicebant vsumfructum vendi non posse, intelligebant de iure illo mentali incorporali, quod vsufructuarius habet ad vsumfructum percipiendum; alij verò qui dicebant vsumfructum vendi posse, accipiebant commoditatem percipiendi vsumfructum. Erat igi-
151 tur diuersitas opinionum † quoad nomen, & sic sublata hac iuris subtilitate, & accepto vsufructu pro commoditate vsusfructus quod præcipuè attenditur, & sic dicendum est quòd vsufructuarius impunè potest vsumfructum vendere. *l. arboribus 13. §. vsufructuarius. l. non vtitur 45. l. cui vsusfructus 74. ff. de vsufruct.* sequitur Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, 3. parte.* Emanuel Mendez *l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. 2. parte, num. 119.* *Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.* Sotomaior *vbi suprà à num. 15. cum sequenti.*

Sed † an casu quo vsusfructus venditur ab vsufructuario, detur retractus ipsi proprietario, ita vt ipse proprietarius æquali pretio præferatur, quæritur. 152

Respondent aliqui non dari prælationem in venditione vsusfructus, moti ex eo quòd ad hoc vt detur prælatio, necessariò dicebant dati retractionem. hanc autem non posse dati dicebãt ex eo quòd † retractio iure sanguinis locum habet vbi agitur de venditione rei immobilis, vt tradit Tiraquel. *de retract. lignagier §. 1. gloss. 7. num. 58.* Matienço *lib. 5. nouæ recopilat. l. 7. tit. 11. gloss. 1. num. 1.* Ius autem vsusfructus est quid incorporale, vt tradit Tiraquel. *dicto num. 58.* & sic † non est præferendus proprietarius iure sanguinis, & cui venditio vsusfructus ab vsufructuario facta est, cùm in hoc iure incorporali non detur retractus iure sanguinis. hanc resolutionem tradunt Gutier. *practic. quæst. lib. 2. quæst. 147. per totam.* Alex. *consil. 52. num. 2. lib. 1.* Corn. *consil. 147 col. 2. lib. 4.* quos refert & sequitur Sotomaior *controuers. quotidian. de vsufruct. lib. 1. cap. 74. à num. 2. cum sequent.* 153 154

Tamen † licèt iuxta supradictam resolutionem in venditione vsusfructus non detur retractio iure sanguinis; & sic proprietarius iure sanguinis præferri non possit in venditione vsusfructus, † succurritur tamen ex alio capite ipsi proprietario, nempe de iure congrui. quinimo prædicto casu habet locum retractus de iure congruo, & communionis, quia iste retractus solet dari non solùm pro rebus immobilibus, sed etiam pro mobilibus, quod sequitur Albornos *lib. 3. de la arte de los contratos, tit. 3. fol. 120.* Matienço *lib. 5. noua recopilationis, l. 13. gloss. 3. num. 3. titul. 11.* Gutier. *practicar. quæst. lib. 2. quæst. 165. versic. quid tenendum*, &c. dicens hanc esse sequendam sententiam, licèt ipse nunquam viderit casum euenisse, quod etiam secutus fuit Sotomaior *controuers. quotidian. de vsufruct. lib. 1. cap 74. num. 27. cum sequenti.* redditque rationem † quare non detur retractus hoc casu iure sanguinis, & ait ideo non dari, quia † retractus iure sanguinis solùm fuit introductus pro conseruatione familiæ, & agnationis quæ magis attenditur ad res immobiles, cùm in iis magis perpetuetur memoria & continuatio familiæ, quàm in mobilibus, quæ vsu quotidiano consumuntur; in rebus verò mobilibus, quæ vsu quotidiano consumuntur, solùm cõsideratur tempus & cõmoditas præsens. & sic ratione commoditatis datur retractio, & † ratione congrui proprietarius recuperabit vsumfructum ab eo qui illum emit iuxta quam sententiam 155 156 157 158 159

attestatur intelligendam esse *l. 5. tit. 5. part. 5 verbo, alguna cosa.* quod verbum generale est, & sic non solùm de immobilibus, sed etiam de mobilibus intelligendum esse in retractu ratione communionis, & hunc intellectum veriorem attestatur ex mente Gregorij Lopez *d.l. 55 gloss. 1.*

Cùm suprà *numero præcedenti* diximus de prælatione quam debet habere proprietarius in venditione vsusfructus facta per

160 vsufructuarium, quæritur, † an vicinus habens interesse in re vendita debeat præferri cuicunque alteri.

Huic dubio respondetur quòd si res vendita sit sub dominio emphyteuticario, quòd ad libitum domini erit dare faticam cui voluerit, iuxta iuris dispositiones; si verò sit libera quòd ius competens in prædicto casu appellatur ius congrui vno nomine, alio verò nomine ius protimiseos, de quo mentionem fecit Tiraquel. *in proœmio de vtroque retractu.* plura congessit Zerola *in praxi Episcopali, 1. part. §. ius congruum, seu protimiseos,* & in

161 † Regno Neapolis frequentissimum esse hunc retractum, attestatur. & in quibus casibus locum habere possit Dominum autem ius prælationis habere, & sibi rem retinere posse æquali pretio, refert Guido Papæ *decis. 47. num. 2.* quod tamen ius prælationis alteri cedere, vel donare non potest. Guid. Papæ *decis. 411.* & *ibi* additio Ranchini, & est text. *in § porrò, tit. 9. qualiter olim feudum alien. lib. 2. feudor.* & *ibi* Accurs. *verbo æquali pretio,* dicens hoc inconcussè seruari. Guido Papæ *decis. 257.* & *ibi* additio Ferrerij, vbi ait durante lite non currere tempus ad retrahendum, secundùm quæ dicendum est vicinum æquali pretio præferendum esse cuilibet extraneo ementi, quod intelligẽdum est, quando dominus emphyteuticus iure faticæ non vtitur, vt suprà dictum est. Multa autem de iure congrui qui scire velit, videat Zerolam

162 *vbi supra.* Sicuti † socius iure congrui præferendus est in re vendita consocij, secundùm Bald. *in l. 2. num. 2. vers. tu autem nota, C. commun. rer. alien.* Ripa *in l. serui electione, § Labeo, num. 15. ff. de legat. 1.* Stephan. Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ 169. num. 8.* & de prælatione agnatorum, vide Guid. Papæ *decis. 257.* vbi quando incipiat tempus currere. vide ibi additio. Ferrerij. In Catalonia autem non seruatur, nunquam enim tale audiui.

163 Quæro, † si res vendita fuerit ab eo qui vendere non poterat, quia erat grauatus de restituendo eam casu quo alienauerit, & eam venditor recuperauerit, an ille in cuius fauorem prohibitio erat apposita, possit rem iam alienatam à venditore, ab illo emptore recuperare.

Respondeo posse, vt decisum iam fuisse refert Anton. de Gamma *decis. 111.* in causa cuiusdam monasterij, cui fundus relictus fuerat à testatore, cum clausula expressa prohibitionis ne alienaretur, & casu quo alienatio fieret quòd fundum haberet proximior cognatus. Euenit quòd monasterium fundum vendidit, postea lapso tempore illum recuperauit. agnatus mouet litem ad fundi retractum, & licèt monasterium fundum recuperasset, lata fuit sententia contra monasterium in fauorem cognati, & dicta sententia postea fuit confirmata ex fundamentis per dictum Gamma relatis *dicta decis. 111.*

Quæro, † an vendens rem francam & liberam ab omni tributo, censeatur dare liberam ab eo tributo quod vigebat tempore contractus, & an ab eo quod superuenit à die celebrati contractus ad diem traditionis? Cui dubio respondeo quòd si conuentio non fuerit facta de omnibus tributis, solùm erit obligatus soluere tributa quæ solita erant soluere tempore celebrati contractus, quæ propriè dicuntur † onera intrinseca, 165 veluti onus soluendi decimam, quod dicitur esse intrinsecum, cùm rem sequatur iuxta tradita per Chaldas Pereira *de empt. & vend. cap. 22. num. 9.* non verò ea, quæ de nouo imposita fuerunt, quæ extrinseca onera sunt, vt tradit Socin. *consil. 247. lib. 2. num. 3.* vbi probat solutionem horum onerum semper spectare ad emptorem, nisi in lege imponente de nouo talia onera exprimatur quòd venditores teneantur illa soluere. quam resolutionem confirmat Socin ex *l. debet, in fin. ff de ædilit. edict.* ex quo text. dicit etiam Socin tenere Baldum *in l si prædium, C. de ædilit. edict. num. 6.* Roman. *singul. 582.* Ias. *in l fin. num. 41. ff. de iure emphyteot* Alex. *consil 51. num 4 lib. 3.* Gozad. *consil 6.* quos allegat Gamma *decis. 349. num. 5.* Batt. *in l. 1. ad finem, ff. de aliment. & cibar. legat.* quia ordinariè fit quòd † onus soluendi tributa ordinariè spectat ad eum, qui dominus factus est. *l. cùm in plures, §. vehiculum, ff. commod.* & secundùm hanc resolutionem fuisse iudicatum refert Gamma *dicta decis. 349. in fine.* vbi latè per totam decisionem agit de fortuitis oneribus, & insolitis.

Quæro, † an & quando contractus emptionis, & venditionis potiùs iudicetur simulatus & fictus? hæc planè materia ampla est, nec resolutiuè potest tradi, cùm plures præsumptiones adsint & coniecturæ, ex quibus iudicatur prædictus contractus simulatus, & sic cùm hic congruè referri non possint, solùm enarrabo loca & auctores, penes quos prædictæ coniecturæ reperiri poterunt, &

164 (margin, beside "Quæro, † an vendens rem francam & li-")
166 (margin, beside "quòd † onus soluendi tributa ordinariè spe-")
167 (margin, beside "Quæro, † an & quando contractus em-")

& sic vide Manticam *de tacitis & ambiguis conuentio.lib.*8.*tit.*20.*per totum.* Menoch. *de præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*222. Cæpollam *de simulat. contract. num.* 47. 50. *&* 83. Ioseph. Ludouic. *conclus.*51. *per totam.* Farinac. *de simulat. quæst.*163.*per totam.* & apud eundem *decis.*140. *num.*5. *& decis.*57. *per totam*, *lib.*1. Ioseph Ludou.*decis.Rotæ Auenio.*67. Stephan. Gratian.*decis.Rotæ Marchiæ* 90.

268 Quæro vlteriùs, † an proprietarius possit vendere proprietatem sine licentia vsufructuarij.

Respondeo bene posse proprietarium vendere, iuxta text. *in l.*2. *C. de vsufruct. l.locum* 21. *versic. proprietarius*, *ff. de vsufruct.* Hanc tamen regulam non habere locum in casu quo filius est proprietarius. nam hoc casu, nempe quando pater est vsufructuarius bonorum filij, non potest filius etiam proprietarius vendere, neque alienare proprietatem, sine consensu, & voluntate patris.*l.fin.* §.*filij autem*, *C.de bonis quæ liber.* refert Stephan. Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ num.*1.

269 Quæro, † an error in materia vitiet contractum emptionis? Hanc quæstionem valde dubiam reddunt Iureconsultorum duo responsa, alterum Iuliani *in l.cùm ab eo*,41. *vers. mensam*, *ff.de contrah. empt.* aliud verò est Vlpian. *in l quid tamen*,14 *eod.tit.* nam sunt qui dicunt errorem in substantia materiæ nullam reddere venditionem, ex *d.l.cùm ab eo,in d.vers.mensam*. vbi Iureconsultus Iulianus sic dicebat: Mensam argento coopertam mihi ignoranti pro solida vendidisti imprudens, nulla est emptio, pecuniáque eo nomine data condicetur. quibus verbis satis clarè innuit errorem in materia, seu substantia annullare contractum; in dicta verò *l. quid tamen*, contrarium videtur decidi ab Vlpiano, nempe venditionem validam esse vbi vendita fuit viriola, quæ aurea dicebatur, licèt magna ex parte esset ænea, quæ iura ex diametro videntur contrariari, cùm *in dicta l. quid tamen*, valeat venditio, licèt error sit in substantia; in dicta verò *l. cùm ab eo*, non valeat.

270 Horum † iurium antinomiam (si tale nomen meretur) componere voluit Accurs. *dicta l.quid tamen,verbo constat*, dicens valere venditionem quando venditio facta fuit inter cohæredes, quo pacto intelligenda est *l quid tamen*; secus verò esset, si venditio inter alios celebraretur, quia tunc nulla est venditio, & hoc casu loquitur *dicta l. cùm ab eo, vers.mensam.* Sed hæc interpretatio diuinatoria est, neque alteri ex dictis legibus adaptari potest. Quare aliam tradit Accursius *in dicta l.cùm ab eo*, *in dicto vers. mensam*, *verbo nulla est emptio*, dicens valere emptionem quoad aurum, non verò quoad æs: aut aliter dicit quòd si materia, cuius res vna ab alia possit separari, quòd valeat venditio in illa materia, in qua sustineri potest, & sic intelligendum esse text. *in l. cùm ab eo*; si verò separari non possit, quòd tunc venditio non valeat, & hoc sensu loquatur text. *in dicto* §. *mensam*.

Sed † decipitur Accurs.dum dicit *in dicto* 271
§.*mensam*, non valere emptionem, quia materia separari non poterat, nam hoc ridiculum est, cùm ibi mensa argento cooperta esset, quæ coopertura rectè poterat separari, vt quotidie experimur.

Laborant igitur interpretes maximè in conciliandis dictis iuribus, vt prædictæ quæstionis vera resolutio tradatur, quæ quidem anxios reddit interpretes, adeò vt coëgerit Patrem Molinam Theologum 2.*tom.de iustitia, & iure, tractat.*2. *disputat.*340.*versic.*
hoc idem seruatur, quando † error est in sub- 272
stantia, dicere standum esse decisioni *l. cùm ab eo*, §. *mensam*, quasi magis conformi aliis iurium decisionibus, non verò Vlpiani *in dicta l.quid tamen.* Sed ita prædictam difficultatem componendam existimo, nempe *in dicta l. quid tamen*, ideo valuisse venditio-
nem, licèt error esset in materia, quia † con- 273
trahentes solùm inspexerunt ad viriolam auream simpliciter, & cùm aliquid auri habuerit, valuit venditio, quia in ea iam erat materia in qua voluntas contrahentium fundabatur; in dicta verò *l.cùm ab eo*, §.*mensam*, contrahentes non solùm inspexernnt ad corpus aureum, sed ad corpus aureum solidum, & sic nil mirum si non valuit ven-
ditio, quia † error fuit non solùm in materia, 274
sed etiam in corpore solido, cùm contrahentes non aliter emere, nec vendere existimassent. Nec diuinatoria est hæc interpretatio, imò conformis *dicto* §.*mensam*, vt denotant illa verba, *mihi ignoranti pro solida vendidisti.* Ex quibus remanet decisio quæstionis prædictæ clara, nempe errorem in materia & substantia in totum annullare contractum, iuxta relata per Molin. Theolog. *dicta disputat.*340.*l.in venditionibus,in fine,versic.in cæteris autem,ff.de contrahend.empt.* Error verò in nomine non annullat contractum, si de corpore conueniatur, *dicta l. in venditionibus*, *vers.si in nomine*, & *ibi* Paul.de Castro,& communiter scribentes.

Quæsitum fuit, † an res emphyteotica 275
vendita alicui manui mortuæ, sub pacto de retrouendendo, debeat amortizari.

Respondi, huius dubij resolutionem dependere ex constitutione 2.sub tit.*de dret emphyteutic*, in illis verbis, *Hon empero lo vassall a*

alguna Esglesia, o, casa religiosa entre vius, o, en sa derrera voluntat lo seu haura alienat. hæc enim verba, si rectè perpendantur, dominij translationem irreuocabilem important, vt tradit Prateius *de verbis iuris, verbo alienatio generalis.*
276 tamen verè & propriè illa verba † de alienatione loquentia solùm intelligi debent de ea alienatione, per quam dominium irreuocabiliter in alium transfertur. gloss. & *ibi* Salicet. *in l. 1. C. de fundo dotal. l. fin. C. de rebus alien. non alien.* Molina Theolog. *de iustit. & iur. tract. 2. disp. 264.* quinimò etiam rei legatæ irreuocabiliter dominium in legatariū transfertur. *l. Titio, ff. de furt. l. si tibi homo, § cùm seruus, ff. de legat.* 1. Couarr. *in cap. Raimutius, n. 1. de testam.* Gomez *tom. 1. variarum cap. 19. n. 17.* ex quibus verbis cōstitutionis apparet mentem & genuinum intellectum esse vt amortizatio fiat quotiescunque res totaliter perueniet ad manum mortuam, vt significat Oliba ad Vsatic. *alium namque, cap. 7. n. 7. & 8.* vbi ait à Principibus caueri, ne res emphyteuticæ ad Ecclesiam perueniant, ne perpetuò ibi sint.

277 Venditio † autem sub pacto de retrouendendo, licet vera venditio sit, tamen non est simplex & pura venditio. nam quomodocunque tale pactum interueniat, siue in principio (quo casu est conditionalis,) siue postea, talis venditionis contractus sub conditione resoluitur, tenet Socat. *ad cap. cautum, num. 30. & 31. mih. pag. 53.* quod confirmat ex *l. 1. & 2. ff. de lege commiss.* & ex Bartoli mente, & sic facta venditione sub tali pacto dominium non dicitur plenè & irreuocabiliter quæsitum, sed reuocabiliter. Mens autem constitutionis est quòd solùm transportatio in manum habilem, seu amortizatio sit facienda, quando res perueniunt ad manum mortuam plenè & irreuocabiliter, vt perpetuò ibi sint, ne inde domini directi laudimiis & aliis iuribus omnimodo priuentur, non verò de illis, quæ reuocabiliter ex pacto de retrouendendo adiecto. Certum enim est quòd dominium irreuocabiliter non adquiritur, cùm quotiescumque per venditorem pretium restituitur, emptor teneatur reuenditionem facere.

278 Cùm † igitur causa prædictæ constitutionis sit, ne ad manus mortuas res emphyteotica perueniat, ne perpetuò ibi sint, cessante hac causa, prout in nostro casu cessat, necessariò cessat & dispositio. ita Paris. *consil 98. col. 6. versic. & etiam, num. 30. lib. 1.* prædicta enim causa constitutionis, ne in manu mortua sit res vendita, ex sufficienti iudicio rationis censetur apposita, & non ex sola potestate & mera voluntate legislatoris, & sic cohæret dispositioni dictæ constitutionis, vnde † cessatio dictæ causæ facit cessare 279 dictam constitutionem, iuxta notata *in l. cùm tale, § legato, ff. de condit. & demonstr.* Tiraquel. *in tractat. cessante causa, 1. part. num. 173.* & sic consului pro Domo probationis Societatis Iesu ciuitatis Tarraconæ, quam Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus compellere volebat ad amortizandum quasdam decimas, quas dicta Domus probationis emerat, sub pacto de retrouendendo, quæ sub dominio & allodio directo dicti Reuerendissimi Archiepiscopi & eius mensæ tenebantur, quòd dicta Domus non tenebatur eas amortizare, cùm emptas habebet sub pacto de retrouendendo.

Quæro, † an res dotalis vendi possit etiam 280 consentiente muliere.

Respondeo huic dubio regulam generalem constitutam esse ex dispositione legis Iuliæ, de qua meminit Iureconsultus *in l. 1. ff. de fundo dotali,* cuius dispositio erat ne alienatio fundi dotalis fieret. *l. 1. C. eod.* & *ibi* scribentes idem sensit Couarr. *pract. quæst. cap. 28. num. 4 vers. his prænotatis, decis. 113. Rotæ Auenio.* Gutier. *de iurament. confirm lib. 1. cap. 1. per totum,* resoluentes † prohibitam esse aliena- 281 tionem rei dotalis, adeò quòd mater non possit fundum dotalem vendere ad dandam dotem propriæ filiæ, vt ex mente Speculatoris & Imolæ & aliorum refert Surdus *decis. 86. num. 3* quod intelligendum est de rebus immobilibus inæstimatis, vt declarat Gutier. *num. 4.* vel si mobiles sint quæ seruari possint, vt *ibidem num. 5.* quia mobilia dotalia quæ non possunt seruari, possunt alienari.

Prædicta autem regula quatuor habet casus in quibus alienatio rei dotalis permittitur. Primus est, † quando maritus prouoca- 282 tur ad diuisionem fundi dotalis, qui cum altero communis est. *l. fin. C. de fundo dotal.* Secundus casus est, † quando alienatio fit ex 283 causa simpliciter necessaria, veluti alimentorum causa, ne fame pereat, vel à carceribus liberetur. *l. 1. C. de liber. caus.* Surdus *decis. 86. num. 7. & 11.* Tertius casus, † si fiat vniuer- 284 salis bonorum venditio, hoc enim casu valet venditio. *l. 1. ff. de fundo dotal.* quia cum vniuersitate transeunt multoties res quæ separatæ ac de per se non venirent. *l. quadam veniunt, ff. de adquir. rerum domin.* Quartus casus est, † quando venditio vertitur in vtilitatem 285 mulieris, vt latè hanc quæstionem tractat Gutier. *de iuram. confirm. lib. 1. cap. 1.* vbi etiam agit de mulierum contractibus rescindendis, ex quibus quæ ibi per eum latissima commentatione traduntur, resolutiuè hìc congeram, vt recollecta ea hìc etiam habeat lector, quæ simul tradit Molin. Theolog. *de iust. & iur. tract. 2. disp. 428. per tot.*

Dicit

186 Dicit itaque Gutier. *dicto loco*, quòd † licèt de iure ciuili alienatio non valeret, quòd firmata iuramento valet de iure Canonico, *dicto cap. num.* 5. quemadmodum licet marito vendere res quæ in pondere, siue mensura
187 consistunt *n.* 7. sicuti † vendere potest quando res etiam immobilis in dotem fuit tradita marito, facta æstimatione, vt *à num.* 8. *vsque ad* 14. vbi attestatur posse mulierem soluto matrimonio repetere pretium rei venditæ, vbi eleganter resolnit, quòd si mulier sola vendat fundum dotalem, & recipiat pecuniam, & iuret contractum, quòd valeat venditio, & non possit venire contra factum
188 suum; si † verò contrahat & alienet simul cum marito, vel eius maritus de licentia sua in casibus necessariis, & simul confiteantur recepisse pretium, nihilominus maritus seu eius hæredes soluto matrimonio integrum rei pretium receptum tenebuntur soluere. ita Gutier. *dicto num.* 14. *vers. sed adhuc tenenda est supradicta distinctio* Imolæ, & Gomez ad
189 *l.* 51. *Tauri, n* 57. quia † licèt mulier vnà cum marito confiteatur se pretium recepisse, non tamen hoc mulieri obstat, nisi aliàs probetur, iuxta tradita per Roland. *tom.* 1. *consil.* 64. *n.* 8. Batt. *in auth si qua mulier. C. ad Velleian.*

190 Si † tamen maritus bona reliquerit, tunc mulier absolutè agere poterit contra detinentes bona alienata, etiam si mulier hypothecæ renunciauerit, iuxta tradita per Gutier. *dicto lib. num.* 18. dummodo ad agendum mulier absolutionem iuramenti priùs obtineat, qua obtenta in rorum nulla alienatio fundi declarabitur. & sic fuit decisum in Regia audientia 19. Decembris 1615. ad relationem Magnifici Ioannis Magarola Gubernatione Vice Regia regnante, in causa ad eius relationem, vertente inter Catherinam Pallaresa, & Ioannem Benus villæ de Reus, scriba causæ Tirio. Plura ad hoc propositum referr Cancer *lib.* 3. *var. cap* 15. *de renunciatio. à n.* 99. alia tradit Chaldas Pereira *de empt. & vend. cap.* 30. *à num.* 27.

191 Quæro † an mulier possit ratificare alienationem fundi dotalis constante matrimonio factam, post mortem mariti? & quòd ratificatio tacita non valeat certum est. de expressa est dubium, & cùm resolutioni studeamus, dico expressam ratificationem simpliciter factam non valere, sed requiri priùs quòd mulier recuperet possessionem fundi dotalis alienati propter rationes quas referunt ad hanc sententiam, iuxta tradita per Anton. Gomez ad *l. si Tauri, num.* 59. *vers. tertiò facit.* Sed contrariam sententiam tenet Molina Theolog. *de iustit. & iure tract.* 2. *disput.* 428. *vers. vt alienatio fundi dotalis.*

192 Quæro, † si venditus fuerit fundus dotalis, & postea moriatur mulier, an eius hæres possit fundum dotalem recuperare.

Respondeo quòd si lucrum dotale marito hæredi adquiritur, non poterit recuperare illud. est textus expressus *in l. fundum dotalem.* 17. *ff. de fundo dotal.* nec mirum, quia esset venire contra factum proprium, quod non est permissum, etiam si factum fuisset nulliter, non seruata iuris solemnitate. *l. post mortem. ff. de adoptio. l. cùm profitearis. C. de reuocand. donat. l. per fundum. ff de seruit. rustic. prædio. l.* 1. *C. de remiss. pignor.* tradit Anton. Gomez *vbi suprà num.* 67. Anton. de Gamma *decis.* 67. *num.* 2. dicens quòd † ius superueniens 193
venditori ex postfacto confirmat venditionem, licèt tempore venditionis dominus nō esset, nisi impugnaret ex alia causa & iure. *l. si fundum. C. de rebus alien. non alienand.* iuncta gloss. *verbo, successisti.* Secus verò erit respectu hæredis mulieris, quia hæredes mulieris mortua muliere possunt agere ad nullitatem talis alienationis, † si filij sint quibus 194
competunt priuilegia dotalia matribus competentia, iuxta ea, quæ docet Cancer 3. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 220. *vers. cùm matrimonium esset solutum per mortem viri, & ex eo filij non essent*, maximè in Catalonia, vbi ex constit. 2. tit. *dissolt lo matrimoni*, &c. filij æquiparantur matri in priuilegiis dotalibus mortua matre, quoad vsque fuit integrè satisfacti in dote &. sponsalitio materno, in illis verbis, *los fills que sien hereus de la primera muller ajen de ser preferits quant als priuilegis y benefici de dita constitutio a la segona muller, o fills y hereus de aquella fins sien integrament satisfets de la dot y sponsalici de llur mare.* quibus verbis apparet † filios 195
gaudere priuilegiis matris, & mortua vxore adhuc dotem retinere nomen dotis. quo casu priuilegia retinet, dum dos nomen dotis conseruat, vt ex titulo *ff. solut. matrimon.* aliisque fundamentis tradit Anton. Gomez *l. si Tauri, num.* 59. *vers. tertio, circa medium*, & sic cùm dicta alienatio fundi dotalis nulla sit, iuxta supradicta, & à Gomez *num.* 60. poterunt filij sicut mater de dicta nullitate agere.

Quæro, † an sicut valet legatum rei alie- 196
næ, ita & venditio valeat.

Respondeo valere venditionem rei alienæ. *l. rem alienam. ff. de contrah. empt.* sequitur Gregor. Lopez ad *l.* 19. *tit.* 4. *partit.* 5. dummodo non sit furtiua, vt ex mente gloss. *in l. si in emptione. §. item si emptor. ff. de contrahend. empt.* Bart. & aliorum *in l. cùm vir. ff. de vsucap.* Cyn. *in dicta lege*, refert idem Gregor. Lopez *ibid. gloss.* 1. quia dicunt quòd ex venditione rei alienæ facta nullum præiudicium domino infertur. *l. alienam. C. de furt.* Molin. Theolog. *de iustit. & iure, tract.* 2. *disputat.* 340. solent

autem contra vendentem actione furti agere, & licèt sint qui dicant furti actionem competere domino rei venditæ, videlicet
297 † quando cum venditione concurrit contrectatio, quæ est rei mobilis de loco ad locum facta amotio, vt probat Carroc. *decis.* 10. *num.* 2. tamen sunt aliqui casus in quibus venditio rei alienæ valet, nec de ea actio furti competere potest, quorum tres refert Vincent. Carroc. *decis.* 10. *à num.* 3. *cum seq.* Primus est, quando venditur res aliena ei, penes quem erat iam tempore venditionis celebratæ. Secundus casus est, quando is cuius res est, patitur recipere rem vendiram. Tertius est, quando non interuenit vera, vel ficta traditio, sed solus titulus, vt notat gloss. *in l. si ita res. ff. de alien. iudic. mutandi causa.* quam mirabilem appellat *ibi* Bart. & mente tenendam dixit Bald. *in l. alienum seruum. C. de furtis.* Ias. *in l.* 3. *§. si rem, num.* 4 *ff. de adquir. possess.* ex quo dicebat quòd quando possessor ab initio fuit bonæ fidei, postea contrectando rem, non committit furtum; cætera verò circa venditionem rei alienæ vide apud dictum Carroc. *dicta decis.* 10 *per totam.*

298 Quæro, † præsupposito quòd valet venditio rei alienæ, dummodo non sit affecta vitio furti, ad quid venditor teneatur.

Respondeo quòd licèt venditor in prædicto contractu non transmittat dominium rei venditæ in emptorem, iuxta *l. ex empto. ff. de actio. empt.* tenetur tamen de euictione, nisi tempore contractus tam emptor, quàm venditor sciant alienam esse, vel si sciat ipse emptor, quia hoc casu nec venditor tenetur stare de euictione, sed solùm quando venditor scit rem alienam esse, & emptor illud ignoret. hoc enim casu venditor tenebitur de euictione ad pretij restitutionem, & ad interesse, iuxta text. *in l. si in emptione. §. item si emptor ff. de contrahend. empt.* Molin. *de iustit. & iure, tract.* 2. *disput.* 327. & 340. *vers. res aliena.* & de mente Saliceti *in l.* 2. *C. de litigiosis,* refert & sequitur Gregor. Lopez *l.* 19 *titul.* 5. *partit.* 5. *verbo, estonce,* quod intelligendum est si non fuerit expressè stipulatus quòd venditor de euictione teneretur. nam si expressè stipulata est euictio, tenebitur venditor, etiamsi expressè emptor scierit rem venditam alienam esse. *l. si fundum.* & *ibi* Accurs. *verbo conuenit. C. de euictio.*

299 Quæro, † an mulier remaneat obligata in eius bonis pro rebus quas maritus emit pro alimentis suæ domus & familiæ.

Respondeo marito non soluendo existente, mulierem remanere obligatam ad solutionem mercium quæ à marito emptæ fuerunt ad creditum, quoties merces fuerint expensæ etiam ad vtilitatem mulieris, vt ex traditis per Bart. *in l. his solis. ff. de condict. indeb. & in l. socium. §. socius. ff. pro socio,* tradit Gamma *decis.* 366. *num.* 6. sensit Cæpolla *de cautelis cautela* 246. dicens † filium in bonis pro 300
patre remanere obligatum, quoties constat in vtilitatem filij fuisse merces conuersas, in quibus pater negotiabatur, & sic venditor debet esse cautus vt in instrumento debitoris faciat narrare in vtilitatem mulieris fuisse merces expensas, vt de minori docet Cæpolla *vbi suprà,* & sic si in instrumento dicatur merces fuisse expensas in alenda vxore, aut per testes probetur, vel per confessionem mariti & vxoris, quæ maior probatio est, vt *in l.* 1. *C. de confessis.* venditor agere poterit contra mulierem ad pretij solutionem, si tamen maritus non sit soluendo.

Quæro † vendita re si ipsa pereat, vel deterioretur, cui cedat periculum, an venditori, an verò emptori? Hæc materia ampla est, & peculiares titulos habet. *ff. de peric. & commod. rei vend. & C. eod.* & *ibi* scribentes. in diuersis autem locis hanc eandem materiam tractant Doctores, nempe *in l. si & per emptorem, in princ. ff. de actio. empt. l. si stolas, in fine. ff. de contrahend. empt. l.* 1 & 2. *vers. cùm autem. ff. eod. l.* 1. *ff. de æstimat. act. & in tit. C. de naufragijs, lib.* 1. tradunt plures Doctores in dictis iuribus, & alij plures in diuersis & spartitis locis, quæ succinctiùs quo fieri potetit hic referentur; & sic dubio proposito 301

Respondeo quòd † si vendatur genus, vel species, veluti centum oues, vel dolia vini, vel centum iugera tritici, non habito respectu ad aliqua particularia, ita quòd non magis intelligatur de vno, quàm de alio, tunc si pereant illæ, ex quibus soluere decreuerat, aut deteriores reddantur, ita vt non sint eiusdem bonitatis, cuius erant tempore venditionis, tunc † non emptori, sed venditori pereunt, quia non potest perire genus, argumento *l in ratione* 2. *§. diligenter, vers. incerta. ff ad legem falcid. l. incendium ff si certum petatur.* ita tenet Bald. & alij à Gregor. Lopez allegati *in l.* 24. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloss.* 1. Ant. Gomez 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 32. 302 303

Si † autem ex aliquibus rebus determinatis aliquid indeterminatum vendatur, veluti ex grege mille ouium, vel ex mille iugeribus tritici vendantur certæ quarteriæ, tunc periculum rei emptæ antequam tradantur, ad venditorem pertinet, iuxta text. *in l. quod sæpe. §.* 55, *iuncto vers. sed & si ex dolario. ff. de contrahend. empt.* Molina Theolog. *disp.* 366. *vers. dicendum deinde.* Si † verò venditio fiat de aliqua re indiuidua, veluti quòd vendatur hic equus, aut hæc ouis, non quidem ad mensuram, nec sub aliqua conditione, tunc statim atque venditio perfecta est, vt 304 305

vt suprà dictum est *num.* 32. totum pericu-
306 lum pertinet ad emptorem,& sic si † emptor sit in mora recipiendi, & recuperandi rem emptam, & ipsa deterioretur, vel pereat, totum damnum cedit ipsi emptori, & tenebitur integrum pretium restituere. §. *cùm autem*, iuncta gloss. *Inst. de empt. & vendit. l. quod sæpe. §. in his. ff. de contrahend. empt. l. 1. & seq. C. de peric. & com. rei vend. l. 1. & 2. ff eo.* & de iure Castellæ *l. 23. tit. 5. partit. 5.* Couarr *pract. q.*
307 *cap. 3. à num. 6.* nisi † periret ex aliqua causa præcedenti, veluti ex aliquo morbo antecedenti intra triduum, aut aliàs constet de interiori morbo, aut causa, quia tunc licèt pereat in posse emptoris, non sibi perit, sed venditori, vt latè resoluit Cancer 2. *tom. var. cap. 1. de minor. à num. 172. cum sequent. in prima impressione.*

308 In † illis verò rebus, quæ in pondere, numero, aut mensura consistunt, differentiam constituunt, quòd quædam sint quæ gustari solent, vt sunt mel, vinum, & similia; quædam verò quæ non solent degustari, vt aurum, frumentum, & similia. qua diuisione constituta respondetur ad prædictum dubium quòd quando aliquid tale venditum est ad corpus, & facta fuit specialis mentio de degustatione, videlicet si merces placuerint, post degustationem periculum ad emptorem pertinet, ante verò degustationem
309 non; quando verò † aliquid tale venditur ad mensuram sub eadem gustationis tacita conditione, vel expressa, periculum ad emptorem non pertinebit, nisi vtrumque interueniat, nempe ponderatio, seu mensuratio & degustatio, & communiter hoc esse obseruandum extra Regnum Castellæ, tradit Gregor. Lopez ad *l. 24. tit. 5. partit. 5.* Sed est
310 aduertendum quòd † si inter venditorem & emptorem sit constitutus aliquis terminus, intra quem res sit mensuranda, aut degustanda, & per emptorem stet, quin minus ponderetur, aut degustetur, tunc periculum ad emptorem pertinet, & venditor non te-
311 netur nisi de dolo, aut lata culpa. Si † verò nullus terminus sit constitutus, tunc si venditor cum scriptura, aut sine ea coram testibus emptorem moneat, vt intra certum tempus accedat ad merces mensurandas & recipiendas, emptórque sit in mora, & intra illud tempus assignatum non accedat, periculum spectabit ad emptorem. *l. si quis vina. §. vlt. ff. de peric. & com. rei vend. l. 2. C eod. l. 24. tit. 5 partit. 5.* & *ibi* Gregor. Lopez, Molina *dicta disp.* 366.

312 Sed quæro, † si in duabus rebus, sub disiunctione vendita vna sit, veluti ex duobus equis vnus, aut alter, & interim pereat vnus, cui pereat?

Respondeo quòd perit primus venditori, secundus verò emptori, si ante traditionem perierit; si simul perierint, vltimus periit periculo emptoris, & ille tenetur soluere pretium. *l. si in emptione. §. si emptio. ff. de contrah. empt.* gloss. *in §. cùm autem. Instit. de empt. & vendit.* & generaliter ex dictis iuribus receptum est quòd ex duabus rebus semper vltima censetur perire periculo emptoris. Sunt autem aliqui casus, in quibus indistinctè periculum rei venditæ pertinet ad venditorem, ex quibus quatuor referuntur communiter àb scribentibus, quorum

Primus est, † si res pereat culpa vendito- 313
ris, vel deterior reddatur, quia ipse venditor est tanquam rei custos, & tenetur debitam diligentiam præstare, & sic tenetur de dolo, lata culpa & leui, eo quòd contractus censeatur in eorum commodum celebratus, non tamen tenetur de leuissima culpa *l. quod sæpe. §. si res. ff. de contrahend. empt. § cùm autem vers. quòd si fregerit,* iuncta gloss. *verbo culpa. Instit. de emptio. l. si vendita. ff. de pericul. & commod. rei venditæ. l. venditor domus. ff de actionibus empti.*

Secundus † casus est, quando venditor 314
est in mora tradendi rem venditam, quia eo casu, etiam si casu fortuito res pereat, vel deterioretur, tunc cedit in damnum venditoris. *l. illud. ff de pericul. & commod. rei vendit.* Nisi post moram venditoris iterum emptor esset in mora recipiendi, quia venditor rem obtulit, & emptor eam non accepit. nam hoc casu emptori periit, quia semper res periit ei qui vltimo loco est in mora culpabili. *l. illud. ff. de peric. & commod. rei vend l. si per emptorem ff. de actio. empt.*

Tertius casus est, † quando inter contra- 315
hentes fuit conuentum quòd periculum ad venditorē pertineret, quia hoc casu ad ipsum venditorem pertineret. *l. in venditione. ff. de peric. & commod. rei. vend. §. cùm autem. Instit. de empt. & vend.* & de iure Castellæ est text. *in l. 39. tit. 5. partit. 5.*

Quartus casus est, † si venditor assecura- 316
uit bonitatem mercium duraturam plusquam durauit, & ante traditionem deterioretur, tunc venditori perit. *l. si vina 2. ff. de pericul. & commodo rei venditæ. l. 39. titulo 5. partit. 5.*

Quintus verò casus est, † quando ob de- 317
lictum venditoris res confiscatur, tunc periculum venditori cedit. *l. si fundus ff locati.*

Quæro quid sit faciendum casu † quo em- 318
ptor non curat exportare merces venditas à loco in quo venditor eas reconditas habet, & ipse venditor indiget loco, veluti, si venditum sit vinum, & ipse indigeat vase.

Respondeo quòd ipse venditor tenetur inter

interpellare extraiudicialiter ipsum emptorem, vt inde merces extrahat, aliàs quòd illas proiiciet in via, & tunc si ipse interpellatus non curauerit eas exportare, poterit dictas merces in via proiicere, vel quid aliud ex eis facere, veluti expensis emptoris dolia conducere, & alibi dictas merces exportare. *l. 1. vers. licet. l. 2. l. si quis vina. ff. de pericul. & commod. rei vend.* & de iure Castellæ *l. 24. tit. 5. partit. 5.*

319 Quæsitum à me fuit, † an legatarius emens rem sibi legatam censeatur remisisse ius quod ad se ratione dicti legati pertinebat. Bart. *in l. qui Romæ. § duo fratres, num. 26. vers. secundo casu. ff. de verbo. obligat.* qui negabat legatarium ementem rem sibi legatam remisisse ius sibi competens. Sed vt mens Bartoli percipiatur fœdere distinctionis, hæc dubita-

320 tio resoluitur, dicendo † quòd aut legatarius habet notitiam de re sibi legata, aut non: si ipse habens notitiam de re sibi legata emerit, censetur remisisse ius sibi competens; secus verò, si de legato sibi relicto nullam notitiam habebat. Ita post Dyn. & Aret. tenet Ripa *in l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 93. vers. tenendo, & ibidem* Alciat. *num. 93.* dicens non solùm sibi præiudicasse in alienatione, sed etiam in pretio. sequitur plures referens Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 117. per totam*, vbi quando legatarius, vel fideicommissarius emendo res legatas, vel fideicommissarias censeatur iuri legati, seu fideicommissi renunciasse.

321 Quæro, † an institores possint emere, & respectiuè vendere, obligando ad contractus per eos celebratos ipsorum dominos?

Respondeo institorem obligare dominum, si ille qui cum eo contraxit, agnoscebat eum vt famulum ipsius domini, & quòd eius iussu & ordine solitus erat emere, & vendere, publicéque negotiari. *l. quicunque. § sed & si tabernarius. ff. de instit. action.* & non solùm dominum obligare, sed eius filium & hæredem, si ipse filius & hæres ipsum institorem approbet eum eo negotiando, & eius patris negotiationem prosequendo. *l. si quis mancipijs. §. si impubes. ff. de instit. action.* & *ibi* scribentes. sequitur Marant. *de ord. iudic. 4. part. dist. 22. num. 11. & 14.*

322 Quæro, † an res ciuitatis & vniuersitatis possint vendi? de hac dubitatione particularis est titulus *C. de vend. rebus ciuitatis lib. 11.* vbi communiter scribentes, quam eandem materiam sunt multi qui eam tractant *in l. ciuitas. C. de rebus credit.*

Sed generalis regula prædicto dubio constituitur, ex *l. 3. C. de vendend. rebus ciuitatis*, vbi forma statuitur ad hoc vt venditio rei ciuitatis valeat, nempe quòd fiat ex causa, veluti renouandæ, vel ædificandæ, aut custodiendæ ciuitatis, vel alia simili iusta, & quòd in tali alienatione adsit vtilitas ipsius vniuersitatis, auctoritásque † superioris dictam venditionem auctorizantis, & decretantis, vt hæc omnia *in dicta l. 3.* disponuntur, adeò quòd si venditio rerum ciuitatis sub hac forma fiat, & perfecta fuerit venditio, talis contractus sit stabilis & validus, *dicta l. 3. vers. hos autem venditionum contractus*, & quòd pretium in vtilitatem ciuitatis versum esse probetur, iuxta text. *in auth. hoc ius porrectum. C. de SS. Ecclesiis*, sensit Accurs. *dicta l. 3. verbo stabiles. C. de vendend. rebus ciuitat.* quibus solemnitatibus & requisitis interuenientibus, † venditio rei ciuitatis valebit, eáque perfecta, neque alio plus offerente retractabitur. *l. 1. C. de vendend. reb. ciuit.* prædictæ autem solemnitates, & alia requisita, iuxta *l. fin. C. de vendend. rebus ciuit.* non solùm habent locum in venditione, sed etiam in qualibet alia alienatione. Alex. *cons. 1. col. 4.* Auend. *de exequen. mand. Princip. cap. 12. n. 26. in princip.* quem & alios refert Ioann. del Castillo Soto maior *controuers. quotidian. de vsufruct. lib. 1. c. 54. num. 53.* quod intelligendum est de rebus † quæ sunt eiusdem ciuitatis propriæ, non verò quæ ad omnium publicum commercium sunt destinata. hæc enim bona non possunt vendi. *l. sed Celsus. ff. de contrahend. empt.* nisi de expressa licentia domini Regis, vt notant gloss. Bart. Paul. de Castro *in l. cum quis. ff. de verbo. oblig.* latè hunc articulum tractans refert Greg. Lopez *l. 15. tit. 5. partit. 5. gloss 2.* in † prouinciis autem quæ sub dominio Regio non existunt, solus populi consensus ad alienationem valebit; in aliis verò vrbibus consensus & licentia Principis requiritur, iuxta *dictam l. fin.* ibi, *non aliter, nisi speciali auctoritate.* quod sensit Greg. Lopez *vbi suprà*, nisi ipsa ciuitas, aut virtute priuilegij, aut immemoriali consuetudine esset assueta vendere absque Principis speciali licentia, quia posset absque Principis facultate, veluti † ciuitas Barcinona, quæ à tempore immemoriali est solita suas particulares alienationes facere. Cæteræ autem vniuersitates particulari Regis nostri indigent rescripto, & sine eo alienare non possunt. Vniuersitates autem Baronum, ab eorum Barone debent obtinere, iuxta tradita per Auend. *de exequen. mand. Princip. d. cap. 12. n. 24.* Soto maior *vbi suprà, num. 56.*

Sed quæro, † cui incumbat probare causam existere tempore venditionis ad vendendum, an ipsi ementi, an verò præsumptio sit pro vniuersitate quòd non erat causa.

Respondeo ex traditis à Bart. *in l. ciuitas. ff. si certum petatur*, & à Calicio *in Extrauag. curiar.*

323
324
325
316
317
318

curiar. cap. 7. num. 114. vbi ait quòd quando totum Consilium aliquid confitetur, credendum est tali assertioni, & sic quòd causa sit, & quòd pretium in eius vtilitatem dicatur versum, statur instrumento facto per vniuersitatem, & narrationi, aliàs præsumptio est pro vniuersitate, si non fuerit confessio facta, quia vniuersitas minori æquiparatur.

329 Quæsitum fuit, † cùm dictum sit vniuersitates non posse vendere sine decreto superioris, nec alienationes facere, an comprehendatur etiam quòd non possint se obligare ad annuas præstationes, & ad earum solutiones hypothecare res ipsius vniuersitaris.

Respondi vniuersitates Regias non posse supra se incarricare annuas præstationes, & ad illarum solutionem & securitatem res
330 vniuersitatis hypothecare, quia † hypothecaria obligatio est species alienationis, & per consequens comprehenditur sub dispositione *l. fin. C. de vendend. rebus ciuitat. lib.* 11. & quòd sit species alienationis, tradunt Ant. Gomez *l.* 40. *Tauri, num.* 83. Couarr. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 2. Molin. *de Hispan. prim.*
331 *lib.* 1. *c.* 21. *n.* 15. ex quibus fit quòd semper † in Catalonia, quando vniuersitates Regię volūt incarricare censualia, & pro securitate eorum hypothecare bona ciuitatis, vel vniuersitatis, solent à domino Rege, seu ab eius Locumtenente generali licentiam obtinere, & id quotidiana praxis nos docet, & tradit Ca-
332 lic. *in Margarit. fisci dub.* 8. *num.* 7. *&* 61. & † in in tertiis Baronum à suo domino licentiam debebit obtinere, vt ex pluribus auctoritatibus Doctorum refert Cancer *lib.* 3. *var. c.* 17. vbi attestatur sic decisum fuisse in Regio Consilio die 16. Martij 1570. licèt à paucis abhinc annis hæc licentia & concessio fuerit abdicata à Locumtenente generali, & reseruata supremo Regio Aragoniæ Consilio.

333 Quæritur vlteriùs, † quando dicatur rectè celebrata venditio ab vniuersitate?

Respondeo tunc dici legitimè factam venditionem, quando erit legitimè congregata vniuersitas, cuius congregandæ formam tradit Bart. *in l. omnes populi, num.* 16. *de iustit. & iure. l. nulli, in fine.* vbi Bald. *ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine.* Felin. *in cap. cùm omnes,*
334 *n.* 21. *vers. in eadem glossa, de constit.* Est † autem forma congregationis conuocandę hæc, vt vocentur Consiliarij, quibus vocatis ex tribus partibus Consiliariorum duæ partes ad minus debent interuenire, quia repræsentant totum Consilium, vt *in dicta l. nulli, & in l.* 4 *ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, & in l. nominationem* 4. *C. de decurio. lib.* 10. & ex istis duabus partibus debet consentire in vnum maior pars, iuxta *l. quod maior. ff. ad municipal.* & ibi communiter scribentes.

Quæro vlteriùs, † an si vnus ex sociis, inter quos societas conuenta est, emerit ex pecuniis societatis aliquam rem nomine proprio, teneatur dictam rem communicare cum consociis. 335

Respondeo quòd si societas contracta est solùm quo ad lucra, si vnus ex sociis proprio nomine egerit, & rem emerit ex pecuniis societatis, non tenetur communicare rem emptam, sed tantummodo tenetur restituere partem pecuniæ consociis. Bart. *in l. Titium. §. altero, num* 6. *vers. & ideo si fortè. ff. de admin. tut.* eum sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt. num.* 36. *& cons.* 12. *n* 20. *lib.* 2.

Sed quæro, † an si quis pro alio rem emerit, & excesserit modum, videlicet si emerit pro quindecim, cùm non haberet facultatem emendi nisi pro decem, possit agere contra mandantem recuperationem maioris pretij. 336

Respondeo in vim actionis ipsum agere non posse, quia fines mandati excessit, iuxta text. *in l. si pro te. C. mandat. l. fin. C. de negot. gest.* potest tamen excipiendo & retinendo rem pretium recuperare, si aliàs commodè emerè non potuit, nisi pro quindecim. ita Cyn. *in l. fin. C. de negot. gest.* & hanc retentionem ex natura legis commendat Ias. *in l. naturaliter. § fin. num.* 4 *ff. de condict. indeb.* sequitur Carroc. *in tract. de excessiq. bonor.* 2. *part. quæst.* 22. *num.* 8. vbi hunc casum vtilem, frequentem & quotidianum appellat.

Quæro, † an ex confessione facta ab emptore se nomine alterius rem emisse, & ab eo pecuniam accepisse, censeatur venditio nomine illius facta, & pretium ab eo solutum? Cui dubio 337

Respondeo, quòd si emens sit iuris sui, quòd sua confessio probat venditionem nomine alieno factam, similitérque probabit confessio de recepta pecunia, si is à quo confitetur, sit persona quæ pecuniam habeat, prout † in marito confitente se nomine mulieris emere, & eius pecunia ab ea, si coniecturæ sint quòd illa pecunias habebat. ita ex Alex. *cons.* 18. *num.* 3. *lib.* 3. Socin. seniore *consil.* 66. *num.* 8. *lib.* 1. & aliis tradit Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 29. *num.* 32. *& præsumpt.* 125. & similiter † patrem asserentem ex pecunia & nomine filij emisse, præiudicare sibi, si filius aliunde quàm à patre pecuniam habeat. tradunt glossa, Cynus, & Bald. *in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber.* Menoch. *dicta præsumpt.* 29. *n.* 33. Tiraquell. *ad l. si vnquam, verbo, donatione largitus, num.* 101. Menoch. *lib.* 3 *præs.* 51 *num.* 30. 338 339

Quæro, † an & quando in venditione domus 340

domus, veniant ea quæ intra domum sunt?

Respondeo in venditione domus venire ea omnia quæ sunt destinata ad perpetuum vsum domus, licèt in ea non sint fixa. *l. prædijs. §. qui domum. ff. de leg. 3. l. fin. ff. de supellect. legat. l. fundi. §. Labeo. ff de actio. empt.* Abb. *consil.* 88. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. num.* 43. Ias. *in §. actionum, num.* 54. *Instit. de actionib.* sequitur Betoius *cons.* 48. *n.* 12. *vol.* 2. & plures alij, quos tradit Surdus *decis.* 134.
341 *num.* 3. 13. *&* 15. vbi etiam dicit quòd † vendito equo, seu mula tenetur ornamenta tradere, si eo tempore quo viderunt contrahentes mulam, seu equum, habebat secum ornamenta, iuxta tradita per Bald. *in l. 2. n.* 4. *C. de ædilit. edict.* Ias. *in dicto §. actionum, n.* 58. Surdus *decis.* 134. *num.* 6.

Ex dictis igitur apparet granaria, & cætera vasa quæ intra domum sunt, veluti dolia magna, & scamna quæ extrahi non poterunt à cubiculis, vel locis vbi recondita existunt, in venditione venient, quia sunt destinata ad vsum continuum dictæ domus, quod sufficit, iuxta per Surdum tradita *d. decis.* 13. quemadmodum legata domo, censentur legata ea quæ gratia domus continentur, & ad domum ipsiúsque vsum conuertuntur. *l. prædijs. §. balneas. ff de leg.* 3. sicuti legatum rei comprehendit quidquid rei adhæret, vt pluribus fundamentis tradit Surd. *decis.* 241. *num.* 6. *&* 10. licèt Chaldas Pereira *in tract. de empt. & vendit. cap.* 22. *num.* 17. dicat vendito fundo rustico, non comprehendi vasa vinaria. quia magis vrbano prædio conuenire dicūtur, quod mitor, cùm præcedenti numero dicat ex mente Bartoli in alienatione domus comprehendi ea omnia, quæ ad eius perpetuum vsum destinata sunt, videtur enim sibi ipsi contrariari.

342 Quæro, † an domino alicuius loci vendente iurisdictionem vasallorum, ipsi vasalli debeant præferri æquali pretio cæteris illos emere volentibus.

Respondeo quòd sic, quia ipsis vasallis interest non habere alios dominos, & sic esse tenendum docet Felin. *in cap. dilecti, num.* 1. *verbo hominibus inuitis, de maiorit. & obedient.* secutus fuit Imol. *in cap. ad quæstiones. 6. notabili, de rerum permut. & in cap. potuit, gloss. 2. de locat.* sequitur Couarr. *in cap. quamuis pactum. 2. p. §. 2. num. 4. vers. quòd autem Rex, circa medium, de pact.*

Quæro, an licitum sit scuta emere iusto pretio, ad illa postea cariùs vendendum.

Respondeo ex Nauarro *cons.* 28. *lib.* 5. dicente non licere, neque venditorem sic vendentem excusari ex loci consuetudine. Nauarr. *consil.* 34. *num.* 1. venditori enim non licet aliquid accipere vltra pretium ob dilatatam solutionem, nisi emptor esset in mora soluendi sua culpa, & ei res esset tradita. quo casu non est data dilatio ad soluendum pretium, quia tunc ratione moræ, in qua est ipse emptor soluendi, licitum est aliquid accipere, vt *in dicto cons.* 29. *lib.* 5. latiùs tradit dictus Nauarro.

Quæsitum fuit, † an sint aliquæ res prohibitæ vendi? 343

Respondeo † de iure ciuili quasdam esse 344 prohibitas, de quibus sunt expressi tituli *C. de rebus alien. non alienand. & C. quæ res vendi non possint.* qui titulus quatuor clauditur legibus, in quarum prima Gratianus, Valentinianus & Theodosius Imperatores statuerunt ne liceret alicui vendere purpureas vestes quibus Princeps vtebatur sub pœna capitali. in secunda statuerunt nec sericas vestes à Barbaris comparere, nisi priùs obtenta licentia ab eo, qui solitus erat vestes emere, sicuti *in l.* 3. prohibitum erat † frumenta publica annonæ emere in littoribus, sed tantùm in locis 345 destinatis, nec frumentum quod pro exercitus sustentatione mittebatur, emere licebat, sub pœna honestioribus exilij & amissionis omnium bonorum, cæteris verò inferioribus & vilioribus personis capitali pœna imposita, vt *in l.* 4. *C. quæ res vendi non possint.* Hæ autem pœnæ nostris nunc temporibus antiquatæ sunt, & non frequentantur. Sunt † autem & aliæ res quæ vendi non possunt, 346 nisi certis in casibus & requisitis, veluti res Ecclesiæ, vel minoris, de quibus infrà sigillatim aliquæ resolutiones tradentur, iuxta casus qui frequentiori vsu solent euenire, & in primis videamus de rebus minorum.

De † venditione rerum minoris materia 337 suos habet peculiares titulos, *ff. de rebus eorum. C. de prædijs minor. C. quando decreto opus non sit. C. si quis ignorans rem minoris esse emerit. C. si maior factus alienationem sine decreto factam ratam habuerit. C. quæ res pignori obligari possint.* vbi communiter hanc materiam tradunt scribentes, ad quos recurrere poterit qui alios casus decisos velit, hìc enim impossibile est omnes transcribere, sed eos quæ frequentiora esse possunt.

Quæro in primis † an requirantur aliqua 348 in alienatione bonorum minoris.

Respondeo septem requisita præcipuè requiri vt alienatio bonorum immobilium minoris valeat ac teneat, Primò, videlicet † quòd adsit causa vrgens vendendi. *l. ob æs.* 349 *C. de prædijs minor. l. magis puto. §. nec passim. ff. de rebus eorum.* Secundò † quòd debitum 350 pupilli non possit solui ex bonis mobilibus illius, *dicto §. nec passim, & §. in primis.* Tertiò † quòd iudici per informationem de 351 prædictis constet, *d. §. nec passim, & § in primis.*

Quartò

352 Quartò † quòd res quæ venditur sit minus damnosa pupillo, vt *in dictis* §§. Quintò
353 † quòd pro paruo debito non vendatur res magni valoris. *l.etsi fine.§.1.ff.de minor.* Sextò
354 † quòd cum tutoris auctoritate, si minor tutorem habeat. *l.neque,& l.eum qui. C.de auctor. tutor.* aliàs dandus erit tutor, quia necessariò requiritur quòd constet de tutela, iuxta Bart.doctrinam *in l.legitimos.ff.de legit. tut.* Septimò requiritur iudicis decretum.*l.1. ff.de rebus eorum. l.lex quæ tutores. C.de admin. tut.l.si pupillorum.§.1.ff.de admin.tut.* Roman. *conf.321.incip.in casu propositæ consultationis.* Afflict. *decis.249. per totam.* quibus generaliter constitutis,

355 Quæro † an venditio à minore facta, vel ab eius curatore sine aliquo ex prædictis requisitis valeat,& in primis quid si sine causa.

Respondeo venditionem rei immobilis minoris sine causa necessaria nullam esse.*l.1. 2.& vlt. C.de bon. matern. l.fin.§.ipsum autem. ver.non autem.& in §.sin autem as alienum C.de bonis quæ liber.* Bald. *in l.1. n.1.ff.de reb.eorum.* Soto maior plura referens *tom.1.controuersiar. quotid.de vsufruct. cap.3.à num.69.* vbi plura de alienatione bonorum minoris. Causam
356 † autem alienationis iustam esse vt venditio fiat, non solùm sufficit quòd dicatur, sed necessarium est quòd plenè de ea constet.Bart. *in l.1.C.de prædijs decurio. lib.10.* sequuntur Osasc. *decis.172.n.8.* Natta *conf.531.num.32. tom.3.*Bero. *conf.31.num.14.lib.3.* Simoncell. *de decur.lib.1.num.18.*

357 Quæro vlterius,† an venditio rei immobilis minoris sine causa valeat, si tamen venditio minori sit vtilis.

Respondeo talem venditionem non valere si sine iusta causa fiat, etiam si vtilis sit ipsius minoris, vt ex mente Capyc.*decis.113.* & ex aliis communem hanc attestantur sententiam Surdus *conf.115.n.55.*Natt.*conf.631. num.35 & 36.*Afflict.*decis.87.*& *ibi* Vrs.Surd. *decis.278. num.20. & 23.* tradit Don Garcia Mestrillo *decis.121.à num.2.regni Ciciliæ lib.2.*
358 adeò quòd hoc casu, nempe † quando iusta causa non præcessit, nil operatur iudicis decretum interpositum,quia, vt attestatur Mestrillo *d.decis.121.n.6.*quòd hoc casu denegatur iudici facultas interponendi decretum, iuxta tradita per Capyc. *decis.113.* Surdum *decis.278.n.20.* & alios quos tradit Mestrillo *dicta decis.121.num.6.*

359 Quæro†quando dicatur pretium versum in vtilitatem minoris.

Respondeo quòd si instrumentum venditionis factum sit & firmatum per pupillum cum tutoris auctoritate, & ipsis pecunia sit soluta, quòd ex solutione eis facta censetur pecuniam versam esse in vtilitatem pupilli, quod secus est si pupillo tantùm fuit soluta, quia hoc casu emptor tenetur probare fuisse versam in vtilitatem minoris, docet Accurs. *in l. prædiorum, verbo constiterit. C.de prædijs minor.* sequitur Iacobus de Butrio, & Bald. *in d.l.prædiorum.*refert Calic.*in extragranatorio curiar.cap.7.n.112.*quia † soluens minori cum 360
auctoritate iudicis,vel tutoris, dicitur consequi plenissimam liberationem & securitatem. *l.sancimus. C.de admin.tut.* §. *nunc admonendi.Inst.quibus alienare licet, vel non,* Chald. Pereira *in l.si curatorem habens, verbo, læsis. n.59.cum seq.* Si enim declaratur contractus à minore celebratus, nullus non cogitur pretium sibi solum solutum restituere, nisi constet illud fuisse versum in eius vtilitatem. *l.prædiorum.C.de prædijs minor.*tradit Dec.*conf. 60.*Bart.Bald *in l.1.C.si aduersùs credito.*Socin. *conf.119.vol.1.*& sic tacitè fuit declaratum in Regia audientia, referente Magnifico Francisco Bonet, in causa vertente ad eius relationem inter Elizabetham Grimau, & viduam Oliueda comitatus Rosilionis, me patrocinante dictæ Grimau die 10. Mart.1614. de qua latiùs infrà in declaratione *l.3.C.si maior factus alienat.sine causa ratam habuerit.*

Quæro † an in venditione bonorum minoris requiratur subhastatio. 361

Respondeo necessariam esse subhastationem quotiescunque immobilia bona minorum venduntur. *l.ait prætor.7.* §.*hodie. vers.& quotidie prætores eos restituunt vt rursum admittatur limitatio.ff.de minor.*& *ibi* Bart.*n.1.* Bald. *in auth.hoc ius porrectum.C.de SS.Eccl.& in l.ordo.C.de executio. rei indicat.* faciunt notata per Bald.*in l.penult.C.de rebus hereditar.* Ludouic. Roman. *conf.321. n.2.* Afflict. *decis.249.vers. octauo.* Decius *conf.526.* Mestrillo *decis.121. num.7.regni Cicil.*

Quæsitum fuit,† an venditio nulliter facta à minore, seu eius curatore, valeat si minor factus maior dictam alienationem ratam habeat. 362

Respondeo alienationem à minore, seu eius curatore non legitimè, hoc est, sine decreto factam, si ex causa onerosa fiat, valere, si minor factus maior dictam alienationem ratam habuerit, & per quinque annos post adimpletum vigesimum quintum annum tacuerit.*l.si quando.C.si maior factus alienationem sine decreto factam ratam habuerit;* si verò fiat ex causa voluntaria, tunc non aliter alienatio valebit,neque confirmata remanebit,nisi lapsum fuerit spatium decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, & ibi communiter scribentes quòd † tempus à 363
die perfectæ ætatis vigintiquinque annorum computandum est, iuxta textum *in dicta l.si quando, in illis verbis, si per quinque continuos*

annos post impletam minorem ætatem. quod
364 tempus † quinquennij à die scientiæ currere incepit. notant DD. *in dicta l.fin.* refert Cancer *lib.3.var.cap.2.de inuentar.num.*87.dicens, Decianum *cons.*20.*n.*9. *vol.*5. asserere *dictam legem finalem. C.si maior factus*, non procedere nisi in casibus vbi minor alienaret sine tutoris auctoritate, vel quando tutor vendidit præsente pupillo, non verò quando vendidit eo absente. plures refert Menoch. *de recuperand. possessione*, *remed.* 15. *num.* 149. Roland. *consil* 72. *num.*11. *lib.* 4. Riminald. iunior *cons.*248. *num.* 14. *lib.*3. Simoncell. *de*
365 *decret.lib.*3 *tit.*9. *n.*1. prædicta † autem ratificatio in alienatione bonorum immobilium minoris.quæ ex quinquēnio inducitur,solùm in venditione nulla ex defectu decreti inducitur, non verò ex cæteris causis & nullitatibus in cōtractu minorum interuenientibus, secundùm Bald.*in l.*1. *C.eod.tit.* Crem. *in l.*2. *C.de rescind.vend.* Corn *cons.*207.*n.*6.*lib.*3 Paris.*cons.*49.*lib.*1.*n.*64. Surd. *cons.*49.*n.*45. Menoch. *de recuper.possess.remed.*15. *n.*184. & sic dicunt plures Doctores quos infrà referam, taciturnitatem prædicti quinquēnij ex dicta lege nō habere locum in aliis alienationibus quæ à minoribus fiunt, in quibus nullitas repetitur,& læsio minoribus infertur, quos resolutiuè congestā vt sūmariè hic reperiantur.
366 Primò † igitur dispositio *d.l.fin.*non habet locum quando alienatio bonorum minoris fit sine iusta causa, vt tradunt Menoch. *cons.* 29.*n.*48.*lib.*1.Surd.*cons.*49.*n.*29.Bald.Cyn. & Alber. *in d l.fin.* Rimin.iunior *cons.*248.*n.*18. Natta *cons.*295.*n.*1.*tom.*2.Crauet.*cons.*889.*n.*1. *p.* 5. quia iusta causa est præcipuum requisitum,& differt ab interpositione decreti,Menoch.*cons.*589.*n.*17.*vers.respondetur.lib.*6.Couar.*lib.*2.*var.c.*17.*n.*2.Capyc.*decis.*113.*num.*6. Caualcan *decis.*46.*num.*33.1.*part.*
367 Secundò † non habet locum dictæ legis secundæ dispositio, quando alienatio facta fuit cum dolo Paris.*cons.*49.*n.*18.*lib.*1. Ceph. *cons.*31. *n.*3. *lib.*1. Simoncell. *de decretis lib.*3. *tit.*9.*n.*34. Caualcan.*de tutoribus*, *n.*146. Menoch.*de recuper.possess.remed.*15.*n.*132.Hieron.
368 Laurent.*decis.*59.*n.*7 *Rota Auenio.*actus † enim dolosus nunquam conualidatur, etiam ex expressa ratificatione, ex *l.*1.vbi gloss. *C.si maior factus ratum hab.* tenet Curt. iunior *cons.*50. *n.*8.*lib.*2.omnino vidēdus,qui ait se admirari quòd celebres Aduocati Tridentini non habuerint notitiam dictæ legis primæ, tenet Bart.*in l.*3.*§.si quis cum minore.ff.de minor.*Hieron.Gabr.*cons.*13.*à n.*17.*cum seqq.* quia, vt ex Bartolo attestatur Roland.*cons.*59.*vol.*4.*n* 42.
369 dolus † in quacunque legali dispositione cēsetur exceptus. *l.si creditor.§.Lucius.ff.mandat.* Alex.*cons.*139.*vol.*7. Rom.*cons.*59.*n.*41.*vol.*1. omnino videndus Osasc. *decis. Pedemont.* 58. *num.* 32. tradit & sequitur Chaldas Pereira *in tract.de empt.& vendit.cap* 30.*num* 43. Neque † remissus censetur dolus.*l.Aurelio.§.fin.* 370
ff de libera. legat. gloss. *in l. Pomponius. verbo absit.ff. de negot. gest* & quòd † dolus, qui re 371
ipsa interuenit,æquiparetur dolo ex proposito, latè Ant.de Gamma *decis.*90 *n* 1. Ex quibus obtinui ad relationem Magnifici Francisci Bonet de Regio Consilio in tertia aula, facto verbo per eum die 10.Martij 1614.scriba pro collegio Puigfetter, in causa ad eius relationem vertente inter Elizabetham Oliueda agentem in causa appellationis, & Elisabetham Grimau villæ de Oleta in comitatu Rosilionis,de venditione quarundam proprietatum,quam fecerat Ant.Grimau Mich. Oliueda, in qua causa probatum fuit dolum in contractu interuenisse, & licèt pro parte dicti Oliueda fuisset prætensum dictam alienationem fuisse validam,quia lapsum fuerat quinquennium,& plura quinquennia,tamen in curia ordinaria Rosilionis, & postea per iudicem appellationum in dicto comitatu fuerunt latæ sententiæ, declarando dictas venditiones nullas, & in eis non habere locum dictam legem finalem *C.si maior factus.* quæ sententiæ primitiuæ & primæ appellationis fuerunt confirmatæ per dictum Magnificum Relatorem.

Tertiò dictæ legis finalis dispositio locum non habet † quando venditio à minore facta 372
inducto dolo præsumpto, secundùm magis communem sententiam,relatam à Bald *cons.* 45.*lib.*2. Ruin *cons.*170.*n.*29.*lib.*2. Rom.*cons.* 54.*n.*3.*vers.contrarium.* Curt.iun. *cons.*50 *n.*6. *& seq.lib.*1. Rimin.iunior *cons.*248.*n.*18.*lib.*1. Osasc.*decis.*179.*n.*13.magis communem sententiam attestatur Menoch. sibimet contrarius *cons.*564. *n.*18. *& cons.*589.*n.*16. *lib.*6. & ita iudicatum fuisse à Rota Romana attestatur Veral.*decis.*1.*in fin.*3.*part.*

Quartò † non confirmatur venditio ex 373
lapsu quinquēnij,ex *l.si C.si maior factus*,quoties venditio à minore fuit facta cum simulatione emptoris,iuxta Bald.respōsum *in l.quod initio,n.*11.*ff.de reg.iur.* & *cons.*45 *lib.*2. Natta *cons.*162.*n.*34.*lib.*1. Simoncell. *de decret.lib.*3. *tit.*9.*n.*4. Caualc.*de tut.& cur.n.*14. *circa finem*, Menoch.*de recuper.possess.remed.*15.*n.*292. dicēs contractum simulatum non mereri nomen contractus, argum.*l.simulatæ nuptiæ.ff.de ritu nuptiar.l.emptor.ff.de aqua pluuia arcen.* Ripa *in l.nemo,num* 67 *ff.de legat.*1.

Quintò *d.l.fin C.si maior factus*, non habet locum de iure Canonico quando † mala fi- 374
des causat dictum contractum. Ruin.*cons.*41. *n.*51 *& cons.*170.*n.*29.*lib.*1 Natt *cons.*295 *n.*3. *vers.non omitto,tom.*2. Rimin.iunior *cons.*436. *n.*14.

n.14.& 49.lib.4. Surd.cons.49.n.46.vers.postremo Grat.decis.13.1.part. Becius cons.176.n.11. Marcabr.cons.51.n.130.& cùm in Catalonia deficiente constitutionis dispositione prius
375 sit se†uandum ius Canonicum,ex const.40. curiarum 1599. locum habebit hæc quinta limitatio,vt nō ratificetur venditio facta sine decreto ex cursu quinquenij, si in venditione malâ fides interuenerit,nisi præscriptio ipsa fuerit triginta annorum, iuxta Vsaticum *omnes causæ, tit.de præscriptions.*

Sed cùm suprà dictum aliquid obiter sit de decreto in alienatione bonorum minoris in-
376 teruenîendo, quæro † an & quando decretum interuenire dicatur?

Respondeo quòd in alienationibus bonorū minoris decretum præcedere debet alienationem.*l.1.in princ.l.magis puto.§.non passim.ff. de reb.eorum.*ibi,*quòd prator cōsiderare debet quæ bona sint alienanda,quæ tamen frustrà consideran-*
377 *tur post iam factam alienationem.* † *l.lex quæ tutores.§.1.& § fin.C.de admin.tut.*melior text.*in l.si pupillorum.§.si prator ff.de reb.eorum.*Bald.*in l.non enim, in princip ff.de adopt.*Felin.*in c.quoniam contra,col.1.vt lite non contest.* Vant.*de nullit.processus,tit.ex defectu processus,n.32.*Gemin. & Franc.*in c.1.de reb.Eccles.non alien. in 6.* Afflict.*decis.249.vers.septimo.*Rol.*cons.33.n.9.ver.*
378 *sexto lib.1.* adeò quòd † si decretum subsequatur vnico contextu post factam alienationem, non valet talis decreti interpositio. *l.si ventri, §.fin.* vbi gloss.*ff.de priuileg. credito.* Bart.*in l.sed Iulianus.§ sed si filius ff ad S.C.Maced.* Paris. *cons.97.n.18.& cons.99.n.10.& seq. lib.1.*Dec.*cons.403.num.19.& cons.410.num.7. & cons.479.num.7.*
379 Quæro, † decretum quomodo interponi debeat.

Respondeo illud debere interponi cum causæ cognitione,aliàs enim si sine causæ cognitione fit, reddit decretum suspectum, & ipso iure nullum. Bald.Salic.*in l.1.C.si aduersus venditio.* Castrens. *consil.38.n.1.& 2.lib.1.* Alex.*cons.116.n.1.lib.1.*Dec.*cons.556.n.6.lib.4.* Paris.*cons.98.n.6.lib.1.*Simoncel.*de decret.lib.1. tit.1.n.31.*& communem attestatur post plures per eum relatos *cons.32.n.110. lib.1.*& in supremo nostro Senatu sic fuit decisum die 30.August.1582.ad relationē Magnifici Raphaelis Quintana in causa Bernardi Massaguer contra Ioann. Creus, Notario Onofrio Palau,in qua sententia hæc apposita fue-
380 runt verba.† *Quia non constat in dicta interpositione interuenisse aliquam causæ cognitionem, neque fuisse adhibitam in dicto decreto, & consequenter non præsumebatur cum causæ cognitione fuisse factum, & sic tāquam nulliter interpositum, nullatenus corroboratur,*&c.& sic si † decretum interponebatur ex aliqua causa quæ postea

Acat.Ant.de Ripoll Resol.var.

detegitur non vera,decretum nullius est momenti,& sic actus est nullus. *l.cùm verò.§.subuentum. ff. de fideicom. libert. l.1. §. hac verba. ff.ne vis fiat ei.l.præses.C.de prædijs minor.*Felin. *in cap.1.n.6.de reg.iur.* Dec.*cons.351.n.6. lib.3.* Alex.*cons.39.n.9.* Caualc.*decis.46.n.28.* Odd. *cons.96.n.16.lib.1.* & si † plures causæ in de- 382
creti appositione enarrantur, & vna sit falsa, totum negotium corruit. Bald. *in l.si non fortem.§.si centum ff.de cond.indeb.* Decian.*respons. 20.n.69.*Rol.*cons.99.n.31.*Capyc.*decis.50.n.1.* Menoch.*cons.314.n.27.lib.4.* communem dicit Socin. *in l.naturæ possidet, col.fin.ff.adquir poss.*
& ratio est clara,quia † decretum est indiui- 383
duum,& non potest pro parte valere, & pro parte non,vt post plurimos quos allegat tradit Dec.*respons.20.n.70. lib.5.* Decretum autem non requiritur in alienatione minoris quoties causam habet à præcedenti, nempe à patre,quando expressè ipse ordinauit alienationem fieri, iuxta *l.1.& 2.C.quando decreto opus non est.*Vinc.Franch.*1.p.decis.206.n.23.*

Decretum † autem quando censeatur in- 384
terpositum,vide Ant.de Gamma *decis.37.n.1.* Aut.Gomez *lib.2.var.cap.14.n.17.*Simoncell. *de decret.lib.3.tit.18.n.103.* Stephan. Gratian. *decis.Rota Marchiæ 130.& 131.*Castillo Soto maior *controu quotidiana. de vsufruct. lib.1.c.3. n.63.cum seqq.* Cassanate *lib.1.cons.9.* & quòd in diebus feriatis non possit interponi decretum, Guid Pap.*decis.115.num.10.* Decretum
† autem quando præsumatur interuenisse, 385
tradit Menoch.*de præsumpt.lib.2.præsumpt.63. & præs.75.num.1.cum seq.lib.2.*

Quæro † decretum an possit apponi à in- 386
dice loci vbi res sita est, an verò à iudice domicilij ipsius minoris.

Respondeo decretum in alienatione bonorum immobilium minoris, seu alterius, posse interponi à iudice loci vbi res sita est, vt *in l.si prædium rusticum. C. de prædijs, & alijs rebus minor.*ibi,*sine decreto Præsidis prouinciæ,in qua situm est, vendidisti.* Poterit etiam interponi à iudice loci originatij, vel vbi minor maiorem habet partem suorum bonorum, vt de tutoribus decisum est *l.1. C. vbi petantur tutores,* & ibi Accurs. *verbo facultates,* quia ratione maioris partis bonorum, seu domicilij sortitur forum illius.

Quæsitum fuit, † an minor alienans rem 387
minori pretio intra dimidiam, & maior factus ratificet dictam alienationem postea, possit post ratificationem de dicta venditione conqueri.

Respondeo minorem posse agere, non obstante ratificatione ad recuperationem rei, vel ad supplementum quauri minoris, si læsio sit intra dimidiam iusti pretij, iuxta text.*in l.1.C.si maior factus.* quia aget tunc ex

 dispo

dispositione *l. 2. C. de rescindenda vendit.* de qua infra aliquas resolutiones trademus.

388 Quæro † quomodo ratificatio per minorẽ sit facienda de contractu per eum celebrato.

Respondeo quòd ratificatio per minorem debet fieri cum certioratione præcedentis contractus, illius clausulatum & circumstantiarum omniũmque requisitis plenè perspectis, vt tradit Specul. *in tit. de empt.* §.3.*n.*26. Castrẽs.*cons.*465.*n.*5. *vers. ad primum lib.*1.*&* *cons.*12.*n.*9 *lib.*3. Ruin.*cons.*128 *n.*4.*lib.*1.*& cons.*65.*n.*3.*lib.*5. Natta *cons.*636.*n.*195. Rimin. *cons.*94.*n.*10. *lib.*2. *& cons.*355.*n.*108.*lib.*4. Menoch *cons.*89.*n.*21.*lib.*4. communem opinionem esse attestatur Ludou. *concl.*14. *vers. infertur centesimo quadragesimo sexto, lib.*1. gloss. *in c. concertationis, vers. fuerit, de appell in* 6. Fel. *in c. quoad consultationem, n.*32. *de re iudic.* Rom. *cons.*343.*n.*18. Matienço *lib.*5. *nouæ recop tit.*3. *l.*5.*gl.*3.*n.*2. Caualc. *decis.*45.*n.*13.1.*p.* Magon. *decis. Floren.*40.*n.*4. Amat. *decis.*41.*n.*28. Olasc.

389 *decis.*176.*n.*4. Surd. *dec.*69. & secundùm hanc sententiam fuit decisum in Regia audientia Cataloniæ die 12. Decembr. 1594. in causa vertente inter Syndicum ciuitatis Gerundæ, & Syndicum Capituli eiusdem ciuitatis, & similiter cum alia sententia in eadem Regia audientia de anno 1606. in causa vertente inter Guillermum de Palmotola loci de Talltorra, & tutores pupillorum Llinyans.

390 Prædicta † autem circa ratificationem procedere sic intelligẽdum est, si actus ex se ipso iure non est nullus, quia similis actus nunquã ratificatur etiam per ratificationem expres-

391 sam, quia † ratificatio expressa non purgat vitium nullitatis, doli, & falsitatis *l. non dubium. C. de legib. l. quod ab initio vitiosum ff. de reg. iur. c. confirmetur, de reg. iur. in* 6. *l. si alienum ff. de hæred. inst.* Panor. *in c. nulli.* §. *sunt aly. n.*5. *de rescr.* Menoch. *cons.*665.*n.*33.*lib.*7. Dec. *in c. prudentia. n.*99. *de off. deleg.* Felic. *de societate c.*3. *n.*2.

392 scientia † enim est de essentia ratificationis. *l. cùm à matre, C. de rei vind.* Bald. *cons.*176. *circa med. vers. quia non apparet, lib.*2. Crauet. *cons.*179.*n.*14.1.*p.* Menoch. *cons.*389.*n.*20. Surd. *cons.*28.*n.*118. *lib.*1. etiamsi iuramentum interueniat, quia iuramentum non supplet actum ignorantiæ. Castrens. *cons.*465. *vers. ex quibus, lib.*1.*& cons.*12. *num.*12. *lib.*3. Olasc. *decis.*179. *num* 6.

393 Quæro † an minor restituatur aduersùs venditionem factam cum decreto, si læsio interueniat? hanc quæstionem tractat Ferret. *in additionib. Guid. Pap. decis.*22. vbi dicit quòd in venditione facta de bonis minorum cùm iudicis auctoritate, ipsiúsque decreto minor non restituitur ob nimium damnum, sed quòd grandis debet esse læsio, non quidem

394 vltra dimidiam iusti pretij, quia † intra dimidiam potest esse enormis, quo modo intelligi debet. *l. si ex causa ff. de minor. l.*1. *C. &* 2. *C.* [illegible] *uersus vendit pign.* Couar. *lib.*1. *var.* [illegible] sufficit enim quòd minor sit læsus in tertia, vel quarta parte, iuxta ea quæ notant DD. *in l. maiorib. C. communia vtriusque iud.* quod iuxta facti probationem ferè semper à iudicis arbitrio pendere attestatur Couar. *d. cap.*

Sed quæro, † si tutor, seu curator vel [illegible] not confiteantur in instrumento venditionis, seu apochæ pecuniã rei venditæ versam fuisse in vtilitatem minoris, an talis confessio vera iudicetur, & minori præiudicet? 395

Respondeo ex simili confessione non præsumi dictam pecuniam versam in vtilitatem minoris: sicuti non creditur si asserant ob æs alienum vendita fuisse bona minoris, ita Re-buf. plures DD. allegans *super concordata regni Franciæ ver. secundò infertur.* Menoch qui cum sequitur *lib.*2. *de præsumpt.*75 *num.*47.

Quæro, † an res subiectæ fideicommisso & restitutioni possint vendi? 396

Respondeo regulariter receptũ esse bona fideicommisso subiecta non posse alienari, vt tradunt communiter scribentes *in l. cùm pater* 79. §. *libertis, & ibi gl. verb. ne id alienarent. ff. de leg.*2. Castr. *in l. Marcellus.* §. *res quæ, & ibi* Alex. *n.*5. *vers. quartò limita.* Aleiat. *n.*7. Las. *in l. filius familias.* § *diui. ff. de leg.* 1 *prima lectur. n.* 100. & *ibi* Ripa *n.*11. *&* 47. Dec. *cons.*38. *n.*4. & alij scribentes. Tamen hæc regula generalis aliquas patitur difficultates, quas latè comprehendit Pasqu. Saul. in libello quem edidit *de alienand. reb. fideicommisso subiectis*, in quo diuersas quæstiones tractat & resoluit, quas summariè referam, vt earum cognitione habita ad earum plenam inuestigationem ad suum libellum recurrere valeant.

Sunt autem quæstiones quæ ab eo disputãtur sequentes. † Quid sit alienatio, & quotuplex? Quæ dicatur voluntaria? Quæ necessaria? Quæ dicatur prohibitio alienationis? Quæ sit alienatio tacita? Quæ expressa? Quæ sit prohibitio alienandi realis? Quæ prohibitio alienandi personalis? Quæ prohibitio alienandi simplex & nuda? Quæ prohibitio alienandi cum causa? Quis possit alienationem prohibere? Quibus modis alienatio prohibeatur? Quarum rerum alienatio prohibeatur? Quæ prohibitio procedat à lege? lex an possit prohibere alienationem necessariam? Prohibitio an extendatur, & an prohibitio tacitè intelligatur in fideicommisso? Pactum de non alienando an valeat? Permissio alienandi an sit fauorabilis? Prohibitio simplex quid operetur? Prohibitio generalis verbis quid operetur? Permissio generalis alienandi quid comprehendat? & facultas alienandi an sit libera? Prohibitionis alienationis 397

nationis quæ sit virtus? Prohibitio alienandi in perpetuum quid operetur? Prohibitio alienandi nuda, an valeat? Prohibitionis natura quæ sit? Prohiberi an possit bona hæredis ne veneant? Res emphyteoticæ an possint alienari, & an bona prohibita alienari veniant in confiscationem? Fideicommissa perpetua quo iure fuerint introducta? Quotuplex sit fideicommissum? Prohibitio nuda quæ respicit commodum alicuius. Prohibitio alienandi an extendatur ad nepotes, & an ad hæredem hæredis? Vendi an possint subiecta restitutioni in diem? Alienatio prohibita extra certum genus an admittat testamentum? Prohibitio simplex an dimittat alienationem legalem, & bona alienari prohibita si alienentur quid sequatur? & an alienatio locum habeat in fideicommisso conditionali? Prohibita alienari quando possint necessitate vrgente alienari? & an res quæ seruari non possunt? & an prohibitus alienari possit compromittere, vel locare? & an bona prohibita possint pro alimentis alienari? & an causa studiorum? Quibus quæstionibus quamplura de venditione tradantur? quas quæstiones hîc recensere decreui, vt summariæ quamplures de venditione quæstiones habeantur præcognitæ, vt possit ad earum longam examinationem recurrere ad dictum Pasqualem Saulium, tam in prima, quàm in secunda dicti tractatus parte.

397 Sed quæro, † si res subiecta fideicommisso vendatur, qua actione à fideicommissario recuperari poterit? Respondeo fideicommissarius si fideicommissum vniuersale petat, debet agere ex tit. *ff de fideicommissaria hæreditatis petit.* Natt. *cons.* 400. Si verò fideicommissum particulare petat, tribus actionibus agere poterit, nempe hypothecaria, rei vindicatione, & ex testamento. ita Bald. *in l 1 C. communia de leg.* Menoch. *de adipisc. poss. remed.* 4. *n.* 31. Natta *cons.* 621. alios refert Pasqual. Saul. *in tract. de alien. reb. fidecom. subiectis* 2. *p. n.* 272. plures autem causas quæ necessariæ iudicantur vt res fideicommisso subiectæ alienari possint, referuntur à Farinacio *de fals. & simulat. quæst.* 164.

398 Quæro, † an emens rem subiectam fideicommisso possit se iuuare beneficio excussionis?

Respondeo quòd si emens sciebat rem quam emit esse subiectam fideicommisso, non poterit se iuuare dicto excussionis beneficio, secus si ignorabat. Steph. Gratian. *decis. Rota Marchiæ* 71. *num.* 20.

399 Bona † autem vinculata, an cum Regis licentia vendi possint, & quomodo, resoluit Molin. *de Hispan. primog. lib.* 4. *cap.* 1. & quid si pretium resultans conuertatur in alia bona immobilia, vide eundem Molin. *dicto lib.* 4. *cap.* 4. vbi *cap.* 5. agit an licentia data ad vendendum in aliquo certo casu, extendatur ad alium casum, vel personam, & † an sine 400 facultate & licentia in aliquibus casibus, & in quibus, possint vendi, vide Molinam *dicto lib.* 1. *cap.* 6. & 7. vide plura tradita à Cassanate *lib.* 1. *consilio. cons.* 9. *num.* 57. & *cons.* 34. *n.* 31. vbi plures auctores de hac materia tractantes refert.

An autem bona alienari prohibita pro redemptione alicuius de familia possint vendi, Carroc. *in tract. de excussio bonor.* 2. *p. quæst.* 22. *à num.* 13. maximè *num.* 15. *cum sequent.* vbi de venditione pro redemptione condemnati.

Quæro † an venditio perfecta rescindatur ex aliqua iusta causa. 401

Respondeo venditionem perfectam rescindi si læsio sit intra dimidiam iusti pretij, iuxta text. *in l* 2. *C. de rescindend. vendit. cap. cùm dilecti, & cap cùm causa, de empt. & vendit.* quorum iurium interpretationem latè communiter scribentes tractant, maximè Pinellus; sed quæ frequentiora sunt referam.

In primis quæritur, † an rescissio quæ 402 datur ex hac lege secunda, finiatur aliquo tempore certo?

Respondeo quòd licèt restitutio ordinaria quæ datur, soleat esse quadriennalis, iuxta text. *in l. fin. de tempor. in integrum restitut.* hæc tamen restitutio quæ ex hac lege 2. datur, triginta annorum spatio durat. Bald. *in l. fin. col.* 3. *in princ. eod. tit.* Abb. *in c. cùm causa, de empt. & vendit. column.* 3. Maranta *de ordine iudiciorum,* 6. *parte, tit. & quandoque appellatur, num* 84.

Quæro vlteriùs, † an sit in arbitrio em- 403 ptoris, quoties agit venditor contra emptorem, ex remedio huius legis in totum annullare contractum, an verò agere solùm ad supplementum pretij eius quod deest ad iustum pretium.

Respondeo emptorem posse consentire ad rescissionem totius contractus, aut supplere id quod deest ad iustum rei valorem, ex *dicta l.* 2. ibi, *vt vel pretium te restituente emptoribus fundum venundatum recipias, vel † si emptor elegerit, quod deest iusto pretio recipias.* nisi contractus prædictus emptionis 404 vsurarius declaretur, quia hoc casu non habet locum electio prædicta, competens emptori, aut standi venditioni, supplendo pretium in iusto valore, aut in totum rescindendo ipsam venditionem: sed in totum nulla declarabitur venditio, vt ex mente Baldi *in rubric. C. de vsuris, in fine,* tradit, & aliis confirmat Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 10. *num.* 2. *in fine, vers. nec locus erit electioni.*

405 Quarto † quomodo sit facienda æstimatio, quando reuocatur venditio ob læsionem vltra dimidiam ex hac lege.

Respondeo rem debere æstimari secundùm valorem rei, tempore quo vendita fuit, habito respectu ad circunstantias & qualitates, quæ rem in valore augere, aut minuere possunt, vt notant DD. *in l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebellian.* tradit Abb. *in cap. in aliquibus, num. 2. de decimis.* Dec. *cons. 167. &* 308. & secundùm hanc sententiam decisum fuisse in Senatu Lusitaniæ refert Gamma *decis. 256.* ita Crauetta *cons. 11. n. 17.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 33. n. 6.* quæ læsio debet esse

406 certa nam † si læsio consideretur ex eo quòd potest esse, non valet, quia quando res se potest habere ad damnum, & ad lucrum, licèt fortunatè succedat damnum, non dicitur ex eo lædi, vt ex *l. fideicommisso. C. de transactio.* & *ibi* Dec. tenet Menoch. *dicta præsumpt. 33. num. 17.*

407 Quarto † an remedium legis secundæ, *C. de rescindend. vendit.* habeat locum in donatione quæ fit ab aliquo coniunctæ personæ dotis causa, veluti si aliquis agnatus det in dote alicui mulieri agnatæ plus dotis quàm ipsa habebat in bonis defuncti, an possit agere ad recuperationem illius maioris quantitatis, ex dispositione dictæ legis secundæ.

408 Hoc † dubiũ fuit à me quæsitum à Magino Puix agricola termini de Vacarisses prope villam de Monistrol de Monserrat Vicariæ de Matesa. nam ad relationem Magnifici Iosephi Roca ducebatur lis contra dictum Maginum Puix per Thomam Ferran, qui dotauerat Margaritham Puix eius amitam, quæ nupserat dicto Magino Puix, & prætendebat dictus Ferran recuperare dotis excessum; ex *dicta l. 2.* quia dictus Ferran dicebat se dotasse dictam Margaritham Puix vltra dimidiam quantitatis, quæ dictæ Margarithæ Puix competebat in bonis paternis. Cui du-

409 bio respondi, † remediũ dictæ legis secundæ non habere locum in dicta donatione quæ fit in capitulis matrimonialibus, vt notat Pinel. *in d. l. 2. 1. parte*, & plures alij ibi relati. faciunt tradita per Oddum *de restit. in integr. 2.*

410 *p. q. 54. art. 8.* vbi ait † minorem non restitui

411 aduersùs donationem iuratã, quia † in donatione non consideratur læsio, neque in quocunq; alio contractu à liberalitate procedente, iuxta notata per Ant. Gabr. *cons. 56. n. 27.* Dec. *cons. 181.* Crauet. *cons. 160. n. 1 & cons. 162.* Steph. Bertr. *cons. 22. n. 6. vol. 2.* Soc. iun. *cons. 67. n. 23. vol. 3.* & sic in dicta causa dicti Ferran & dicti Puix fuit declaratum, facto verbo in Regia audientia die 11. Iulij 1615. scriba causæ Hieronymus Bosc.

Nec obstat quod opponebatur pro patre dicti Thomæ Ferran, dum dicebat quòd in dicta donatione actus non erat voluntarius, sed necessarius, quia ipse Thom. Ferran succedendo patri tenebatur amitam suam dotare. nam respondi hoc non esse absolutè verum. nam † filius succedens patri non tenetur 412 absolutè amitam suam dotare ea necessitate, qua tenebatur pater, iuxta doctrinam traditam ab Spino *in speculo testam. gl. 10. principali, de legato pro dote, n. 42.* & sic id totum quod excedit quantitatem quæ dictæ Margarithæ competebat ratione legitimæ paternæ, censetur donasse, in qua quantitate excedente legitimam non potest dici donatio ob causam, quia vt † donatio dicatur ob causam, 413 debet esse ex causa necessaria, vt pluribus relatis tradit Roland. *consil. 70. n. 7. vol. 4. n. 4.* resoluens quòd donatio quæ fit contemplatione futuri matrimonij, dicitur procedere ex mera liberalitate.

Quarto vlteriùs, † an trãsactio rescindatur 414 ex *d. l. 2. C. de rescind. vend.* si in dicto contractu adsit læsio intra dimidiam. Huius dubij resolutionem in parte negatiua tenuerunt quamplures interpretes, moti ex *l. Lucius. § fi. ff. ad Trebell.* quos refert Pegu. *decis. Cataloniæ tom. 1. c. 167. in princ.* latè hanc opinionem corroborans. præcitatos autem Doctores non referam, cùm eorum sententia non sit sequenda.

Contraria enim sententia, nempe † in 415 trãsactione locum habere remedium legis 2. *de rescind. vend.* tenenda est, si † læsio in trans- 416 actione fit intra dimidiam iusti valoris. hanc sequuntur Molina *de Hispan. prim. lib. 4. c. 11. à num 43.* Gamma *decis. 110. num. 15.* Ceuall. *commun contra commun lib. 1. quæst. 72.* Roland. *cons. 28. lib. 4.* Riminald. *cons. 77. num. 21. vol. 1.* Surdus *cons. 451 n 9. vol 3.* Vincent. de Franchis *decis. 159.* & sic obseruauit noster supremus Cataloniæ Senatus, referente Guillermo Sunyer 26. Nouembris 1592. in causa coniugum Alfonsos contra Ioseph. Rouirola, scriba causæ Matthias Llorens, refert Nobilis à Peguer. *decis. 167. vol. 1. n. 8.* dicens dolum re ipsa ex enormissima læsione induci, *& 2. tom. decis. 4. à num. 6.* vbi attestatur quòd ad hoc vt locum habeat remedium legis secundæ *C. de rescindend. vendit.* in † transactio- 417 ne debet haberi respectus ad dubium litis euentum: quomodo autem possit considerari dubius litis euentus, videri potest *dicta decis. 4.* dicti à Peguera *num. 7.* licèt † impossi- 418 bile videretur æstimare dubium litis euentum Andr. Gail. *obseruat 77.* quando autem dicatur læsio vltra dimidiam iusti pretij, tradit Gutier. *pract. quæst. lib. 2. quæst. 133. per tot.* resoluens quòd † læsio vltra dimidiam iusti 419 pretij in venditore decepto contingit quo-

ties

ries pro re quę iusto pretio valet decem,venditur minori pretio quinque; respectu verò emptoris magnam fuisse controuersiam attestatur *dicta quæst.num.2.* Resoluit tamen re-
420 cepriorem fuisse sententiam quòd † tunc dicatur emptor vltra dimidiam læsus, quando pro re valenre decem, rantùm ipse quinque dederit, quia air æqualitatem esse in hoc iudicio seruandam inter emptorem, & venditorem, cùm correlatiui sint ipsi contrahentes. sicut enim venditor læsus vltra dimidiam dicitur, si dimidium valoris non accepit, ita emptor si plusquam dimidium valoris rei obtulit, læsus dicetur, & hanc sententiam secutum fuisse Antonium Gomez *2. tomo variarum cap.2.num.22.* attestatur Gutier. *dicta quæst.133.num.2.circa med.* Gamma *decis.95.num.3.*
421 Quæsitum fuit, † an quando rescindirur venditio, ex dispositione *l.2. C.de rescindend. vendit.* teneatur ipse emptor restituete rem vnà cum fructibus? & licèt Alber. *in l.2. n.6.* & *ibi* Salicet. *num.5.* & alij, vt refert Costa *in l.si Gallus,§.& quid si tantùm,2.part.num.72.ff.*
422 *de lib.& posth.* tenuerint † fructus esse restituendos, eo quòd venditio rescindatur ex causa de præterito, quæ iam inerat tempore contractus. quo casu fructus ab ipsa re nulliter vendita procedunt, & ipsam rem sequi videntur. *l.cùm autem, §. cùm redhiberetur. l.quod si nolit,in fine,ff.de adilit.edict.l.quod dictum est.l.Imperator,ff.de in diem addict.* Contraria tamen sententia, nempe fructus non esse restituendos, etiam si contractus rescindatur, ex dicta *l.2.C.de rescindend.vend.* longè verior est,& sequenda,quia cùm ex *dicta l.2. C.de rescindend. vend.* non sit dispositum fructus esse restituendos,non est cur fructus restitui debeant,quia nec venditor restituit interusurium,seu interesse quod recipit ex pecunia, quam penes se habet, & cùm in con-
423 tractibus correlatiuis † æqualitas sit seruãda, non est cur magis in restitutione rei fructus sint restituendi, quàm in restitutione pretij vsura,seu interesse pecunię restituatur,quod præsensisse videtur Couarr *lib.2.variar.cap.3. num. 9.* dicens opinione Rostedi admissa in restitutione fructuum, hoc esse obseruandum vt fructus restituantur. & eodem pacto si quid certum venditor ex pretio receperit, id reddere teneatur, & sic hanc opinionem tanquam veriorem tenet Gutier. *pract. quæst. lib.2.quæst.134. per totam*, & eum secutos refert Rot. *decis.116.* Pinel. *in dicta l.2.2.parte cap.4.* Anton.Gomez *2.tom.variar.cap.2.n.23. & cap.4. num.21.* & in praxi receptam refert Couarr. *lib.2.variar.cap.3.num.9.* & alij, quos refert dictus Gutier. *dicta quæst.134. num.1.*
424 quæ tamen locum habere debent circa † fructus ante litem contestatam, quos restituere non tenetur; secus verò de fructibus perceptis post litem contestatam, quando eligit emptor rem restituere,non verò eam retinere,& pretiũ reficere, iuxta mentem Cagnoli *in dicta l.2. num. 153.* & ita decisum refert Gamma *decis.191.num.5* præsenserat iam *decis.94.num.3.in fine.* Magon. *decis.Florentia 23. num.fin.* Couarr. *lib.2.variar.cap.3.num.9.in fine*, Ceuallos *comm.contra commun.q.536.*

Quarto vlterius, † an si venditio rescindatur ex *l.2.* & emptor fuerit condemnatus rem restituere cum fructibus à die litis motæ, possit petere ab eo qui rem recuperat, vt ei restituat vnà cum pretio fructus pretij pro rata temporis ad rationem solidi pro libra? 425
Hanc † quæstionem disputat Gutier. *practic. quæst.lib.2. quæst.135.* contrarias inter se opiniones referens aliquorum tenentium quòd non, quos refutat, sequens opinionem aliorum tenentium quòd si emptor fuerit condemnatus ad rei restitutionem vnà cum fructibus à die litis motæ, poterit ipse agere ad restitutionem interesse pretij, etiam à die litis motæ.quia cùm pretium sit certum,videlicet solidi pro libra, poterit quidem recuperari prædictum interesse. hanc sententiam tanquam veriorem tecepit Gutier. *dicta quæst.135.num.1. vers. nihilominus*,quia in iudiciis æqualitas debet seruari, iuxta *l. cùm quidam*, cum similibus, *C. de fruct. & litium expens.* 426

Hanc † tamen opinionem limitat Gutier. *dicta quæst.135.num.2.* casu quo restitutio fructuum fieret tantùm pro parte pretij, in qua venditor fuit deceptus,quia eo casu cùm illa parte pretij, in qua contingit læsio, caruerit venditor,cùm in ea deceptus fuerit, nullum interesse debebitur illius partis pretij non soluti, sed tantùm pretij realiter soluti. Quemadmodum docet non teneri interesse pretij soluere eo casu, quo emptor elegerit iustum pretium supplere potius, quàm rem ipsam restituere, latè huius rei fundamenta tractans *d. q.n.3.* apud quem videri possunt hæc omnia discussa. 427

Quarto vlterius, † an remedium legis secundæ *cap.de rescind.vend.* locum habeat aduersùs emptorem, si res perempta penes eum, absque culpa tamen ipsius emptoris, nempe an possit venditor agere contra emptorem ad recuperationem residui pretij, quod deest ad iustum valorem? In hac quæstione contrarias esse opiniones legistarum & Canonistarum, refert Couar. *lib.2.variar. cap.4. numer. 13.* Gutierrez *pract. quæst. lib. 2. quæst. 136. per totam*, asserunt enim Canonistas tenere, re perempta penes emptorem, non tamen sua culpa, posse venditorem age- 428

 ro

re ad supplementum pretij,ex mente Panormitani, & aliorum, quos referunt dicti Gutierrez & Couar. *vbi suprà*.

Legistas verò contrariam sententiam se-
429 qui, nempe † re perempta penes emptorem absque culpa ipsius non posse venditorem agere ad supplementum pretij, mouentúrque legistæ ex Accursij doctrina *in dicta l. 2. verbo, secus si fortuito casu.* hanc sententiam tanquam veriorem amplectuntur Gutier. & Couarr. *vbi suprà*.

Sed nunc oritur grauis difficultas, nempe cùm ex supradictis remaneant contrariæ legistarum & Canonistarum sententiæ, cui sit standum in Catalonia, cùm habeamus constitutionem, nempe 40. curiarum anni 1599. qua dispositum & sancitum est quòd deficientibus constitutionibus & pragmaticis recurrendum sit ad dispositionem iuris Canonici,& in eius defectu ad ius ciuile, & eo deficiente ad communem Canonistarum.

430 Sed † saluo meliori iudicio, cùm decisionem nostri supremi Senatus Cataloniæ non adinuenerim, credo in iudicando esse o. casu sequendam sententiam legistarum, tanquam magis rationi & iuri consonam, melioribúsque iuris fundamentis fundatam, iuxta ea quæ referunt præcitati Doctores, & præcipuè Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 71. num. 24.* vbi ait quòd non tenetur sequi communis opinio, quoties contraria melioribus nititur fundamentis, vbi refert Menoch. plures DD. hanc sequentes sententiam, maximè cùm prædictam resolutionem sequantur Gutierrez *vbi supr.* & Couar. *ibid. num. 13. circa medium*, cuius auctoritas magna est apud nostrum Senatum, & ea sufficeret, iuxta tradita per Menoch. *dicta præsumpt. 71. num. 41.* Nec obstare videtur dispositio dictæ constitutionis 40. de anno 1599.
431 quia ea locũ habet † quando Canonistarum opinio verioribus nititur fundamentis, & magis conformis iuribus est, non verò prout in nostro casu, vbi legistarum sententia melioribus nititur fundamentis, vt refert Menoch. *vbi suprà*, & Couar. post longam commentationem *loco allegato*, vbi in membro diuisionis difficultatem prædictam resoluit,
432 dicens † venditore decepto vltra dimidiam iusti pretij, re perempta absque emptoris culpa, non posse venditorem agere ad pretij supplementum: si autem primus emptor rem vendiderit secundo, & iste secundus iustum pretium soluerit, licèt res postea in manu secundi emptoris sine illius culpa perierit, quòd primus emptor tenebitur legitimum pretium pro supplemento præstare, quia illud maius pretium loco rei habetur, perindéque est ac si haberet eandem rem. *l. ipsa res, ff. quod metus causa.* tradidetur Salicet. *in dicta l. 2. num. 18.* & *ibi* Pantaleon
Cremens. *col. 59.* Similiter † si emptor fuerit 433
deceptus vltra dimidiam iusti pretij, etiam re perempta, absque tamen culpa emptoris, & penes ipsum, similiter emptor agere poterit ad supplementum pretij iusti, & valoris rei, quia in contractibus æqualitas est seruanda, & sicut venditori succurritur, ita & emptori succurrendum venit.

Quæro vlteriùs, † quomodo probetur 434
læsio vltra dimidiam iusti pretij?

Respondeo quòd licèt regulariter receptum sit testes non interrogatos de causa scientiæ non teneri rationem illius reddere in causis ciuilibus, vt colligitur ex glossa *in cap. causam*, vbi Innoc. & omnes communiter scribentes, *de testibus, & in cap. sicut, de re iudic.* & *in cap. item solam, 4. quæst. 3.* & *in l. fin.* & *ibi* communiter scribentes, *C. de testib.* ta-
men † quando testes deponunt de læsione 435
in pretio, debent circa pretium deponere de plena scientia, assignantes etiam rationem scientiæ, etiam si non sint interrogati, vt refert Gamma *decis. 37 num 4.* ex mente Bald. *in l. fin. C. de iure dominij impetran.* Lanfranc. *in cap quoniam, verbo testium, num. 156. de probat.* Iason *§. si quis agens, num. 12. de act.* Bertrand. *consil. 154. lib. 3.*

Vlteriùs quæro, † an hæc *l. 2. C. de rescind.* 436
vendit. locum habeat in contractu permutationis? resolutiuè dico locum habere, & hanc resolutionem esse sequendam attestatur Pinel. *in dicta l. 2. prima part. cap. 3. num. 13.* & *ibi* Padilla *num. 17.* & communiter scribentes, & in hoc omnes concordant. Maior
autem quæstio est, † læsus in permutatione 437
cui comparetur, vt disputat Gutier. *practic. quæst. lib. 2. quæst. 139.* sunt enim aliqui qui attestantur quòd comparatur venditori, & quòd sic incipit fieri computatio à valore rei quam dedit læsus, veluti si res valebat centum. nam hoc casu vt possit agere remedio dictæ *l. 2.* requiritur vt res quam læsus accepit, valeat minus quàm quinquaginta.
Nam † si læsus comparetur emptori, mi- 438
nor deceptio efficeret læsionem vltra dimidiam, videlicet incipiendo computationem à re quam ipse accepit, quæ si valet quinquaginta, sufficiet quòd res quæ ab eo fuit data, valeat septuaginta sex, ad hoc vt deceptus dicatur vltra dimidiam iusti pretij. inter prædicta enim magna est differentia, priori enim casu ad iudicandum læsionem esse vltra dimidiam, in duplo requiritur eam interuenire; si verò in secundo casu quòd comparetur emptori, sufficiet in dimidia, & aliquid plus: in hac autem differentia Pinellus *vbi
suprà numer. 13. & 14.* existimat † læsum 439

ex

ex permutatione comparari venditori læso:
Matienço verò *lib. 5. nouæ recopilat. tit. 11.*
lib. 6. l. 1. gl[oss]. 7. num. 3, quem sequitur Gutier.
pract. quæst. lib. 2. quæst. 139. vers. contraria. sen-
tit quòd ad hoc vt remedium dictæ legis se-
cundæ locum habeat in permutatione, æquius
440 est quòd † læsus æquiparetur emptori ad
hoc vt fiat computatio ad sciendum, an con-
tigerit deceptio vltra dimidiam. licèt dicant
quòd non potest ad prædicta certa assignari
regula, cùm in permutatione pretium non
sit certum, sed dicunt quòd interueniente
læsione in permutatione vltra dimidiam po-
tiùs succurratur huic, cùm conqueratur de
damno vitando, quàm alteri qui agit de lu-
cro captando, aliàs enim non haberet locum
exemplum suprà positum.

441 Quæsitum fuit à me, † an facta transactio-
ne inter duos fratres super quibusdam bonis
interueniente læsione vltra dimidiam pos-
sint agere ad rescindendam transactionem
ex *d. l. 2.* Hanc quæstionem tractatam reperi
à pluribus, & in vtramque sententiam se in-
clinarunt DD. vt refert Molin. *de Hispan pri-
mo. lib. 5. cap. 9. num. 35.* quidam enim existi-
marunt non rescindi transactionem, prætex-
tu læsionis vltra dimidiam, vt contra Bartol.
refert Matthæus de Afflict. *decis. 220. num. 2.
& 3.* refert plures authores hanc sententiam
tenentes Matienço *lib. 5. nouæ recopilat. lib. 1.
tit. 11. gloss. 8. num. 53.* refert alios Peguera *de-
cis. 4. num. 2. tom. 2.*

Contrariam tamen sententiam longè ve-
riorem existimo & tenendam, nempe trans-
442 actionem † rescindi ex *d. l. 2.* quotiescum-
que læsio est vltra dimidiam. hanc tenet
Bart. *in d. l. 2.* Rebuff. *2. tom. comment. tract. de
rescis. contract. art. vnic. gloss. 15. num. 18.* habito
tamen respectu valoris rei ad dubium litis
euentum, & sic vt rescissio ex *d. l. 2.* habeat lo-
cum, requiritur vt læsio sit vltra dimidiam
in maximo excessu, non verò in modico,
semper tamen habito respectu ad dubium
litis euentum, quod refert Peguer. *d. decis. 4.*
veluti si talis læsio interueniat quòd non sit
verosimile hominem sanæ mentis absque
dolo ex proposito & machinatione aduersa-
rij in eam consensisse, & sic in consequen-
tiam rescindi dictam transactionem, veluti
tanquam habentem in se dolum re ipsa, &
prædictam sententiam Bartoli defendentis
transactionem rescindi habito respectu ad
dubium litis euentum, secutum fuisse Re-
gium nostrum Consilium tradit Peguer. *di-
cto loco*, dicens hanc etiam secutum fuisse
Grammat. *decis. 66. n. 44. 47. & 48.* Dec. *cons. 60.
num. 4. & cons. 551. num. 6. & cons. 203. num. 4.*
Crauet. *cons. 31. num. 26.* & alios per eum re-
latos. Exemplū enim potest constitui, veluti
si vltra duplum, vel triplum iusti pretij læsio
protrahatur, vel alia maxima læsio fit, vt non
sit verosimile prudentem ac solertem homi-
nem absque doli interuentione talem fecisse
transactionem.

Sed quæro, an qui renunciauit remedio
huius legis secundæ possit postea vti.

Respondeo hanc quæstionem longa com-
mentatione tractasse Couarr. *lib. 2. var. cap. 4.*
& Gutier. *de iurament. confirmat. 1. part. cap. 26.
num. 2.* prædictam quæstionem distinctione
componentes, dum dicunt quòd † renuncia- 443
tio generalis omnium iuris remediorum non
excludit beneficium competens ex *dicta l. 2.
& cap. cùm causa, de empt. & vend.* tenent hanc
sententiam plures relati à Couar. *dicto cap. 4.
num. 1.* & Tiraquel. alios refert idem sentien-
tes *in præfatia l. si vnquam, C. de reuocan. donat.
num. 123.* asserentes hanc esse communem
& receptam opinionem, quam confirmant
ex *l. vltim. § quæsitum, ff. de condict. indebit.* te-
net idem Gutierr. *in authent. sacramenta pube-
rum, num. 86. C. si aduersus venditio.* quia † re- 444
nunciatio generalis non excludit speciale
remedium. *l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis
cautio.* nec enim censetur renunciatum ex
generali renunciatione iuri, de quo expressè
non fuit actum. *l. mater decedens, ff. de inoff.*
Albetic. *in dicta authent. sacramenta puberum.*
Paul. de Castro *ibi num. 10.* Ias. *num. 55.* & alij
quos allegat Gutier. *dicto num. 86.* Si † tamen 445
renunciauerit beneficio dictæ legis secundæ
expressè, tunc post renunciationem non po-
terit eo iuuari, sed explosus ab eo erit, non
solùm quoad rescissionem contractus, sed
etiam ad supplementum pretij. *l. quæritur § si
venditor, ff. de ædilit. edict.* & *ibi* Bald. *num. 7.
quæst. 4.* Salicet. & Paul. de Castr. quos citat
Couarr. *vbi suprà*, dum ait quòd † licèt præ- 446
sumatur vnumquemque scire valorem suæ
rei, ex *l. quisquis, C. de rescindend. vendit.* hæc
tamen lex debet intelligi quoad valorem
non excedentem vltra dimidiam, prout sic
intelligendam dicunt *dictam l. quisquis, gloss.
ibidem.* & scribentes, licèt Couarr. *in fin. n. 2.*
ex sua opinione asserat, idque iure probari
posse attestetur, nempe contra communem
locum esse *dicta l. 2. C. de rescindend. vendit.*
etiam si læsus vltra dimidiam scierit iustum
rei valorem, quod attestatur Couarr. tenuisse
Pinel. *ad dictam l. 2. post primam opinionem 1. p.
cap. 2. num. 10.* Albetic. *ibidem à num. 12.*

Et † valere renunciationem ex beneficio 447
dictæ l. 2. C. de rescindend. vendit. competenti
si renunciatio in eodem instrumento appo-
natur, resoluunt ex frequentiori sententia
Couarr. *vbi suprà, num. 3.* Gutier. *de iurament.
confirmat. 1. part. cap. 26. à num. 3.* vbi *num. 4.*
subdit fortius esse, si iuramentum interue-
niat,

niat, prout tenuit ante eum Anton. Gomez 2. *tom. variar. cap. de empt. & vendit. num.* 25. Molin. qui plures refert *de Hispan. primo. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 18. nisi sint † rustici; aut mulieres,
448 quæ ex imbecillitate sexus, & alij ex simplicitate & rusticitate non sibi præiudicabunt ex tali renunciatione in eodem contractu apposita, nisi ex postfacto præmaturo consilio & certiorati ex iuribus renunciassent; vt tenent Conarr. *vbi suprà num.* 3. *in fine, & n.* 9.

449 Si † autem iuramentum interueniat à maiore vigintiquinque annorum præstitum de non contraueniendo venditioni, tunc etiam si renunciatio prædictæ *l.* 2. expressè non interueniat, renunciatum censetur, secundùm Bart. & DD. *in d. l.* 2. quæ sententia communior est, vt pluribus fundamentis probat Roland. à Valle *consil.* 13. *num.* 24. *lib.* 1. *& n.* 36.

450 quia † iuramentum habet vim specialis consensus, & idem operatur atque si specialiter conuenisset & renunciasset, vt tradit Bald. *in l.* 1. *C. commod.* Imol. *in cap. cùm contingat*, 3. *membro principali, de iureiurand.* quem sequitur Alex. *cons.* 17. *in princ. vol.* 3. Dec. *cons.* 350. *col.* 2. Roland. *d. cons.* 13. *n.* 1.

451 In † minore autem secus est. nam si minor simpliciter iuret non contrauenire contractui à se celebrato, non excludetur à remedio *d. l.* 2. vt pluribus fundamentis tradit Gutier. *in d. auth. sacram. puber. à num.* 86. *C. si aduersùs vendit.* quia iuramentum simpliciter à minore in contractu interpositum censetur ad validitatem actus à minore celebratus, & sic cùm iuramentum tam quoad dictam venditionis validitatem suum effectum operetur, non est cur ad aliud extendatur, & in hoc sensu est intelligendus text.
452 *in* † *auth. sacram. puberum, C. si aduersùs vend.* vt doctè interpretatur dictam authenticam Gu-
453 tierrez *ibid. num.* 90. Vnde † vt minor à beneficio *d. l.* 2. excludatur, necesse est vt minor expressè interet, renunciando *d. l.* 2. *C. de rescind. vend.* tunc enim iurata expressè renunciatione non poterit eius beneficio vti. Dec. *cons.* 403. *num.* 22. Couarr. *de pact. in* 6. Anton. Gomez 2. *tom. variar. cap. de restit. minor. n.* 2. *q. vers. tertiò infero.* Gotier. *de iurament. confirm.* 1. *part. cap.* 26. *num.* 8.

454 Quæro vlteriùs, † an quando renunciatio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* iuramento firmata excludit beneficium *dictæ l.* 2. & læsio est vltra dimidiam, absolutè procedat in omni læsione, etiam excessiua, an verò solùm in ordinaria, veluti si res quæ iusto pretio valet bis mille & quingentas libras, fuerit vendita pro mille & ducentis libris.

455 Respondeo † existente læsione in tam magno excessu, iuramentum, vel renunciationem expressam *d. l.* 2. non excludere beneficium ex ea competens. hanc sequitur Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 4. asserens in Granatensi Consilio fuisse sic iudicatum, & antea in curia Romana decisum refert Cassadorus *decisione* 1. *de empt.* sequitur Padilla *in d. l.* 2. *num.* 43. plures in hanc sententiam inclinatos refert Couarr. *de pact. in* 6. 3. *parte relect.* §. 4. *num.* 5. Molin *de Hispan. primogenit. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 18. idem Gutier. *in auth. sacramenta puberum, num* 92. *C. si aduersùs vendit.* vbi infinitos huius sententiæ refert authores, & secundùm hanc bis fuisse iudicatum in nostro supremo Caraloniæ Senatu, refert Peguera *decis.* 139. *n. fin.* secundum quos læsio † enormissima dicitur eo casu, quo excessus valoris est in triplo iusti valoris. quamuis 456
Molina *dicto loco* existimet iudicis arbitrio esse relinquendum. quod verius existimo, cùm † multa considerentur quæ pretium 457
augent, vel minuunt, qualia sunt diuersa pacta & conuentiones, quæ solent contractibus apponi. hæc † enim pacta & conditiones 458
pars pretij esse dicuntur. *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* Sunt etiam & alia quæ pretium censentur, veluti affectio partium, & aliæ similes res, quæ in consideratione veniunt.

Quæsitum fuit, † an ad hoc vt fiat legitima computatio, si in contractu emptionis & 459
venditionis interueniat læsio, vel non, debeat fieri æstimatio, seu haberi ratio de obligatione ipsius rei, & sic an æstimatio valoris ipsius obligationis debeat deduci de valore ipsius rei, vt possit cognosci, an interueniat deceptio, vel non.

Huius † dubij resolutionẽ qua potui dili- 460
gentia inuestigaui, eam tamen facili negotio resolui posse existimo ex pluribus traditis à Gutier. *de iuram. confirm.* 1. *part. cap.* 36. *num.* 14. adhibita quadam distinctione, videlicet quòd † si res quæ venditur, est affecta onere aliquo reali adhærente ipsi rei & annexo, veluti præstatione census, seu alia simili obligatione, tunc valor illius oneris realis est in consideratione, † & minuit rei valorem. 461
hanc sententiam tenent Abbas *in cap quibusdam* 2. *notabili, de decim.* Tiraquel. *de vtroque retractu, in præfatio. num* 27. *in fine.* Pinel. *in d. l.* 2. 3. *part. cap.* 4. *num.* 24. *C. de rescind. vend.* Si verò onus illud non sit reale impositum, & purè existens supra illa re, sed obligatio aliqua tacitè inest, quæ quoad grauamen potest esse, vel non esse, veluti obligatio aliqua ratione alicuius fideiussionis, tunc cùm non sit certũ, an illa obligatio sit exequenda, & † sic 462
an onus importet, vel non, tunc antequam de huiusmodi obligatione ratio habeatur ad hoc vt possit considerari læsio, vel non, æstimabitur priùs quanto minus valet res illa cum illis obligationibus, & quantò minus emptor

emptor illam æstimat & appretiat, & sic de-
463 bet † articulari & probari illa rei obligatio & onus, iuxta tradita per Bart. *in dicta l.1. §.si hæres percepto fundo, ff. ad Trebell.* & probato valore, iuxta quantitatem probatam, minuet iudex rei valorem & pretium, quia etiam spes obligationis futuræ est æstimanda, iuxta textum *in l. quantitate, §. magna, ff. ad legem Falcid.* faciunt tradita per Baeça *de non meliorandis dotibus filia. cap.28. per totum.* Ex quibus resolutum manet dubiũ quòd onus reale iniunctum rei minuit verum valorem illius quando apparet quòd onus inest, vel postea quandocunque probetur.

464 Quæro, † an si plures res venditæ simul fuerint vnico contractu, diuersis tamen pretiis, si læsio reperitur in aliquibus, in aliis verò non, an fiat commistio earum, ita quòd per vnam magis valentem restauretur alia minus valens.

Huius dubij resolutio dependet ab illa, an
465 † si plures res vendantur vnico instrumento, diuersis tamen pretiis, censeantur plures contractus & plures venditiones, an verò vnicus contractus & vnica venditio iudicetur. quam tradit Tiraquel. *de retract. lignagier. §.23. gloss. 1. in princip.* & maximè *num.* 17. vbi
466 resoluit quòd † venditis diuersis rebus diuersis pretiis, videlicet domo centum aureis, fundo ducentis, agro mille, censentur plures venditiones ac diuersæ, quod probat ex *l. cum eiusdem, & l. si plura. ff. de ædilit. edict. l. quod sæpe, §. in his, ff. de contrah. empt.* tenent Aretin. & Socin. *in l. si ex toto, §. vlt. in 2. notabili, ff. de legat.* 1. Anton. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 11.
467 *num.* 16. Si † verò vendantur plures res eiusdem speciei pro pretio pro quaque re destinato, quod in aceruo summam vnam capit, veluti si vendantur centum oues ad rationem viginti solidorum pro vnoquoque capite, quæ simul iuncta efficiunt pretium centum librarum, tunc vnica venditio censetur, licèt pretia videantur diuersa ad tot capita, quia contrahentes solum vnicum contractum voluerunt facere, ad quorum voluntatem maximè attenditur.

468 Quo præsupposito † si plures res vendantur eiusdem speciei pro vnico pretio in capite, veluti plures arietes, vel plures oues, licèt pretiis diuersis, si hoc casu in aliquibus pecoribus reperiatur læsio vltra dimidiam iusti pretij, hoc casu fit commixtio valoris cæterarum, ita vt damnum istarum compensetur cum lucro & maiori valore cæterarum, quia videtur contrahentium mentem hanc fuisse, nempe vnicum tantùm contractum celebrare, & sic non tam vendere particulares arietes, quàm gregem: si verò vendantur plures arietes, vel plures res, & pretia sint diuersa, & differt † in quantitate, vel qualitate, quia 469
pro vna re dentur viginti, pro alia verò triginta, vel pro vna re detur quantitas, pro alia verò species, vel quantitas alterius rei, veluti si vendatur fundus Sempronianus pro mille, & fundus Sabinus pro quingentis, licèt vnicum venditionis reperiatur instrumentum, quia tamen sunt diuersa pretia proportionata ad res venditas, tunc si læsio reperiatur in vna re, non suppleretur per lucrum alterius, licèt contractus prædictarum rerum omnium simul fuerit celebratus, quia † diuersitas hæc 470
pretij diuersos contractus facit, iuxta tradita per Gomez *lib.2. variar. cap.11. de qualitat. contractuum, num.16. vers. quartus effectus.* Ex quibus hanc esse veriorem opinionem ex mente Bald. tenet Gutier. *de iurament. confirmat. 1. part. cap.26. à num.10.* qui attestatur hanc sententiam præsensisse Tiraquel. *de retract. lignagier. §.23. gloss. 1. num. 1. cum sequentib.* maximè *num.* 17.

Quæro, † inter Catalanum & Arago- 471
nensem fuit quædam venditio per epistolam celebrata, quæ per Notarium Catalanum fuit alteri Notario in Aragonia existenti transmissa, vt venditoris firmam in eo regno commorantis reciperet, prout de facto venditor in regno Aragoniæ existens firmauit. Nunc dubium extat, an ille contractus venditionis regulerur secundùm leges regni Aragoniæ, an verò secundùm Cataloniæ constitutiones.

Respondeo quòd si contractus prædictus celebretur Barcinonæ, & per epistolam trãsmissam ad Cæsaraugustã ciuitatem, & in ea contractus perficitur, quòd debet † prædi- 472
ctus emptionis & venditionis contractus regulari & iudicari secundùm iura regni Aragoniæ, cùm ibi fuerit perfectus, iuxta ea quæ tradit Bald. *in l. multum interest, num.11. C. si quis alteri, vel sibi.* vbi disputauit quæstionem, an si † ego per epistolam, vel nuncium vendo 473
fundum tibi Bononiæ existenti, & tu ibidem consentis, si aduersùm te agere volo, te conuenire debeo Bononiæ. quod probat Baldus ex *l. obligari, §.1. ff. de auctor. tutor.* iuxta gloss. *verbo, aut per epistolam,* vbi consensum per epistolam præstitum quid remotum ab ipso contractu esse dixit Accurs. & sic diuersum, vnde ex illo remoto actu dicitur perfectionem capere, vt docet Bart. *d. §.1. versic. etiam.* dicens, quòd † contractus per epistolam ce- 474
lebratus tunc perficitur, quando recipiens consentit. Sic cùm prædicto casu inspiciatur vbi contractus perfectionem receperit quo ad conuentionem alterius contrahentium, sic etiam quoad obseruantiam contractus, & illius qualitates, iudicandum erit iuxta locum vbi contractus fuit perfectus. sequitur hanc

hanc sententiam Gutier. *practicar. quaest. lib. 3. cap. 1. num. 27.*

475 Quaeritur, † an emens aliquam rem censeatur nomine proprio emere, licèt de pecunia alterius pretium soluerit.

Respondeo quòd absolutè emens rem censetur nomine proprio emere, argument. *l. si ventri*, *§. fin ff. de priuileg. cred.* quia in dubio emptio censetur facta de pecunia propria ementis. *l. 2.* & *ibi* Bart. & communiter scribentes, *C. pro socio*, vbi ipse, & *ibi* Bald. Angel. & Fulgos. Castrens. & Salicet. dicunt, quòd socius emens, censetur nomine proprio & de propria pecunia emisse, quod confirmatur ex traditis per Chaldas Pereitam *in lib. comment. ad typum, de empt. & vend. cap. 7. num. 7.* & sic sunt qui dicunt quòd non solùm

476 praedicto casu emptio † cẽsetur facta nomine ementis, verùm etiam casu quo emens soluerit pretium de pecuniis alienis, quarum ipse emptor administrationem habet, quia etiam si de dictis pecuniis alienis pretium soluat, censetur adhuc emisse nomine suo proprio, argum. text. *in l. sed etsi lege § 1. ff. de petit. haered.* vbi licèt pretium rei haereditariae

477 succedat loco rei, tamẽ † res empta ex pecuniis haereditariis non efficitur haereditaria, ex quo Bart. Bald. Angel. & alij *vbi suprà*, dicunt quòd res empta ex tali pecunia non succedit in locum pecuniae. Bald. *in l. si mater, n. 15. C. de rei vindic.* Ruin. *consil. 97. num. 11. & seq. vol. 5.* perindéque cùm res empta non succedat in locum pecuniae, ita non efficitur res empta illius, cuius pecunia erat, sed ipsius ementis. Tamen si praecedat aliquod praeceptum emẽdi, veluti quòd testator iubeat per suum haeredem bona emi, & in emptionem

478 conuerti pecuniã ipsius testatoris, tunc † tutores, seu curatores ementes ex pecuniis testatoris non nomine proprio censentur emisse, sed nomine ipsius defuncti, seu eius haeredis, quia cùm curatores praedicti censeantur obligati ad emendũ dicto nomine, sic emisse iudicandum est, iuxta tradita per Chaldas

479 Pereitam *d. cap. 7. num. 8.* quia † factum semper praesumitur ex ea causa, ex qua fieri debet. Castrensis *consil. 136. col. fin. vol. 1.* Crauetta *consil. 23. num. 2.* actus enim qui ex duplici causa fieri potest, semper est referendus ad causam necessariam, & ex ea censetur factus. *l. fin* & *ibi* Bart. *C. de aliment. pupill. praestan.* Signor. *consil. 103. num. 6.* Surdus *consil. 164.*

480 *num. 26.* & sic † casu quo pecunia haereditaria peruenit ad manumissores, & ipsi indistinctè emunt, vel similiter aliqui administratores, censentur emisse nomine praedicto, maximè quando constat ad eos peruenisse pecuniam, iuxta Bartol. *in l. Imperator, § cùm autem, in fine, num. 3. ff. de legat. 2.* Bald. qui allegat textum *in l. si ventri, ff. de priuileg. credit.* & *ibi* Bart. *in § fin. in fine*, vbi dicit, quòd † impensa praesumitur facta de pecunia mutuo habita antea. faciunt tradita per Bartol. *in l. fin § etsi praefatam, C. de iure deliber.* plura traduntur ad propositum à Chaldas Pereira *d. cap. 7. à num. 9. cum seq.* 481

Quaero, † an bona minorum possint vendi absolutè quando debitum procedit ex debito defuncti cui successit minor, an verò solemnitates iuris sint seruandae. 482

Respondeo in alienatione bonorum minoris duo requiri, † primò decretum praetoris vt vendatur, secundò quòd fiat in publica subhastatione, & secundùm solemnitates à iure requisitas, iuxta tradita per Speculator. *in tit. de empt. & vendit. § nunc dicendum restat, num. 4.* Alex. *consil. 53. num. 7. vol. 3.* Afflict. *decis. 449. per totam.* Qua diuisione proposita dico quòd quando testator iussit res vendi, tunc minor vendere potest ipsam rem sine decreto, hoc est, sine licentia, quia iam testator hoc iussit. caeterae autem solemnitates, hoc est, subhastatio & quae sunt aliae solemnitates erunt seruandae, quia † ex iussu testatoris solùm inducitur facultas ad vendendum, quae non est extendenda ad remissionem solemnitatum, argum. *l. si quando, in princ. C. de inoff. testam.* vbi concessa intestabili facultate restandi † non censetur remissa solemnitas in testamentis requisita, quia sublato ex duobus vno, remanet aliud. *l. si non lex, ff. de haered. instit. l. si domus ff. de seruit. vrb. praed.* tenet Paris. *consil. 85. num 50. vol. 3.* Cagnol. *in l. singularia, num. 72. ff. si certum petatur.* & licèt aliqui sint qui dicant quòd res minoris absolutè vendi possunt quando testator iussit, & quando venditio venit in executionem contractus defuncti, cui minor successit, confirmantes suam opinionem ex *l. magis puto, § si pupillus, lo 2. ff. de rebus eorum.* tamen ille text. si rectè perpendatur, non loquitur absolutè in bonis minorum, sed in casu particulari, nempe quando † defunctus stipulatus promiserat se certum fundum traditurum, & spoponderat quo casu minor absque decreto & solemnitate potest fundum tradere, vt denotant illa verba, *fortius dicetur sine praetoris auctoritate posse eum reddere*, prout declarat Accurs. *ibi* gloss. *verbo, reddere*, id est, tradere, quia cùm certum † sit fundum traditurum esse, neque hoc casu possit considerari plus, aut minus valoris, nil mirum si sine solemnitatibus minoris bona tradi possunt: quando autem augmẽtum, seu diminutio pretij potest considerari, etiam praecedente dispositione, & iussu testatoris, quòd vendatur res minoris, etit in publica subhastatione licitanda, & sic in 483 484 485 486 487 488

in Senatu Mantuano seruatum fuisse refert Surdus *decis.77.num.2.*quod confirmatur ex *l.1.C.quando decreto opus non est.* vbi ideo sine decreto tutores res pupilli tradere possunt, quia pater minoris consenserat, vt reddito pretio prædium restitueretur, quo casu cessat suspicio fraudis circa pretium, & non est necessaria subhastatio in publico. sequitur hanc sententiam & verissimam attestatur, Pereira *in tractat.de empt. & vend.cap.8.n.11. in fine.*

490 Quæro † si vendita re superueniat mala fama, nempe rem non esse vendentis, an tunc emptor teneatur pretium soluere, si res per venditorem ei tradatur.

Respondeo quòd mala fide superueniente non tenebitur emptor pretium soluere, nisi per venditorem idoneè cum fideiussoribus fuerit emptori satisfactum. *l. si post perfectam,C.de euict.l.penult.§.fin.ff.de peric. & commod.rei venditæ.* Socin.*consil.*205 *num.fin.versic.secunda defensio, vol.2.* Bald.*in l.1.C.de bonis maternis, col.2. versic. modò quæro*, & alij idem tenent, quos refert Pereira *de emptio. & vendit. cap.23.num.*14. vbi *num.*15. resol-

491 uit † fideiussorem dandum per venditorem pro illa mala fama non solùm esse præstandum respectu illius particularis, cuius occasione fama illa orta est, sed etiam pro qualibet alia, quæ superueniri potest, confirmans hanc resolutionem ex *l. fin. in fine, ff. de rescindenda venditione.* vbi ait, quòd ex eo quòd Titius, & Sempronius denunciabant, fuit conuentum quòd fideiussor daretur, & respondet Iureconsultus fideiussionem præstandam, licèt denuntiantium ius iam sit transactione conclusum & sopitum, ex quo text. clarè constat generalem cautionem præstandam esse, nec sufficere specialem, sequitur Angel. *in §.fin. Institut. de suspectis tutorib.* & sic secundùm hanc resolutionem in Senatu Galliæ decisum fuisse refert Pereira *vbi suprà, num.*15. *in fine.*

492 Quæro, † an si venditor alicuius rei agat ad pretij solutionem & recuperationem, & res nondum sit tradita, si per ementem fuerit oppositum rem non fuisse traditam,& sic prætendat emptor se non teneri ad pretij solutionem, possit venditor tradere rem, & obligare emptorem, vt soluat ei pretium, & rem recipiat.

Respondeo quòd licèt venditor agens ad pretium teneatur priùs rem venditam tradere. *l.Iulianus,§.offerri, ff.de actio.empt.* attamen si contingat agere re non tradita, poterit pendente iudicio rem tradere, & iudicium conualidare. tradit hanc tanquam verissimam & receptissimam sententiam

Acac.Ant.de Ripoll Resol.var.

Socin. senior *in l.2.C.de pactis.* Bello. *consil.*24. *num.*4. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.*6.

Quæsitum fuit, † an facta venditione interet contrahentes, possint ipsi recedere à contractu absque hoc quòd debeatur laudimium. 493

Respondeo quòd licèt venditio dicatur perfecta statim atque conuentio fuit facta, vt suprà dictum est *num.* 32. & tradit Tiraquel. *in retract. lignagier.* §.1. *gloss.*2. *num.*41. & sic videatur dicendum non posse contrahentes à contractu recedere in præiudicium domini directi, & si fortè recedant ex secunda conuentione inita, duo debentur laudimia, iuxta tradita per Tiraquel. *de retract. conuention.* §.6. *gloss.*2. *num.*19. *in fine*, 494 vbi attestatur † duo deberi laudimia, quoties duplex conuentio interuenit, quia duplex contractus reperitur, primus quo fit venditio, secundus quo ab ea disceditur. quod sequi videtur Anton. Gomez 2. *tom. variarum, cap* 2. *num.*31. hoc tamen intelligendum est re non existente integra, id est, quando realis possessio ipsius rei fuit tradita; si autem tradita non fuit possessio realis, possunt à contractu recedere, 495 nec † hoc casu debebitur laudimium, quia solùm debetur de vera, & reali possessione, non verò de ficta. Guido Papæ *decis.* 101. *ferè per totam*, & *ibi* addit. Ranchini, & Ferrerij, vt latè Solsona *in lucerna laudimio. titulo de duplicat. laudimio.* maximè quando resilitio contractus fit per verba resolutiua quibus à contractu resiliunt, vt ex mente Saliceti refert Solsona *in dicto titulo de laudimio duplicato, in* 1.*columnn.& in* 4.*columnn.versiculo secundo casu*, & in aliis locis eiusdem capitis, maximè *column.* 14. ex mente Socarrats *in comment. Petri Alberti, cap. cantum, pag.* 562. *num.* 64. vbi vult Socarrats quòd 496 venditio † quoad dominum non dicatur perfecta, donec ipse vsus sit fatica. Licèt alij contrarium teneant, nempe quòd quoad dominum venditio tunc dicatur perfecta, quando contractus fuit celebratus, & res tradita, & si hoc sensu accipiatur (qui est verior) dicendum est posse contrahentes à contractu recedere, 497 non tamen † liberabuntur à solutione duplicati laudimij, si res tradita fuerit, iuxta Socarrats *dicto cap. cantum, pag.* 555. *num.* 39. respectu enim domini dicitur integra † 498 quo ad ius vtendi faticam, donec ei fuerit instrumentum venditionis præsentatum, secundùm Socarrats *dicto cap.cantum, num.*64. *pag.* 562. non tamen ex hoc liberabitur à solutione duplicati laudimij, si res fuit realiter tradita.

Ii Quæsi

499 Quæsitum fuit, † an resoluta venditione virtute pacti de retrouendendo valeant obligationes hypothecariæ de re vendita factæ per dominum, qui illam emerat cum pacto de retrouendendo.

Respondeo prædictam hypothecam euanescere, quia quotiescunque contractus resoluitur ex præcedenti obligatione, res ad
500 pristinum statũ restituitur, & sic † dominus primus, qui fuit venditor, recuperans rem à se venditam censetur eam recuperare in pristino statu existentem, vnde potiùs dicitur res reddita, quàm de nouo translata, iuxta terminos *l. filio quem pater, ff. de lib. & posth.* & sic recuperata censetur esse eiusdem qualitatis, prout erat ante talem venditionem, ita Bart. *in l. sequitur*, §. *Labeo. ff. de vsucap.* faciunt tradita per Bald. *in l. qui ea lege, C. de pactis inter empt.* dicens, quòd in contractu venditionis cum pacto de retrouendendo,
501 † dominium in emptorem suspensiuè transfertur, & ideo nil mirum, si res redeat ad suũ pristinum statum resoluto contractu. ex quibus dicebat Bald. *in l. vnic. col. 10. C. quando non peten. part.* quòd resoluto contractu qui non habet perpetuam causam, sed suspensiuam, dominium resuscitat se tanquam à somno, non tanquam à morte, & sic hanc resolutionem, nempe obligationem, seu hypothecam medio tempore factam euanescere, tenent Cyn. Alber. & alij *in l. 1. C. si antiquior creditor.* Bart. *in l. in diem, ff. de aqua pluuia arcend. & in l. si ex duobus*, §. *Marcellus, ff. de in diem addict.* Cagnol. *in l. 2. quæst. 5. de pact. inter empt.* Tiraquel. *in tract. de retract. conuent.* §. 3. *gloss. 1. vers. id autem opportunè quæri potest, fol.* 904. Vincent. de Franch. *decis. 64. num. 4.*

502 Quæsitum fuit, † an clerici possint licitè ad eorum sustentationem emere triticum, & alias res ad eorum congruam sustentationem, & postea quod superest licitè & liberè vendere, veluti quod vulgò appellant *los prims, sago*, & alia similia.

Respondeo clericos posse frumentum pro ipsorum victu & sustentatione emere, & quod eis superest liberè etiam cuilibet laico vendere absque solutione gabellæ, ita attestatur Candelabrum aureum *tomo 2. in explicatione Bullæ Cœnæ Domini, num. 40. vers. non dicitur cum Salcedo ad dict.* Riccius *in praxi Ecclesiast. decis. 375. circa finem.* latissimè Ioan. Gutier. *de gabellis, quæst. 93. num. 19. 21. cum sequent.* quia tunc cùm clerici superfluum vendant, non dicuntur ex eo negotiatores, cùm principaliter suæ necessitati studeant, licèt superfluum vendant, quia illud superfluum proprium patrimonium clericorum iudicatur, vt ex Lasarte notat Gutier. *vbi suprà n. 21.* Riccius *vbi suprà*, ex quibus dicitur clerum habere suam intentionem fundatam in vẽditione residui, iuxta theoricam, quam tradunt Bart. *in l. 2. col. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & in l. quoties, ff. si quis caut.* Dec. *in l. 1. in 2. notab ff. de reg. iur.* Socin. *cons. 182. num. 5. vol. 2.* Becius *cons. 7. num. 17.*

Ex prædictis resoluitur aliud dubium, videlicet † non posse laicos facere statutum, 503
seu præconia, prohibendo ne laici possint emere panem ex residuis clericorum, quia tale præconium esset contra libertatem Ecclesiasticam, ex textu expresso *in cap. eos qui, de immunit. Eccles. in 6.* in quo ita cauetur suis subditis ne prælatis, aut clericis quidquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, &c. cùm talia in derogationem libertatis Ecclesiasticæ præsumantur, de quo est etiam text. *in cap. 20.* in Concil. Trident. *sess. 25. de reform.* ita tradunt Francus *in d. cap. eos qui, notab. vlt.* Anchar. *notab. 3.* Lap. *alleg. 3. & 92.* Alex. *consil. 209. n. 5. vers. imò secundum, & cons. 111. n. 7. eod. lib.* Mandell. ad Alba. *cons. 8. num. 3. & 9.* & pleniùs *cons. 164. n. 18.* nam neque indirectè per laicos libertas Ecclesiastica in minimo lædi potest, vt ex multis resoluit Ioannes Baptista Valensuela in defensione monitorij per Sanctitatem Pauli V. contra Venetos publicati *3. part. à n. 120.* & maximè *n. 123. cum seqq.* dummodo excessus nõ committant clerici, quia † committendo excessum non pos- 504
sunt vendere, quia tunc iam non consideratur sustentatio eorum necessariò, sed potiùs negotiatio quæ eis prohibita est, & sic eo casu quo clerici negotiatores fiunt, amittunt eorum priuilegia quoad negotiationis res, & quatenus ad eas pertinet † potest conueniri 505
eoram iudice seculari, iuxta tradita per Stephan. Aufrerium *in tract. de potestat. secul. super Eccles. person. reg 2. fallent. 33.* Paul. de Castro *in l. fin. n. 47. C. de iur. omn. iudic.* & ita in causa contentionis fuit declaratum per adm. Reuerendum Cancellarium, refert Michaël Ferrer. *3. part. obseruat. n. 220.* plura videri possunt suprà *in cap. 1. de iur. omn. ind.*

Quæritur, † quando rescindirur contra- 506
ctus emptionis ex *l. 2. C. de rescin. vend.* & emptor eligit supplere pretium, an debeat soluere fructus dicti pretij non soluti, habito respectu ad tempus quo rem possedit, non soluto iusto pretio.

Respondeo quidquid senserint Bald. & Salicet. *in l. 2. num. 4. & 5. C. de rescindend. vendit.* tanquam magis certum dicendum esse fructus non deberi respectu pretij supplendi, nisi à die moræ, quia contractus à principio tenuit, licèt ex postfacto rescindatur. quo casu emptor habuit titulum coloratum & bonam fidem ad faciendum fructus suos, & sic † imputetur venditori cur priùs de suo 507
iure

iure non egetit; lex enim 2. *C. de rescindend. vendit.* & *cap. cùm causam, de emptio. & vendit.* disponunt circa rei restitutionem, & illius possessionem: de fructibus autem nil disponitur, de quibus si voluissent iura disposuissent, & ita tradit Cæpolla *de simulat. contract. casu 1. col. 6.* Anton. Burg. *in dicto cap. cum causa*, & *ibi* Fabian. de Monte, quos refert & sequitur Cagnol. *in dicta l. 2.* faciunt tradita per Couarr. *lib. 2. variarum, cap. 3. num. 9.* & secundùm hanc resolutionem iudicasse bis Senatum Florentinum, docet Magon. *decis. 23. Florent.* videlicet die 14. Martij 1572. & die 10. Aprilis 1554. iuxta quam resolutionem tenendum censeo.

508 Quæsitum fuit, † an vendens prætorium remancat obligatus de euictione.

Respondeo vendentem pignus prætorium non remanere obligatum ratione pignoris prætorij, regulariter loquendo, ex toto titulo *C. creditor. euict. pign. non deb.* Cæterùm sunt casus aliqui in quibus de euictione tenetur, videlicet si expresse ipse pro euictione se obligauerit, aut dolosè in instata venditione se gesserit. gloss. *in l. 1. verbo, cum*
509 *iure, dicto tit.* vel † si rem vendiderit, tanquam creditor cùm reuera non esset, vel si pluris vendi distet quàm sibi debebatur. *l. si pignore subrepto, §. fin. cum l. sequent. de pignor. action.* sequitur Odofred. *in dicta l. 1. C. cred. euict. pign. non deb.* vbi Bald. Salicet. & alij. Idem Salic *in l. rescriptum, §. 1. de distract. pign.* Neguf. *de pignor. membro 1. 6. port. n. 40. versic. & primo, & vers. fallit.* ex qua inutili venditione ille ad cuius instantiam venditum fuit nulliter pignus, vltra pretium tenetur etiam interesse præstare. *l. controuersia, & l. successores, C. de euict.* Magon. *decis. Florent. 32. num. 4.* Dicitur autem pignus prætorium quando iudex iubet ex primo decreto bona per creditorem possideri, veluti quando damni infecti aliquis condemnatus non cauebat de reparando damno illato, vt *in l. 1. & tot. tit. ff. de damn. infect.* vel ex aliis causis relatis *in l. 1. ff. quibus ex causis in possessionem eatur.* eo enim casu actor mittitur in possessionem bonorum rei condemnati, quæ missio ex primo decreto dicebatur, ex suprà citatis.

510 Quæsitum vlteriùs fuit, † an si emptor sciverit rem sibi venditam non esse venditoris, habeat venditorem sibi obligatum de euictione.

Respondeo quòd non remanet venditor obligatus de euictione, nisi expressè pactata euictio fuerit. *l. si fundum, C. de euict. l. fin. §. fin. C. commun. de legat.* & *ibi* communiter scribentes, Anton. Gomez *variar. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 41. de empt. & vendit.* Couatr. *vor.*

Acac. Ant. de Ripoll Resol. vor.

lib. 3. cap. 17. num. 1. & 2. sufficitque emptorem habere scientiam rei alienæ in genere, iuxta Bart. & Bald. *in dicta l. si fundum,* quo casu, videlicet † si euictio pactata fuerit, 511
poterit ad pretium contra venditorem agere, ab eo tamen non recuperabit expensas in ea te factas: recuperabit autem eas ab eo, qui rem euincit. ita Couatr. *lib. 3. variarum, cap. 17. num. 1.* iuxta resolutionem traditam à Doctoribus *in l. domos, ff. de legat. 1. l. in fundo, ff. de rei vindicat.* vbi latè agunt de expensis factis per malæ fidei possessorem.

Quæsitum à me fuit, † an si aliquis vendiderit alicui aliquod censuale, & supra se illud incarricauerit, cum pacto quòd intra certum tempus illud luet, casu quo venditor censualis dissipet eius bona, an compelli possit ad illud luendum, & quomodo procedi debeat tam contra eum, quàm contra eos, ad quos perueniunt res obligatæ. 512

Respondi † emptorem censualis posse dicto casu compellere venditorem illius ad illud luendum ante tempus, ex sequentibus fundamentis. 513

Primò † ex his quæ tradit Gregor. Lopez ad *l. 17. tit. 13. partit. 5. gloss. 2.* vbi ait quòd licèt is qui promisit sub conditione, non possit pendente conditione compelli ad implendum promissum, iuxta text. *in l. grege, §. qui sub conditione, ff. de pignor.* & *ibi* glossa *l. res hypotheca, versic. sed in conditionali obligatione, ff. de pignor.* tamen si causa noua suspicionis superueniat quæ non erat tempore celebrati contractus, vel eam creditor tunc ignorabat, iuxta Bart. *in l. quæsitum, ff. de pignor.* & *ibi* Bart. & Alex. *consil. 19. vol. 3. in fine*, poterit rectè conditione pendente compelli ad hoc vt promissum adimpleat. plura ad propositum tradit Roderic. Suarez *in repetitione cuiusdam legis ordinamenti*, quam interpretatur sub repetitione *l. post rem iudicatam, fol. 136.* quem tanquam notabilem refert Gregor. Lopez *vbi supr. gloss. 4.* Molina Theolog. *de iustit. & iure, tract. 2. disp. 532. vers. quando autem.* 514

Secundò † ex his quæ tradit Caccialupus *in tract. de transact. quæst. 15. num. 3.* quem allegat Cæsar Barcius *decis. Bonon. 16. num. 1.* vbi deficiens in contractu quoad partem, censetur deficere quoad totum. 515

Apparet ergo quòd † ille qui se obligauit, & promisit luere, aut meliorationem dare intra certum tempus, eo pendente si dissipet, potest ante tempus cogi ad luendum, nec dies destinatus luitioni debet expectari, quia ipsius dolus est causa, propter quam ipse ante tempus compelli possit, iuxta suprà tradita, sicuti fieri posset aduēto destinato die, quo casu poterit contra promissorem executiua 516

via agere in pœnam,iuxta tradita per Molin. Theologum *d.disp.532.vers.quando autem inscio.* qui magis vult quòd contra talem defraudantem suos creditores agi possit ex crimine stellionatus. Sed hoc casu debet priùs
517 præsentati ei † requisitio quòd melioret,aut luat,vt magis morosus dici possit ex requisitione, & ne inopinatus expensis grauetur.
518 quia † licèt dies interpellet pro homine. *l. magnam, C.de contrah.& committen stipul.* & supradicto casu desit dies qui eum interpellet,cùm ante diem conuentum compellatur luere,necessariò præcedere debebit interpellatio,seu requisitio vt luat,aut melioret,quia hæc interpellatio eum in mora constituit, iuxta tradita per Anton de Butr.*in cap.pen.& ibi* Abb. *num,19. de iudic.* & alios quos refert Cancer 3.*part.var.cap.12.de off.iud.tab.n.*252. quæ præsentata, & lapsa legitimo tempore duorum dierum,poterit contra eum ad pretium censualis recuperandum agere, quod luitioni cedet: si autem non viuat, vel bona sua ad tertios peruenerint, contra tales per præceptum de soluendo procedendum erit, qua practica in nostro Regio Senatu proceditur.

519 De iure receptum est,† quem de euictione non teneri, nisi realiter re euicta. *l habere licere,ff.de euict.l.qui rem* vbi Bald.*C.eod.* Alex. *cons.*119.*num.*25.*vol.*2. Bec.*cons.*106.*num.*44. *lib.*1.

520 Quo supposito quæsitum fuit, † an si inter cōtrahentes fuerit pactatum sub his verbis,quòd factis diligentiis in exactione,recuperatione, vel retentione rei venditæ, si res euincatur, vel aliàs fuerit impedita,vel turbata,de iure,vel de facto,possit emptor agere contra venditorem, antequam realiter & de facto res fuerit ab emptione euicta.

521 Respondeo quòd † licèt verum sit, quod suprà dictum est, nempe necessariò requiri rem fuisse euictam realiter & de facto,vt locum habeat euictio: tamen vbi aliter inter
522 contrahentes conuenitur, † locum habebit de euictione actu etiam re noua euicta realiter.*l.siue in libertatem.* vbi Batt. Albet.& Salicet. *C.de euict.* Codex Fabrian. *lib.*8. *tit.*15.*de remiss.pignor. defin.*1. *num.*1. Ant.Thesaur.*decis. Pedemont.*85. *n.*2. verba enim illa in vim pacti apposita aliquid debent operari, quia
523 verba illa, *vel aliàs* † *fuerit impedita*, aliquid debent operari vltra ordinariam potentiam
524 ipsius euictionis,quia dictio illa † *vel*,est disiunctiua quoad verba, & quoad effectum,& sic sufficit alteram partem esse veram, tradunt Menoch. *de præsumpt.lib.*4 *præsumpt.*83. *num.* 66. Cenedo *in praxi canonica quæst.*29. *num.*1. Barthol Peret. *in comment. ad extrau. ambitiosæ,de rebus Eccles.non alienan.verbo,vsibus, num* 20. & 21. & nouissimè Augustinus Barbosa *de dictio. dict.* 360. *numer.* 3. vnde certum est quòd † etiam re realiter non euicta, sed ex quacunque causa turbata possessione poterit agere quis ad rem, vel interesse rei venditæ adhuc realiter non euictæ. 525

Franciscus † Dauara ciuis Barcinon.vendidit Sebastiano Verneda duos saccos lanæ certo quodam pretio,pro quo dictus Verneda firmauit dicto Dauara quoddam chirographum mercantile, & ad recuperandum pretium dictorum saccorum lanę dictus Dauara conuenit dictum Verneda in consulatu Logiæ Maris, quæ causa prætextu paupertatis fuit ad Regiam audientiam euocata,cui se opposuit mulier dicti Verneda pro sua dote & sponsalitio. dubium extitit, an pro pretio dictorum saccorum lanæ sit præferendus dictus Dauata,an verò mulier dicti Verneda. 526

Respondi † dictum Dauata esse præferendum, & mulierem dicti Verneda nullum ius habere, quia dictus Verneda firmauerat dicto Dauara quoddam chirographum mercantile, constabátque dictos saccos esse eosdem quos dictus Dauara vēdiderat, qui iuxta priuilegia Logiæ Maris virtute chirographi erant hypothecati pro pretio, atque si expressi fuissent, vnde cùm iuxta constitutiones Cataloniæ † causæ mercantiles quæ à Logia Maris ad Regiam audientiam euocantur, debeant tractari secundùm priuilegia Logiæ Maris, certum est dictos saccos esse dicto Dauara restituēdos pro pretio. † Licèt enim prædicti sacci fuissent traditi dicto Verneda, quia tamen pretium non erat solutum,& hypothecati erant pro eo,poterant per dictum Dauata reuindicari. ita Ludouicus à Molina *de iustit. & iure, tractat* 2. *disput.* 338. *vers.quod ad secundum attinet.* facit text. *in l si ventri,9.vers.si tamen nummi extent, ff.de priuil.credit.*præsupposito quòd † dominium pecuniarum in banco depositarum ad numerum,transit in campsorem, iuxta text. *in l die sponsaliorum,§ qui pecuniam,ff.deposit.* tradit Don Ludouic.à Peguera *in suis decisionib. cap.*38.*num.*4.Ita hîc virtute hypothecæ censebitur magis priuilegiatus dictus Verneda, quia perfectè non poterit dici dominium fuisse translatum. Nam fortius est quòd pretium soluatur,in tantum,quòd † si res in publica subhastatione fuerit vendita,& res tradita emptori per cursorem, si pretium non fuerit realiter solutum,vel depositum, poterit res euinci ab emptore, ex *l. à diuo Pio, §.sed si emptor.*ibi, *vt ipsam rem emptam,ff.de re iudic.* ex quibus apparet † re vendita firmato chirographo mercantili, si postea res exequatur reperta penes emptorem, præferendus erit ille, qui rem vendiderat, & sic mulier 527 528 529 530 531 532

lier non habebit ius ad hoc vt de illius valore ei satisfiat, quia talis res non erit in bonis sui mariti, sed primi venditoris.

533 Vendita † fuit quædam Baronia per dominum illius, sub pacto de retrouendendo. peruenit hæc per mortem possessorum illius ad hæredes, qui sub tutorum & curatorum potestate existebant tempore quo per hæredes venditoris voluit recuperari, oblato per eos pretio, cùm curatores reuenditionem te-
534 nerent facere. Quæsierunt, † an talem reuenditionem absolutè facere possent, vel an in ca decretum esset interponendum cum causæ cognitione, & aliæ solemnitates essent seruandæ, quæ de iure in alienatione bonorum minorum requiruntur.

535 Respondi † quòd non, ex eo quòd † pro-
536 hibita alienatione non censetur prohibita illa quæ non voluntariè, sed necessariò fit. *l. 1. ff. de fund. dot.* ibi, *quia hæc alienatio non est voluntaria. l. alienationes. ff. famil. ercisc.* Magon. *decis. Florent.* 1. quia quæ fiunt ex necessitate, non sequuntur naturam eorum quæ volun-
537 tariè fiunt. vnde † minor prouocatus ad diuisionem, potest eam sine decreto facere, quia non potest eam recusare. *l. inter omnes.* vbi gloss. & DD. *C. de præd. minor.* gloss. *in l. fin. C. si aduers. transact.* Roman. *consil.* 106. *num.* 4.
538 Vnde † possessores maioratus alienationes necessarias facere possunt sine decreto, si alienationes trahant originem ante maioratus constitutionem. Osasc. *decis.* 167. & 170. *num.* 12. multos huius resolutionis auctores hanc tenentes sententiam refert Cassanate *lib.* 1. *consil. cons.* 9. *num.* 57. facit text. *in l. prædium, C. quando decreto opus non sit.* Cancer *lib.* 2. *var. cap.* 6. *de solut. à n.* 103. Estque ratio
539 fortior, quia † quoties aliquis potest compelli ad aliquem actum faciendum, si talem actum faciat, iudicatur illum tanquam coactum fecisse, iuxta notata per Dec. *consil.* 22. *num.* 4. & *in cap. cum M. Ferrariensis, n.* 34. *cum seqq. de constit.* Aretiu *cons.* 24. *num.* 10. Phanucius *de lucro dotis, gloss.* 8. *num.* 55. Cancer *lib.* 3. *var. cap.* 17. *n.* 514.

540 Quæsitum fuit, † an si res emphyteotica vendatur Ecclesiæ sub pacto de retrouendendo, teneatur Ecclesia talem rem in manum habilem transferre, vel amortizare.

Respondi hanc dubitationem resolui ex verbis constitutionis secundæ, sub titulo *de iure emphyteotico, pag.* 576. vbi in hæc verba lo-
541 quitur, † *Hon empero lo vasall a alguna Esgleya, o, casa religiosa entre vius, o, en sa derrera voluntat lo feu haura alienat, o, lexat.* quæ quidem verba si rectè perpendantur, dominij translationem irreuocabiliter important; licèt enim alienationis nomen comprehendat quamcumque translationem rerum, vt do-

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

cet Prateius *de verbis iuris, verbo alienatio generalis.* tamen si propriè sumatur, illa † dici- 542
tur propriè alienatio, per quam dominium irreuocabiliter in alium transfertur. gloss. & *ibi* Salic. *in l. 1. C. de fund. dot. l. fin. C. de reb. Eccl. non alien.* Moliu. Theol. *de iust. & iur. tract.* 2. *disp.* 464. nam & ex † legato relicto dominiũ 543
in legatarium etiam irreuocabiliter adquiritur. *l. à Titio, ff. de furt. l. si tibi homo, §. cùm seruus, ff. de legat.* 1. Couarr. *in cap. Raynaldus, §.* 1. *n.* 1. *de testam.* Gom. *var. resolut. tom.* 1. *cap.* 19. *n.* 17. ex quibus apparet mentem & genuinum sensum constitutionis prædictæ esse vt transportationem teneatur facere † manus 544
mortua in manum habilem, vel amortizare quotiescunque res totaliter peruenit ad manum mortuam, vt significat Oliba ad Vsatic. *alium namque, num.* 7. & 8. vbi ait à Principibus priuari ne res emphyteoticæ ad Ecclesiam perueniant, ne perpetuò ibi sint.

Venditio † autem sub pacto de retrouen- 545
dendo, licèt vera venditio sit, tamen non est pura & simplex venditio. nam quandocunque tale pactũ interueniat, siue in principio (quo casu venditio dicitur conditionalis,) siue postea, tunc talis contractus sub conditione resolui dicitur. tenet Socar. *ad cap. cautum, num.* 31. & 32. *mihi pag.* 553. quod confirmat ex *l.* 1. & 2. *C. de lege commisso.* & ex mente Bartoli, & sic hoc casu dominium non dicitur irreuocabiliter quæsitum, sed reuocabiliter. Mens autem dictæ constitutionis est quòd † solùm trans- 546
portatio in manum habilem fiat, vel amortizatio, quando res ad Ecclesiã, seu aliquam manum mortuã perueniunt, vt perpetuò ibi sint, ne domini directi laudimiis & aliis iuribus ad ipsos dominos pertinentibus priuentur, non verò loquitur constitutio de illis rebus quæ perueniunt ex pacto de retrouendendo & temporaliter.

Pacto † autem de retrouendendo apposi- 547
to certum est quòd dominium non adquiritur irreuocabiliter, cùm quotiescumque per venditorem pretium restituitur, tenetur emptor reuenditiuuem facere. Igitur cùm causa constitutionis prædictæ sit, ne ad manus mortuas res emphyteotica perueniat, ne ibi perpetuò sit, cessante causa (prout in nostro casu cessat) necessariò cessare debet dispositio. ita Paris. *consil.* 98. *colum.* 6. *versic.* & *etiam, num.* 30. *lib.* 1. Prædicta † autem 548
causa censetur apposita in dicta constitutione non ex absoluta voluntate legislatoris, sed ex sufficienti iudicio rationis, & sic dicta ratio, ne perpetuò in manu mortua sit, cohæret dictæ constitutioni, vnde cessatio eius facit cessare nostram constitutionem, quod notatur *in l. cum tale, §. legatum, ff. de cond.*

cond.& demonstr. Tiraquel. *in tractat.cessante causa,1.part.num.*175. & sic amortizationem in pacto de retrouendendo locum non habere respondi.

549 Quæsitum fuit, † an ex tractu temporis centum annorum in alienatione Ecclesiæ censerentur solemnitates interuenisse.

Respondi duas esse solemnitates, aliæ enim sunt iuris, aliæ verò facti. quæ à facto hominis pendent, illæ ex cursu centum annorum præsumuntur, quòd interuenerint:
550 hæ autem quæ ex facto † hominis pendent, non præsumuntur vllo tempore. ita Caualcan. *decis.*8. sexdecim fallentias tradit Menoch. *lib.3.de præsumpt.præsumpt.*132. *à n.*37. Surdus *consil.* 28. Ludouic. à Cassanate *consil.*44. *num.*16. & maximè *num.* 117. vbi ex
551 pluribus Doctoribus resoluit † solemnitates ex antiquitate temporis non præsumi de iure Canonico, quod in rebus Ecclesiæ est seruandum, vt ipse attestatur, maximè si res de qua agitur sit magni præiudicij respectu Ecclesiæ, secundùm allegata per Surdum *dicto consil.*28. Crauettam *de antiq.temp.3.part.*§.1. *num.*18. Redoan. *de rebus Eccles.non alienan. quæst.*48.*num.*16. vide Menoch. *de præsumpt. lib.3.præsumpt.*132.*num.*9. Cassan. *consil.*44. *num.* 122.

552 Quæsitum à me fuit, † quod remedium dati poterat vt securè aliquis rem emeret à particulari venditore, ita quòd non esset in periculo amittendi pretium.

Respondi consultum esse à Iosepho Ludouico *decis. Perus.*4. *num.*4. asserente quòd talis emptor faciat per publicum proclama notificare populo venditionem illius rei
553 quam intendit emere, quia † prouiso proclamate per Curiam, & facto ac publicato, emptor securè rem emet, ita quòd à nemine poterit res empta euinci, nisi pretium ante omnia restituatur, propter auctoritatem Curiæ, ne ex ipsius interuentione contrahentes decipiantur, contra dispositionem *l.1. C. de his qui ven. atat. impetr.* faciunt tradita per Gamma *decis.*77.*num.*4.

554 Quæro † quod dicatur iustum pretium alicuius rei.

Respondeo quòd illud dicitur iustum pretium rei, quod inuenitur pro ea in publica subhastatione, *l. filiusfamilias*, §. *si quid, in fine*, iuncta *l. si domus*, §. *in pecunia*, *versic. qui confitetur, ff. de legat.*1. Perus. *consil. vlt. num.*26. *lib.2.l. mortis causa*, §. *qui hominem, de don. causa mort.* & *ibi* gloss. notat Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*20.*num.*8.
555 & cùm varientur † pretia rerum ex diuersitate temporum, ex vulgata *l. pretia rerum, ff. ad*
556 *leg. Falcid.* † tempus contractus est inspiciendum quando de eius valore agitur. *l.3.*§. *diui fratres, ff. de iure fisc. l.*2. & *l. si voluntate, C. de rescind. vend.* Pinel *ad l.2.3.part.cap.4.n.*15. *de rescin. vend.* Mantic. *vbi suprà.* maximè quando pretium in publica subhastatione offertur. *auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccl. l. fi.* § *fin. C. de administr. tutor.*

In † quodam testamento, in quo testator 557
instituerat hæredem nepotem suum, relicta vsufructuaria eius vxore, non disposito quòd ab vxore nepoti ex sorore hæredi instituto alimenta præstarentur, adiecta erat clausula quòd bona conseruarentur in perpetuum in familia. nepos fame periret. matertera alimenta nolebat præstare, eo quòd non erat grauata. Instabat mulier quòd bona aliqua venirent, vt ex illis alimenta præstarentur. ipse ne fideicommissum dissiparetur, opposuit bona illa non potuisse alienari causa alimentorum. quæsitum fuit quid iuris esset.

Respondi quòd licèt verum sit quòd bona subiecta fideicommisso causa alimentorum possint alienari, iuxta tradita per Iacob. de Aretio *in l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles.* Bart. *in auth. res quæ, C. commun. de legat.* Alex. *ibidem*, dicens hanc esse communem sententiam. hoc † tamē locum solùm habet in ali- 558
mentis debitis filio ipsius testatoris, quia licèt gloss. *in auth. res quæ, in fine*, teneat prædicta bona vendi non posse, attamen eius opinio communiter damnatur, vt voluit Bart. *ibidem, circa finem*, quem omnes sequuntur, Castrens. *in fine.* Ias. *num.*31. Curt. *num.*36. quia † quemadmodum pater tenetur alere 559
filium, ita successor illius. *l. si quis à liberis*, §. *item rescriptum.* vbi Bart. *ff. de liber. agnoscen.* Roman. *cons.*267. maximè quia verisimile est quòd si de hoc pater pariter cogitasset, voluisset filio alimenta præstari, argum. *l. ista quidem, ff. quod metus causa.* Pasqual. Sauli. *in tractat. de alien. rebus fideicomm. subiect.* 2.*part. num.*46. vnde † cùm prædicto casu cùm ille 560
qui alimenta petebat, non esset filius ipsius testatoris, non debebantur alimenta, & per consequens ex bonis fideicommisso subiectis non potuit aliquid vendi.

Quæro † si aliquis promisit se non vendi- 561
turum fundum alij quàm Petro, an ex hoc censeatur obligatus vendere absolutè fundum dicto Petro.

Respondeo quòd non, sed tunc demum, cùm alij vendiderit, iuxta text. *in l. si sterilis*, §. *pen. vers. sed etsi tibi, ff. de act. empt. & in l. qui fundum, la* 2 *ff. de contrah. empt.* & sic † si casu 562
talis promissor de facto vendiderit fundum alteri, quàm ei qui promiserat, & illum tradiderit, tenebitur soluere primò quando sua interfuit fundum sibi fuisse venditum, vt pluribus fundamentis tradit Gutierr. *canon. quæst. lib.*1.*cap.*21.*num.*14.

CAPVT

CAPVT XII.

De locatione, & conductione.

SVMMARIA.

1 *Hypothecata an sint innecta in prædia vrbana pro pretio locationis.*
2 *Hypothecata an sint inuecta in prædia rustica pro pretio locationis, cum seq.*
3 *Rusticus fundus quis dicatur.*
4 *Fundus vrbanus quis dicatur.*
5 *Bona inuecta in prædijs vrbanis sunt hypothecata pro loguerio.*
6 *Dominus propria auctoritate potest capere res hypothecatas existentes intra domum pro loguerio illius.*
7 *Hypotheca in bonis illatis in prædia vrbana ciuitatis Barcinonæ quomodo contrahatur.*
8 *Creditores priores non præferuntur domino fundi conducti in pretio rerum ibi inuectarum.*
9 *Creditorum concursus in rebus inuectis in prædia quomodo fiat.*
10 *Hypotheca an contrahatur pro loguerio in rebus inuectis in prædia rustica.*
11 *Scientia domini an requiratur in hypotheca quæ contrahitur in bonis inuectis in domum.*
12 *Hypotheca tacita vbi & quare fuit inducta.*
13 *Hypotheca an contrahatur sine scientia domini.*
14 *Prædia qualia dicantur vrbana, vel rustica.*
15 *Possessio domus quando extendatur ad alia.*
16 *Bona aliena innecta in domum an obligentur pro loguerio, cum seq.*
20 *Taciturnitas domini quid operetur.*
21 *Aliena res inuecta in domum à non domino quando censeatur hypothecata.*
22 *Locator quid probare teneatur vt res aliena inuecta dicatur hypothecata.*
23 *Hypotheca vt contrahatur quæ requirantur.*
24 *Aliena res vt obligata dicatur quæ requirantur.*
25 *Hypotheca non solùm contrahitur pro loguerio, sed etiam pro deterioratione rei.*
26 *Hypotheca an duret solùm rebus existentibus intra domum, vel in extractis.*
27 *Res Hypothecatæ pro loguerio an si extrahantur remaneant obligata.*
28 *Hypotheca semel contracta semper durat.*
29 *Res hypothecata pro loguerio ad quoscunque possessores perueniant transeunt cum suo onere.*
30 *Actio Seruiana ad quid fuerit inducta.*
31 *Seruiana actio datur contra tertios possessores rerum obligatarum.*
32 *Locator potest persequi res contra quoscunque possessores, si semel fuerint hypothecatæ.*
33 *Declarantur iura aliqua.*
34 *Hypothecatæ quæ res dicantur ex sententia Accursij.*
35 *Interpretantur aliquæ leges.*
36 *Hypothecata quæ res semel dicantur.*
37 *Contra tertios possessores quando possit perueniri.*
38 *Hypotheca tacita & expressa quod ius producant.*
39 *Auctoritate propria quando possit quis agere.*
40 *Spolium quando possit prætendi.*
41 *Auctoritate propria quando possit locator apprehendere res inuectas in domum suam.*
42 *Locationes quæ fiunt de minoribus, vulgò dictis* eprenents, *quando valeat.*
43 *Minor quando obligetur ad promissum in sui vtilitatem.*
44 *Pater obligat filium ad factum adimplendum.*
45 *Tutor quando possit obligare minorem ad factum.*
46 *Tutores dantur etiam inuitis & contradicentibus.*
47 *Minor quando obligetur adimplere pactum.*
48 *Minor vbi reperitur læsus petit restitutionem.*
49 *Mater an possit obligare filium ad aliquod factum.*
50 *Mater non habet filios in potestate.*
51 *Obligatio quæ deberet alteri obligationi nulla nulla est.*
52 *Soluere an possit conductor pretium ante terminum destinatum.*
53 *Tempus quando censeatur appositum fauore debitoris.*
54 *Fructus commendæ non sunt absolutè commendatoris.*
55 *Fructus quomodo debeantur beneficiatis, vel commendatoribus.*
56 *Fructus beneficij, seu prabendæ an sint diuidendi.*
57 *Fructus beneficij quare dentur beneficiatis.*
58 *Fructus commendæ mortuo commendatario an diuidantur.*
59 *Solutio locationis an possit anticipatè fieri.*
60 *Solutio anticipata an dicatur facta in fraudem creditorum.*
61 *Mulieris bona propria an sint obligata pro loguerio.*
62 *Ad maritum pertinent onera matrimonij.*
63 *Mulier quando remaneat obligata pro loguerio domus.*
64 *Mulieris bona an sint obligata pro expensis factis ad communem pompam.*

65 *Pater an teneatur pro filio, & econtra.*
66 *Filius remanet obligatus pro expensis factis in suis alimentis.*
67 *Mutuans pecuniam quid facere debeat pro conseruatione sui iuris.*
68 *Concurrentibus domino campi, domino directo, & domino tritici in eo seminati, quis eorum praeferatur.*
69 *Dominus directus pro censibus an praeferatur alijs creditoribus.*
70 *Hypotheca tacita in quibus inducatur.*
71 *Dominus soli praefertur caeteris creditoribus.*
72 *AEdificium solo cedit.*
73 *Fructus cùm non sunt separati, pars rei dicuntur.*
74 *Retentio locatae rei quando competat domino expellendo conductorem.*
75 *Retentio ad proprium vsum quando competat.*
76 *Dominus domus locatae quando possit expellere conductorem.*
77 *Pactum quando sit seruandum.*
78 *Expellere à domo conducta quando liceat domino conductorem.*
79 *Expellere conductorem an possit dominus propria auctoritate.*
80 *Possessio an probetur per instrumenta locationis.*
81 *Licitator quando liberetur à pretio oblato in subhastatione.*
82 *Gabellae non possunt locari nisi in publico sub hasta.*
83 *Offerens plus in subhastatione quomodo procedat.*
84 *Licitator primus quando liberetur ab oblatione.*
85 *Conditio tacita etiam impedit ortum actionis.*
86 *Primus licitator quando liberetur ab oblatione facta.*
87 *Propria auctoritate quando possit quis expellere conductorem.*
88 *Resistenti quomodo praeuenire quis possit.*
89 *Creditoribus pluribus concurrentibus in pretio rerum inuectarum in domum quis praeferatur.*
90 *Pragmatica de domibus euacuandis proponitur.*
91 *Decem dies dantur conductori ad domum euacuandam.*
92 *Conductor tenetur firmare ius quando allegat rationes, aliàs expellitur.*
93 *Decem dies dantur ad probandum rationes allegatas.*
94 *Decem pro secunda dilatione possunt dari si iudici appareat.*
95 *Dilatio viginti dierum est communis locatori & conductori ad probandum.*
96 *Prouisio in causa de domibus euacuandis quando sit fienda.*
97 *Appellare non licet à sententia, seu prouisione de domibus euacuandis.*
98 *Reclamari potest solum à prouisione de domibus euacuandis.*
99 *Appellatio, seu reclamatio intra quot dies expediri debeat.*
100 *A sententia in causa reclamationis non potest appellari, nec de nullitate dici.*
101 *Sententia in causa de domibus euacuandis non respicit proprietatem hospitij.*
102 *Pragmatica de domibus euacuandis an habeat locum in Catalonia.*
103 *Causa de domibus euacuandis non euocantur ad audientiam.*
104 *Iudex causae de domibus euacuandis non obstante inhibitione ad vlteriora procedit.*
105 *Conductor non euacuans domum qua poena puniatur.*
106 *Pragmatica de domibus euacuandis habet locum in praedijs rusticis.*
107 *Exceptio dominij non potest opponi per conductorem locatori.*
108 *Exceptio dominij an possit opponi per tertium conductorem.*
109 *Tertius conductor an possit opponere exceptionē dominij contra dominum locatorē.*
Priuilegium concessum iuxta pragmaticam de domibus euacuandis. ibid.
110 *Priuilegium praedictum quid contineat.*
111 *Priuilegium praedictum an sit in obseruātia.*
112 *Praeceptum de domibus euacuandis in Regia audientia quomodo tractetur.*
113 *Reclamationis loco supplicatur à prouisione de domibus euacuandis si causa tractetur in Regia audientia.*
114 *Exequi an possit sententia de domibus euacuandis si ab ea sit supplicatum.*
115 *Reclamatio impedit executionem sententiae.*
116 *Exequi non potest prouisio à qua extat reclamatum.*
117 *Exequi non potest sententia possessorij lata per ordinarium si ab ea reclametur.*
118 *Clericus contra laicū in mandato de domibus euacuandis debet in curia seculari agere.*
119 *Laicus ratione domus conductae à clerico in curia seculari est conueniendus.*
120 *Appellari vel recurrere ad Regiam audientiam in processu de domibus euacuandis quando liceat.*
121 *Recursus causa recognoscendi non est sublatus etiamsi auferatur appellatio.*
122 *Conductor recusans rem finito tempore ad quid condemnetur.*
123 *Spoliare dicitur conductor non restituendo rem finito tempore.*
124 *Poena qua punitur conductor recusans rem restituere finito tempore.*
125 *Animalium conductor quid facere teneatur.*
126 *Fortuiti casus qui dicantur.*

127 *Testes*

190 *Mu*

322 For

322 *Fortuitus casus culpa locatoris eueniens non comprehenditur in renunciatione.*

323 *Conductor non tenetur si fortuitus casus euenerit culpa locatoris.*

324 *Remißio mercedis an fiat pro casu fortuito.*

325 *Bellum an pariat remißionem mercedis.*

326 *Suspicio mali euentus an operetur idem quod malus euentus.*

327 *Præfertur antiquus arrendator iurium Regiorum cuicunque alteri arrendatori volenti.*

328 *Recedere à locatione quando poßit conductor.*

329 *Actio non competit vbi non adest interesse.*

330 *Reconductio an præsumatur in rebus Ecclesiæ.*

331 *Tolerantia inducit ratificationem.*

332 *Scientia expressa quando requiratur.*

333 *Scientia non præsumitur, sed debet probari.*

334 *Obligatio in primo contractu an extēdatur ad secundum.*

335 *Fideiussor primi contractus an remaneat obligatus pro secundo.*

336 *Fideiussor non dicitur principalis, sed adhærens contractui.*

337 *Reconductio an præsumatur si locator inciderit in furorem.*

338 *Furiosus nullam habet voluntatem.*

339 *Furiosi voluntas suppletur per eius curatorem.*

340 *Curatores furiosi supplent eius voluntatem.*

341 *Reconductio inter easdem personas censetur tacitè introducta cum eisdem obligationibus.*

342 *Contractus secundus iudicatur vt primus si noua voluntas non interuenit.*

343 *Conducens mulas ad certum tempus ad quid teneatur si vltrà vtatur.*

344 *Reconductio an inducatur in rebus mobilibus.*

345 *Locationis contractus an claudicare poßit.*

346 *Conductionis contractus an pro parte valere poßit, & pro parte non.*

347 *Locatio an requirat pretium certum, cum seq.*

348 *Actio præscriptis verbis datur quandoque pro locatione.*

349 *Pretium locationis ex postfacto potest præstari sine pecunia interuentione.*

350 *Colonus partiarius an deducat semen & expensas casu sterilitatis.*

351 *Colonus partiarius habetur vt socius.*

352 *Contractus in dubio qualis iudicetur, cum seq.*

353 *Pretium proportionatum constituit contractum.*

354 *Locatio alienæ rei an valeat.*

355 *Conductor rei alienæ tenetur pretium rei soluere.*

356 *Vsusfructus an poßit locari.*

357 *Locatio facta sine tempore ad quod se extendat, cum seq.*

358 *Locatio prædij rustici facta sine tempore censetur saltim ad annum.*

359 *Locatio prædij rustici vrbani sine tempore censetur facta ad voluntatem conductoris.*

360 *Expelli an poßint conductores meliorantes rem conductam, cum seq.*

361 *Conductores rerum Ecclesiæ an & quando expelli non poßint, cum seq.*

362 *Expelli an poßint conductores fundi Ecclesiastici.*

363 *Meliorantes terras Ecclesiæ non poßunt expelli.*

NVECTA † in prædia vrbana 1
tacitè hypothecata censeri pro
mercede, & pretio locationis,
resoluit Iureconsultus Paulus
lib. 3. ad edictum, cuius frag-
mentum in Pandectis traditur *in l. 4. ff. de
pactis.* ex cuius textus decisione oritur du-
bium, an similiter ea quæ inuecta & illata
sunt in prædium rusticum, censeantur tacitè
hypothecata pro mercede & loguerio dicti
fundi.

Cui dubio vt respondeam præsuppono,
† fundum rusticum dici eum, qui princi- 2
paliter paratus est & constructus gratia per-
cipiendorum & colligendorum fructuum,
argumento *l. quemadmodum. ff. de supellect.
legat. l. rusticorum. ff. de seruit. rusticor.* faciunt 3
tradita per Anton. Oliba *de actio. 2. part. lib. 1.
cap. 28. à num. 16.* fundum verò vrbanum
cùm non locus, sed materia eum faciat.
l. vrbana. 198. ff. de verbor signif. Omne † ædi- 4
ficium gratia hominis factum vrbanum præ-
dium vocatur. faciunt tradita per Chaldas
Pereira *de empt. & vend. cap. 33. à n. 107.* vnde
prædia quæ habitantur, vrbana prædia di-
cuntur.

Quibus præsuppositis, respondeo † in 5
prædiis vrbanis nullam esse difficultatem,
sed omnia inuecta, & illata in vrbana prædia
tacitè esse hypothecata pro loguerio, hánc-
que iuris esse receptissimam decisionem, ex
dicta l. 4. ff. de pact. quæ resolutio non solùm
de iure communi procedit, verùm etiam de
consuetudine Barcinonensis ciuitatis, ex
capite 33. recognouerunt Proceres, vbi non so-
lùm statuitur † res inuectas & illatas in vr- 6
bana prædia esse tacitè hypothecatas pro
merce

mercede locationis, verùm etiam eidem domino vrbanę domus licentia impertitur,
7 quòd † propria auctoritate sine assistentia officialis possit locator res inuectas in eius domum capere pro pensione domus locatæ, iuxta cuius textus dispositionem insequendo confirmationem factam per Serenissimum Regem Petrum de dictis ordinationibus contentis in dicto *c. recognouerunt Proceres*, fuit facta quædam ordinatio, & publicata die 25. Maij 1442. quæ refertur in libro Pragmatica, sub titulo *de locatione cap. 3.* qua idem fuit dispositum & vltrà, nempe
8 quòd † in bonis inuectis, & illatis in vrbanum prædium præferatur locator, licèt posterior creditor omnibus creditoribus anterioribus, quod de iure communi quo ad dictam prælationem idem esse, tradit Mench. *lib. 3. quæst. forens. cap. 57. num. 7.* relatus à Chaldas Pereira *dicto cap. 31. n. 94.*
9 Prædicta † autem non solùm habent locum in bonis primi inquilini, seu conductoris, sed in bonis secundi, & tertij, quia hæc semper censebuntur tacitè hypothecata, vt firmant omnes cum Bartol. *in l. solutum. §. solutam. ff de pignor. action. & in l. sed etsi lege. §. si colonus. ff. locat.* Roman. *sing.* 394. Socin. *regul.* 192. Gomez *in §. item Seruiana, numero 15. Institution. de action.* Conan. *libro 4. commentar. iuris ciuilis, cap. 16. numero 7.* & alij relati per Pereiram *dicto capite 31. numero 94.*
10 Circa † inuecta autem & illata in prædia rustica maior est dubitatio, an sint illa tacitè hypothecata pro mercede & pretio locationis? In hoc dissident inter se Doctores. Alij existimant inuecta & illata in prædia rustica non esse tacitè hypothecata, moti ex *l. 4. ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur*, vbi gloss. citata *l. certi iuris. C. locati.* & ex aliis traditis per Chaldas Pereiram *dicto cap. 31. num. 97.* Alij
11 constituunt differentiam, † an videlicet dominus sciat bona esse illata, aut ignoret; ita quòd si dominus fundi rustici locati sciat bona esse illata, tunc ea dicantur tacitè hypothecata, iuxta tradita per Accurs. *in §. item Seruiana, Institution. de action. verbo,*
12 *in vrbanis.* Si † autem dominus dicti fundi ignoret bona esse inuecta, tunc bona quæ inuecta erant, non erunt tacitè hypothecata, quia cùm tacita hypotheca fuerit Romæ introducta pro securitate loguerij domorum in dicta ciuitate existentium, & postea fuerit extensa ad alias domos, vt tradit Pereira *vbi suprà, num. 98.* non est ad alios casus extendenda.
13 Alij verò existimatnt, † nullo modo tacitè censeri hypothecata, siue dominus sciat, siue ignoret, ex eo quòd credant ex fructibus percipiendis, vel recolligendis in rusticum prædium securam esse ipsius fundi rustici mercedem, moti ex *l. in prædijs. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur.* plura refert Menoch. *de adipiscend. possess. remedio 3. à num. 112. cum sequentibus.* quam rationem præsensit Fortcatulus *dialog. 17. num. 1.*

His prænotatis † cùm hodierna die fundi, qui ordinariè rustici dicuntur, partim habeant naturam vrbanorum prædiorum, cùm in eis inhabitent, partim naturam rusticorum prædiorum, cùm in eis recolligantur grana, pecora, & alia rusticis prædiis destinata, & sic in prædictis prædiis non modò instrumenta rustica, sed etiam cætera bona inducantur, dicendum est omnia inuecta, & illata esse tacitè hypothecata pro mercede, & loguerio, quia † domus prædicta habitationis caput est cæterarum rerum circumiacentium, & sic dictæ domus apprehensa possessione censetur possessio de singulis rebus illis adiacentibus accepta. *l. 3. de adquir. possess.* faciunt tradita per Pereiram *vbi suprà, n. 101. cum seq.* 14 15

Quæsitum à me fuit, † an bona aliena illata & inuecta in prædia vrbana, vel rustica, censeantur hypothecata tacitè? Hanc quæstionem quatuor casibus diuisis resoluit Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 3. numero 108.* quos breuiter hîc referam resolutionis gratia. Primus casus est † quando conductor tempore conductionis bona fide bona inuecta possidebat; tunc enim tacitè censentur hypothecata. Secundus casus est † quando conductor rem alienam mala fide possidebat, & in prædium intulit, ignorante domino, quo casu hypotheca non contrahitur. Tertius casus est † cùm conductor mala fide possidens rem alienam, sciente illius domino, in domum conductam intulit. quo casu maior erat dubitatio, cùm ex illa scientia videatur dominum consensisse. quo casu resoluunt non contrahi tacitam hypothecam, quia conductor rem illatam non possidet, nec † taciturnitas domini illius aliquid operatur, iuxta tradita per Doctores *in l. quæ dotis. ff. soluto matrim.* Quartus casus est, † cùm dominus rei scit, & consentit rem suam inferri in prædium, eo animo vt ibi custodita existat. hoc casu manifestum est rem hanc tacitè esse hypothecatam pro mercede conductionis. Aduertit autem Menoch. *dicto remed. 3.* quòd hoc casu † incumbit locatori in suis articulis deducere & probare quòd dominus rei illatæ, vel inuectæ sciebat 16 17 18 19 20 21 22

ſciebat, & conſenſit quòd res ſua induceretur, & inueheretur, eo animo & mente, vt tempore conductionis ibi eſſet. quam praxim atteſtatur Menoch. *dicto num.* 112. docuiſſe ante eum Salicet. *in l.certi iuris. C.de locat.quaſt.*2. tum etiam Afflict. *deciſ.*184.*n.*2.
23 vbi atteſtatur, † non eſſe hypothecata, ſi non inuecta fuerint, vt ibi ſint. tria enim requiruntur, vt res inuectæ tacitè cenſeantur hypothecatæ, ſecundùm Afflict. *vbi ſuprà*
24 *num.*3. Primum † vt res ſit inducta. Secundum vt ſit cum ſcientia veri domini. Tertium quòd ſit inducta vt perpetuò ibi ſit; altero enim ex his tribus requiſitis deficiente, res aliena inducta non erit hypothecata, vt declarat Paul.de Caſt. *in l.item quia.ff.de pact.* & ſecundùm hanc reſolutionem fuiſſe deciſum in Regio Senatu Neapolitano refert Afflict. *dicta deciſ.*184 *num.*4.

25 Prædicta autē † tacita hypotheca non ſolùm remanet contractà pro loguerio & penſione fundi, ſed etiam pro deterioratione quam colonus, ſiue inquilinus in domum conductam intulerunt, iuxta tradita per Anton. Oliba *de action.tom.*2. *cap* 28.*num.*8. confirmans ex *l. Pomponius. ff. in quibus cauſis pignus, vel hypothec. tacitè contrahatur.* & ex *l. ſi vulnerauerit. ff. locat.* Maſcard. *de probat. concl.*210.

Circa prædicta fuit aliud dubium quæſi-
26 tum, † an hæc hypotheca quæ inducta fuit in rebus illatis & inuectis in prædia vrbana, ſiue ruſtica, ſolùm remaneat hypothecata dum eſt iuxta prædium, vel domum; an verò etiam extracta à domo, & penes tertios exiſtens. nam fuerunt quamplures qui exi-
27 ſtimarunt † ſolùm durare obligationem hypothecariam interim dum res ſunt intra domum locatam, moti ex gloſſa *in d l.certi iuris. C.locat.verbo, induxerint.* dū vult quòd ita res ſint obligatæ ſi eas induxerint vt ibi perpetuò ſint, extendénſque ſe Accurſius ibi ait, quando inhabitauerint, confirmando ſuum dictum ex *l.debitor.ff.de pignor. l.eo iure. ff quibus in cauſis pignus, vel hypothec. tacitè contrahatur.*

28 Cæterùm vera reſolutio eſt quòd † inuecta & illata ſtatim atque ſunt inuecta & illata, vt perpetuò ibi ſint & cuſtodiantur, ſemper cenſentur tacitè hypothecata pro
29 mercede, ſeu deterioratione fundi, & ſic † ſi ab ea domo extrahantur, & ad quoſcunque tertios poſſeſſores peruenerint, trāſeunt cum prædicto onere ipſius hypothecæ, aliàs enim
30 fruſtrà daretur actio Seruiana, qua † experitur dominus fundi aduersùs res tacitè à legis diſpoſitione hypothecatas pro mercede ipſius fundi, de qua *in §. item Seruiana, Inſtit. de actio.* quod clarè docet Anton. Oliba *de actio. tom.*2. *lib.*1. *cap.*28. *num.*2. vbi explicans naturam actionis Seruianæ, ait † Set- 31
uianam actionem dari domino fundi pro perſequendis coloni rebus pro mercede domino obligatis penes tertios poſſeſſores exiſtentibus, confirmans ex *l ſi cùm venditor.ff.de euict.* hoc enim caſu atteſtatur dictus Oliba hanc actionem fuiſſe neceſſariam, quia fundi dominus nullam de iure ciuili habebat actionem pro perſequendis rebus, quia non habebat dominium eorum, ex *l. in rem. l.officium. ff. de rei vindicat.* §. *nam ſi cui.verſ.quippe. Inſtit. de actio.* & ſic † poterit dominus 32
fundi res ſemel ex tacita hypotheca obligatas à quocunque tertio poſſeſſore auocare, ex iuribus ſuprà allegatis.

Nec obſtat † doctrina Accurſij *in dicta* 33
l.certi iuris, verbo induxerint, ſi rectè perpendantur. nam ibi nec Accurſius, nec iura per eum allegata probant quòd obligatio hypothecaria ſolùm duret quantum res ſtant intra fundum, ſeu domum. Sed quod deciditur eſt id quod fuit dubitatum, † an nempe indi- 34
ſtinctè omnes res inuectæ & illatæ cenſeantur hypothecatæ: & reſpondet Accurſius inſequendo deciſionem aliquorum iurium, non omnes res inuectas & illatas cenſeri tacitè hypothecatas, ſed quæ immiſſæ ſunt vt perpetuò ibi ſint, & cuſtodiantur, & ſic
† quæ immiſſæ ſunt gratia extrahendi, non 35
ſunt hypothecatæ, iuxta quem ſenſum loquitur Accurſius *in dicta gloſſa, verbo induxerint,* & eſt textus expreſſus *in l. debitor. ff. de pignor. & hypothec. & in l. prædijs. verſ. videndum. ff. in quibus cauſis pignus, vel hypothec. tacit. contrahatur.* ex quibus clarum remanet dubium † res ſemel inuectas & illatas vt per- 36
petuò ibi ſint, remanere tacitè hypothecatas, & cum onere hypothecæ ad quoſcunque
† tertios poſſeſſores peruenire, & ab eis poſ- 37
ſe euocari per primum conductorem actione Seruiana. quod intelligendum eſt iuxta iuris terminos, nempe facta excuſſione in bonis primi debitoris, eis namque priùs excuſſis ſi non ſufficiant, poterit locator ad tertios poſſeſſores rerum illatarum peruenire, iuxta text. *in auth.hoc ſi debitor. C. de pign. & hypoth.* faciunt tradita per Couar. *lib.*3.*var.cap.*6.*n.*6. Carroc. *de excuſſio.bonorum* 3.*part.quaſt.*1. Alexand. *conſ.*83.*num.*2.*lib.*6. Anton Faber *in ſuo Codice lib.* 8. *tit.* 3. *vnde vi. definit.* 34. non
enim † operatur magis hoc ius hypothe- 38
cæ tacitæ, quàm quod oritur ex hypotheca expreſſa & conuentione, in qua experi-
mur quòd † pactum expreſsè factum quòd 39
quis poſſit propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem alicuius rei, intelligitur ſi tempore quo vult accipere poſſeſſionem, res ipſa penes eundem promittentem repetiatur.

riatur. quia si est penes alium, non potest
vti ea facultate sibi concessa propria aucto-
ritate apprehendendi possessionem, aliàs si
40 fiat, † potest tertius possessor intentare ve-
rum spolij remedium. Afflict. *decis.* 131. Ca-
pyc. *decis.* 69. *à num.* 27. *& decis.* 182. *num.* 8.
41 Nec † poterit propria auctoritate locator
res immissas in domum conductam capere
iure pignoris, vel hypothecæ, si super illis
moueatur lis, & controuersia per colonum,
vel inquilinum, quia adito iudice, & coram
eo præuento iudicio, ligatæ sunt manus lo-
catoris, iuxta relata per Fontanellam *de pact.
nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 15. *à num.* 67. *cum se-
quentibus.*
42 Quæro, † an locatio alicuius minoris
cum aliquo officiali mechanico, veluti cum
sartore, vel alio ad certum tempus ad edi-
scendum aliquod officium valeat, & qua for-
ma fieri debeat.
43 Respondeo quòd † si pater locet filium
suum ad prædictum effectum, valebit con-
44 tractus, eo quòd † pater in Catalonia filios
suos habet in potestate, iuxta titulum in no-
stris constitutionibus *de emancipatio de fills*, &
sic ratione patriæ potestatis poterit eum ob-
ligare; si verò ipse minor patrem non habet,
poterit per suum tutorem obligari, cùm tu-
tor in locum patris succedat, quia de iure
45 † tutores personis principaliter dantur vt ab
46 illis regantur, & sic † eis inuitis & non pe-
tentibus dantur. *l. nécnon. ff. de tutor. & curat.
datis ab his. l.* 2. *ff. de tutel.* §. *datus. Instit. de ex-
cusat. tutor. l. cùm plures.* §. *cùm tutor. ff. de admi-
nist. tut.* & de iure Castellæ *l.* 1. *tit.* 16. *partit.* 6.
Ioan. Gutiet. *de tut. & curat.* 1. *p. cap.* 1. *num.* 37.
& sic conuentio per tutorem facta erit ser-
uanda.
47 Sed quid † si minor tutorem non habue-
rit, & ipse solus conuentionem fecerit? va-
lebit siquidem conuentio, & eam minor te-
netur seruare. quia ipse tanquam paterfa-
milias obligatur, & cum eo tanquam cum
patrefamilias agi poterit, ex text. expresso
*in l. filiusfamilias. ff. de action. & obligat. l. tam
ex contractibus. ff. de iudic.* & hanc tanquam
communem opinionem refert & sequitur
Anton. Gomez *variar. resolut. cap. de seruituti-*
48 *bus*, *num.* 11. Si † tamen minor iste reperia-
tur læsus, poterit restitutionem in integrum
implorare, & ea implorata, & probata læsio-
ne, veluti quòd Magister cum quo fuit con-
uentus, est ignatus, vel ex alia causa læsio
minori fiat, pactum illud poterit annullare,
& contractum rescindere, tradit & sequitur
Ioann. Gutierr. *de iuramento confirmat.* 1. *part.
cap.* 5. *num.* 6.
49 Sed quæro, † si mater minoris prædi-
ctum minorem eius filium ad prædicta ob-

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

ligauerit, & se adstrinxerit quòd certo tem-
pore, veluti quatuor annis, aut simili habita-
bit, aliàs ipsi sartori soluet pœnæ nomine
certam quantitatem, an valeat, & casu quo
minor à domo recedat, teneatur eius mater
ad solutionem prædictæ pœnæ.
Respondeo † matrem non posse eius fi- 50
lium obligare de habitando certo loco, etiam
ratione ediscendi officij, etiam si cedat in
vtilitatem minoris, quia hoc, vt dictum est,
procedit ratione potestatis paternæ, quam
in filios mater non habet §. *fœminæ, Institut.
de adoptio.* facit argumentum *l. nam & fœmi-
næ. ff. de adoptio. l. mulierem. C. eodem.* ex quo
clarè patet † talem obligationem nullam es- 51
se, & per consequens matrem qui pro filio
se obligauit, liberam remanere à prædicta
obligatione. hæc enim obligatio adhæret
præcedenti, & præcedente nulla existente,
nulla est hæc tanquam sequens, iuxta tradi-
ta per Afflict. *decis. Neapol.* 149. *in princip.* per
textum *in l. metum.* §. *sed licet. ff. quod metus
causa.* decis. Rotæ Auenio. 103. *num.* 5. *&* 6.
Ioann. Gutiert. *de iurament. confirmat.* 1. *parte
cap.* 57. *à num.* 11. vnde absque dubitatione
aliqua matrem pro pœna sibi imposita non
teneri.
Quidam † Commendator Religionis san- 52
cti Ioannis habebat arrendatam, siue loca-
tam suam commendam, seu illius fructus,
certo pretio certis terminis destinato solue-
re. euenit quòd conductor, seu arrendator
anticipato termino prædicto soluit aliquam
annatam. decessit dictus Commendator. Re-
ceptor Religionis voluit iterum pretium di-
cti arrendamenti sibi solui: arrendator au-
tem dicebat se ad id non teneri, eo quòd
† terminus solutioni destinatus semper cen- 53
setur appositus fauore ipsius debitoris. vul-
gata sunt iura quæ allegatione non indigent.
quæsitum à me fuit, an receptor Religionis
prædictæ possit iterum instare dictam solu-
tionem.
Respondi quòd sic, ex sequentibus fun-
damentis. Primò, † quia fructus prædi- 54
ctæ commendæ non fuisse Commendatoris
saltem integrè, sed tantùm pro rata tem-
poris vltimi anni quo mortuus fuit; Com-
mendatoribus enim sicut & beneficiatis
† non debentur fructus suarum perce- 55
ptoriarum anni obitus, etiam si recolle-
cti essent, nisi tantùm pro rata temporis
quo vixerunt illo anno, cæteri namque sunt
proprij dictæ Religionis, vt in statutis suæ
religionis perlegi. Quòd si hæc res ad
ius beneficiorum, & præbendarum Ec-
clesiasticarum reducatur, idem erit di-
cendum, cùm de iure † fructus præben- 56
dæ, seu beneficij vacantis diuidendi sint

Kk 2 inter

inter hæredes beneficiati præmortui & successoris in beneficio, seu Cameram Apostolicam (vbi Camera succedit) pro rata temporis, vt attestatur Couarr. *lib. 1. variarum, cap 15. num. 12. versic. sed in hac ipsa quæstione.* Moln. *de Hispanor primog. lib 3. cap. 11. num. 4.* Sarmiento *de redditibus. lib. 4. cap. 6. num. 13.* Gutierrez *canonic. quæstionum, lib. 1. cap. 33.* Castillo Soto maior *de vsufruct. cap. 79. à num. 1.* Garcia *de benefic. 2. part. cap. 1. à numero 96.* rationem reddit, inter cæteros ad-
57 ducens Couarr. quia † redditus beneficij à iure dantur beneficiatis vt Ecclesiæ deseruiant. *cap. cùm secundum, de præbend.* Couarr. *in cap. cùm in officijs, de testament.* & sic fructus dantur ad sustentanda onera totius anni, donec fructus noui alterius anni ve-
58 niant. ex quibus clarè patet † fructus dictæ commendæ ad commendatorem defunctum plenè non pertinere, & sic nec pretium poterat recipere ex dicto arrendamento integrum, sed pro rata temporis quo vixit. ex quo successor non tenetur locatio-
59 ni stare, & sic clarum est quòd † non poterat anticipari solutio in præiudicium successoris in commenda, & sic successor in ea poterit recuperare solutionem pro rata sui temporis, & ita in terminis dispositum reperitur per SS. Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 11. de reformat.* & de iure communi post multos, quos allegat Caualcan. *decis.* 44. *num. 7. & 8.* Franc. Marc. *decis. 196. part. 2.* vbi in terminis ita decisum circa solutionem ratæ. Vnde clarum est in præiudicium dicti
60 noui commendatoris † solutionem non potuisse fieri, vnde tenetur secundò soluere. nam solutio anticipata ei qui creditores habet, censetur facta in fraudem creditorum, iuxta tradita per Doctores *in l. ait prætor. §. si eum in diem. & in l. omnes. § fin. ff. quæ in fraudem credito.*

61 Locauit † quidam quandam domum alicui, conductor autem illius ad miserabilem adeò peruenit fortunam, vt bona illius fuerint inuentariata, cui executioni opposuit se illius mulier, deducens bona illa sibi esse obligata, & adhuc non sufficere ad suæ dotis integram satisfactionem, & sic tanquam bona propria mulieris non esse obligata ad pretium conductionis, nec posse illa distrahi
62 tanquam propria illius † quæ non erat obligata ad loguerij solutionem, cùm hæc ad maritum pertineret, cùm ad ipsum spectent onera matrimonij. quæsitum fuit, an mulier teneretur de suo soluere pensionem loguerij.

Respondi quòd si bona mariti non exta-
63 rent, nec sufficerent, quòd † bona mulieris obligata erant ad solutionem illius, quia mulier æqualiter cum marito cohabitauerat, iuxta tradita per Palatium Rubios *§. 66. num. 5.* & per Bart. *in l. his solis. ff. de condict. indebit. & in l. socium. §. socius. ff. pro socio.* quia habitatio necessaria est, † non so- 64
lùm pro necessitate communi buna mulieris censentur obligata, verùm etiam ad ea quæ sunt expensa in honorem & ornatum communem, secundùm morem regionis, iuxta notata per dictum Palatium Rubios *dicto §. 5.* facit etiam doctrina quam tradit Cæpolla *in cautel. 246.* vbi ait quòd † licèt regulariter filius non teneatur pro 65
parte, ex titulo, *Ne filius pro patre,* † si ta- 66
men mutuata sit patri pecunia, & illa fuerit conuersa in alimenta filiorum, tenentur filij de bonis suis non extantibus patris bonis soluere, ex Bart. doctrina *in l. is solui. ff. de condict. indebit.* & sic consulit Cæpolla quòd † creditor mutuans pecuniam 67
procuret vt pater confiteatur pecuniam deseruisse in alimenta filiorum. apparet igitur bona mulieris obligata esse pro pretio loguerij, deficientibus bonis propriis mariti.

Quidam † locauerat quendam cam- 68
pum ab aliquo, certo pretio pro locatione constituto, eúmque de tritico seminauit. tempore messium dominus campi à conductore pretium petebat. dominus tritici venditi petebat pretium tritici; dominus verò directus ipsius campi certos annuos census & pensiones solui cessatas etiam recuperare intendit. dubium extitit, quis eorum esset præferendus, an venditor tritici pro illius valore, an dominus campi pro loguerio, an dominus directus pro pensionibus censuum solui cessatis? dixi secundùm ea quæ refert Marquilles in Vsatic. *si quis acceperit,* quòd † præferendus est omnibus 69
creditoribus dominus directus in pensionibus sibi debitis & solui cessatis, quia prior est causa tributorum cæteris omnibus creditis. *l. 1. C. si propter publicas pensitationes.* quia † in omnibus censetur tacita hypo- 70
theca à iure inducta. docet gloss. *in dicta l. 1. verbo obligata. C. in quibus causis pignus, vel hypotheca contrahitur.* ipsi enim fructus non considerantur de per se, sed tanquam rei ipsius connexi, & sic tacitè censentur fructus hypothecati. *l. 2. C. in quibus causis pignus, vel hypothec.* & sic nil mirum quòd † dominus directus præferatur 71
omnibus tanquam dominus soli, cùm regula iuris sit quòd ædificium cedit solo. *§. cùm in suo. Institutionib. de rerum diuisione,* iuncta glossa *verbo inædificatur,* docens Accursius quòd † illud quod dictum est quòd 72
ædificium cedit solo, idem dicendum est in plantis, quia † quæ seminantur, adeò 73
terræ

terræ adhærent & commiſcentur, vt non quidquam ſeparatum à terra iudicetur; iuxta text. *in l. in rem. §. item ſi quis ex alienis cementis ff. de rei vindicat.* & ſic apparet omnibus præferri dominum directum pro cenſibus ſibi debitis.

74 Quidam † locauit alicui aliquam domum, cum clauſula quòd intra tempus locationis pro maiori pretio, aut aliàs eum non expelleret. Euenit quòd pendente tempore ipſe locator voluit conductorem expellere, eo motiuo quòd domum ad ſuum ſeruitium volebat. quæſitum fuit, an poſſet conductorem expellere, & pro ſe & ad opus ſuum retinere.

75 Reſpondi quòd non, quia † licèt locator poſſet abſolutè facta locatione ad tempus rem ad ſuum vſum retinere, iuxta *l. æde. C. de locat.* tamen ex eo pacto quòd non expelleret eum intra dictum tempus, videtur etiam præiudicaſſe ſibi, & à ſe abdicaſſe expulſionem, etiam ad proprium vſum, aliàs enim tale pactum eſſet eluſorium, & ſic cenſet Abbas *in cap. vltim. de reſcript.* Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum, ad finem, de conſtitut.* Gratus *conſil.* 179. *num.* 20. *lib.* 2. Pu-

76 teus *deciſione* 166. *num.* 1. *lib.* 1. Niſi † conductor ceſſauerit à ſolutione pretij conductionis, vel aliàs doloſè re conducta vſus fuerit, ex *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat.*

77 *conduct.* & *ibi* Bart. quia † locator non tenetur ſeruare pactum, ſi conductor non præſtat fidem. *cap.* 3 *de iureiur. l. cùm proponas. C. de pact.* & colligitur ex *dicta l. quæro. § inter locatorem.* latè Beroius *conſil.* 153 *num* 39. *lib.* 1. Decius *conſ.* 292. *num.* 3. ex quibus reſolu-

78 tum manet dubium quòd † ex pacto de non expellendo conductorem intra tempus pactatum, non licet locatori ad proprium vſum rem reaſſumere.

Iuxta ſupradictam reſolutionem quæri-

79 tur, † an locator poſſit propria auctoritate condnctorem à conductione expellere, ſi non ſoluerit penſionem ſtatuto termino.

Reſpondi quòd ſic, ex *l. æde. C. de locat.* & *ibi* communiter ſcribentes, Speculator *de locato. §. poſtquam. verſic. porrò.* Bart. *in authentic. qui rem, poſt princip. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Bald. *in ſua Margarita, ver. conducens. verſ fin.* Alexand. *conſil.* 208. *& ſequent. volum.* 4. Marian. Socin. *conſil.* 35. *num.* 12. *volum.* 3. Decius *in dicta authentica qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſ.*

80 Quæritur vlteriùs, † an inſtrumenta locationis probent poſſeſſionem locatoris.

Reſpondeo quòd ſola inſtrumenta non probant poſſeſſionem, quia facilè eſſet talia inſtrumenta firmare, & cum illis indirectè agere, præiudicare verò domino: ſi autem concurrant perceptio fructuum, vel loguerij, probabit poſſeſſionem, iuxta tradita per Bart. *in l quamuis. §. ſi conductor. ff. de adquirend. poſſeſſ. & in l. qui vniuerſas. §. ſi conductor. ff. eodem.* Viuius *lib.* 1. *deciſione* 194. *numero* 4.

In † publica ſubhaſtatione locabantur 81 molendina Regalia ad certum tempus. Euenit quòd licitando vnus obtulit certum pretium, & liberata fuit haſta fiſcalis. poſtea alius maius pretium obtulit, & oblato pretio fuit ei haſta fiſcalis liberata tanquam offerenti. euenit poſtea quòd tempore firmandi inſtrumentum, & præſtanſtandi cautionem cum fideiuſſoribus, fideiuſſores quos præſtabat iſte ſecundus, non erant idonei, quia pauperes ac debiles erant in bonis.

Quæſitum fuit, an primus qui in licitatione pretium minus obtulerat, ſit liberatus.

Reſpondi quòd non. nam præſuppoſito quòd † in iure veriſſimum eſt quòd in ar- 82 rendamento gabellarum finito tempore primi arrendamenti ſubhaſtatio de neceſſitate requiritur, vt probat textus *in l. penes,* & *ibi* Bart. & cæteri omnes. *C. de vectigalibus, & commiſſ. & in l. licitatio,* & *ibi* Bartol. Roman. Imol. & alij *ff. de publican. & vectigal. & in l. ſi tempora,* & *ibi* gloſſ. Bartol. & cæteri, *C. de fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis, lib.* 10. & ſic † ſe- 83 cundus, qui in dita fuit, cùm idoneè non caueat, perinde eſt atque ſi licitator non fuiſſet, quia plus offerenti, ita intelligitur valida liberatio ſi caueat idoneè, vt ait gloſſa magna *in dicta l penes.* per textum *in l. licitatio, in principio. ff. de public. & vectigal.* & ſic hoc caſu † primus 84 licitator licèt minus obtulerit, nullo pacto liberatur, vt eſt textus notabilis *in l. Sabinus. ff. de in diem addict.* quia ſemper reſpectu ſecundi ineſt tacita conditio, ſi legitimè cauerit, *l. quod autem Sabinus in ratione ſui, eodem titulo,* & ſequitur Bartol. *in dicta l. licitatio, in principio.* ſequuntur alij quos refert Viuius *lib.* 2. *deciſione* 359. *numero* 2. quod confirmat Viuius *ibidem num.* 3. dicens quòd † in contractibus non ſolùm 85 conditio expreſſa, ſed & tacita impedit natiuitatem obligationis & effectum ſortiri ante adimplementum illius. gloſſ. notabilis & communiter recepta *in l. item quia, ff. de pactis.* Bald. *in l.* 1. *C. de caduc. tollend. l.* 3. *C. de arbitris, & in l. ſi executione, q.* 8. *C. de non numerata pecun.* & ſic cùm † ſecun- 86 dus licitator non liberauit priorem, niſi do-

tis legitimis fideiussoribus per secundum, *dicta l.penes.C.de vectig.& commiss.* hasta fiscalis penes primum remansit, non obstante secunda licitatione.

Ex dispositione *capitali 33. del recognoueguront Proceres*, est statutum quòd † possit dominus domus pro recuperatione mercedis loguerij propria auctoritate, sine sagione accipere res inuectas in domum, cuius capituli dispositio fuit postea confirmata cum ordinatione quadam facta per ciuitatem Barcinonam, & publicata 25. Maij anni 1541. quæ est in libro pragmatic. sub tit. *de loguers, cap. vltimo* quæri potest qualiter accipienda sint verba illa, *de sa propria auctoritat essens messatje ni official.* 87

88 Respondeo † prædicta verba esse intelligenda casu quo non inuenerit qui contradicat executioni prædictæ, quia si inuenerit resistentem ne scandalum sequatur, vti non potest propria auctoritate. *l. creditores. C. de pignor.& hypoth.*& *ibi* Batt. *in l. 3. C eod.* vbi ait quòd omnia iura loquentia siue permittentia quòd aliqua fiant propria auctoritate, debent intelligi quando non est qui resistat, quia tunc adeundus est iudex ordinarius, per *l. non est singularis ff. de reg. iur. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. ff de re iudic.* Panor. *in cap. significasti, de offic. deleg.*

89 Sed † si concurrant plures creditores in oppositione bonorum repertorum intra domum, quæritur qui sint præferendi.

Respondeo ex eadem ordinatione quòd in pretio prouento ex rebus venditis repertis intra domum, præfertur dominus vtilis dictæ domus pro loguerio illius cæteris omnibus creditoribus.

Circa materiam contractus locationis & conductionis habemus † pragmaticam Regis Petri III. datam in ciuitate de Tortosa die 5. Februarij 1370. quæ est prima *lib. 4. pragmat. sub tit. 7.* quæ particulariter plura disponit circa contractus locationis intra ciuitatem Barcinonam, cuius seriem per capita hic priùs referam, vt postea quæ in vim dubiorum hic poterunt resolui, tradantur. 90

91 Primò statuitur quòd † si aliquis intra ciuitatem Barcinonam locauerit alicui aliquod hospitium, & ipsum conductorem velit expellere ab hospitio, quòd conductori dentur decem dies ad euacuandum prædictum hospitium, vel ad deducendum & proponendum aliquas rationes, propter quas euacuare non teneatur.

92 Et quòd proponendo dictas rationes † teneatur firmare ius & de iure, aliàs si dum prædictas rationes proposuerit, non firmauerit ius, & de iure, protinus conductor expellatur à dicto hospitio.

Si † facta iuris firma, & allegatis rationibus per eum quòd non teneatur domum euacuare, appareant rationes esse talis naturæ quòd si probatæ essent, remouerent locatorem à sua prætensione, tunc † dentur ei decem dies per testes, vel alia legitima documenta, intra quos si dictæ rationes probatæ non sint, & conductor aliam dilationem ad probandum eas petat, potest iudex aliam dilationem dare decem dierum, & non vltrà. 93 94

Locator † ex eadem pragmatica vtitur dilationibus prædictis quæ sunt communes, ad hoc vt locator per instrumenta & testes probet suam intentionem vt conductor expellatur ab hospitio. 95

Lapsis dictis viginti diebus est prouisio facienda, † an conductor sit expellendus, non obstante iuris firma per conductorem facta, victum victori in expensis condemnando. 96

A prædicta prouisione † non licet appellare, sed pars quæ succubuit infra duos dies iuridicos potest reclamare, & causa reclamationis committenda est duobus iurisperitis, vt solitum est in curiis Regentium vicarias, & † isti duo iudices intra octo dies iuridicos proximè sequentes, vocato † iudice primitiuo (qui protulit prouisionem à qua reclamauit) pro instruendo animo iudicum causæ reclamationis pronunciabunt sententiam, confirmando, aut reuocando primitiuam. 97 98 99

Ab † hac sententia quæ fit in causa reclamationis, non potest appellare, nec reclamare altera pars. Nec potest dicta sententia in causa reclamationis lata per in integrum restitutionem, nec aliquam clausulam generalem, vel specialem infringi, vel reuocari, nec nullam dici ratione ætatis absentis, vel alicuius priuilegij infringi. 100

Sententia † autem prædicta solùm ad expulsionem conductoris, non autem in proprietate domus, vel hospitij nocere debet. 101

Primum dubium quod quæri potest, est † an dicta pragmatica solùm obseruetur in ciuitate Barcinona, cùm ex inscriptione illius & tenore appareat ad ciuitatem prædictam respexisse. 102

Respondeo quòd † dicta pragmatica in curiis anni 1565. Philippi II. ex cõstitutione quæ nunc est prima in libro 4. constitutionum sub tit. *de loguers*, fuit extensa ad totam Cataloniam, & ad comitatum Rosilionis & Ceritaniæ, disponendo vlteriùs quòd casu quo de facto causæ de domibus euacuandis euocatæ fuerint ad Regiam audientiam, vel spectabilis Gubernatoris in dicto Principatu, seu comitatibus Rosilionis & Ceritaniæ quòd 103

104 quòd † non obstante citatione & inhibitione Regiæ audientiæ, vel spectabilis Gubernatoris iudex inferior ad vlteriora in causa primitiua procedat, cùm ex dispositione constitutionis prædictæ nō sit intentio quòd talis inhibitio valeat.

105 Statuit vlteriùs dicta constitutio quòd † si intra tempus præfixum conductor non euacuauerit hospitium tam intra ciuitatē Barcinonam, quàm extrà, teneatur ad solutionem triplicati loguerij, & quòd pro recuperatione illius decernatur prompta & rigida executio, eadem forma seruata quæ fieret pro pretio prædicti loguerij.

106 Prædicta † pragmatica, quę vulgò appellatur *de domibus euacuandis*, fuit extensa ad prædia rustica, vt possit pro eorum logueriis procedi, sicuti erat dispositum in prædiis vrbanis in curtis anni 1599. const. 26.

Circa dictam pragmaticam potest in pri-

107 mis quæri, † an contra locatorem possit opponi exceptio quòd ipse non est dominus? & resolutiuè dici potest & responderi quòd exceptio prædicta dominij non potest opponi, neque alia quælibet per ipsum conductorem, ex pluribus fundamentis quæ tradit Nobilis à Peguera *tom. 1. decis. 164. per totam*, vbi in fine secundùm hanc resolutionem fuisse iudicatum, refert & sufficit decisum sic fuisse, vt alia fundamenta hîc non sint recensenda.

108 Sed † si conductor reconduxerit eandem domum alicui tertio, & huic fuerit factum præceptum de domibus euacuandis per dominum locatorem, an possit per istum tertium opponi prædicta dominij exceptio.

Respondeo ex traditis per Alex. *consil. 76.*

109 *num. 7. lib. 7.* dicendo quòd † potest talis exceptio opponi, *& consil. 92. num. 7. lib. 1.* & ratio est, quia actio quæ datur locatori contra conductorem, est actio personalis, & non datur contra tertium possessorem, iuxta text. *in l. si quis conductionis, C. locat.* quæ non datur contra tertium possessorem, datur tamen domino actio cōtra istum tertium possessorem, ex *l. fin. C. de adquir. possess.* iuxta notata per Menoch. *de recuper. possess. remed.* 10. *à num.* 33.

110 In † quibusdam constitutionibus cuiusdam Egregij Regij Senatoris inueni quandam notam manuscriptam, quam vt notabilem in vim resolutionis hîc apponere decreui, & est tenoris sequentis.

111 In † quodam priuilegio concesso habitatoribus ciuitatis Barcinonæ dato Montisoni decima Septembris 1542. fuit confirmata hæc pragmatica, & illius dispositioni fuit additum quòd causæ de domibus euacuandis positis rationibus verbaliter tractentur, & sine scriptis, & quòd datis dilationibus postquam non excesserint quindecim dies, teneantur declarari, sed prædictum priuilegium non seruat Regia audientia, vt euenit in facto Hieronymi Boaet vt tutoris & curatoris Elisabethæ filiæ Ioannis Camplone cotonarij, contra Ioannem Petrum Albabatiguerium relatum fuit prouisum per Magnificum Franciscum Xammar die 20. Iunij 1551. viso processu & partium altercatis super exceptione litis ingressum impedien. opposita facto verbo, in Regia audientia prouisum fuit quòd procederetur ad vlteriora in causa, non obstantibus deductis & allegatis quòd causa esset verbaliter tractanda, quia de dicto priuilegio nulla fuit habita ratio, Scriba causæ Rouira, & pro eo N. Caluet Notarius.

Cùm prædicta causa de domibus euacuandis regulariter tractetur in Curia ordinaria Regentis vicariam, quæritur † quid si 112 mandatum prædictum expediatur per admodum Reuerendum Cancellarium, vel Magnificum Regentem Regiam Cancellariam, & per alterum eorum fiat prouisio, pars grauata facere debeat.

Respondeo quòd † pars quæ sentit se gra- 113 uatam non reclamabit, sed loco reclamationis supplicabit in forma solita in materia supplicationum, & prædicta supplicationis causa est terminanda ex eisdem actis, quia in hac supplicationis causa non admittuntur nouæ probationes, sed repelli debent, cùm solum agatur de nudo possessorio, & sic si articuli concernentes merita petitorij, seu proprietatis offeruntur, reseruantur ad iudicium proprietatis, iuxta tenorem pragmaticæ prædictæ.

Sed quæri potest, † an si à prouisione (qua 114 fuit declaratum locum esse mandato instato de domibus euacuandis) supplicatum fuerit in Regia audientia, possit prouisio facta quòd domus euacuetur, exequi.

Respondeo quòd sic, præstita tamen cautione, & ita in Regia audientia obseruatum & decisum refert Michaël Ferrer. *3. part. obseruat. cap. 334. per totum.*

Quęri etiam potest, † an quemadmodum 115 in Regia audientia præstita cautione supplicatur à prouisione, seu sententia facta in causa de domibus euacuandis, & non obstante supplicatione causę prouisio decernitur executioni, an similiter casu quo in curia ordinaria à sententia in ea lata reclamatur, pendente reclamationis causa possit præstita cautione peti executio prædictæ sententiæ.

Respondeo quòd non. nam † reclamatio 116 omnino suspendit executionem prædictæ prouisionis, & hæc est obseruantia quotidiana. Ratio autem quare non exequatur dicta

sententia deduci clarè potest ex traditis per Michaëlem Ferrer. 3 *part. obseruat. cap.* 334.
117 *num.*3. quia † sententia lata per ordinarium in causa possessorij, non habet executionem si ab ea fuerit appellatum, vel reclamatum, ex *l.vnic.ff.nil nouari appellat.interpos.*

118 Si † clericus habens domum propriam locauerit alicui seculari, & illum à domo conducta velit expellere, quæritur quomodo contra laicum procedere debeat.

Respondeo debet in curia seculari comparere, & ei præceptum faciet expedire quòd intra decem dies vacuam & expeditam relinquat possessionem dictæ domus. nam si laico expediretur mandatum per curiam
119 Ecclesiasticam, † laicus posset comparere in curia seculari, & firmare ius dicto clerico, & firmata contentione deberet illa declarari in fauorem curiæ secularis, prout in simili casu euenit die 19. Decembris 1587. in qua fuit lata sententia per adm. Reuerendum Cancellarium Manegat, in causa contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & secularem eiusdem ciuitatis Regentis Vicariam Barcinonæ, ratione firmæ iuris in dicta curia seculari facta per Antonium Ruis ciuem Barcinon. à procedimentis instatis contra eum in curia Ecclesiastica ad instantiam Ludouici Quer presbyteri qui locauerat domum suam dicto Ruis, & fuit declaratum firmæ iuris in curia seculari locum fuisse & esse.

120 Dicta † prouisione est statutum & ordinatum quòd à prouisione facta in causa reclamationis nullo modo liceat appellare. quæritur nunc, an si pars sentiat se grauatam, aliquod remedium possit intentare.

Respondeo quòd sic, casu quo ipsa pars consideret se excessiuè onerata, potest per viam recursus ad Regiam audientiam recurrere, vt processum recognoscat, & videat an sententia iniustitiam contineat, & de ea co-
121 gnoscere, quia † licèt appellatio fuerit sublata, iste recursus per viam superioritatis non censetur sublatus, vt lata commentatione refert Cancer 3. *tom. variarum, cap.*18. *à num.* 12. *cum sequentibus*, vbi *num.*18. refert quandam sententiam in causa reclamationis latam Regium Consilium reuocasse.

122 Quæri potest, † an si conductor finita locatione recuset vacuam rei locatæ relinquere possessionem, aliqua pœna veniat puniendus.

Respondeo quòd de iure communi est puniendus tanquam inuasor, & est text. *in l.conductores, C.locat.l.non ab re, C.vnde vi.* quia
123 tunc dicitur † spolium committere, vimque domino inferre, ex text. *in l penult. C.de locat. l.colonus, ff.de vi & vi armata.* Alex *consil.*33. *num.*2. *vol.*6. indéque dicebat Bald *in l.conductores, & in l.ade, C.de locat.* quòd talis † con- 124 ductor denegans rem restituere locatori, perdit omne ius quod in re conducta habet: de iure verò Cataloniæ nunquam vidi talem pœnam obseruati, sed tantùm condemnari ad restituendam possessionem vnà cum fructibus, vt refert Peguer. *decis.*164 *in fine*, vbi decisio traditur, & est iuxta tenorem dictæ pragmaticæ, vbi dicitur quòd victus in expensis condemnetur.

Quidam † locauit quandam mulam ad 125 iter agendum ad certum locum. In itinere euenit casus fortuitus, quæritur conductor quid facere teneatur.

Respondeo quòd cùm mors & alia quæ obuiam eueniunt inopinatè & accidenter, † connumerentur inter casus fortuitos, iuxta 126 text. & scribentes *in l.in rebus* 18 *ff.commodat. in princip.* tenetur † talis conductor quolibet 127 sinistro casu ipsi euento sine partis citatione, cùm hoc casu non indigeat, ex *l.*2. *C.de naufrag.* corã proximiori iudice ordinario etiam incompetenti, *l* 3 *§.idem Diuus*, iuncta gloss. *verbo non testimonys, ff de testib.* Bald. & DD. *in l fin. C.de testib.* instare quòd recipiatur informatio ex testibus si reperti fuerint, vel per relationem officialis, qui ex actu visuræ ipsius animalis relationem faciat, an conductoris culpa euenerit, quia † constito per 128 relationem, vel informationem testium nullam culpam interuenisse ex parte ipsius conductoris, res periculo domini locatoris peribit, ex *l.si creditor* 4.*l quæ fortuitis, l pignus* 8.*ff. de pign. act.* quod secus esset si animal culpa conductoris euenisset, vt *in l.in rebus, in princ.* argumento desumpto à contrario sensu, *ff. commod. & in l.si seruus* 27.*§.sed & si mulum, ff. ad legem Aquil.*

Sed quæri potest, † quis teneatur proba- 129 re, culpam interuenisse ex parte conductoris, vel non interuenisse? Et controuersa valde fuit hæc dubitatio, sed resolutiuè dicendum est, † conductorem non solùm tenere 130 probare mortem, sed tenetur probare non contigisse sua culpa, ex *l. si quis fundum*, 10.*§.Imperator.ff locat.* facit text. *in l.si quis ex argentarys, § fin. ff de edend.* vbi † si argenta- 131 rius dicat instrumenta esse deperdita aliquo fortuito casu, non liberatur nisi probet amissa esse sine illius culpa, tenet *ibi* Bart. *num.*5. Paul. *num* 6 & communiter DD. & Ias. *n.*29. facit text. *in l fin. vers. ergo si casu*, iuncta gloss. *verbo probandum, ff.de custod. reorum.* quia † in 132 casibus in quibus potest considerari culpa ex parte hominis, non sufficit probare casum fortuitum euenisse, sed est necesse probare quòd non accidit culpa sua; quando verò † casus fortuiti eueniunt, in quibus non po- 133 test,

test considerari factum hominis, vt est tempestas maris,terræ, impetus aquarum, gran-
134 do, fulgur, & similia, sufficit † probare casum fortuitum euenisse. Bart. *in l. si quis ex argentarÿs, ff. de edend.* §. *an heredi, in fine*, & *ibi* Fulgos. *in eadem lege*, §. *ait prætor, num. 6. in fine.* Bald. & Angel. *in* §. *fin. num. 3. Instit. quibus modis re contrah. oblig.* Abb. *in cap. 2. num. 9. de deposit.* & hanc distinctionem videtur probare text. *in l. cum duobus*, §. *damna*, *ff. pro socio.*

135 Quæri vlteriùs potest, † an conductor possit rem conductam penes se retinere iure credititio, pro credito quod habet in ea.

Respondeo quòd non, ex traditis à Nobili
136 à Peguera *decis. 164. num. 4.* vbi ait † quòd ius hypothecæ est debilius iure dominij, ex pluribus fundamentis per eum relatis. Si ergo oppositio iure dominij non habet locum ad retentionem rei, multo minus debet ha-
137 bere locum retentio iure credititio, quia † retentio rei (ex certo contractu tradita) non datur resoluto primo contractu. faciunt tradita per Menoch. *de recuper. possess. remed. 11. à*
138 *num. 11.* nisi † retentio esset ratione expensarum factarum in re conducta, quia earum respectu datur retentio, iuxta tradita per Menoch. *de recuper. possess. remed. 11. à num. 10.* & secundùm prædicta fuit decisum in Regia audientia in causa vertente in curia Magnifici Regentis Vicariam Barcinonæ, in reclamationis causa ad decisionem Magnificorum N. Hispani, & Hieronymi Miquel, iudicum reclamationum, facto per eos verbo in Regia audientia virtute mandati eis facti in causa inter Elisabetham Ribas ex vna, & actorem pupillorum Casademunts ex altera parte, die 22. Decembris 1584. & facta conclusione in Regia audientia per Magnificum Franciscum Sans Doctorem Regiæ audientiæ.

139 Bona † militum, quæ ex constitutione 1. *tit. de executio de sententÿs*, non possunt pro executione sententiæ capi, an si inducantur à milite in aliquam domum, censeantur hypothecata pro loguerio domus.

Respondeo absolutè quòd non, quia cùm prædicta bona non possint vendi causa expressæ hypothecæ, nec poterunt exequi causa tacitæ, quia quæ non veniunt in generali expressa, non veniunt in tacita particulari, iuxta doctrinam Baldi *in l. certi iuris, C. locati.* Negusan *in tractat. de pignor. 4. membr. 2. part. num. 151.* Afflict. *decis. 184.* Mascard. *de probat. conclus. 10. num. 18.* quæ resolutio intelli-
140 genda est stantibus aliis bonis, quia † non stantibus & iniectis bonis prædictis custodię causa poterunt exequi, maximè cùm locatio domus in eorum custodiam sit facta.

In † præsenti ciuitate Barcinona in loco 141 vulgò dicto *deuant la aduana*, habitabat quidam in aliqua domo. euenit quod per ancillam quandam illius fuit rumor motus quòd domus erat inhabitabilis, ex eo quòd inquietabatur terris imaginibus, nocturnis visionibus, & illusionibus dubitatum fuit an liceret conductori à dicta domo migrare.

Respondi quòd dato pro constanti & probato casu poterat conductor dimittere domum, absque boc quòd soluere teneretur, nisi tempus quo habitauit, ex *l. habitatores, § vlt. ff. locati.* quem textum in prædicto casu loqui asseuerat Couarruuias *lib. 4. variarum, cap 6. per totum*, latè hanc materiam tractans, & referens ita in Granatensi Prætorio fuisse decisum, longàque commentatione narrans quæ circa has † illusiones Romæ euenerat. 142

Res † Ecclesiæ quousque locari possint 143 si quæratur, breuiter responderi potest, nempe vltra triennium non posse, ex constitutione Pauli Summi Pontificis *in extrauaganti ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis.* Zerola *in praxi sua*, §. *locatio*, 1. *part. versic. decimo locatio*, & adeò est verum quòd si quouis modo locatio fiat, & exteudatur vltra triennium, nulla fit locatio, iuxta tradita per dictum Zerolam, & confirmat suam resolutionem ex traditis à Tiraquello *de retract. conuent. in præfat num. 2. & de vtroque retractu §. 23. gloss. 1. num. 10.*

Sed quæri potest, † an si locatio rerum fiat 144 vnico contextu ad triennium, & sub pacto quòd vltra prædictum trienniũ currat aliud triennium, an talis contractus annulletur quoad secundum triennium tantùm, an verò & quoad primum.

Respondeo in hac quæstione duas fuisse contrarias opiniones, primam Baldi & aliorum, quos refert Couarr. *lib. 2. variar. cap. 16. num. 4.* longa commentatione fundamenta referens: aliam ipsius Couarruuiæ *in eodem num. 4.* tandem resoluens quòd † dicta 145 locatio nulla erit, non solùm quoad secundum contractum, verùm etiam quoad primum, quod probat Couarruuias expresse ex *authent. de non alienandis*, §. *si verò etiam perpetuam quispiam emphyteusim.* faciunt relata per Anton. de Gamma *decis. 156 num. 2.* plura ibi referens, & ex aliis etiam fundamentis traditis per ipsum Couarr. ad quem recurri poterit, qui longiori commentatione hanc resolutionem videre volet.

Sed quæri potest, † cùm iuxta tradita per 146 Couarr. *vbi suprà*, & Gutierrez *canon. quest. lib. 1. cap 8.* dicentes, attendendam esse consuetudinem, an scilicet vsu fuerit recepta prędicta extrauagans *ambitiosæ*, & an in Cataloni

lonia fuerit admissa, & sic an locatio rerum Ecclesiæ vltra triennium fieri possit.

Respondeo quòd dicta locatio vltra triennium fieri non potest, quia seruatur in Catalonia dispositio dictæ extrauagantis ex constitutione Consilij prouinciæ Tarraconensis *cap.7.sub tit.de rebus Ecclesiæ non alienan.* & licèt textus non loquatur de locationis contractu clarè, ex illius tenore & verborum conceptione apparet locationem comprehendi.

147 Quæri etiam vlteriùs potest, † si in locatione, quæ fit rei Ecclesiasticæ, adiiciantur termini certi dilatatæ solutionis, cùm ordinariè tempus solutioni appositum magis iudicetur fauore debitoris, an talis conductor possit huic fauori suo renunciare, & solutionem anticipatam facere.

Respondeo quòd non, quia licèt, vt dictum est, regulariter tempus solutioni adiectum dicatur appositum fauore debitoris, & possit vnusquisque fauori suo renunciare, vt sunt tritissima iuris principia, non poterit tamen conductor rerum Ecclesiasticarum huic fauori renunciare & anticipatè soluere, eo quòd præiudicium posset inferri nouo successori in præbenda Ecclesiastica, ita expressè disponitur per S. C. Trident. *sess. 25. cap. 11. de reformat.* & *ibi* additiones *littera A.*

148 Quæritur vlteriùs, † an prælatus, vel beneficiatus succedens in aliqua prælatura, vel beneficio, teneatur stare locationi factæ per suum prædecessorem de rebus Ecclesiæ.

Respondeo ex traditis per Molinam *de Hispano. primog. lib. 1. cap. 21. num. 27.* qui loquens de prælato, seu beneficiato nouo successore, ait quòd idem dicendum est atque de possessore maioratus, de quo dixerat suprà *num. 3.* maioratus possessorem non teneri stare locationi factæ per prædecessorem, plura allegans ad hoc propositum, dicendo hanc esse veram resolutionem, à qua nemo vnquam discrepauit; sed clariùs dicendum est

149 quòd † si in medio anni decedat beneficiatus pro illo residuo, nouus beneficiatus, seu prælatus tenetur stare dictæ locationi illius anni, non verò sequentium, maximè si fructus sunt colligendi de proximo. iuxta gloss. receptam *in cap. fin. ne prælati vices suas.* faciunt remissiones traditæ ad *cap. 11 sess. 25. de reform. vers. nullatenus in præiudicium.* vide infrà *num. 165.*

150 Sed quæri potest, † an si nouus successor in prælatura, seu beneficio recipit partem pretij loquerij, dicatur approbasse locationem factam à prædecessore.

Respondeo quòd cùm locatio facta non obliget successorem, tunc si nouus successor recipiat pensionem, confirmabit contractum sui prædecessoris, iuxta tempus ad ratam solutionis, decis. Rotæ 233. ex præmissis in nouis, per text. *in l. emptorem, C. locat.* faciunt notata per Surdum *decis. 33. n. 9.* nam † cùm 151 principaliter voluntas ratificationis, quę colligitur ex receptione pensionis, deducatur ex illa perceptione solutionis, voluntas illa quæ ex illo facto desumitur, non extenditur vltra quàm ex ipso facto necessarium est quod inferatur, vt docet Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actúque priuat.* Dec. *consil. 72. col. 3.* Natta *consil. 77. num. 14* & sic cùm receptio nō fuerit nisi de certa parte pretij, † debet factum regulari ad tempus quod correspondet dicto pretio. 152

Cùm † relocatio inducatur ex eo quòd conductor incipiat habitare vltra tempus finitum conductionis, *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat. l. legem, C. locat.* DD. *in l. si mora, ff. solut. matrim.* Alex. *consil. 42. vol. 2.* Ruin. *consil. 107. num. 6. vol. 4.* quæri potest, an & pro quo tempore reconductio censeatur inducta. 153

Respondeo quòd † hic casus diuisione decidi debet, quia aut sumus in prædio vrbano, aut in prædio rustico: si in prædio vrbano, reconductio non censetur facta pro tempore toto, quo prima locatio facta fuit, sed solùm pro eo, pro quo habitauit: in prædio verò rustico pro toto anno, quia integer annus requiritur, cùm † commoditas percipiendorum fructuum consistat in anno integro; in † prædio verò vrbano fructus cōsistit in ipsa habitatione, & sic pro rata temporis. Alex. *consil. 28 in fine, vol. 4.* Ruin. *cons. 62. n. 9. vol. 1.* Socin. *consil. 17. num. 1. vol. 3.* Beroi. *consil. 152. num. 12. vol. 1. & cons. 193. n. 26.* Surdus *decis. 33 num. 11.* 154 155 156

In † testamento fuit relictus vsusfructus quarumdam domorum alicui durante sua vita. iste voluit locare, quæsitum fuit an posset. 157

Respondeo quòd sic, ex *l. arboribus 13. §. vsufructuarius, ff. de vsufruct. l. si quis domum, §. 1. ff. locati, & §. 1. Inst. de vsu & habita.* Vincēt. Carroc. *de locat. & conduct. quæst. 1.* alios hanc sententiam tenentes refert Ioan. del Castillo Sotomaior *controu. quotid. de vsufruct. tom. 1. quæst. 69. num. 26.*

Sed hic alia quæstio moueri poterit, & est hæc, † an casu quo vsufructuarius locauerit domum, & eam æquali pretio proprietarius illius retinere velit, possit. 158

Respondeo quòd non, ex *l. arboribus 13. §. 1. ff. de vsufruct.* vbi indistinctè conceditur vsufructuario facultas locādi vsumfructum, nec adstringitur proprietario magis quàm alij, *l. cui vsusfructus 74. ff. de vsufruct.* maximè, quia

159 quia † in venditione vsusfructus non datur retractus, neque prælatio, iuxta plurimorum sententiam traditam ex mente multorum, & relatam à Castillo Sotomaior *controuersiarum quotidianarum de vsufruct. tom. 1. cap. 74. à num. 18.* & sic proprietarius non poterit inuito vsufructuario rem (in qua consistit vsusfructus) alteri locatam retinere.

160 An † officialibus Regiis liceat conducere res subiectorum ad suum seruitium & commoditatem.

Respondeo quòd sic, soluta tamen mercede, vel pretio locationis, dummodo in contractu non interueniat extorsio aliqua. ita tradit Calic. *in extrauag. curiarum cap. 7. prærogatiua 210.* & non solùm à voluntariè locantibus, verùm etiam ipsis contradicentibus.

161 nam † quotiescumque officialis Regius indiger aliqua domo ad suam habitationem, potest eam si solita est locari, & dominus ad suam habitationem ea non indigeat, soluto pretio sibi assumere, quod probat Calic. ex *l. si verberatum ff. de rei vindic. l. Lucius, ff. de euictio.* & ex aliis fundamentis per eû ibi relatis.

162 Quæri potest, † si conductor in re conducta expensas fecerit, an & quomodo eas recuperare poterit, & an pro eis retentionem habeat.

Respondeo quòd talis conductor non potest expelli, sed retinebit rem, iuxta tradita per Socin. *consil. 15. num. 20. vol. 1.* quia de iure

163 communi † colonus repetit expensas vtiles, quas fecit in re conducta, etiam extra domini voluntatem, dummodo non sint excessiuæ, iuxta tradita per Ias. *in l. 1. num. 25. C. de iure emphyteut.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 7. gloss. 1. num. 6.* de iure verò Caroloniæ contrarium seruatur, teste Cancer. *tom. 3. variar. cap. 6. num. 83.* declarando Vsaticum *si quis in alieno solo, num. 84.* attestatur, argumento de-

164 sumpto à contrario sensu, vt † tunc habeat locum repetitio expensarum, quando conductor non derelinquit domum absolutè ante tempus, quia si ante tempus sine iusta causa domum derelinquat, tenetur ad integram pensionem soluendam, & ad interesse, ex *l. dominus, § fin. ff. locat.* & ex dispositione dicti Vsatici expensas vtiles, quas fecit, amittit, vt latiùs per Cancer. *num. 84.* secus verò, si iustas causas habeat, vt per Cancer. *dicto loco.*

Quidam religiosus ex Benedictina Congregatione, vulgò dicta *dels Claustrals*, quæ-

165 siuit à me, † an valeret quoddam arrendamentum factum de sua præbenda cum decreto Abbatis, ita vt se nouum successorem ligatet ad hoc vt teneretur stare locationi prædicti sui prædecessoris.

Respondi quòd non, nam licèt verum sit

166 quòd † contractus factus à subdito cum decreto superioris ligat successorem, ex text. *in cap. præterea, de censibus.* hoc locum habet, quando decretum superioris interponitur cum causæ cognitione, vt declarat Calderic. *consil. 7. in fine, tit. de locat.* quia decretum debet interponi ex causa rationabili; secus verò quando decretum interponitur simpliciter & de plano, tunc † enim decretum non 167
dicitur legitimè interpositum, & per consequens non debuit ligare monachum nouum in locatione facta à suo prædecessore cum decreto sui Abbatis, iuxta tradita per Ancharan. *consil. 116. num. 5. vers. expedit.* Hostiens. *in cap. fin. vers. fine causa, ne prælati vices suas.* Chaldas Pereira, quos refert, *de empt. & vend. cap. 26. num. 9.*

Quæri etiam potest, † an tutores, vel cu- 168
ratores dum administrant bona pupilli, si ea locauerint, finita tutela, vel cura maiores facti teneantur stare prædictæ locationi.

Respondeo quòd † si locatio vtilis erat 169
pupillo, tenetur stare locationi, ex *l. si tutela, ff. de administr. tut.* Bart. & communiter DD. *in l. si filio, § si vir, ff. solut matrim* Socin. *consil. 32. num. 8. vol. 1.* Pinel. *de bon. matern.* Si tamen talis locatio esset damnosa ipsi pupillo facto maiori, tunc absque vllo dubio talis contractus rescinderetur ob læsionem ipsius, vt notant supracitati auctores *in locis alleg.* Chaldas Pereira *de empt. cap. 26. num. 19 in fine.* & hæc est tenenda resolutio.

Sed quæri potest, † an maiorales confra- 170
triæ fartorum præsentis ciuitatis possint locare domos quasdam quæ in vim legati peruenerunt ad dictam confratriam, ita vt noui maiorales non possint recedere à dicta locatione.

Respondi quòd non, quia † maiorales 171
prædicti habentur ad instar administratorum hospitalis & tutorum, iuxta *Clementinam quia contingit, § vt autem permissa, de relig. domib. l. Orphanotrophos, C. de Episc. & cler.* & sic quemadmodum minores maiores facti tenentur stare locationi factæ per tutores, seu curatores, vt suprà dictum est, ita & † maio- 172
rales prædicti successores debent stare locationi suorum prędecessorum, & sic tenet Socin *consil. 32. vol. 2.* & Couarr. *lib. 2. variarum, cap. 15.* asserentes prædicti quòd locatio facta ab administratoribus hospitalium pro alendis pauperibus ligat administratores futuros.

Quæri potest, † an si Capitulum Sede va- 173
cante locaret aliquos fructus mensæ Episcopalis, Episcopus nouiter prouisus teneatur stare tali locationi. Paul. *consil. 2. num. 8. vol. 1.* fuit in opinione quòd Episcopus non teneatur stare tali locationi. Contrarium verò respondet Chaldas Pereira *de empt. & vendit. cap. 26.*

174 *cap.26.num.*14. dicens † Episcopum teneri ab obseruantiam talis contractus,ex opinione Antonij *in cap fin. ne prælati*, *num*.8. & ex Anani. *num*.8 reprehēdens sententiam dicti
175 Pauli,cōfirmans suam,ex eo quòd†Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in administratione temporalium & spiritualium, ex Panorm. *in cap. cum olim*, *col.2.vers.ex quibus,de maior.& obed.* Pauin.*de potestate Capituli Sede vacant.*1.*part.quæst.*1.*num.*6.*&* 10.confirmat ex *cap.sæpe, de elect.in* 6. vbi sancitum est
176 † Capitulum Sede vacante posse expendere bona in vtilitatem Ecclesiæ: si igitur expendere potest,multo magis locare.
177 Quæro † an aliquis sit casus in quo conductor non possit à nouo successore expelli à re conducta.

Respondeo quòd sic, nempe quando pro obligatione & securitate ipsius locationis
178 hypothecauit eandem rem, quia † re ipsa hypothecata pro obseruantia ipsius locationis, non poterit nouus adquisitor ipsius rei locatæ ipsum conductorem expellere, quia hypotheca illa impedit non solùm expulsionem,sed etiā & alienationem illius, & adeò recepta est hæc sententia quòd in eius sequelam cōnumeret infinitos auctores hanc tenentes Chaldas Pereira *de empt. & vendit. cap.26.num.*35.*per totum*. & secundùm hanc resolutionem fuit declaratum in hoc Senatu die 8.Iunij 1608 in causa Ioannis Viues drogueti, contra Paulum Moles, & idem die 10.Aprilis 1603.facto verbo per adm Reuerendum Cancellarium in causa verbali intra Ioannem Pineda de Sarria, viduam Poll. vbi *num*.38.asserit cum infinitis aliis Doctoribus
179 quòd†emens à fisco nō potest expellere cō-
180 ductorem,sicuti†nec ipse fiscus posset.quod est notabile contra aliquem,quem vidi asserentem omnia posse fiscum, quod credo ipsum hoc dicere ore, & aliud interiùs credere, sed solùm vt ipse tanquam magnus fisci Aduocatus haberetur, cùm reuera domino nostro Christianissimo Regi magis plaudeat quòd iustitia ministretur,quàm coloratos effectus demonstrari.
181 Quæri etiam potest, † si aliquis districtu curiæ emat rem venditam, an talis emptor possit conductorem à re conducta expellere.

Respondeo quòd non, quia talis emptor dicitur necessarius successor, iuxta tradita per Ias. *in l.diuortio*, *num*.35.*ff.solut. matrim.* Pinel. *in l.2.C.de rescindend.vend.*1.*part.cap*.3.
182 *num*.36. vbi attestatur † creditorem auctoritate iudicis possidentem, vel missum in possessionem bonorum, non posse rescindere locationem à debitore antea factam, licèt probare possit læsum fuisse debitorem vltra dimidium iusti pretij, per gloss. *in l.in venditione*,§.1.*verbo etiam si minoris*, *ff.de bonis auct. iud.possid.*

Quæritur, † an mulier mortuo viro recuperans dotem suam, si ea consistat in bonis immobilibus, veluti in domibus, vel in prædiis, siue rusticis, siue vrbanis,si maritus constante matrimonio locauit, an talis conductor possit à muliere non finito tempore expelli. 183

Respondent aliqui quòd non in prædiis rusticis, quia † mulier hoc casu dicitur necessaria successor. *l.si filio*, §.*si vir,ff solut.matrim.* & *ibi* communiter scribentes. Socin. *consil.*125.*vol.*1.*num*.1. Dueñas *in regula* 240. *limit*.5. quia dicunt quòd locatio censetur facta de consensu mulieris, & sic † intra annum quo integrè fructus perceperit,non poterit à muliere expelli; in prædiis verò vrbanis poterit expellere inquilinos. Ego verò in alia sum opinione, quòd † solùm pro rata temporis tenebitur mulier stare locationi, pro qua locationis pretium fuit solutum in vrbanis prædiis; ab hinc verò non, quia, vt attestatur Couarr.*lib.2.variar cap.*15.*à num*.5. maritus † nomine suo constante matrimonio locationem rerum dotalium censetur facere, non verò nomine vxoris, quia ad illum nomine suo proprio spectat administratio bonorum dotalium, absque mulieris interuentu & scientia,iuxta text. *in l. doce ancillam*, *C.de rei vindic.* facit *l.magis,ff.de solut.* In prædiis verò rusticis cùm ad perceptionem fructuum integram requiratur, tenebitur mulier stare toto anno quousque fructus sint percepti. & in hac sententia est Alex.*in l.si filio*, *ff solut.matrim.* vt mulier pro anno cœpto teneatur stare locationi, non verò pro aliis. Locatio † enim rerum dotalium inter fructus dotales connumeratur. *l. cùm antiquitas*, *C.de vsufr.* soluto autem matrimonio fructus rerum dotalium ad ipsam viduam pertinent: in † campo verò Tarraconæ cùm ex inconcussa consuetudine illius mulieres participent cum maritis de lucris,per eos constante matrimonio factis, iuxta tradita per Cancer. 3.*tom.variar.cap.*7.*de pact.num*.168.& sic constante matrimonio æqualiter contrahere dicatur. proculdubio existimo † mulieres in dicto campo Tarraconæ, vbi admittuntur ad dicta lucra æqualiter, contrahere tacitè vnà cum maritis, & sic mulieres ibi tenebuntur obseruare locationes maritorum, nec poterunt conductores à maritis immissos expellere, vt respectu similis obseruantiæ in Regno Portugaliæ attestatur Chaldas Pereira *de empt. & vendit. cap*.26. *num*.46.
184
185
186
187
188
189
190

Quidam † vsufructuarius locauerat fundum quendā,in quo habebat vsumfructum, 191
cuidam

cuidam ad quinquennium, & in contractu locationis se obligauerat facere valere dictũ arrendamentum, seu locationem pro toto dicto tempore. decessit vsufructuarius proprietate consolidata cum vsufructu, seu, vt veriùs loquar, vsufructu consolidato cum proprietate. proprietarius expulit à fundo ipsum colonum, colonus voluit agere aduersùs hæredes vsufructuarij, petendo ab eis quantum existimabat sibi interesse locationem durare ad quinquennium. quæsitum

192 fuit, † an hæredes vsufructuarij remanerent obligati.

Respondi quòd attento ex instrumento conductionis constabat vsufructuarium arrendasse dictum fundum sub nomine expresso vsufructuatij, non remanere eius hæredes obligatos ad soluendum interesse, quia

193 etiam si viueret ipse vsufructuarius, † locator non remansisset obligatus, quoties sub nomine vsufructuarij contractum fecisset, & morte sua secuta tempus quinquennij non adimpleretur, secundùm relata à Molin. *de Hispan. primo. lib. 1. cap. 21. n. 8. & 11.* Alber. & Bald. *in lectura antiq. in l. si quis domum, §. 1. ff. locat.* tenebitur tamen ipsius locatoris hæres si pretium sit anticipatè solutum, restituere, ex *l. emptorem, § fin. ff. de act. empt.*

194 Locatio † facta fuit de exigendis certis iuribus alicui ad certum tempus sub certo pretio, sub pacto quòd singulis annis soluenda sit certa quantitas. Euenit quòd aliquo anno ex prædictis iura illa non fuerunt recu-

195 perata ab arrendatore. quæsitũ fuit, † an pro illis annis, esset facienda remissio dicti pretij.

Respondeo quòd licèt vnica locatio certo pretio pro tot annis censeatur facta, tamẽ quia illud pretium in aceruo certam summam capiendo fuit distributũ & diuisũ singulis annis

196 certo pretio statuto vnoquoque anno, † remissio pensionis erit fienda pro illo anno, quo non fuerunt iura, seu impositiones prædictæ. *l. qui insulam, §. ædiles, l. si fundus, ff. locat.* Pereira *de empt. & vend. cap. 26 num. 62.*

197 Pater † quidam locauit tanquam legitimus administrator bonorum ipsius filij quasdam domos, in quibus ipse pater habebat vsumfructum. decessit ipse pater, & finitus fuit vsusfructus. quæsitum fuit, an filius teneretur stare locationi factæ per patrem.

198 Respondi quòd non, quia † pater suo nomine censetur locasse, & non nomine filij, & sic finita causa locationis debet finiri & locatio, argum *l. lex vectigali, ff. de pign.* vbi fini-

199 to † iure dantis resoluitur ius accipientis, vt latè notat Pinellus *in l. 1. C. de bonis maternis, 3. part. num. 72.*

200 Sed quæri potest, † quid facere teneatur conductor, quando domum conductam deserere vult? hoc tanquam notabile tradit Cancer *lib. 3. variarum cap. 6. de adquirend. rerum domin.* ex quo respondeo referendo hîc quæ ibi tradit, nempe quòd † debet migra- 201
tionem notificare domino domus, & claues ei consignare, vt ex Curtio iunior. & aliis notat Padilla *in l. cùm proponas, num. 13. C. de transact.* Caccialup. *in l. diem functo, ff. de off. assessor.* Ripa *de priuileg. contract. causa pestis, num. 23.* Et † si dominus domus eas accipere 202
nolit, debet eas deponere, vt notat Bossi. *in tractat. cauf. crimin. tit. de remiss. merced. conduct. num. 52.* Cattoc. *de locat. tit. de remiss. num. 47. & 51.* vbi attestatur quòd † solent claues 203
deponi in posse curiæ Magnifici Regentis Vicar. Barcinon. & intimatur depositum clauium domino domus, & eo absente notificando depositum amicis & affinibus, quamuis tutius attestatur Cancer esse quòd † no- 204
tificatio dicti depositi fiat in domo solitæ habitationis ipsius locatoris, si solitus erat habere intra ciuitatẽ, aliàs amicis & affinibus.

Locauit † quidam quasdam domos, re- 205
tento tamen quòd liceret eas ad proprium vsum, quoties oportuerit, recuperare. quæritur, an ad hoc vt conductor expellatur, requiratur expressa necessitas locatoris, an verò sufficiat voluntarius vsus.

Respondeo quòd † non sufficit volunta- 206
rius vsus, sed debet esse regulatus ad necessitatem, prout declarat Antonius Gomez *lib. 2. variarum cap. 3. num 6. vers. item quando locator proprijs vsibus.* quia dicit, quòd † ad 207
hoc vt ad proprios vsus possit rem retinere, requiritur quòd causa superueniat; secus verò si erat tempore contractus, argument. text. (quem notabilem appellat Gomez *ibi,*) *in l. si is à quo, § fin. cum l. seq. ff. vt in possess. legat.* gloss. ordinaria *in l. æde, C. de locat. & conduct.* & ibi communiter DD Si autem nuda voluntas consideraretur, certum est non posse dici hanc superuenisse, quia iam inerat tempore celebrati contractus. faciunt plura notata per dictum Gomez *vbi suprà.*

Quæri potest, † an si quis sciebat rem ad tempus esse locatam, & eam emerit, teneatur stare locationi.

Respondeo quòd sic, & sic † agens ad ex- 208
pulsionem conductoris repellitur actione de dolo, propter scientiam quam habebat, ex notatis per Imol. *in l. si filio, col. 2. vers. circa primum, ff. solut. matrim.* Natta *cons. 426. n. 16.* Cephal. *cons. 718. n. 12. & seq.* Surd. *dec. 135 n. 22.*

Cùm suprà dictum sit quòd † conductor 209
nõ possit expelli à re conducta durante tempore conductionis, si res fuit specialiter pro securitate cõtractus locationis hypothecata, quæri potest, an detur alius casus in quo particularis successor teneatur stare locationi.

210 Respondeo quòd sic,† licèt non adsit hy-
potheca si in contractu locationis interuene-
211 rit iuramentum, quia † si in contractu loca-
tionis pro illius obseruãtia iuramentũ appo-
natur, perinde est ac si hypotheca fuerit ap-
212 posita,quia † iuramentum habet vim specia-
lis hypothecæ,iuxta doctrinam Bald.& Sali-
cet *in l.1.C.commod.* Seraph *priuil.70.n.1.*Sur-
dus *d.decis.135.n.13.* & iuxta hanc sententiã
fuit declaratum in Regia audiẽtia, referente
Magnifico Narciso Paulo Regas insequendo
conclusionem factam in causa reclamationis
in Curia Regẽtis Vicar.Barcin.die 13.Ianuar.
1598.in causa Francisci Roca tabernarij con-
tra Galurandum Sabata etiam tabernerium.

Euenit quòd Ioannes Ruis sartor locaue-
rat quandam domum à quodam milite præ-
sentis ciuitatis ad certum tempus, & causa
matris ipsius militis locatio nõ habuit statim
effectum. euenit quòd mater decessit, & ea
mortua ipse miles voluit compellere dictum
Ruis vt staret locationi. à me fuit quæsitum,
an dictus Ruis compelli possit ad habitan-
dum in dicta domo,& stare locationi prædi-
ctæ lapso iam principio contractus.

213 Respondi quòd non,quia † ipsi militi ob-
stabat exceptio,tu non adimpleuisti à princi-
pio contractum, iuxta tradita per Crauet.
cons.196.n.22.& cons.246.n.1. Rimin.*in l.cùm
proponas, C. de pact.* & licèt miles allegaret à
principio non stetisse per eum quin locatio
effectũ haberet,sed per eius matrem,& quòd
nunc paratus erat contractum adimplere,di-
214 xi non teneri dictũ Ruis,quia † oblatio dicti
militis eo tempore nullius erat consideratio-
nis, iuxta notata per Crauet. *cons.248.ad fin.*
Paul.de Castr.*cons.70.lib.1.*Surd.*dec.265.n.38.*
215 Quæri vlteriùs potest, † si cui relictus sit
vsusfructus alicuius domus, an talis vsufru-
ctuarius teneatur stare locationi factæ per
testatorem.

Respondeo quòd talis vsufructuarius non
tenetur stare locationi prædictæ, imò potest
conductorem à tali domo expellere,per text.
in l.emptorem, C.de locat. & conduct. & confir-
mant ex *l arbores 66.§.1.de vsufruct.*Tiraquel.
de retract.conuent.§.3.gl.1. & vnic.n.13.& seq.
Gomez *2.tom. var. cap. de locatio. num.9.* vide
quæ ad latiorem commentationem tradit
Ioan.del Castillo Sotomaior *controuers. quoti-
dian.de vsufruct.tom.1.q.73.*Capella Tolosan.
decis.421. Guid.Pap.*dec.480.*Surdus *dec.269.*
216 Quæri etiam vlteriùs potest, † an & quo-
modo fiat remissio mercedis locationis co-
lono propter sterilitatem.

Respondeo quoad primum caput affir-
217 matinè,videlicet † fieri remissionem colono
propter sterilitatem. *cap.propter sterilitatem,de
locat.l.si vno,ff.eod.tit.l.ex cõducto,§.si merces,&
§ vis maior,ff.loc.*& in hoc nulla est inter DD.
discrepantia. difficultas verò est, † quid re- 218
quiratur vt remissio fieri debeat? In hoc est
controuersia opinionum Doctorũ in se diffi-
dentium, vt constat ex his quæ communiter
tradunt scribentes in iuribus suprà allegatis,
& faciunt tradita per Couar.*pract.quæst.c.30.
per tot.* ex quibus omnibus resolutiuè dicitur
ex traditis per Couarr.quòd tunc dicitur ve-
rè sterilitatem contigisse, quando colonus
tam paucos collegit fructus,qui deductis ex-
pensis non sufficiant ad soluendũ dimidium
pretium arrendamenti, quod vnico verbo
declarat Couarr.dicens,quòd † tunc dicitur 219
sterilitas quando colonus non colligit dimi-
diam partem fructuum, qui ex eo fundo
colligi soliti erant,ex gloss.*in l.si vno,in princ.
ff.locat.* Alex. *cons.3. & cons.107 n.15.*& dato
quòd adesset difficultas iudicandi, † an in- 220
teruenerit sterilitas,nécne? Optima erit cau-
tela ipsius coloni vt liberetur à solutione
pensionis quòd offerat domino fundi omnes
fructus quos illo anno percepit offerre, quia
oblatis dictis fructibus debet fieri remissio
pensionis,ex relatis per Couarr.*d.cap.30.pra-
ctic.quæst n.2.vers.ex qua palàm.*

Sed † quomodo sterilitas erit probanda 221
valde controuersa fuit hæc materia inter
scribentes,iuxta tradita per Mascard.*de prob.
concl.1339.in princ.*qui in numeris seqq. refert
opiniones scribentium, hanc materiam refe-
rens ipse *n.7.* quòd † quando agitur de pro- 222
banda sterilitate ad hoc vt fiat remissio pretij
locationis, arbitrio iudicis relinquatur, qui
attenta perceptione fructuum valore ipsorũ
& pretio loguerij iudicet, an sit locus remis-
sioni locationis, iuxta id quod sibi æquum
videbitur, arg.*l.1.ff.de iur.delib.cap.de causis,de
off.deleg.*&†hæc remissio non solùm in longa 223
locatione, sed etiam in modica locum habe-
bit,iuxta tradita per Cyn.Petr.& Bald.*in l.1.
C.de iure emph.* Imol. *in c.potuit,in gl.pen.de loc.*
Angel.*in § quia verò leonis,in auth.de non alien.*
quos referendo sequitur Bero.*cons.131.lib.1.*

Quidam† expellit à domo sua inquilinũ, 224
eo motiuo quòd domum volebat pro sua
congrua habitatione. quæsitum fuit,quando
ipse postea non habitauit, an inquilinus pos-
sit agere contra dominum locatorem.

Respondi quòd prædicto casu† potest in- 225
quilinus agere cõtra dominum ad interesse,
iuxta notata per ordinarios scribentes *in l.si
quis domum, ff.loc.* quia ex quo ipse dominus
non habitauit eam, aut parui temporis,cen-
setur in fraudẽ fecisse,iuxta tradita per Bart.
& DD.*in l.sicut,§.supernacuum,ff.quib.mod pig.
vel hypoth.contrahatur, l.si in lege, § colonus,l.si
merces, § si vicinæ,ff locat.* plures auctores re-
fert Vrsi.*decis.264.n.7.*

Quidam

226 Quidam † desiderans expellere inquilinum à domo quam sibi locatam habebat ad quinquennium, à domo illum expulit, eo prætextu quòd volebat domum reficere, & sub hac lege eum expulit. refecta domo inquilinus desiderabat eam habitare. quæsitum
227 fuit, an † ipse posset compellere dominum, vt pateretur eum habitare pro residuo quinquennij locati.

Respondi quòd sic, motus ex doctrina glossæ singularis *in l. si duo, §. si inquilinus, verb. dominum, ff. vti possidet.* quam singularem appellat Rom. *sing.* 235. Cremen. *sing.* 72. & plures quos congessit Hippol. *in l. 2. n. 23. C. de rapt. virgin.*

228 Quæri potest, † quando locatio dicatur facta ad longum tempus.

Respondeo quòd de iure communi locatio quæ fit ad decem annos, dicitur ad longum tempus facta, ex Bart. *in l. 1. § quod autem, n. 1. ff. de superfic.* ita attestatur communis Canonistarum scribentium schola *in c. 1. post gl. verb. ad modicũ tempus, de reb. Eccl. non alien.* In Catalonia variam cõsuetudinem esse circa tempus metiendum dictæ consuetudinis attestatur Socar. *in comm. Petri Alber. cap cautum, n. 27. pag.* 552. Solson. *in lucern. laud. prælud.* 4 *n. 27. & 28.* & Socar. *vbi supra*, attestan-
229 tur quòd † frequentiùs in Catalonia receptum est quòd locatio quæ excedit quinque annos, dicatur alienatio, quod puto fundari ex traditis per gloss. & DD. *in Clement. 1. de*
230 *reb. Eccles. non alien.* vbi ait, quòd † locatio facta in vno instrumento pro duobus quinquenniis, ita vt finito vno sequatur aliud quinquennium, species est alienationis. Lapus *alleg.* 12. Anchar. *cons.* 57. *n.* 2.

231 Solent † fructus & annuæ Domini Regis exactiones locari in publica subhastatione ad triennium iussu adm. Illustr. Baiuli generalis ad instantiam Receptoris Baiuliæ generalis. Euenit quòd dictus Receptor, aut obliuione, aut ex alia causa non curauit ordinare quòd arrendarent fructus qui percipiuntur in termino de Agramunt, finitúmque fuit tempus primi arrendamenti: arrendator autem prosecutus fuit secundum arrendamentum per spatium nouem mensium, & postea prætendebat ipse quòd nõ poterat subhastatio fieri, quia ipse relocauerat, quæsitũ fuit quid iuris.

232 Respondi quòd † licèt recõductio inducatur secundùm naturam primæ conductionis, etiam in rebus fiscalibus, & Ecclesiæ, & pupillorum, si scientia interueniat Decurionum, Prælatorum & administratorum, iuxta ea quæ notant Bald. Bart. Paul. & communiter DD. *in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat.* tamen attento quòd modicum tempus dicti triennij lapsum erat, nempe nouem mẽsium, non poterat dici reconductionẽ pro sequenti triennio interuenisse, iuxta tradita per Bald. *in d. l. item quæritur, §. fin.* Afflict. *decis.* 365. *n.* 14. quia cùm † modicũ tempus iudicetur ex iu- 233
dicis arbitrio *in d. §. fin. n.* 12. clarum est respectu triennij modicum tempus dici spatium nouem mensium.

Ponamus † quòd religiosi monasterij de 234
Montserrato de suis terris, honoribus & possessionibus sunt liberi & exempti à solutione decimarum. arrẽdauit dictum monasterium quãdam proprietatem cuidam colono. quæsitum fuit, † an talis colonus teneatur sol- 235
uere decimam de fundo conducto.

Respondi quòd sic, quia obligatio solutionis decimarum est realis, iuxta tradita per Vincent. de Franch *decis.* 108. *n.* 11. & sic possessorem sequitur, vt ibidem *n.* 17. Caccialup. *in tract. de pensio. q.* 17. Guid Pap. *decis.* 207. vbi Ranchin. *in addition.* reddit rationem, dicens, quòd † exemptio soluendi decimas est pri- 236
uilegium personale religiosis concessum, & sic † debet cessare vbi personæ religiosorum 237
non considerantur, prout in casu prędicto, ex *l. athletas, §. 1. ff. de excus. tut.* quod fortiùs confirmat Alex. Moneta *in tract. de decim. cap.* 4. *n.* 63. vbi cùm præcedẽtibus numeris dixisset de exemptione religiosorũ † circa solutionẽ 238
decimarum, attestatur secus esse de conductis, confirmans suum dictum ex *cap. dilecti, de decim.* & ibi gloss. *verbo, laborum.* Rebuff. *in tract. de decim. q.* 14. *n.* 52. faciunt tradita per Carroc. *de locat. mihi pag.* 216 *num.* 19.

Titius cùm locasset ad certum tempus fundum suum, nubens filiam suam fundum in dotẽ dedit. Euenit quòd voluit expellere colonum ipse gener, fuit quęsitũ, † an liceret 239
genero expellere colonum à fundo cõducto.

Respondi quòd poterat illum expellere, quia cùm sit particularis successor, non tenetur stare locationi factæ per socerum, & in hac sententia est Couar. *var. resol. lib. 2. cap.* 15. *num.* 5. nisi tempore quo fuit dos constituta, sciebat locationem factam, quia si sciebat & pretium recepit, censetur approbasse pro illo anno, iuxta tradita per gloss. *in l. diuortio*, aliàs *fructus* 7. & *ibi gloss. in §. Papinianus, verb. sequantur, in fin. ff. sol. matr.* Molin. Theol. *de iust. & iur. tract. 2. disp.* 492. *vers. quo verò ad maritũ.*

Quidam † agricola locauit quendam fun- 240
dum iuxta villam de Caldes ferè ad mediam leucam, tempore quo latrones iam persequebantur gentes & plagia committebant. ipse timoratus ne in eum inuaderent, desiderabat à locationis contractu recedere. quæsiuit à me, an sibi liceret.

Respondi quòd non, quia † tempore con- 241
tractus iam imminebat periculũ, neq; plagia de nouo emerserant post contractum. quod

secus esset si tempore conductionis latrones & grassatores non essent. ita confirmatur ex traditis per Aluar. Valasc. *de iure emphyteut. quæst.* 27. *num.* 18. qui prædicta confirmat ex gloss. *in l.habitatores*, §.*vlt. verbo verè.ff.locat.* plura alia tradit Molina Theolog. *de iustit.& iur.tract.*2.*disp.*493.*à princip.*

242 Ratione† pragmaticę, vulgò dictę *de la prohibitio del port de pedronyals*, qua in Catalonia pecuniaria pœna inflicta est, fuit decreta executio in bonis N. Regual, agricolæ, non recordor cuius parochiæ, & fuit vendita hæreditas. quæsitum fuit, † an locatio per eum

243 facta de dicta domo antequam esset captus, valeret, & an colonus posset ab ea expelli.

Respondi conductionem illam non teneri, quia cùm hæreditas illa ad fisci instantiam pro recuperanda pœna quingentorum ducatorum fuisset vendita, emens ad fisci instantiam in eius locum succedebat, & sic non tenebatur stare tali locationi. *l.si fundus, ff.locat.* Anton. Gomez 2. *tom. variarum, cap.* 3. *num.* 10. Molin. Theolog. *de iustit. & iure, tractat.*2. *disput.* 491. quod secus

244 esset† si fiscus vniuersaliter succederet in bonis, quia si successisset titulo vniuersali, tunc teneretur stare, vt colligitur ex *l.*2.*C.de vi publica.* & faciunt tradita à d. Molina *disp.*489.

245 Quæritur vlteriùs,† an conductor teneatur reficere damna quæ fortuitò obuenerunt in domo conducta, veluti si domus fuit combusta.

246 Respondeo quòd† cùm de iure præsumatur incendium euenisse culpa habitantium. *l.*3.§.1.*ff.de off.præfect.vigil.* & expresè in materia conductionis, *l.qui insulam*, § *fin.l.ex conducto* § *fin.ff.locat.* quo præsupposito,

247 Respondeo quòd† si incendium est commissum dolo, lata culpa, vel leui, tunc conductor tenetur. ita tenet Carroc. *in tractat. de locat. & conduct. tit. de incend. mihi pag.*182. *num.*11. vbi de leuissima culpa conductorem non teneri resoluit, nisi fecisset aliquid positiuè, ex quo damnum fuit secutum, prout declarat Carroc. *dicto loco, num.*12. di-

248 cens quòd† tunc leuissima culpa consideratur, veluti quando locator iussisset ignem immitti in loco periculoso, qui postea fuerit causa incendij. *l.videamus*, § *fin ff.de neg.gest.* Salicet. *in l.qua fortuitis,ff.loc.n.*9. Sed ferè tota huius dubitationis resolutio dependet ex iudicis arbitrio, & probationibus in processu factis, iuxta tradita per Carroc. *vbi supr.n.*14.

249 Dubium euenit circa itinerantes,† an casu quo in hospitio habitauerint, ea quæ inuecta per eos fuerunt in hospitio, censeãtur tacitè hypothecata pro habitatione & victu.

Respondeo quòd hospites habentur ad instar conductoris, & sic omnia quæ inuehũt in hospitium, censentur† tacitè hypothecata 250 pro conductionis pretio, & mercede, etiam si habitatio sit momentanea. Bald. *in l.certi iuris,C.locat.num.*5. Rauen. *sing.*71. Alex. *in l.diuortio*, §.*quod in anno, circa fin. ff solut.matrim.* Carroc. *de loc.& conduct.*5 *p q.*18.*n.*2.

Quæri etiam vlteriùs potest, † quando 251 dominus conductor teneatur de damno dato per famulum, veluti de incendio per famulum causato.

Respondeo quòd absolutè conductor domus non tenetur locatori ad emendã damni occasione incendij immissi in domum conductam occasione famuli, nisi dominus fuerit in lata, vel leui culpa, vel si famulus deliquerit in officio ad quod per dominum fuit præpositus, veluti in coquina, vel stabulo, iuxta tradita per Roland. *cons.*95.*n.*11. *ad fin. & 12. vsque ad* 27. Menoch. *de arbitr.lib.*2.*casu* 300 *n.*19. &† licèt in instrumento locationis 252 fuerit expresè pactatum quòd domus non restituetur deteriorata, cùm hoc pactum iam in contractu locationis insit de iure, expressio illius nil de nouo addidit substantiæ contractus, & sic dicit Farinac *cons.*63.*n.*2. quòd tale pactum non obligat magis, sed efficaciùs, & sic pacta apposita expresè quæ iam insunt contractui ex sui natura si exprimantur, nil de nouo addunt, & sic iuxta hanc resolutionem fuisse in Rota Romana decisum refert Farinac. *dicto cons.*

Quæri etiam potest, † an colonus possit 253 cogi à domino fundi vt ei vendat fructus quos collegit in fundo conducto.

Respondeo quòd sic, dummodo dominus soluat colono iustum pretium, secundùm Bart. *in l.*1.*C.de metal.lib.*10. quem sequuntur Ias. *in l.vlt.n.*11. *de iure emphyt.* Roman. *in l.*2. *n.*7 *ff.solut.matrim.* id est, quòd † dominus det 254 quantum pretium ab alio reperiatur, licèt excedat iustum. *l.vlt.C.de iure emphyt.* vbi Salicet. & Ias. Oldrad. *cons.*34. dummodo non excedat dimidium iusti valoris, prout attestatur Couarr. *lib.*3.*var.cap* 14 *n.*16. & quòd non sufficiat offerre maius pretiũ, sed quòd pecunia numerata debet interuenire, tenet Fabian. de Monte *de empt.& vend.q.*3.*n* 4.1.*p. tom.*6. refert Don Garcia Mestrillo *decis. Rota Marchiæ* 77.*num.*6.& 7.

Quæri etiam vlteriùs potest, † an condu- 255 ctores fundorum teneant soluere taleas, siue impositiones appositas pro vniuersitate.

Respondi quòd talia onera & taleas soluere spectat ad locatorem, non verò conductorem, ex traditis per DD. *in l.si penus, in fin. C. de agric. & censi.* quia conductores propriè non possident, iuxta tradita per Rim. *consil.*31. *n.*31.& 57. Socin. *cons.*119.*n.*9.*vol.*1. Ias. *in l. fructus,n* 14 *ff solut.matrim. & in l.*1.*n.*30.*C.de*

iure

iure emph. & *ibi* Bald. *col. 1. versf. sextò.* Vincent. de Franch. *decis.* 107. *n.* 2. facit text. *in §. nullus, in auth. de collatoribus, in fine*, & ex *l. si penus. C. de agric. & censit. lib.* 11.

256 Quæsitum fuit, † an si colonus in instrumento arrendamenti se obliget simpliciter ad plantandas certas arbores, possit postea repetere expensas, videlicet an intelligatur obligatus de solis arboribus, an verò de expensis factis in plantatione? respondi talem colonum remanere obligatum de plantandis dictis arboribus suis sumptibus; secus verò si se obligasset de faciendis aliquibus meliorationibus, quia hoc pacto adiecto poterit expensas repetere, ita tenet Pinel. *in l. 2. parte 2. num.* 10. *C. de rescindend. vend.* Alciat. *consil.* 60 *n* 5. *lib.* 2. Borgni. *decis.* 32. *n.* 48. *p.* 2.

257 Vlteriùs quæri potest, † an si alicui fuerit legata habitatio alicuius domus, talis legatarius possit eam alteri locare.

Respondeo cum distinctione, nempe attendendum esse modum & verba, quibus legatū erat relictum. nam si legatum fuerit sic factū: Lego habitationē talis legatarius poterit habitationem alteri concedere, & eam locare. *l. cùm antiquitas. C. de vsufruct.* Picard. *Instit. de vsu & habitat num.* 1. 2. & 3. Afflict.

258 *decis.* 401. *num.* 2. Si † autem legatum ita relinquatur: Lego facultatem habitandi, vel commoditatem. tunc non poterit talis le-

259 gatarius eam alteri locare; quia † tunc censetur testatorem ad solam personam legatarij prospexisse. ita Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 4 *num.* 9. faciunt tradita per Conan. *lib.* 4. *commentar. iuris ciuilis. cap.* 5. *num.* 6. Sotom. *controuersia. quotidiana. de vsufruct. tom.* 1. *cap* 28. *num.* 26.

260 Quidam † minor existens sub potestate curatorum locauit quandam domum inscio eius curatore pretio legitimo. conductor volebat postea à contractu recedere, quia dicebat se non indigere domo illa, cùm haberet alias domos, in quibus successerat pro parte ipsius conductoris. allegabat licitum esse sibi recedere ex eo quòd minor non remanebat obligatus contrahens sine curato-

261 tis auctoritate, ex iuribus vulgaris, & † sic contractus non debebat claudicare, pro parte scilicet valere, & pro alia non valere. *l. litigatores. §. penultim. & fin. ff. de arbitr. auth. de non eligen. secundo nuben. §. proximos.*

Contrarium tamen est tenendum, & sic

262 respondi quòd † non erat licitum conductori recedere à prædicto contractu, quia licèt minor non remaneret obligatus, tamen sibi obligatum habebat contrahentem, & non admittebatur rescissio fauore minoris,

263 quia ipse † de iure meliorem suam potest facere conditionem, alios sibi obligando;

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

deteriorem verò non potest facere, vt notat Accurs. *princ. Institut. de auctor. tutor.* ita glossa *verbo non obligantur.* facit doctrina glossæ *in cap. de illis, de desponsat. impuber.* & *in cap.* 1. *iuncta gloss. fin. de eo qui duxit in matrimonium.* sequitur Carroc. *de locato. quæst.* 5. *mihi pag* 2. *fol.* 147. probatur etiam ex *l.* 1. *§. si filiusfamilias. ff. de his qui deiec. vel effuder.* vbi in terminis locare & conducere potest, cùm non sit locatio de casibus exceptis *in dicta l.* 1.

Quæri potest, † ad quod tempus possint locari res ciuitatis, vel fiscales. 264

Respondeo quòd non possunt locari ad minus quàm ad triēnium, *l penes. C. de vectig.* & *ibi* communiter scribentes. tenet Socin. iun. *consil.* 68. *vol.* 5. Carroc. *de locat. quæst.* 8. *de locat. vectigalium.*

Euenit quòd † pro aduentu domini no- 265 stri Regis se obtulerunt variæ expensæ fiendæ, quæ soluendæ erāt de annuis redditibus, quos solet dominus Rex recipere, qui ordinariè solent locari, destinata solutione arrendamentorum certis terminis. exhausta erat receptoris bursa, aut saltim ipse receptor asserebat se non habere vnde solueret. obtulit se mihi dubium, an arrendatores iurium regalium possent compelli anticipare solutionem arrendamentorum, & sic conatus sui in hoc puncto perquirere quid iuris esset vt casu quo experiretur hoc remedio vti posset, & sic licèt haberent arrendatores pro se regulā quòd † compelli non poterant, 266 quia nondum venerat dies. *l. cum qui Calendis. ff. de verb. oblig. l. si mandauero, la* 1. *ff. mandat. l. cedere diem, de verbo signif.* Responderem tamen affirmatiuè, si casus tunc fuisset decidendus, quia expensæ illæ erant necessariæ, & † in causa graui & vrgente pro aduētu do- 267 mini nostri Regis. hoc enim & simili casu posse arrendatores compelli ad soluendum anticipato tempore, referunt Bart. *in l.* 1. *C. de condict. ex lege.* quem text. notabilem appellat Bart. & *ibi* Bald qui dicit hoc solere frequentari. meminit huius l. Iaf. *in l. in diem, col.* 1 *in fine ff. de condict indebit.* Carroc. *de locat. quæst.* 9 *fol.* 139. *pag.* 1.

Quæri etiam vlteriùs potest, † an con- 268 ductor iurium regalium possit alicui alteri locare.

Respondeo quòd sic, iuxta tradita per Imol. *consf.* 76. Sed sciendum est primum conductorem per locationem à se factam non remanere liberatum, etiam cedendo eidem omnia iura sibi competentia. *l de illo. ff pro socio.* ambo enim remanent obligati fisco, vel vniuersitati, cuius iura percipit, argum. *l.* 1 *ff. de instit. act.* ita tenet Petrus de Vbal. *in tract. de duob. fratrib. p.* 10. *n.* 2.

Ll 3 Quæri

269 Quæri etiam potest, † an si primus conductor efficiatur non soluendo, habeat actionem aliquam contra secundum conductorem.

Respondeo ex traditis per Carroc. *q. 10. de locat. & conduct. num. 2.* dicentem quòd sic, ex *l. 1. ff. de instit. in vers. Marcellus, iuncta l. sequent.* & *ibi* glossa, vbi asserit Accurs. quòd primo locatori datur actio contra secundum conductorem, primo effecto non soluendo, & pro hac resolutione attestatur Carrocius facere decisionem *l. in omnibus, ff. de prætor. stipulat. l. fin. §. 1. ff. quod cum eo.*

270 Euenit quòd † conductor gabellarum cessauit soluere aliquo casu. alius offerebat æquale pretium, & petebat ei locari gabellas. quæsitum fuit, an non finito tempore possit à prædicto conductore auelli arrendamentum, & alteri concedi.

Respondi fauore fisci, vel vniuersitatis posse. *l. vectigalia, § non solutis, ff. de public.* vbi Paul. de Castro dicit esse casum notabilem. Bart. *in l. 1. C. de administr. rerum publicarum, lib. 10.*

271 Ponamus quòd † arrendator molendinorum regalium finito triennio non vult arrendare, seu conducere iterum dicta molendina, nec reperitur aliquis qui ea arrendare velit. quæri potest, an talis primus conductor, seu arrendator possit compelli iterum conducere.

Respondeo quòd si concurrant tria quæ referuntur *in l. cotem, §. fin. ff. de public.* poterit primus conductor compelli: sunt autem requisita hæc, primũ quòd præcedenti triennio conductor fuerit, secundum quòd locuples sit factus, tertium quòd non reperiatur conductor. licèt ex his tribus requisitis præcipuum sit vnum, nempe quòd locupletatus fuerit cum primo, iuxta notata per Accurs. *ibi, verbo, compelluntur*, asserens expressè hoc fieri propter fructus maximos quos percepit præcedenti triennio.

272 Quæri etiam potest, † si fructus Regij locantur in publico sub hasta, & sit vnus in dita, an possit ab eo auferri, & dari alteri.

Respondeo quòd in ęquali oblatione pretij debet præferri conductor anni præcedentis, dummodo soluerit pretium præcedens, & reddiderit rationes, vel nisi esset debitor fisci, vel vniuersitatis, etiam ex alia causa, vt ex Castrensi *in l. licitatio, §. locandum, ff. de publ.* refert & sequitur Carroc. *de locat. & conduct. q. 23. mihi fol. 139. pag. 2. n. 7.*

273 Quidam † famulus se conduxerat ad seruiendum in aliqua domo ad pretium duodecim ducatorum pro eo anno, eo finito perseuerauit duobus vlterioribus annis, quo tempore locarunt alium famulum ad rationem quatuordecim ducatorũ. Euenit quòd primus famulus prætendebat salarium sibi esse soluendum ad rationem quatuordecim ducatorum vltimis duobus annis, quia prima locatio finita fuerat primo anno, & quia alium famulum locauerant ad rationem quatuordecim ducatorum ad idem ministerium, æquum videbatur vt ei idem salarium elargiretur. quæsitum à me fuit quid iuris.

Respondi quòd † cùm expressa nouatio non interuenerit respectu pretij, quòd reconductio censetur facta sub expressione prioris, iuxta ea quæ notant scribentes *in l. penul. § si uxor, ff. solut. matrim.* vbi dos data in primo matrimonio censetur data in secundo. ita tenet Bald. *in l. cùm quidam, in fine, C. de iure dot.* Cremen. *singul. 13.* Iaf. *in l. diem functo, num. 19. ff. solut. matrim.* & hæc est communis opinio. Viuius *lib. 1. commun. opin. opin. 232.* 274

Nec interest quòd † alteri elargiretur maius salarium, etiam si deseruiret eidem ministerio, quia erat diuersa conuentio inter diuersas personas, & licèt essent ambæ eiusdem qualitatis & seruitutis, non est nouum esse magnam differentiam inter similes, vt notauit Iureconsultus *in vulgata l. inter artifices, ff. de solutio.* 275

Iuxta ea quæ suprà dicta sunt, quòd † successor in beneficio non teneatur stare colono, seu arrendatori fructuum beneficij, dignitatis, seu præbendæ. quæri nunc potest, an conductor possit compelli per nouum prouisum in dignitate, seu officio, stare prædictæ conductioni. 276

Respondi quòd non, quia † æquitas & æqualitas debet seruari, ex *l. si fundum, ff. locat.* Hieronym. Gabriel *consil. 68. num 4.* Socin. *cons. 32. col. 4. in princip.* Couart. *variar. resolut. cap. 15. & 16. num. 6.* Cephalus *consil. 255. num. 24. vol. 2.* Rim. iunior *cons. 57. num. 39. volum. 3.* & inde dixi quòd, vt suprà dictum est, † quemadmodum in colonis agrorum annus inceptus debet finiri, cùm fructus fundi contineutur in vno anno, & sic nouus successor in dignitate tenetur stare colono, iuxta suprà tradita, vt docet Francisc. Marcus *decis. Delphin. 197. 2. part.* ita etiam colonus Ecclesiæ poterit compelli pro anno incepto perseuerare vsque ad finem anni, vt æqualitas inter contrahentes seruetur. 277 278

Quæri etiam potest, † an si rerum Ecclesiæ fiat locatio ad longum tempus, præsumatur in tali locatione solemnitates de iure requisitas interuenisse. 279

Respondeo quòd si ex tenore instrumenti non constet solemnitates interuenisse, etiam si essemus in antiquis, tales solemnitates non præsumi, etiam si apparerent solutiones vniformes

formes, tenet Alexand. *consil. 1. col. pen. vol. 4.* Bursat. *cons. 23. num. 16. vol. 1.* Crauetta *de antiquitat. tempor. 2. part. n. 28.* & quòd sit communis opinio refert Socin. iunior *consil. 56. num. 22. vol. 2.*

280 Locatio † fuit facta de quibusdam decimis, & aliis redditibus quæ quidam miles percipiebat in quibusdam villis suis certo pretio adiecto, tempore verò conficiendi instrumenti discordabant contrahentes in pretio, alius dicebat pretio mille librarum fuisse locationem factam, alius verò pretio mille & centum librarum pro quolibet anno, & vnusquisque iureiurando asseuerabat suum dictum. quæsitum fuit quid iuris.

Respondeo ex traditis per Castrens. *in l. si*
281 *decem. ff. locat.* quòd † talis contractus non valet, quia non adest ratio propter quam magis credatur vni quàm alteri, & sic potiùs contractus irritus iudicandus erit. Nec est in consideratione pro locatore asserente de maiori summa, iuxta text. *in dicta l. si decem,* inferentes quòd in maiori summa minor inest, quia hæc doctrina nullius est effectus, iuxta tradita per Bart. *in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obligat.* quia intelligitur vbi essemus in contractu oneroso, & dominus læderetur, quia fit disproportio quantitatis, hoc idem declarat Bald. *consil 307. volum. 1.* idem Bald. *in l. 1. colum. 1. C. de sentent. quæ sine certa quanti.* Alex. *cons. 18. col. 1. vol. 1.*

282 Cùm suprà dictum sit *à num. 116.* † remissionem pretij locationis fieri propter sterilitatem, quæri poterit, iuxta ea, an sit fienda denunciatio per colonum domino fundi, & intra quod tempus.

Respondeo esse denunciationem necessariò fiendam in tempore, ex *l. item quæritur. §. exercitu. ff. locat.* quam allegat Boss. *in tract. de remiss. mercedis, num. 51.* tenuit gloss. *in dicto §. exercitu, verbo renunciauit.* Vincent. Carroc. *de locat. & conduct. 3. part. tit. de remiss. merced. num. 32.* Bursat. *consil. 11. num. 29. lib. 1.*

283 Hæc autem † denunciatio intra annum debet fieri, iuxta tradita per Thesaut. *decis. Pedemon. 108.* & quòd si sterilitas à notorio sit, non debeat fieri, sed sufficiat quòd publica & notoria sit, decisum fuisse refertur de anno 1590. in additionibus ad dictam decisio-

284 nem Thesauri: sed cùm † in Catalonia non iudicetur per notorium, sed iuxta probationes, certissimum est, vt remissio fiat mercedis, requiri probationem sterilitatis.

285 Quidam † locaueratdomum quandam duobus instrumentis, in vno ad quadriennium, in alio ad quinquennium. prætendunt tales locationes dici non locationes, sed alienationes. quæsitum fuit quid iuris.

Respondi propriè locationis contractus esse, non verò alienationis, quia alienationis contractus vulgariter dicitur ille, qui vel ad perpetuum fit, vel ad decennium. quæ autem ad minus tempus quàm decennij fit, dicetur locatio. Paulus Castrens. *consil. 4. col. 1. vol. 1.* Viu. *decis. 506. num. 11.*

Fuerat † inter Petrum & Caium conuentio facta de locanda certa domo, & obliuione alterius non fuit conuentum pretium certum, alter ex illis agebat ad obseruantiam contractus, & testibus probabat conuentionem; circa pretium verò dicebat standum esse iudicio expertorum iudicantium quanti valoris esset. fuit quæsitum quid iuris. 286

Respondi talem conuentionem licèt probatam, nullius esse momenti, quia locatio nòn dicitur conuenta, certa mercede non taxata *princip. Institut. de locat. & conduct. l. 1. ff. locat.* Viuius *decis. 467. num. 102.* & sic cùm ipsa conuentio non subsistat, consequens est quòd æstimatio non erit fienda per expertos, cùm totaliter contractus claudicet.

Locauit † quidam quandam domum ad quinquennium, intra quod tempus euenit quòd conductor opposuit exceptionem dominij contra locatorem. quæritur quid facere possit locator hoc casu. 287

Respondeo quòd non obstante quòd non sit finitum tempus locationis, poterit locator conductorem expellere à re conducta, quia negando dominium ipsi locatori, dicitur conductorem malè versari in re conducta, & sic agens contra naturam & substantiam contractus, non debet eo lucrari & vti, & sic poterit expelli, secundùm Bart. *in auth. qui rem. C. de SS. Eccles.* Becius *cons. 9 num. 1. & seq vol. 1.* Bald. *in d. l. si quis conductionis, C. locat.* Viu. *decis. 474. num. 8.*

Conductor † aliquas expensas fecerat in re conducta. euenit quòd fuit ei mandatum factum de domo euacuanda. quæritur, an possit retinere rem pro expensis. 288

Respondi quòd sic, eo quòd habet hypothecam omnium bonorum, iuxta tradita per Paris. *consil. 100. num. 35. & sequent. volum. 2.* Paulum Æmilium Veral. *decis. 180.* Viu. *decis. 317. num. 6.*

Quæri etiam potest, † an quæ supradicta sunt de executione pro recuperatione mercedis, locum habeat si non totum pretium debeatur, sed pars pretij. 289

Respondeo quòd sic, quòd eadem procedimenta quæ possunt fieri pro toto pretio, fieri poterunt pro parte illius, iuxta tradita per Viuium *decis. 308 num. 11. vers. imò.* vbi ait quòd conductor pro vno denario non soluto, potest à domo expelli. Bart. *in princip in l. 2. C. de iure emphyteut.* Bald. *in l. ede. C. locat. col. 3.*

col. 3. quia idem dicendum est de parte atque de toto.

290 De † incendio teneri conductorem suprà dictum est; sed quæri potest, an excusetur talis conductor à solutione dicti damni.

Respondeo quòd sic, probando se vigilem esse excludendo per probationes negligentiam, vt tenet Thom. Grammat. *decis.* 3.

291 *num.* 13. cùm † in dubio præsumatur incendium fuisse immissum negligentia habitantium, ex *l.* 2. §. 1. *ff. de offic. præfect. vigil.* Bald. *cons.* 175. *volum.* 1. *& cons.* 37. *eod. volum.* Angel. *consil.* 179. nam si conductor probauerit se vigilem & diligentem in domo fuisse,

292 eo casu † non tenebitur conductor de incendio. *l. non omnis.* §. *à Barbaris. ff. de re milit.* faciunt tradita per Grammat. *dicta decisione* 3.

293 Locauit † quis alicui quandam mulam ad iter agendum ad ciuitatem de Girona. euenit quòd postea iter fecit ad villam de Perpinya, in quo itinere decessit. quæsitum fuit an conductor teneatur soluere valorem mulæ.

294 Respondi quòd sic, quia † ex quo alibi profectus fuit quàm conuentum erat, conductor mulæ ea vtens tenetur de morte, iuxta tradita per DD *in l. qui fundum. ff. de condict. furtiua. & in l. sicut certo.* §. *plenè ff. commod.* & *ibi* communiter scribentes. Secus ta-

295 men esset, si † cum mula fuisset datus famulus, & ipso consentiente iter egerit, quia tunc imputetur domino mulæ qui malum famulum elegit, argumento *l. cum plures.* §. *seruum. ff. locat.* & alia iura quæ allegat gloss. *in l. nam & Seruius, la primere.* §. *final. ff. de negot. gest.* nam ipse locator sibi imputare debet malam familiæ administrationem. *l.* 1. *ff. furti aduers. nau.* Magon. *decis. Florent.* 56. *num.* 6. faciunt tradita per Crauer. *consil.* 97. *num.* 4. *& consil.* 170. *num.* 11. & per Bald. *in l. ex diui. C. locat.* & sic est consilium

296 salutiferum, vt † ij qui mulas conducunt à locatore, famulum etiam accipiant, quia eo interueniente nil conductori imputari poterit, nisi dolosè se gesserit. hoc enim casu de dolo teneretur, cùm dolus exceptus dicatur ab omni actu. notant DD. *in l.* 1. *ff. de dolo.*

297 Si † conductor alicuius fundi in conductione se obligauit ad casus fortuitos, an indistinctè teneatur de insolitis.

Respondeo quòd casus insoliti non comprehenditur sub nomine fortuitorum ordi-

298 narie, & sic licèt † quis renunciauerit casibus fortuitis, non censebitur renunciatum casibus insolitis, iuxta text. *in l. fistulas.* §. *frumenta. ff. de contrahend. empt.* DD. *in l. si quis fundum.* § *quæsitum. ff. si quis cautio.* & *ibi* gloss. Ripa *in tract. de casibus fortuit. n.* 97. Menoch. *consil.* 27. *num.* 18. *cum seq.* Magon. *decis. Florent.* 67. *num.* 15.

Cùm † locator de iure ad factum teneatur, & sic pati conductorem vti frui re conducta, *l. si quis domum*, & *ibi* Barr. *l. ex conducto, in princip. ff. locat.* Bart. *in l.* 1. *oppos.* 1. *C. de iure emphyteut.* Aretin. *in* §. *item quæritur. &* § *fin. Institut. de actio.* Ias. *in l.* 1 *num.* 93. *C. de iure emphyteut.* casu quo in iudicio opponatur exceptio per conductorem, dicendu quòd † locator non fuit passus conductorem vti frui re conducta, quis teneatur probare factum illud, nempe an conductor debeat probare locatorem non sibi permisisse vti frui re conducta, an verò locator teneatur probare suam patientiam. 299 300

Respondeo † cõductorem teneri probare non sibi permisisse locatorem vti frui re conducta. ita Alexand. *consil.* 127. *col.* 2. *volum.* 5. facit text. & ibi Bart. *in l. quibus diebus. ff. de condit. & demonstrat.* decisio Pedemon. Cacherani 51 *num.* 3. 301

Quæsitum fuit, † si curatores locauerint fundum minoris, & ipse minor inscio curatore vendat domum eidem conductori casu quo emptio nulla declaretur, an conductor possit compelli in locatione permanere, an verò censeatur recessum à dicta venditione. 302

Respondeo, quòd cùm venditio facta à minore habente curatorem ipso inscio sit ipso iure nulla, vt dictum est in tit. *de emptione & venditione*, quòd poterit † conductor compelli in contractu locationis permanere, quia per contractum nullum non potest dici recessum à primo valido, quia † quod nullum est, nullum producit effectum. *l.* 4. §. *condemnatum*, vbi Doctores *ff. de re iudicat.* Roland. *consilio* 49 *numero* 29. *volum.* 4. quia idem est non esse factum, aut non legitimè factum. *l. non putauit.* §. *non quæuis*, vbi Bart. *ff. de bonorum possess. contra tabul. l.* 1. §. *quod autem*, vbi Bald. *ff. de offic. præfect. vrbis.* vnde Bart. *in l. pacta nouissima. C. de pactis, in prima oppositione*, declarat sic † pacta nouissima prioribus derogare, si nouissima valida sint, & expressè in nouatione habemus quòd † nouatio quæ nulla est, non nouat præcedentem obligationem. *l. nouatione. C. de fideiussoribus. l. nouatione. ff. de nouat. l.* 1. vbi Doctores & glossa *Codic. etiam ob chirographar. pecuniam.* Neguſantius *de pignorib. tertio membro, sexta parte princip. numero* 3. ex quibus euidenter apparet quòd † existente nulla venditione facta per minorem, 303 304 305 306 307

rema

remanet valida præcedens locatio,quam obseruare tenebitur.

308 Retro † elapsis annis inundatione magna eueniente non solùm in suburbiis huius ciuitatis, verùm in tota Catalonia. euenit quòd Riaria quæ discurrit in loco vulgo dicto *los testaments dels asens*, deuastauit quosdam agros, in quibus seminatus erat triticum, & alia etiam grana. euenit quòd aliqui iterum seminarint suos agros, alij verò non curarint seminare, sed postea tempore solutionis loguerij de mense Iunij in festo sancti Ioannis volentes domini agrorum recupetare logueria à colonis, opposuerunt eis coloni exceptionem sterilitatis, & quòd non erant obligati soluere logueria, quia nullos fructus perceperant. E contrario domini
309 agrorum allegabant quòd † tenebantur ipsi coloni seminare iterum,probando sic fecisse alios vicinos, ad quorum exemplar ipsi debebant seminare. fuit à me quæsitum quid iuris.

Respondi colonos inundationis causa insolitæ liberatos esse à solutione loguerij, nec illis posse imputari quòd non seminauerint, cùm alij vicini seminassent, quia absolutè
310 † ipsi non tenebantur iteratò seminare, & sic leuissima culpa solùm considerari poterat: ipsi autem coloni de leuissima culpa non tenentur. *l. si vt certo.* § *nunc videndum.ff.commod. l.in iudicio*, vbi gloss. & Bald. *C.locat.* cul-
311 pa † enim leuissima dicitur quæ consistit in omittendo. Alexand.*cons.*50.*num.*9.*volum.*1. Aretin. *in § præterea, Instit quib.mod.re contrahitur oblig.* faciunt plura alia tradita per Surdum *decis.*87. vbi *num.* 4. attestatur secundùm hanc sententiam fuisse iudicatum in causa prædicta, quæ verbaliter tractabatur coram admod. Reuerendo Cancellario.non fuit sententia lata, quia ex prædictis fundamentis locatores cùm essent actores, adquieuerunt.

312 Quæri etiam potest, † an si locatio facta fuerit alicui sub pacto quòd non possit locare domum alicui, an talis conductor possit socium sibi accipere vt simul in domo cohabitent.

313 Respondeo quòd † acceptatio socij non est contra pactum appositum de non sublocando, & sic non obstante tali pacto poterit in eadem domo in qua conductor habitauerit, socium sibi assumere.ita Osascus *decis.*79. Surdus *cons.*26. Marta *de clausulis* 1.*part. clau-*
314 *sul.*216.& casu quo† primus conductor non sit soluendo, locator actionem habet ad pretium locationis contra socium admissum, vt ex Carroc. *in tract.de locat. part.*1 *tit.de sublocatione, in fine*, tradit Marta *vbi suprà*, *numero* 3.

Quidam † arrendauerat, seu locauerat 315
cymbam, siue barcam del prat, cum pacto quòd suis expensis tenebatur eam in cultura habere. euenit quòd vi fluminis diluuij, de quo meminimus suprà, fuit ferè in totum deuastata. quæsitum fuit, † an talis locator 316
eam teneretur de nouo reficere.

Respondi quòd non, quia illud factum fuerat vltra ordinem assuetum, ad quod non tenetur conductor. ita ex fundamentis per eum relatis tenet Marta *de clausul.*1.*part.clausul.*305.*num.*5.

Quæritur vlteriùs,quid importent † ver- 317
ba apposita in contractu locationis ad meliorandum, & non deteriorandum.

Respondeo quòd colonus tenetur quantum in se est meliorare fundum in vtilitatem domini proprietarij, non verò ipsius coloni. ita ex Bald *in l. colonus. ff locat.* & ex Ioann. Garcia *in tract.de expens.& meliorat.c.*14 *n.*16. refert & sequitur Marta *in tract. de clausul.*1.*p. clausul.*307.*num.*1.

Quæri etiam potest, † an si conductor 318
promiserit instrumento locationis soluere annuam pensionem, renunciando omni legum auxilio, si postea perueniat aliquis fortuitus casus, possit petere remissionẽ mercedis ratione casus fortuiti, aut requiratur specialis mentio, non obstante quocunque fortuitu casu.

Respondeo quòd non est necesse quòd † conductor mentionem facit casus fortuiti, 319
vt censeatur exclusus à recompensatione pretij loguerij, sed ex clausula illa generalis renunciationis omnis legum auxilij,exclusus dicetur à petendo recompensationem loguerij,vel remissionem,quia† prædicta clau- 320
sula legum auxilio comprehendit casum fortuitum. ita attestatur Cæpolla *cautel.*48. Capyc. *decis.*87.*num.*10. Roland. *cons.*13.*num.*8. Alberic. *in l.item quæritur.* §. *exercitu*, *num.*8. *ff.locat.* Ias. *in l.*1.*num.*98. *C. de iure emphuteut.* Curt. *in l. si insulam*, *num.*57.*ff. de verbor. obligationib.*

Quæri etiam potest circa casus fortuitos prædictos,videlicet † si casus fortuitus eue- 321
nit culpa ipsius domini, an tunc renunciatio facta per colunum casuum fortuitorum obstet colono, ne possit petere remissionem mercedis.

Respondi quòd non, sed † casu quo for- 322
tuitus casus euenerit, & colonus renunciauerit ipsis casibus fortuitis, nihilominus poterit petere remissionem, si fortuitus casus euenerit culpa ipsius domini. Ancharan.*consil.*414.*num.*2.Roman.*sing.*441. Alexand.*consil.*84. *num.*3.*vol.*6. Aret. *consil.*110 *colum fin.* Surdus *decis.*94 *num.*8. quod probat ex *l. si menses.* §. *culpa. ff. locat.* vbi † conductor non 323
tenetur

tenetur si culpa locatoris euenit, quin minus re vtatur sequitur Bart. *in l. si vno. §. item cùm quidam, num. 4. ff. eod.* vbi etiam impedimentum proueoit facto tertij iniusto occasione ipsius locatoris.

324 Quæri etiam potest, † an requiratur vt fiat remissio pretij locationis pro euentu casus fortuiti, veluti pro incendio, vt suprà diximus, & an requiratur vt remissio fiat in casu belli quòd bellum eueniat, an verò sufficiat rumor proximus ipsius belli.

325 Respondeo quòd † in casu belli non requiritur vt remissio fiat quòd actualiter bellum veniat, sed sufficit rumor ipsius belli, quia suspicio probabilis & ferè necessaria

326 mali † euentus idem operatur, ac si casus accidisset. *l. 1. § si suspicio. l. Pedius, in princ. ff. de incend. ruin. & naufrag.* Anchar. *cons.* 88. per *l. 3. § armis. ff. de vi & vi arma.* vbi ait quòd pro rumore belli non minus fit remissio conductori quàm propter bellum. Alex. *in l. diuortio, in princ. num. 6. ff. solut. matrim.* Natta *consil.* 50. Surd. *decis.* 183. *num.* 3.

327 In † publica subhastatione locabantur iura Regij ponderis stantibus duobus in æquali dita. quæsitumq; fuit, quis præferri deberet.

Respondi quòd ille qui priùs habuerat locata prædicta iura, ex *l. contingit, cum l. sequent. C. de bonis proscript. lib.* 11. atiestatur gloss. *in l. ne cui liceat. C. de locat. & conduct.* hoc speciale esse in arreodatore iurium Regiorum attestatur Alex. *cons.* 80. *n.* 18. *in fin. lib.* 1. Mantic. *de tacit. & ambiguis conuent. tom.* 1. *lib.* 5. *titul.* 3. *num.* 27.

328 Quæri potest, † an casu quo successor singularis tenetur stare colono, possit conductor à locatione recedere.

Respondeo quòd sic, quando nil interest hæredi locatoris quòd ipse cōductor permaneat in conductione, veluti si fundus locatus alteri fuerit legatus. *l. qui fundum. ff. locat.* quem textum allegat Bald. *in l. si merces. §. t.*

329 *ver. additio. ff. locat.* quia † actio non competit vbi non agitur de interesse, *l. qui autem. § illud,* cum ibi notatis. *ff. si quis cautio.* Nisi locator transtulisset in successorem singularem totum ius sibi competens, quia hoc casu non potest conductor contra voluntatem singularis successoris recedere. *l. insulam, in princ. ff. locat.* & *ibi* Bart. Alex. *ibidem.* motus ex *l per arbores. § quidquid. ff. de vsufruct.* sequitur Mantic. *de tacit. & ambiguis conuent. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 43.

330 Nouus † Prælatus inueniens per prædecessorem suum locationem factam ad biennium, cœpta possessione de sua dignitate nil attendatotibus dixit. quæsitum fuit, an talis Prælatus censeatur permansisse in eadem locatione.

Respondeo quòd † si ipse habuit notitiam 331 de qualitate præcedentis locationis, & ipse non contradixit, censetur ex illa scientia & tolerantia ratificasse contractum præcedentem, iuxta tradita per Bart. *in l. item quæritur. § qui impleto. ff. locati, num.* 6. & ibi Bald. 1. & 2. *lectur. notabili* 2. quod declarat Beroius *consil.* 151. *num.* 12. *lib.* 1. dicens quòd † requiri- 332 tur expressa scientia Prælatorum præcedentis contractus. hæc autē † scientia debet pro- 333 bari, quia est facti, & fundamentum, aliàs præsumitur ignorantia. *l. verius. ff. de probat. l. vltim. ff. pro suo.* Ruin. *cons.* 86. *num.* 9. *lib.* 1.

Cùm † tacita reconductio censeatur in- 334 ducta ad instar primæ conductionis, si pro securitate mercedis primæ conductionis datus fuit fideiussor, an talis obligatio fideiussoris trahatur ad secundam conductionem.

Respondi † fideiussorem datum in primo 335 contractu locationis non remanere obligatum pro secundo contractu, quia ista secunda reconductio solùm inducitur quoad principales contrahentes, non verò quoad alios; fideiussor † verò non est principalis contra- 336 hens, sed dicitur adhærere, & sic pro secundo obligatus non erit. *l. si cùm Hermes. C. de locat.* Deciao. quem vide *cons.* 11. *num.* 29. *lib.* 1. & *cons.* 72. *num.* 13. *cum seq. & num.* 45. *lib.* 2. & *cons.* 102. *num.* 13. *cum seq. lib.* 3.

Quæri potest, † si aliquis cùm sanæ esset 337 mentis locasset aliquod prædium ad quinquennium, & intra illud furere cœperit, an si finito tempore permanserit in furore, & colonus permaneat in fundo, tacita recooductio censeatur inducta? Et prima facie videtur dicendum quòd non, quia deest voluntas tacita illius, cùm † in furioso nulla 338 voluntas considerati possit, iuxta text. *in l. qui ad certum. ff. locat.*

Respondendum tamen censeo cum hac distinctione, quòd aut ipsi furioso dati sunt curatores, aut non: si dati fuerunt, & ipsi sciebant talem cooductionem finitam fuisse, colonúmque permanere, censetur tacita reconductio facta, quia † scientia & patientia 339 curatorum idem operatur, atque operare- 340 tur voluntas ipsius furiosi si sanæ esset mentis, argumento *l. planè. ff. pro socio. l. certè, in princip. ff. de precar. l. legem. C. de locat. & conduct.* & ita intelligunt *l. qui ad certum, in § qui impleto. ff. locat.* & ibi Bald. Salicet. Angel. *in l. cùm fatis. §. caueant. C. de agricol. & censit. libro* 11.

Reconductio † quando tacitè à iure in- 341 troducitur, cùm fideiussores dati in primo contractu non censeantur obligati, an quoad cæteras obligationes censeatur similiter introducta.

Respondeo quòd sic, quatenus attinet ad obli

obligationes personales & reales respicientes personas & res ipsorum contrahentium, & sic hypothecæ res expressæ in prima conuentione, vel tacitæ, quæ sunt ipsius conductoris, hypothecatæ remanent, sicuti in pri-
342 mo contractu, quia cùm † alia voluntas non interueniat, nec consideretur, idem contractus sub eisdem legibus & conditionibus à iure inductus censetur. *l. qui ad certum. §. qui impleto. ff. locat.* & ita attestatur Bald. *ibidem in 2. lectur.* Angel. *in l. cum satis. §. caueant. C. de agric. & censit. lib. 11.* dicens hoc esse notandum. Ioann. de Anania *in cap. 2. num. 6. in fine, de Iudæis.*

343 Conduxit † quidam agricola de Sarria duas mulas à quodam muleterio præsentis ciuitatis tempore messium pro vno mense ad certum pretium, cuius non recordor. euenit quòd ipse penes se detinuit dictas mulas per spatium aliquot dierum. postea restituendo mulas, & soluendo pro dicto mense pretium, & residuos dies ad respectum illius dominus mularum nolebat recipere nisi integrè solueretur pretium alterius mensis quem intrauerat, dicendo ex detentione illa tacitam recondnctionem fuisse inductam sub forma primæ conductionis. quæsitum fuit quid iuris.

Respondi dictum agricolam non teneri soluere integrum mensem; sed pro rata tem-
344 poris, quia † in rebus mobilibus non censetur tacita reconductio inducta, vt attestatur gloss. *in dicta l. quæritur. §. qui impleto*, & sic sufficit quòd soluat pro illo tempore quo vsus fuit.

345 Si † locatio fiat duobus, vni capaci, alteri verò incapaci, quæritur an locatio sustineatur pro parte incapacis, & deficiat pro incapaci, aut sustineatur, vel annulletur in totum.

346 Respondeo quòd talis † locatio sustinebitur & valida reputabitur pro ea parte, pro qua sustineri potest, nempe pro capaci, & pro parte incapacis personæ iudicabitur, ac si non fuisset apposita in contractu locationis prædictæ. facit text. *in l. si duo rei. ff. de verbor. obligat. l. 1. §. communis seruus. ff. de stipulat. seruo.*

347 Quæri etiam potest, † an valeat locatio cuius pretium in arbitrium tertij fuit collatum.

Respondeo quòd non, quia in contractu locationis & conductionis pretium debet esse certum, vt de contractu emptionis & venditionis suprà dictum est. Valebit tamen talis contractus in vim obligationis vt ex eo
348 actio † præscriptis verbis oriatur, & eius virtute locator adquirat quod sua interest. *l. si tibi polienda. ff. de præscript. verbis. l. si merces, in princ. ff. loc.* Si verò à principio verificari poterit pretium, tunc valebit locatio, † licèt ex 349
postfacto in alio soluatur, veluti si locatio fiat non expresso pretio, sed ita quanti valeat. hoc enim casu valebit locatio, & debebitur pro pretio id quod solitum erat dari de loguerio. *l. licet. & l. exceptio. cum gloss. C. de locat.* Roman. *cons. 423. num. 1. vers. sed quia.*

Locatio † cuiusdam fundi facta fuit ad 350
partes. quo casu conductor dicitur colonus partiarius. quæri potest, an tempore sterilitatis possit ipse colonus deducere impensas & fructus quos seminauit.

Respondeo quòd non, quia † hoc casu iste 351
colonus magis habet naturam socij quàm conductoris, & sic tacitè videtur pactum inter eos, vt fructibus non deductis æqualiter diuidantur. *l. si cum duobus. §. in coeundo. ff. pro socio, cap. tua nobis*, & ibi Abb. *de decim.* Bart. *in l. 1. de fruct. & lit. expensis.* faciunt tradita per Cardinal. Manticam *de tacitis & ambig. conuent. lib. 5. tit. 2. à num. 30. cum seq.*

Quæro, † quid si contractus locationis 352
fuerit celebratus, & per obliuionem Notarius omiserit dicere quem contractum celebrauerint, an iudicandum sit emptionem esse, an potiùs locationem.

Respondeo quòd tunc standum est dicto ipsorum contrahentium, qui dicent quem contractum celebrare intenderunt: si † au- 353
tem inter se dissentiant, tunc erit habenda ratio de pretio ad rem, de qua agitur. nam si quanitas congrui t pensioni, intelligitur locatio; si verò magis congruit pretio, censebitur venditio. gloss. *in l. 1. §. 1. ff. de superfic.* Bald. *cons. 110. col. 2. vers. ad hoc accedat quantitas, lib. 1. & consil. 413. lib. 5.* Roman. *cons. 396. num. 2. in fine.* Purpurat. *cons. 473. num. 23.* Tiraquellus *de retract. lignagier. §. 33. gloss. 1. num. 1.*

Quæri etiam potest, † an res aliena loca- 354
ri possit.

Respondeo quòd sic. *l. si tibi rem alienam. ff. locat.* & ibi communiter scribentes. quo casu † conductor tenetur soluere pretium 355
locationis pro eo tempore, quo ipse non fuit impeditus vti frui. *l. si quis domum, in princip. ff. locati.* faciunt tradita per Beroium *cons. 148. num. 15. lib. 1.* Si autem ipsi conductori aliquod ius superuenerit, à solutione locationis liberabitur. ita Bald. *in l. si quis fundum, in fine*, aliàs, *qui fundum, in fine. ff. locat.* Beroius *consil. 418. num. 16.* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 3. num. 2.*

Quæri etiam potest, † an vsusfructus lo- 356
cari possit? & omissa subtilitate iuris de vsufructu formali, aut materiali; sed accepto vsufructu pro commoditate vtendi & fruendi re legata dico quòd potest locari, durabit-

que

que locatio durante vita ipſius vſufructuarij, non verò regulabitur ad vitam conductoris. *l. ſi ſeruus. C. de iure dot. § finitur. Inſtit. de vſufr. l. neceſſario. § vlt. ff. de peric. & commod. rei vend.* Bald. *in l. vſufructu. verſ. ſecundò præmitte*, & Imol. *ibidem num. 1. & 5. ff. ſolut. matrim.*

357 Si † locatio fiat inter duos, non expreſſo tempore, quæritur pro quanto tempore locatio facta cenſeatur.

Reſpondeo quòd ſi locatio fiat de prædio

358 ruſtico, † cēſebitur pro vno ſaltim anno, cùm commoditas locationis prædij ruſtici conſiſtat in perceptione fructuum, qui integrum requirunt annum, vt integrè percipiantur, vt ſuprà dictum eſt, iuxta text. *in l. item quæritur. § qui impleto. ff. locat.* faciunt tradita per Bald. *conſ. 141. n. 6. lib. 1.* Ruin. *conſ. 61. n. 10. lib. 1.* Socin. iunior *conſil. 25. n. 3. lib. 2.* Pinel. *in l. 1. 3. p.*

359 *n. 63. in fin. de bonis matern.* Si † prædij vrbani facta fuerit locatio, non expreſſo tempore, tunc certum eſt quòd cenſebitur locatio temporis facta ad voluntatem conductoris, qui ſoluet pretium, habita ratione ad tempus quo habitauit, cùm fructus prædij vrbani continui ſint, vt ſuprà dictum eſt *n. 156.*

360 Locauerat † quidam Abbas Commendatarius in comitatibus Roſilionis cuidam agricolæ quaſdam terras quæ incultæ erant ad triennium, ipſe verò agricola ita curam dedit ſuæ culturæ quòd terras omnes incultas & eremas ad culturam reduxit, & ſua cura & diligentia valde fructiferas in ſeminibus & arboribus reddidit. deceſſit dictus Abbas ferè in fine triennij; nouus verò Abbas prouiſus nolebat ipſum colonum dictas petias terræ colere, ſed eum, virtute Regiæ conſtitutionis de domibus euacuandis quæ ad prædia ruſtica diſpoſuit, vt ſuprà dictum eſt *num. 106.* voluit expellere. quæſitum fuit,

361 † an dictus colonus eſſet manutenendus in poſſeſſione dictarum terrarum.

362 Reſpondi abſolutè † non poſſe nouum Abbatem prouiſum expellere dictum colonum à poſſeſſione dictarum terrarum. quia etiam in terris Eccleſiæ locum habet. licèt enim alienari non poſſint ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis, de quibus *in cap. de emptione & venditione. cap. ad aures, cum gloſſ. de rebus Eccl. non alien.* indulgetur tamen locatoribus terrarum Eccleſiæ reddentibus eas fertiles, vt non expellantur ab eis, vt de iure ciuili erat ſtatutum *in l. vlt. C. de alluu. & palud. lib. 11. & l. penult. C. de omni agro deſer. eodem lib.*

363 † ſecundùm hanc reſolutionem in Rota Romana fuiſſe deciſum refert Card. Mant. *de tacit. & ambiguis conuent. lib. 5. tit. 2. num. 59.* quem videre poteris, ſi cupis.

CAPVT XIII.

De teſtamentis, & aliis vltimis voluntatibus.

SVMMARIA.

1 *Religioſi è Societate* IESV *habent vſumfructum in bonis quæ eis obueniunt, cum ſeq.*
2 *Religioſi è Societate* IESV *quomodo ſuccedant in adminiſtratione bonorum.*
3 *Profeſſus quis dicatur propriè.*
4 *Religionis ingreſſus quando conſideretur.*
5 *Ingreſſus in religionem quis dicatur.*
6 *Recedere an liceat à verbis teſtatoris.*
7 *Dictio ſi, conditionem inducit.*
8 *Voluntas teſtatoris ante omnia inſpicitur.*
9 *Verba in teſtamentis propriè accipiuntur.*
10 *Recedendum in dubio non eſt à verbis teſtatoris.*
11 *Voluntas teſtatoris non eſt peruertenda.*
12 *Pium non eſt contra voluntatem teſtatoris, ad opus pium legata conuertere.*
13 *Laicis permiſſum eſt filios religioſos à ſua hæreditate remouere.*
14 *Religioſi excluſi ſunt à ſucceſſione maioratus.*
15 *Ingredi religionem & in ea profiteri differunt.*
16 *Ingreſſus religionem dum non emittit profeſſionem dicitur nouitius.*
17 *Nouitius dum eſt in nouitiatu habet adminiſtrationem bonorum.*
18 *Epiſcopus an capiat ratione quarta aliquid de relictis hoſpitalibus, & pijs locis.*
19 *Canonica portio quæ Epiſcopo debetur, ex quibus rebus ſoluenda ſit.*
20 *Canonica portio an Epiſcopo debeatur de relictis cauſa pia ratione ornamentorum, vel anniuerſariorum.*
21 *Hæres quando repræſentet perſonam defuncti.*
22 *Manumiſſores quando non repræſentent defunctum.*
23 *Legatum relictum filiæ propriæ ipſius ſcribentis teſtamentum an valeat, cum ſeq.*
24 *Scribere ſibi in teſtamento aliquid nemini licet.*
25 *Pater ſcribens alienum teſtamentum an filijs ſcribere legatum poſſit.*
26 *Falſitas an præſumatur quando pater ſcribendo teſtamentum alienum ſcribit legatum filio ſuo.*
27 *Subſcriptio teſtatoris requiritur in legato ſcripto ſibimet ſcriptori.*
28 *Subſcriptio indiuidua teſtatoris requiritur in legato relicto ſcribenti teſtamentum.*

29 Lega

29 *Legatum etiam ad piam causam fauore scribentis an valet si non subscribitur à testatore.*
30 *Fauore piæ causæ multa in iure disposita sunt.*
31 *Legatum quomodo in testamento relinqui potest quod non sit reuocabile.*
32 *Voluntas testatoris vsque ad mortem est deambulatoria.*
33 *Contractus in testamento potest celebrari.*
34 *Legatum quando non sit reuocabile.*
35 *Libera facultas testandi quando nō adimatur.*
36 *Pater in Catalonia an teneatur filium hæredem instituere, vel exhæredare.*
37 *Testamentum paternum an sit nullum vbi filius est præteritus.*
38 *Testamentum patris in quo filius est præteritus, an sit nullum quoad institutionem.*
39 *Mater an teneatur filium hæredem instituere, vel exhæredare, cum seq.*
40 *Testamentum matris an sit nullum si filius sit præteritus.*
41 *Filius quando censeatur grauatus restituere hæreditatem paternam.*
42 *Venientes ab intestato rogare quòd restituat hæreditatem, idem est quod ponere clausulam codicillarem in testamento.*
43 *Filius tacitè grauatus de restituenda hæreditate an detrahat duas quartas.*
44 *Filius quando detrahat duas quartas.*
45 *Fideicommissum inductum per clausulam codicillarem est purum.*
46 *Filius grauatus purè restituere hæreditatem solùm detrahit legitimam.*
47 *Quartas duas quando ex hæreditate detrahat filius.*
48 *Fideicommissum an inducatur ex prohibitione, & quomodo.*
49 *Hæres institutus grauatus de restituenda hæreditate an possit alienare.*
50 *Alienare an possit hæres grauatus de restituenda hæreditate fratribus si vltra grauamen apponatur clausula, quòd possit alienare pro rebus quæ sibi expedierint.*
51 *Voluntas testatoris in fideicommissis solùm inspicitur.*
52 *Fideicommissum per quæ verba inducatur.*
53 *Hæreditas paterna quomodo ad filios pertineat.*
54 *Alienandi concessa licentia hæredi à testatore an absolutè sit accipienda.*
55 *Arbitrium in dispositione testamentaria quomodo accipiatur.*
56 *Alienationis facultas à testatore data quomodo accipiatur.*
57 *Alienatio concessa regulatur ad boni viri arbitrium.*
58 *Alienare hæres prohibitus quando possit.*
59 *Verbum* expediat, vel conueniat *quid significet.*
60 *Alienare prohibitus non potest obligare.*
61 *Alienatione prohibita, censetur etiam prohibitus omnis actus per quem ad alienationem peruenitur.*
62 *Confessio mulieris in testamento facta maritum conuertisse pecuniam promissam per eum in capitulis matrimonialibus, an probet solutionem dictæ quantitatis.*
63 *Confessio in testamento à muliere facta quid operetur.*
64 *Confessio sine iuramento simplex dicitur.*
65 *Confessio inter coniunctas personas an probet.*
66 *Confessio relatiua non constito de relato dicitur simulata.*
67 *Confessio mulieris in testamento respectu mariti an inducat donationem.*
68 *Donatio an præsumenda sit.*
69 *Præsumptio quæ vrgentior est in iure desumitur.*
70 *Donatio excedens quingentos ducatos an valeat si non fuit insinuata.*
71 *Confessio relatiua non probat nisi constet de relato.*
72 *Dispositio vna referens se ad aliam non probat nisi constet de relato.*
73 *Confessione facta à muliere marito, relatiuè ad aliquid, hoc debet probare maritus.*
74 *Socius in aliquo fundo legans integrum fundum, an & suam partem & alienam legauerit.*
75 *Verbum* integrum *quid significet.*
76 *Legatum rei communis quando comprehendat integram rem.*
77 *Legata an valeant si hæres non adijt hæreditatem.*
78 *Legata quando debeantur etiam si hæres non adierit hæreditatem.*
79 *Legata in testamento relicta sustinentur ex clausula hæreditaria.*
80 *Codicillaris clausula quid operetur.*
81 *Familiaritas magna inter testatorem & legatarium an inducat clausulam codicillarem.*
82 *Legata ferè omnia familiaritatis causa relinquuntur.*
83 *Legatum relictum alicui Ecclesiæ amore Dei, an pertineat ad operarios Ecclesiæ, vel communitatem presbyterorum.*
84 *Legatum mobilium an comprehendat pecuniam domi repertam tempore mortis.*
85 *Legato auro & argento an pecunia domi reperta comprehendatur.*
86 *Legatis ouibus an comprehendatur fœtus pecudum.*
87 *Legatarius si est alter ex manumissoribus an solus possit rei sibi legatæ possessionem capere.*

155 *Hæres*

secundas non conuolauerit nuptias, & ei substituto dato post mortem illius, an ea nubente admittatur substitutus, vel mors naturalis sit expectanda.

218 *Decisione nostri supremi Senatus extante nulla alia probatio requiritur.*

219 *Legatum quando censeatur factum animo compensandi.*

220 *Compensatio an & quando admittatur in legatis.*

221 *Compensatio non habet locum in debito voluntario.*

222 *Legatum relictum vxori de vita sua, ei data herede vniuersali, si iste prædecedat, hæreditas ad quem pertineat, cum seq.*

223 *Verba testatoris attendi debent, & an enunncient.*

224 *Enunciatiua verba an disponant.*

225 *Hæres hæredis testatoris, non est hæres testatoris.*

226 *Mulier vsufructuaria relicta an teneatur cauere & quando.*

227 *Mulier vsufructuaria an faciat fructus suos non præstita cautione.*

228 *Legatum relictum in minus solemni testamento coniuncta persona an valeat.*

229 *Consanguinitas cum testatore consideratur quoad validitatem testamentorum.*

230 *Legatum in minus solemni testamento relictum recuperari an possit si fuerit solutum.*

231 *Hæres adeundo censetur contrahere cum defuncto.*

232 *Obligatio naturalis impedit debiti soluti repetitionem.*

233 *Legatum religioso relictum sub conditione ne Prælatus de eo se intromittat an valeat.*

234 *Conditio potest apponi in legato facto religioso, ne superior de eo se intromittat.*

235 *Religiosi de licentia superiorum solent percipere annuos redditus.*

236 *Excommunicatus an testari possit, cum seq.*

237 *Testari an possit excommunicatus.*

238 *Coniuges simul an & quomodo testari possint, cum seq.*

239 *Testamentum an eadem scriptura fieri possit inter coniuges.*

240 *Alienare quando possit grauatus de restituenda hæreditate.*

241 *Duabus contrarijs dispositionibus stantibus in testamento quæ præualere debeat.*

242 *Ius accrescendi an & quando locum habeat inter substitutos.*

243 *Instituto aliquo hærede, substituto alio, prædefuncto substituto quis succedat.*

244 *Coniuncta persona in re quando dicantur.*

245 *Coniuncta verbis an sufficiant personæ vt locus sit iuri accrescendi.*

246 *Testamentum nuncupatiuum quomodo fiat.*

247 *Testamento nuncupatiuo facto, redacto in scriptis an Notario plenior fides adhibeatur, an verò testibus.*

248 *Aduocatus in testamento nuncupatiuo redacto in scriptis debet probare bonam formam Notarij.*

249 *Princeps quando possit mutare defuncti voluntatem, cum seq.*

250 *Voluntas testatoris ampla est.*

251 *Testamentum non debet per Principem alterari hæredi capaci instituto.*

252 *Princeps non potest auferre dominium priuatum.*

253 *Commutare voluntatem testantis quando possit Princeps.*

254 *Papa quando possit commutare testantium voluntatem, cum seq.*

255 *Episcopus an possit commutare pias causas.*

256 *Episcopus quando non possit commutare testantium voluntates ad pias causas ordinatas.*

257 *Episcopi commutantes testantium voluntates quomodo procedant.*

258 *Papa quando possit causas pias in alias conuertere.*

259 *Testatorem sanæ mentis fuisse quando, & quis probare teneatur, cum seq & n. 250. latius.*

251 *Allegans testatorem non esse sanæ mentis tempore conditi testamenti tenetur probare.*

252 *Sanæ mentis quemlibet esse præsumitur.*

253 *Testibus dicentibus testatorem non fuisse sanæ mentis, alijs contrarium asserentibus, quibus magis credatur.*

254 *Dilucida interualla licèt habeat testator, in dubio pro testamento iudicatur.*

255 *Notario asserenti testatorem fuisse sanæ mentis creditur.*

256 *Notarius æquiparatur vnico testi omni exceptione maiori.*

257 *Testamentum nullum an à partibus possit ratificari.*

258 *Approbare testamentum nullum an possint partes.*

259 *Ius publicum præualet interesse particularium.*

260 *Contenta in testamento nullo approbata, valent in vim pacti, non in vim testamenti.*

261 *Nouitius intra annum nouitiatus viuente patre, an possit testari sine eius licentia.*

262 *Scribentes testamenta an sibimet ipsis aliquid scribere possint, & quomodo.*

264 *Scribens sibi legatum in alterius testamento habetur pro falsario.*

264 *Scribere non potest quis legatum in fauorem eius, cuius sub potestate est.*

265 *Maritus vxori, neque vxor marito legata scribere possunt.*

266 *Legatũ in fauorẽ scribentis quomodo valeat.*

267 Sub

326 Compensatio in quibus locum habeat.

327 Pater legans filiæ censetur legasse ratione legitimæ.

328. Legato debito principali an vsuræ censeantur legatæ tacitè.

329 Legato nomine debitoris, veniunt & vsuræ decursæ.

330 Legato censuali alicui an legatario debeantur pensiones decursæ in vita testatoris, an verò ad hæredem pertineant, cum seq.

331 Pensiones censualis diuersæ sunt ab ipso censuali.

332 Vsuræ quomodo dicantur accessoria ad sortem principalem.

333 Sors & pensiones quomodo coniuncta dicantur.

334 Pensiones censualis licèt ab eo dependeant, non dicuntur de corpore illius.

335 Pensiones censualium propriè non dicuntur fructus.

336 Legato facto pro maritandis puellis, cognatis testatoris, quas suus confessor dixerit, si ipse moriatur ante quàm declaret, an valeat legatum & quomodo.

337 Puellæ incertæ, de certis quomodo admittantur ad legatum relictum pro maritandis.

338 Testatorem prædilexisse proximiores præsumitur.

339 Affectio testatoris maior præsumitur ad proximiores.

340 Legatum rei propriæ testatoris alienatæ post conditum testamentum an valeat & quomodo, cum seq.

341 Legatum rei alienæ quo ad æstimationem an valeat.

342 Alienatio rei legatæ voluntaria an adimat legatum, & num. 344.

343 Legatum an censeatur ademptum ex alienatione rei legatæ.

344 Legatum an censeatur ademptum ex voluntaria alienatione.

345 AEstimatione rei legatæ an alienata voluntariè re debeatur æstimatio.

346 Legatum famulo existentibus duobus eiusdem nominis, an & cui debeatur.

347 Legatum debet solui ex duobus illi quem coniecturæ magis fouent.

348 Seruitia sunt in consideratione.

349 Affectio maior solet esse & potentior, iure sanguinis.

350 Legato fundo qui duorum dominorum est, an debeatur totus fundus, an sola pars testatoris.

351 Legata in dubio solum censetur pars testatoris legato fundo, qui est duorum.

352 Hæres grauatus de restituenda hæreditate simpliciter an & quando grauare possit fideicommissarium, cum seq.

353 Grauare potest (hæres grauatus,) ipsum fideicommissarium si ei plus restituit quàm de restituendo erat grauatus.

354 Grauamen apponitur ab eo qui aliquid dat liberè in eo quod dat.

355 Proximioribus vocatis ad successionem, cuius respectu proximitas consideretur.

356 Proximitas solet considerari respectu vltimi possessoris.

357 Voluntas testatoris est vt hæreditas semper in descendentes protrahatur magis quàm ad collaterales.

358 Succedens ex fideicommisso primo testatori dicitur succedere.

359 Hæreditas adita iam non repræsentat defunctum.

360 Succedens in hæreditate cui succedere dicatur.

361 Fideicommissa transeant de successoribus in successores.

362 Conditio, si sine filiis decedat, adimpletur si grauatus decedat cum nepotibus.

363 Neptes faciunt deficere conditionem, si sine liberis.

364 Filius legitimatus an faciat deficere conditionem, si sine filiis decedat, cum seq.

365 Legitimati filij an faciant deficere conditionem, si sine filiis decedat.

366 Legitimati filij quomodo admittantur ad faciendam deficere conditionem, si sine filiis.

367 Legitimi filij an comprehendant filios legitimatos.

368 Naturales filij legitimari dicuntur.

369 Bastardi non dicuntur propriè legitimari, sed dispensari.

370 Facultate data alicui ad disponendum de aliqua hæreditate, si non disponat de ea, ad quem illa hæreditas pertineat.

371 Iuris nomen prolatum à Catalano de iure constitutionum & Pragmaticarum intelligitur.

372 Substitutio facta in casu mortis, an de naturali, an de ciuili intelligatur.

373 Mortis mentio, an de naturali, an de ciuili intelligatur.

374 Mortis mentio in dispositione hominis de qua morte intelligatur, cum seq.

375 Interpretatio in testamentis qualis fiat.

376 Religionis ingressus quando æquiparetur morti naturali.

377 Religiosi Franciscani viuentes mortui dicuntur.

378 Religiosus non dicitur mortuus verè si Religio in communi est capax bonorum.

379 Rogatus restituere hæreditatem quando teneatur illam restituere.

380 Religiosi Franciscani sunt incapaces bonorum immobilium.

381 Graua

560 Lega

560 *Legota pia sustinentur ex minus solemni testamento.*

561 *Legata pia debentur per verba enunciatiua relicta.*

562 *Grauare non potest qui commodum non reliquit.*

563 *Succedens ex patris testamento, quando possit pratendere quòd succedit ex testamento aui.*

564 *Hares conficiens inuentarium non tenetur ultra vires hareditarias.*

565 *Inuentarium conseruat haredem illasum.*

566 *Filius adiens ex patris testamento quando sibi praiudicet in testamento aui.*

567 *Aditio fily ex testamento patris quando sibi praiudicet ex testamento aui.*

568 *Praiudicare sibi quis quando dicatur.*

569 *Scientia expressa requiritur illius iuris cui censetur quis sibi praiudicasse.*

570 *Scientia nepotis respectu testomenti aui, quomodo probetur.*

571 *Testamentum an & quomodo reuocari possit, cum seq.*

572 *Testamentum legitimè factum an censeatur reuocatum, si testator dicat se nolle mori cum testamento facto, nec in eo haredem institutum fore haredem.*

573 *Testamentum valet si legitimè factum est, etiam si testator dicat se nolle valere, & quomodo.*

574 *Reuocatum censetur prius testamentum vbi verbo coram testibus dicit se nolle cum dicto testamento decedere vocando venientes ab intestato.*

575 *Venientes ab intestato quando censeantur vocati ex testamento.*

576 *Alienare prohibitus an possit in emphyteusim concedere, cum seq.*

577 *Alienatione prohibita quid censeatur prohibitum, cum seq.*

578 *Prohibitus alienare de quibus intelligatur prohibitio.*

579 *Prohibita alienatione censetur prohibita locatio ad longum tempus.*

580 *Dominium vtile transit in emphytentam.*

581 *Testamentum est nullum vbi filius in potestate est prateritus.*

582 *Clausula codicillaris an sustineat testamentum in quo filius est prateritus.*

583 *Filius quando censeatur grauatus de restituenda hareditate venientibus ab intestato.*

584 *Harede vniuersali instituto, totóque integro vsufructu alicui relicto, quid importet.*

585 *Vsufructu plenè alicui legato, harede vniuersali instituto, quid importet.*

586 *Integraliter totum legatum, quid comprehendat.*

587 *Legatarÿ duo, quomodo simul concurrant.*

588 *Mater an plus possit legare filÿs vnius matrimonÿ, quàm alterius, cum seq.*

589 *Legare mater an possit pinguius filÿs vnius matrimonÿ, quam alterius.*

590 *Pragmatica vnica titulo de testamentis, declaratur, cum seq.*

591 *Mater in Catalonia an possit relinquere plus filÿs vnius matrimonÿ, quàm alterius.*

592 *Authentica ex causa, C. de liber. prater. declaratur.*

593 *Pragmatica vnica tit. de testam. qualiter intelligatur.*

594 *Mater an cum fraude, vel sine, plus leget filÿs vnius matrimonÿ, quàm alterius.*

595 *Lex hac edictali, C. de secund. nupt. an locum habeat intra ciuitatem Barcin.*

596 *Furiosus an possit facere testamentum, & quomodo.*

597 *Notarius quid debeat facere in testamento furiosi.*

598 *Notarius qui recepit testamentum non est legitimus testis ad probandum sanam mentem ipsius testatoris.*

599 *Testamentum furiosi, an, & quando valeat.*

600 *Homo iudicatur iuxta ea qua operatur.*

601 *Clausula derogatoria futuri testamenti arguit furorem.*

602 *Testamentum habentis dilucida interualla, an valeat fauore pia causa.*

603 *Testamentum mente capti, nec ad pias causas valet.*

604 *Haredis institutio, an & quomodo valeat facta ad interrogationem alterius.*

605 *Posthumi institutio facta ad interrogationem, an valeat.*

606 *Institutio ex falsa causa an valeat.*

607 *Institutio incerta quando reddatur certa.*

608 *Erroris materia respectu testamenti, vbi & à quibus tractetur.*

609 *Error in Notario an potius prasumatur, quàm dolus.*

610 *Notarius omittens apponere clausulas solitas, quid faciat.*

611 *Mater in Catalonia, an teneatur filium instituere, vel exharedare.*

612 *Testamentum matris an sit nullum ex filÿ præteritione, vel exharedatione.*

613 *Testamentum nullum ex præteritione filÿ, valebit, si filius non oppugnet illud.*

614 *Enunciatiua verba an disponant.*

615 *Verba enunciatiua an disponant quoad pias causas.*

616 *Dispositio pœnalis fauore hospitalis, instituto hærede aliquo monasterio, an locum habeat, cum seq.*

617 *Prala*

678 Fidei

viuerent, aut quando possit peti diuisio inter eos.

736 *Dilapidatio alterius ex duobus est causa sufficiens ad diuisionem petendam.*

737 *Falcidia an tribuat ius aliquod hæredi quo ad retentionem bonorum.*

738 *Falcidia in quibus rebus sit soluenda.*

739 *Legatarius quando dicatur dominus legati.*

740 *Electionem an habeat hæres in quibus bonis capiat falcidiam.*

741 *Legata domo in qua testator solitus est habitare, an si alia aggregetur, hac legata censeatur, cum seq.*

742 *Domo legata in qua habitat testator si vicinam aggreget, an comprehendatur in legato.*

743 *Augmentum rei legatæ an hæredi, an verò legatario cedat.*

744 *Domus vicina vnita alteri, quando dicatur vnica domus.*

745 *Testamentis duobus factis, an tollatur primum, si in secundo non adsit clausula derogatoria primi.*

746 *Testamentum primum an tollatur per secundum testamentum, si non habet clausulam derogatoriam.*

747 *Posteriori testamento an tollatur prius.*

748 *Testamenta plura an possint præcedere.*

749 *Testamentum secundum, an absolutè tollat primum.*

750 *Posthumus an sit hæres instituendus.*

751 *Posthumus si natus moriatur, an rumpat testamentum.*

752 *Posthumus viua exciso ventre matris, an rumpat testamentum.*

753 *Posthumus quando rumpat testamentum.*

754 *Feudum acceptum pro se & filijs, quos comprehendat.*

755 *Legatum à marito vxori factum de æquali dotis quantitate, nulla facta dotis mentione, an diuersum censeatur à dote.*

756 *Quantitas legata an compensetur cum dote.*

757 *Legatum à marito vxori factum, an compensetur cum dote.*

758 *Legatum quando compensetur cum debito.*

759 *Fideicommissarius an possit in testamento esse testis, cum seq.*

760 *Fideicommissarius particularis, an possit in testamento esse testis.*

761 *Fideicommissarius vniuersalis, quare non sit testis in testamento.*

762 *Legatum viduæ factum si castè vixerit, quomodo intelligatur.*

763 *Conditio,* si castè vixerit, *quomodo intelligatur.*

764 *Vidua an amittat legatum sub conditione,* si castè vixerit, *si aliquando vixerit incastè, si postea reuertatur ad primum statum.*

765 *Actione ad legatum competente semel amissa, an reconualescat.*

IN † religione Societatis Iesu 1
adest indultum Gregorij XIII.
quo dispositum est, quòd religiosus illius, qui nõ emisit quatuor vota solemnia, interim possit vsumfructum habere, quorumcumque bonorum, quæ ad eum peruenerint.

Euenit † quòd in villa de Perpinya de- 2
cessit Iacobus Ruis Burgensis, in suóque testamento hæredem suum vniuersalem fecit Honoratum Ruis eius filium, si religionem ingressus non fuerit, & casu quo ingressus esset, alios filios substituit. tempore mortis patris, dictus Honoratus filius ingressus erat religionem Societatis. dubitatum fuit, an dictus Honoratus posset habere vsumfructum interim, dum non erat professus solemniter quatuor vota.

Fuerunt aliqui in voto, quòd erat admit-
tendus, quia † non dicebatur verè professus, 3
qui bonorum suorum habebat administrationem, iuxta tradita per Bart. *in authent. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles.* Iulius Clarus *lib. 3. §. testamentum, q. 28.*

Respondi tamen, † dictum Honoratum 4
esse exclusum à paterna hæreditate, eámque ad substitutos pertinere. quia testator de solo ingressu religionis locutus fuit, non verò de professione, vt apparet ex verbis testamenti, ibi, *Y en religio entrat*, quibus conformat text.
in authent. ingressi, C. de sacrosanct. Eccl. vbi † in- 5
gressus religionem dicitur ille, qui ad reli-
gionem se recepit, & † à verbis testatoris ab- 6
solutè non licet recedere. *l. non aliter, ff. de legat. 3.* Tum etiam, quia hæc verba conditionaliter fuerunt à testatore prolata, vt ex eisdem verbis apparet, & signanter ex dictione
illa † *si*, quæ conditionem inducit: † volun- 7
tas autem in conditionibus priùs inspicitur. 8
ea enim est, quæ voluntates regit, ex vulgata *l. ex facto* & sic cùm ex verbis prædictis testator de solo ingressu religionis locutus fuerit,
iam censetur specificè illa impleta, † in te- 9
stamentis enim frequentiùs verba propriè sunt accipienda. *l. qui hæredi, ff. de condit. & demonstr.* dixi in meis commentariis ad *l. cum auus, n. 136. ff. de cond. & demonstr.*

Tertiò ex alia ratione, quia † in dubio 10
non est recedendum à proprietate verborum, contra voluntatem testatoris, etiam vt actus valeat. iuxta tradita per Cephal. *consil. 216. num. 19. & 22. lib. 2.* Angel. *consil. 238.*

num. 5. Riminald. *conf.* 517 *num.* 44. dicentes,
11 quòd † licèt pia testatoris dispositio debeat
conseruari, sed non vbi trahitur ad id, de
12 quo testator non censuit, quia † nulla esset
pietas, conuertere aliquid ad pium vsum
contra voluntatem testatoris. Carroc. *decis.*
99.num. 8. Marcus Anton. Eugen. *consil.* 37.
num. 6. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8.
tit. 12. *post num.* 29. Cancer *lib.* 3. *variar. cap.* 20.
13 *num.* 392. *& sequentib.* maximè cùm † laicis
permissum sit, filios religiosos penitus à sua
successione repellere, vt pluribus tradidi in
meis commentariis ad *l. Titio centum*, §. 1.
14 *num.* 18. vt † de religiosis exclusis à succes-
sione maioratus, ex præsumpta voluntate at-
testatur Castillo Sotomaior *controuers. quoti-
dian. de vsufruct.* 3 *tom. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 41. *&*
54. & sic intrepidè resolui, addendo pro co-
ronide doctrinam Thomæ Sanchez Theo-
logi *de matrim. lib.* 1. *disput.* 34. *num.* 17. consti-
15 tuens † differentiam inter ingredi religio-
nem, vel in ea profiteri, vt quoad implemen-
tum conditionis, sufficiat quòd fuerit in-
gressus, licèt non sit professus.

Nec obstat doctrina in eius fauorem alle-
16 gata. quia ex illa non infertur, quòd † ex in-
gressu religionis, in nostro casu, non dica-
tur impleta conditio, quoad voluntatem te-
statoris, excludentis eius filium à successio-
ne sua; sed quod infertur ex eorum dictis
17 est, quòd † ingressus religionem, donec
professus fuerit (qui *Nouitius* appellatur)
quoad bonorum administrationem, & dis-
positionem, tanquam laicus iudicetur. iux-
ta tradita per Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 2.
cap. 9. *num.* 53. cum aliis authoribus ibi re-
latis.

18 Quæro, † an de legatis piis relictis Ho-
spitalibus, Episcopus possit prætendere ius
aliquod pro quarta portione sibi debita.

19 Respondeo quòd † si à testatore fuit ali-
quid domino Episcopo relictum, pro iuribus
sibi competentibus, ratione Canonicæ por-
tionis, & ipse Episcopus scienter tale lega-
tum acceptauit, quòd non poterit aliquid
amplius petere, quia ei debetur Canonica
portio de relictis ad pias causas, iuxta text.
in cap. conquerente, de off. ordin. cap. officij, de te-
20 *stament.* † nisi essent relicta fauore ornamen-
torum, vel anniuersariorum, iuxta tex. *in cap.*
fin. de testament. ita Couarr. *in dicto cap officij,*
de testam. in princip. vbi ait, dictam quartam
Episcopo debitam à legatariis esse soluen-
dam, non verò ab hærede, vbi solùm sunt le-
gata particularia pia, ad similitudinem falci-
diæ, quæ de legatis etiam detrahitur.

21 Nobilis † Philippa de Santllimēt vidua
fecit testamentum, & in eo manumissores, &
executores illius nominauit, hæredémque
vniuersalem suum instituit monasterium
sanctæ Catharinæ martyris, Ordinis Prædi-
catorum. Cùm lis esset mouenda pro recu-
peratione aliquorum legatorum particula-
rium (antequam essem Aduocatus dicti mo-
nasterij, cuius postea fui,) à me fuit quæsitum,
an lis esset contestanda contra manumisso-
res in testamento nominatos, an verò contra
monasterium.

Respondi quòd † lis erat contestanda 22
contra monasterium, quia licèt manumisso-
res appareant, & repræsentent defunctum,
id locum habet, vbi non est alius hæres insti-
tutus, vbi autem præter manumissores, adest
alius hæres institutus, diuersus à manumisso-
ribus, tunc manumissores defunctum non
repræsentant, nec vicem hæredum fungun-
tur. Bart. *in l. alio, ff. de aliment. & cibar. legat.*
l. hæreditas ad Statum, ff. de hæred. instit. & in
l. centurio, n. 2 *ff. de vulgar.* Bald. *in l precibus,*
C. de impuber. Socin. senior *consil.* 49. *n.* 3. *lib.* 4.
Alex. *cons.* 4. *n.* 16. *cons.* 98. *n.* 10. *lib.* 2. *cons.* 12.
n. 12. *lib.* 3. Abb. Couarr. *in cap. Ioannes, n.* 6. *de*
testam. Mattenço *lib.* 5. *noua recopil. l.* 14. *tit.* 4.
gloss. 1. *n.* 7. Cassan. *d. cons.* 293.

Quidam † scripserunt filiæ suæ, dum al- 23
terius testamentum scribebat, de voluntate
ipsius testatricis, legatum, quantitatis ducen-
tarum librarum, pro ingressu monasterij
ipsius filiæ. quæsitum fuit an tale legatum
valeret?

Respondi tale legatum nullius esse mo-
menti. quia † de iure prohibitum est, quòd 24
quis sibi adscribat aliquid in testamento alie-
no, quod ipse manu sua scribit, *toto tit. C. de*
his qui sibi adscribunt. quod & † in filius sub 25
eorum potestate existentibus procedit, iuxta
notata per scribentes *dicto tit.* cùm † de iure 26
falsitas in eo præsumatur, iuxta *l.* 1 § *inter fi-*
lium, ff. ad legem Cornel. de fals. l. Senatusconsulto,
C. de his qui sibi, l. si testator, C. eod. Bart. *consil.* 61.
quia ad hoc vt valeret tale legatum, in calce
ipsius testamenti requirebatur † subscriptio 27
testatoris, facientis expressionem dicti lega-
ti, cùm non sufficiat generalis. *l. diuus, §. item*
Senatus. & *ibi* Bart. *ff. ad legem Cornel. de fals.*
Salicet. *in dicta l. si testator.* Alex. *cons.* 147. *col.* 2.
lib. 2. & licèt Bald. *in d. l.* 2. *& C. de his qui sibi*
adscrib. quòd si testamentum sit nuncupati-
uum, non requiratur subscriptio, eo quòd per
testes possit probari testatoris voluntas, re-
linquentis legatum ipsi scribenti: attestatur
tamen Bald. *cons.* 96. *lib.* 2. vt res sit extra con-
trouersiam, quòd † testator indiuiduè legatū 28
subscribat, mentionē quantitatis, & legatarij
faciat, *l. si puberem, §.* 1. & *ibi* DD *ff. ad leg. Corn.*
de fals. Bald. *cons.* 420 *lib.* 2. & sic prędictū lega-
tū non valere resolui. Nam licèt aliqui essent,
qui defenderent, † fauore dotis, & piæ causæ 29
debebat

debebat valere, tamen omnes rationes, quæ in huius rei confirmationem allegabantur,
30 non me mouerunt, quia licèt † fauore piæ causæ multa in iure suppleantur; tamen hoc casu non poterant accommodari, quia legatum prædictum consistebat in substantiali voluntate testatoris, de qua etiam in relicto ad pias causas debet constare, iuxta relata per Tiraquel. *in tract. de priuileg. causa pia, priuileg. 5. circa finem.*

Quidam desiderabat, quòd legatum sibi, ab amico relictum, cum effectu ad eum perueniret, nec posset ab eo adimi, nuda testa-
31 toris voluntate. quæsitum à me fuit, † quomodo hoc posset fieri, cùm de iure tritissi-
32 mum sit principium, † deambulatoriam esse testantium voluntatem, vsque ad vltimum vitæ exitum. *l. quod si iterum, ff. de adim. legat. l. si cui, ff. eod.*

Respondi, quòd poterat tale legatum assecurari, vt irreuocabile fieret, hoc modo, vt testator, quoties testamentum facit, & illud penes Notarium confirmat, promittat Notario stipulanti legatum, tali personæ relictum, non reuocare. ita vt, casu quo tale legatum vellet reuocare, nunc pro tunc sit in vim donationis, ius translatum in ipsum legatarium, & ipse pro donatario habeatur.
33 hoc † enim in testamento potest licitè fieri, cùm contractus sit in eo permissus, vt notatur *in l. hæredes palàm, ff. de testament. in § fin.*
34 tenet hoc Imola, dicens, quòd † talis dispositio non subiacet reuocationi, vt probatur *in l. cùm quis decedens, §. codicillis, ff. de legat. 3.* cum *ibi* notatis per scribentes, & *ibi* Bart. idem tenet Bald. *in l. si aula, col. 1. C. de iure deliber.* nec hoc casu locum habere potest, quod
35 aliqui dicunt, † adimi liberam testandi voluntatem, iuxta tex. *in l. stipulatio hoc modo concepta de verborum obligat.* quia testatori prædicto iam restat libera testandi voluntas, de aliis bonis, in legato prædicto non comprehensis, sequitur hanc sententiam Ludouic. Roman. *conf.* 171.

36 Quæritur, † an pater teneatur in Catalonia filium in potestate constitutum, necessariò hæredem instituere, & an casu quo ipsum hæredem non instituat, nullum sit testamentum.

Respondetur quòd ex generalibus constitutionibus huius principatus, nil circa filij institutionem est dispositum, vnde sequenda est iuris communis dispositio, & obseruatio,
37 nempe † patrem tenere instituere hæredem, aut iusta ex causa exhæredare eum, aliàs ipso iure testamentum nullum erit. *l. inter cætera, ff. de liber. & posthum. l. filio præterito, ff. de iniust. rupt. l. maximum vitium, C. de liber. præter. princ. Inst. de exhæred. liber.* & est communis opinio,

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var.

iuxta ea quæ tradit Iulius Clarus *recept. sent. §. testamentum, q. 42. num.* 1. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 48. n. 2. lib.* 1. refert Cancer *lib. 1. var. resol. cap. 4. de testam. in antiq. impress. num.* 10. quæ † nullitas consideratur solùm, 38 quoad institutionem factam in testamento, non verò quoad cætera in testamento disposita. ea enim conseruantur, & sustinentur. *authent. ex causa, C. de liber. præter.*

Quæritur vlteriùs, † an idem sit respectu 39 matris, nempe, an mater teneatur filium hæredem instituere.

Respondeo matrem teneri ipsum filium sibi hæredem instituere, atqui idem pater, iusta de causa in testamento inserta, eum exhæredare, ex traditis *in auth. vt cùm de appell. cognoscitur, §. aliud quoque capitulū, vers. causas.* aliàs † si præterierit, vel sine causa illum ex- 40 hæredet, testamentum est nullum, vt tradit Guiller. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo in eodem testamento relinquens, lo 1. num.* 252. quod probat ex. dicta authent. & ex *auth. non licet, C. de liber. præter.* notat gloss. *in auth. de hæredib. & falcid. §. exhæredatos*, refert & sequitur Gaspar Pegadus *in repet. l. inter cætera, ff. de liber. & posthum. 3. part. verbo exhæredandis, cap. vnic. n.* 12. Vigli. *in § mater, n. 1. Instit. de exhæred. liber. auth. non licet.* iuncta gloss. *verb. parentis, C. de liber. præter.* Ias. *in l. posthumo nato, n. 18. C. de bon. possess. contra tab.* Iulius Clarus *§ testamentum, q.* 47. Cartoc. *decis. 43. n.* 5. Dec. *cons.* 478. Menoch. *cons. 961. n. 5. lib.* 10. Surdus *cons.* 402. *n. 19. lib.* 3. ex quibus resoluitur, matris testamentum, in quo filius non est hæres institutus, aut cum causæ insertione exhæredatus, esse nullum.

Quæritur vlteriùs, † an tale testamentum 41 patris, vel matris, in quo filius est præteritus, aut sine iusta causa exhæredatus, aliquo modo sustineri possit.

Respondeo testamentum paternum, vel maternum, valere, etiam si filius non fuerit institutus hæres, nec cum legitima causa exhæredatus, sed præteritus, dummodo in testamento sit clausula codicillaris, quia tunc testamentum sustinetur in vim codicilli, & † filius præteritus censetur grauatus, vir- 42 tute prædictæ clausulæ codicillaris, restituere hæreditatem per fideicommissum, hæredi instituto, in testamento paterno, vel materno. Quam sententiam, communem attestantur plures, quos refert Iulius Clarus *in dicto §. testamentum, q 46. num.* 1. idem voluit Aufrer. ad Capell. Tolosan. *decis.* 455. Dec. *consil.* 320. Crauet. *cons.* 295. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 12. n.* 31. Gutier. *practic. quæst. lib. 3. q. 51. num.* 9. Codex Fabrian. *lib. 3. tit. 16. de codicill. defin. 7. & 12.* Ant. Gomez ad *l. 3. Tauri, n.* 82. & per totum mundum seruari,

attestatur Peregrin. *de fideicommiss. art. 3. n. 49.*
42 Dicunt enim, paria esse, † rogare venientes
ab intestato, quòd hæredi scripto hæredita-
tem restituant, vel codicillarem clausulam
apponere. Bart. & communiter scribentes *in
d. authent. ex causa, & in l. 1. ff. de iure codicill.*
Guiller. Bened. *in cap. Raynutius, verbo in eodem
testamento, lo 1. num. 242. & seq.* Socin. iunior
cons. 107. num. 24. lib. 1. Paris. *cons. 12. in princip.
lib. 3.* Iulius Clarus *d. q. 46. de commun.* Purpu-
ra. *cons. 407. n. 23. & seq.*
43 Quæro, † an dicto casu, quo filius cense-
tur tacitè grauatus de restituenda hæredita-
te, virtute clausulæ codicillaris, detrahat
duas quartas.
Respondeo filium prædicto casu vnam
tantùm quartam detrahere. Bart. *in l. quan-
quam, C. ad leg. Falcid. & in l. Papinianus, §. me-
minisse, in fine, ff. de inoff. testament.* Bald. *in l. fi-
lium quem habentem, ff. famil. hercisc.* Viu. *decis.
420. num. 15. lib. 3.* Stephanus Bertrand. *con-
sil. 139. num. 1. 2. part.* qui alios refert. Hippol.
44 Riminald. *cons. 78. num. 15.* Ratióque, † quare
filius prædicto casu non detrahat duas quar-
45 tas, est, quia † fideicommissum inductum per
clausulam codicillarem, est purum, & clau-
sula codicillaris, verbis denotantibus purum
fideicommissum, est æquipollens; vt notat
Laurentius de Pinu *cons. 23. num. 3.* referens
idem tenere Bart. *in l. 1. in quæst. 5. ff. de iure co-
dicill.* & scribentes *in authent. ex causa, C. de lib.
46 præt.* At † quando filius est grauatus purè
restituere hæreditatem, non detrahit Tre-
47 bellianicam, sed solùm legitimam. quia † fi-
lij solùm possunt duas quartas detrahere,
quando sunt grauati restituere hæreditatem,
sub conditione. iuxta gloss. *in cap. Raynutius,
de testam. verbo legitimam ipsam, in fine.* quam
per totum mundum seruari attestatur Paul.
Castren. *in d. l. quanquam, C. ad legem Falcid.*
& in iudicando & consulendo esse seruan-
dam, tradit Berengar. Ferdinand. *in l. in quar-
tam, 4 præfat. num. 324. ff. eod. tit.* Mantica *de
coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 11. n. 6.* Iolius Clar.
lib. 3. §. testamentum, q. 63. n. 2.
48 Petrus † fecit testamentum, habens qua-
tuor filios, maiorem natu sibi hæredem insti-
tuit, eidémque quandocumque decederet
sine liberis de legitimo, & carnali matrimo-
nio procreatis, permisit vt de dimidia hære-
ditate possit testari, & ad suas liberas volun-
tates facere; de alia verò dimidia teneatur
disponere inter cæteros suos fratres, prout
eidem bene visum fuerit, & addidit, quòd
prædicta sua dispositione non obstante, pos-
49 sit † prædictus eius filius vendere, aut aliàs
alienare, aut totam hæreditatem, aut partem
sibi bene visam, quocumque casu dicto hæ-
redi expedierit, absque consensu dictorum
fratrum. quæsitum fuit, † an prædicto ca- 50
su fideicommissum inductum sit in fauorem
fratrum, saltim in dimidia suprà mentio-
nata; an verò ex illa clausula alienationis
censeatur data libera facultas alienandi, &
quomodo.
Respondendo dixi, † in fideicommissis 51
solam voluntatem testantis inspici, *l. cùm vi-
rum, C. de fideicommiss.* Rota Roman. *decis. 640.
1. part. in nouissimis.* prærsensit Molina *de Hi-
span. primogen. cap. 1. num. 10.* ex quibus fit,
quòd † fideicommissum quibuscumque ver- 52
bis inducitur, dummodo de testantis volun-
tate inspicitur. *l. peto, in princip. ff. de legat. 2.
l. Pamphilo, ff. de legat. 3.* & licèt fideicommissi
dispositio sit in dimidia, idem erit dicen-
dum, respectu huius dimidiæ, atque dicere-
tur, quoad totam hæreditatem. quia † fidei- 53
commissum non solùm est de tota hæredita-
te, sed de parte illius. ex text. argument. *l. quæ
de tota 76. ff. de rei vindicat.* & expressus est
text. *in §. nil autem, instit. de fideicommiss. hæred.*
refert Peregrin. *de fideicommiss. art. 5. num. 27.*
& sic, procul dubio, decedente primo hære-
de instituto, sine liberis de legitimo, & car-
nali matrimonio procreatis, dimidiam hæ-
reditatem defuncti patris, ad reliquos eius
filios, hæredis fratres, iure fideicommissi per-
tinere.
Secundo dubio respondeo, † verba illa, 54
quibus videtur à testatore datam fuisse hæ-
redi instituto licentiam, vendendi & alie-
nandi, non esse absolutè accipienda, vt libe-
rè, & indistinctè, talis hæres possit vendere,
ac dissipare bona hæreditaria; sed esse re-
stringenda, saltim ad arbitrium boni, & pru-
dentis viri. ex *l. fideicommissa 11. § quanquam,
ff. de legat. 3. l. hæredis mei 58. §. fin. ff. ad Trebell.*
est elegans text. *in l. Titius 54. ff. eodem.* iuxta
tradita per Peregrin. *de fideicommiss. artic. 40.
dub. 1. num. 50.* Corneus *consil. 38. num. 88.
dub. 10.* Ludouic. Roman. *consil. 476. in fine:*
quia verbum † *arbitrium*, in vltimis volun- 55
tatibus appositum, ad boni viri arbitratum
regulatur, non ad liberam voluntatem & po-
testatem, vt ex Bart. *in l. alio, num. 8. ff. de alim.
& cib. legat.* Guido Papæ *decis. 475.* refert Mar-
ta *in tractat. de clausul. 3. part. num. 2. & 3.* fa-
ciunt expressè tradita per Coro. *consil. 173.
col. 3. versic. sed dubium facit, vol. 3.* vbi pro-
bat, † alienationem à testatore permissam, 56
cum prædicta clausula, debere restringi ad
boni viri arbitrium. *l. Thais, § sorore, l. Lucius,
ff. de fideicomm. liber.* ex quibus dicendum ve-
nit, quòd non erit ei data facultas, absolutè
alienandi; sed † in casibus, in quibus boni 57
viri arbitratus interuenerit. nam aliàs si ab-
solutè, & indistinctè iste hæres posset vende-
re, & alienare bona hæreditaria, frustraneum
esset

effet id, quod in fauorem cæterorum filiorum fuorum, teftator difpofuiffet. quod dicendum non eft,ex *l.fi ita quis*, §.*is cui*,*ff.de legat.2.* facit argumentum defumptum *in l.fideicommiffum 76.ff.de condit.& demonftr.* Poterit † igitur hæres, in cafu neceffitatis fatalis, & naturalis, vendere hæreditaria bona, cafu quo non extent bona libera ipfius hæredis, ex *l.Titius 54.ff. ad Trebell. l.peto 69.§. prædium, ff.de legat.2. l.pater filium 38.ff.de legat.3.* tum maximè, fi teftator in dicta licentia alienandi, data hæredi, dixerit,& vfus

58 fuerit verbis his, † *expediat*, vel *conueniat*, vel fimilibus. quæ verba magis importare videntur neceffitatem, vel vtilitatem. gloff. *verbo expediat,in cap.cùm expediat 29.de elect. & electi poteft. in 6.* facit text. *in cap.conuenit 13. de confecrat. diftinct.5.* ex quibus non folùm tali hæredi, in dimidia hæreditare,cenfetur prohibitio abfolutè alienandi facta,fed

59 ...

60 etiam, † & dimidiam obligandi.quia neque eam obligare poterit, cùm de iure fit, quod

61 † prohibita alienatione, cenfeatur prohibitus omnis actus, per quem ad alienationem peruenire poterit.*l.alienationis verbum 38.ff.de verb.fignif.*

62 Fuit à me quæfitum, † quòd quidam miles contraxit matrimonium cum quadam domicella in ciuitate de Leyda, & maritus ingrediens domum mulieris, in capitulis matrimonialibus conftituit fe traditurum eius vxori tres mille libras, nomine dotis, quæ effent conuertendæ in melioramenta hæreditatis ipfius vxoris.

Euenit quòd mulier prædeceffit marito, & in eius teftamento recognouit maritum fuum dictas tres mille libras conuertiffe in augmentum hæreditatis ipfius vxoris. hæredes bonorum vxoris noluerunt dictas tres mille libras pro folutis habere, fed negarunt dicendo, maritum non expendiffe. Dubium,

63 quod fuit, quæfitum erat, † an talis quantitas,ex confeffione illa, cenferetur foluta, an verò, ex tali confeffione, dicta quantitas cenferetur à dicta vxore, marito legata, & data.

64 Refpondi † ex tali fimplici confeffione, non iurata, non cenferi probatam folutionem dictarum trium mille librarum, eo quia confeffio illa abfque iuramento, fimplex reputatur, & fic non probat, vt *in authent. quod obtinet, & in authent. vnde fumitur, C. de probat.* & ita fenfit Bart. *in l. Lucius, §. codicillis, num.2. ff.de legat.2.* Panorm.*in cap.fin. num.4.* & *ibi* Anton. de Butr. & cæteri Canoniftæ, *de fucceff. ab inteftat.* faciunt tradita per Surdum *decif.285.* maximè, cùm † prædicta

65 ...

confeffio facta fit inter perfonas, inter quas

66 prohibita eft donatio. vnde † talis confeffio,

tanquam relatiua expenfas factas in hæreditate, non conftito de eis, habetur pro fimulata, & ficta, ex *l.qui teftamentum, ff. de probat.* Menoch.*de præfumpt. lib.3.præfumpt.12.n.61.*

Nec dici poteft, † ex tali confeffione in- 67
duci donationem, in fauorem ipfius mariti. quia certum eft, quòd quando fumi poteft coniectura, quòd † alia ex caufa, quàm 68
donationis, factum quid fit, illa fumi debet, non autem donatio. *l.cùm de indebito,ff. de probat. l.cùm aurum, ff.de folut.* Menoch. *de Arbitr. cafu 88. col.1. & de præfumpt. lib.3. præfumpt.12. num.60.* At prædicto cafu, † præ- 69
fumptio vrgentior eft,quòd ipfa vxor credebat,maritum fuum expendiffe dictam quantitatem in augmento fuæ hæreditatis, & fic cum hac credulitate dictam fecit confeffionem. Igitur, non animo donandi facta dicetur talis confeffio,maximè non interueniente iuramento.

Et licèt daremus, donationem induci ex tali confeffione, quod negatur, adhuc dicta donatio ex alia ratione effet nulla,quia † do- 70
natio excedens quingentos ducatos, non infinuata,nulla eft, etiam inter maritū, & vxorem.ex *l.fi quis argentum*, vbi DD.*C.de donat. inter vir.* Socin.*in l.1. num.97 ff.folut.matrim.* Iaf.*conf.32. in fine,lib.3.* prout eos refert & fequitur Menoch.*de præfumpt.lib.3.præfump.12. num.39. & 40.* vbi nec intra quingentos ducatos,non infinuatam valere atteftatur.

Confirmabam refolutionem præfuppofitam.quòd † ex tali confeffione non remane- 71
bat probata dotis folutio, ex eo, quòd ipfa mulier, in eadem confeffione, de dote recepta,refert modum folutionis,dicēs,eo quòd expendit maritus dictam quantitatem in vtilitatem eius vxoris, quæ confeffio relatiua eft,perindéque eft,ac fi diceret,per partitam tabulæ, vel ex libris rationum, iuxta tradita per Mafcard. *de probat. conclus.1319. num.21.* Cancer *lib.3.variarum cap.3 num.226.*faciunt tradita per Rot.Roman. *diuerfor.decif.40.n.7. & 27.part.2.* vbi dicitur, quòd † quando 72
vna difpofitio fe refert ad aliam, de qua poteft conftare, potiùs eft attendendum ad relatum, quàm ad referentem, etiam in his, quæ pendent à folo confenfu referentis.quia referens faciliter poteft errore labi, cogitans quòd fic fe habebat veritas. Marcus Anton. Amatos *decif.49. num.11.* afferens fic fuiffe decifum. Alex.*conf.9.num.22.lib.5.*cum aliis. Rota Luca.*in nouiffimis decif.94.*in caufa fpectabilium *col.7.verf.nec refert,fol.145.* Surdus *decif.336.num.18. & decif.337.num.10.& 15.* & fic † dicta confeffio eft relata ad expenfarum probationem, quam tenetur facere idem maritus. 73

Quidam † habens medietatem in aliquo 74
 fundo,

fundo,legatum tale fecit: Lego Petro de Sinespleda totum integrum fundum. quæsitum fuit, an solùm censeretur legatus fundus integer,quoad suam partem, vel etiam, quoad aliam partem, quæ erat alterius consocij in fundo.

Respondi, fundum integrum censeri legatum,non solùm quoad eius partem, verùm etiam quoad partem socij,propter illud ver-
75 bum † *integrum*, quod duas partes comprehendere debet,argum. *l. Iulianus.ff.de legat.3.* tenet Bart.*in l.cùm alienam,C.de legat.* Abb.*in cap.filius,de testam* quia si testator in tali legato adiecisset verbum, denotans proprietatem suam, licèt apponeret *integrum*, tamen
76 † propter illud pronomen *meum*,videlicet si dixisset,*lego integrum fundum meum*, tunc legatum testrictum diceretur ad partem suam, & consocij partem non comprehenderet. *l.legata,§.fin.ff.de supell legat.* Ias *in d.l.serui electione, §.cùm fundus.* faciunt tradita per Bart. *in l.Maeuius,§ fundo,ff.de legat.1.& in l.decem, ff.de fideicom.liber.*
77 Quæritur vlteriùs, † an legata relicta in testamento valeant, si hæres scriptus non adiit hæreditatem.

Respondeo absolutè loquendo, non deberi talia legata. quia quando hæres institutus ex testamento non adiit,reducitur res ad causam intestati. *princ. Instit.de hæred. quæ ab intest.defer.l.si nemo,ff.de testam.tutel.* Ludouic. Roman.*consf.428.* & Alex. *consf.198.col.vltim,*
78 *lib.7.* Si tamen † testator, in testamento legando,adiecerit verba, dicendo, quòd præstetur legata, etiamsi hæreditas non adeatur, tunc valebit talis dispositio, & præstanda erunt talia legata. argum.text. *in §.si verò expressim,in auth.de hæred.& Falcid.* Bart.*in l.nemo potest, 55.ff. de legat.1.* Paulus de Castro *consf.389. visis dubijs, col.5.* Valebunt etiam
79 talia legata, hæreditate non adita,si † testator in testamento adiecerit clausulam codicillarem, disponendo, quòd suum testamentum saltim valeat in vim codicillorum,& sic sustinebitur dispositio. per *l.codicillis, §.fin.ff. de legat.2.* Alex.*in l.nemo, col.3.de testam tutel.* gloss.*in l.licet,C.de pact.*gloss.*in l.1.C.de codicill.*
80 Non defuerunt,qui existimarunt,quòd † eo casu, quo hæres scriptus adire non velit hæreditatem, ne legata fiant caduca,& eis priuetur legatarius, potest legatarius, ea à venientibus ab intestato petere iudicialiter,
81 probando fuisse magnam † familiaritatem inter eum,& defunctum, testibus ministrandis per eum,coram iudice,quia amicitia probata, dicunt clausulam codicillarem ex ea induci,iuxta gloss.*in l.in testamento,ff.de fideicom.liber.& in l.si iure,*vbi Bald.*C.de manumiss. testam.*Barb.*in rubr.de testam.col.6.limit.11.& in cap.requisisti,col.11.eod tit.*gloss.*in l.cohæredi, §.cum filia,vers.voluit,* & *ibi* scribent.*ff.de vulgar.* cogitandum relinquo, quia † omnia 82 legata intuitu familiaritatis relinquuntur,& sic semper debentur, etiam hæreditate non adita,quod scrupulum patitur.

Quidam † parochianus alicuius paro- 83 chiæ fecit quoddam legatum, dicens, *lego mille amore Dei parochiæ meæ.* quæsitum fuit, an tale legatū pertineret ad operarios ipsius parochiæ, qui illam administrant, & gubernant, an verò communitati presbyterorum dictæ parochiæ.

Respondi,tale legatum pertinere ad operarios, & nō ad communitatem presbyterorum, argum. *l.statua,ff.de vsufruct.*iuxta notata per Ioan.Andr. *in cap.cùm super, de caus.possess.& propriet.* quia ex tali forma legati, videtur illud relictum,contemplatione loci. iuxtà tradita per Bart. *in l.ciuibus, ff. de rebus dubijs.* faciunt notata per DD. *in cap.requisisti, de testam.*

Quæsitum fuit, † an legato facto rerum 84 mobilium, comprehendantur quantitates pecuniarum,quæ domi reperiebantur tempore mortis testatoris.

Respondi quòd non, si ipse testator habebat pecuniam paratam ad negotiationem, seu erogationem *l.si chorus, §.1.ff de legat.3.* 85 etiam † si testator, in legato mobilium expressisset, aurum & argentum, quod domi habebat. *l.quintus,§.an cui,* vbi Bart.*ff.de auro & argent.legat.l.cùm aurum,*& *ibi* Bart.*ff.de auro & argent.legat.*

Quæritur, † an si testator leget oues suas, 86 comprehendatur fœtus, editus post testamentum.

Respondeo quòd non,ex *l si ita,ff.de leg 3.* si verò testator vtatur verbis generalibus, per quæ comprehendantur omnia, veluti, Lego gregem pecudum, tunc pertinebit ad legatarium incrementum pecudum. *l. grege legato,* vbi gloss.Bart & Alex *ff.de legat.1.*faciunt quæ scribit Bald.*consf.586.*

Domina Anna Seniust, & Ferret in suo testamento legauit Reuerendo Laurentio Riera(amicissimo meo)beneficiato in Ecclesia maiori ciuitatis Barcinonæ, quoddam Molendinum papyreum,situm iuxta flumen de Besos, in termino de Moncada, relictis pluribus manumissoribus, quorum aliqui patum amore dictum Riera prosequebantur, dilatabántque ei possessionem dicti molendini tradere. & licèt fuissent per eum multoties interpellati, semper differebant. quæsiuit à me dictus Riera, † an posset ipse, 87 tanquam alter ex ipsis manumissoribus testamentariis, propria auctoritate, possessionem prædicti molendini capere.

Respondi

Respondi quòd non, quia licèt ipse esset manumissor testamentarius, tamen habito respectu ad molendinum, erat legatarius, & sic quòd non debebat tale factum attentare; quia incidebat in pœnam à iure sta-
88 tutam, contra † legatarium, propria auctoritate possessionem rei legatæ capientem, nempe amissionis rei legatæ. *l. si quis in tantam. C. vnde vi. l. non est dubium.* & ibi DD. *C. vnde vi.* Corn. *cons.* 207. per *l. clam possidere. §. fin. ff. de adquir. possess.* maximè, quia administratores, seu manumissores prædicti, post mortem dictæ testatricis, acceperant possessionem prædictæ hæreditatis, quo casu habet maximè locum resolutio supradicta. *l. 1. §. rediguntur. ff. quorum legato.* Ludouic. Roman. *cons.* 312. Dec. *cons.* 243 *col. fin. & cons.* 424. & sic consului, & non fecit contrarium, quod aliqui consulebant.

89 Sed quæro, † an aliquo casu possit legatarius, rei legatæ possessionem quærere, absque hoc quod in prædictam pœnam incidat.

Respondeo, quòd sic, in tribus casibus.

Primus fit, si testator legatum fecerit, sic, *Lego Titio talem fundum in quo hæredem particularem ipsum instituo.* quia licèt hæres parti-
90 cularis sit, † in effectu tamen est hæres, & eo casu propria auctoritate potest possessionem apprehendere, iuxta text. in *l. cùm hæredes. ff. de adquir. possess.* secundùm Bart. *in l. ex facto. la 2. ff. de hæredib. inst.* Dec. *in l. fin. col. 7. C. de edict. diui Adrian tollend.*

91 Secundus casus est, quando † facto legato per testatorem, ipse diceret, quòd se, à tempore quo condidit testamentum, constituit possessorem nomine legatarij, ipsius rei legatæ, iuxta repetitionem Ias. *in l. nemo, col. 9. ff. de legat. 1.* quia testator, per talia verba, censetur dominium rei legatæ in legatarium transtulisse. *l. quod meo. ff. de adquirend. possess.* gloss. & Doctores *in l. ab emptione. ff. de pactis.*

92 Tertius casus est, † quãdo testator in testamento disponit, quòd legatarius possit propria auctoritate possessionem accipere rei legatæ, secundùm Alex. *in dicta l. non est dubium C. de legibus.* per *l. Titia testamento. §. Lucius. ff. de legat. 2.* Cuman. *cons.* 61. faciunt tradita per Decium *cons.* 418. *visa, col. 2.* vbi dicit, videri à testatore datam licentiam legatario, capiendi possessionem rei legatæ, propria auctoritate, si dixerit, in testamento legatarium non perturbari, nec molestari in re sibi legata.

93 Quidam † testator in suo testamento legauerat alicui fundum, quem habebat, aut mille scutos. dubium fuit, an esset in electione hæredis, dare fundum, vel mille scutos, an verò hæc electio pertineret ad hæredem.

Respondi absolutè, † electionem esse 94
ipsius hæredis. quia in alternatiuis in dubio electio est debitoris, *l. plerunque. ff. de iure dot. cap. in alternatiuis, de reg. iur. in 6.* Si autem testator direxisset verba aliqua in legatarium, per quæ posset inferri, sibi concessam electionem, tunc † legatarius illam haberet. 95
l. Lucius. ff. de legat. 2. & ibi Bart. sequitur Angel. Aretin. *in tract. de testament. in vers. reliquit. §. vestem.* Alexand. *in l. qui duos ff. de legat. 1.* Si autem † verba sint ambigua, tunc 96
legatario non competit electio, Alexand. *in dicta l. qui duos.* Bart. *in dicta l. Lucius.* Sed si duobus duæ res simul legentur, cuius erit electio.

Respondeo quòd si ex verbis non constat, cui sit electio data, quòd legatarius qui primus scriptus est, ille habebit electionem. ex *l. quoties. ff. de legat. 1.* quia hoc casu succedit, quòd † ordo scripturæ attendi de- 97
bet, de quibus plura congessit Felin. *in cap. cùm dilecta, versic. ordo scripturæ de rescript.* faciunt tradita per Decium *consil.* 609. *quæritur, in fine.*

Quæro vlteriùs, † an legato tritico à te- 98
statore, censeatur legatum triticum, quod venale habebat.

Respondeo, quòd si testator leget triticum, quod domi habet, etiam si adiiciat omne triticum, non comprehenditur quod venale habebat. quia licèt adiectio illa † omne, quæ generalis est, restringitur ra- 99
men, ex illa adiectione, *quod in domo est. l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3.* venalia autem non censentur esse domi, *l. generali. §. vxori. ff de vsufruct. legat. l. pediculis. §. cùm quæreretur ff. de auro & argent. legat.* Si † autem testator adie- 100
cisset, *lego triticum omne, quod quomodocunque domi est.* tunc comprehenderetur triticum venale. Bart. *in dicta l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. legat.* Corneus *cons.* 14. *circa primum, in fine, lib. 1.* vel si testator dixisset, *etiam venale*, per *l. seruos. §. 1. ff. de legat. 3.* Dec. *cons.* 381. Si † autem testator nullum aliud triticum 101
habeat in domo, nisi venale. tunc censeretur legatum triticum venale. gloss. *in dicto §. item cùm quæreretur.* quam ibi mente tenendam dicit Bart. & sequitur Bald. *in rubric.* Paul. de Castro, & Iason *in l. 1. C. de verbor. signif.* continetur etiam triticum perceptum in suo fundo, si venale habeat, quia in frumento huiusmodi negotiari dominus non dicitur, vt tradit Abb. *cons. 6. lib. 1.* & ita refert Dec. *cons. 472. in fine.*

Cùm † mulier indotata, aut parum, nu- 102
pta tamen viro diuiti, eo mortuo habeat quartam in bonis illius, iuxta ea quæ suprà

in titulo *de dotis promiſſione*, dixi, ex *auth. præ-*
terea. C. vnde vir & vxor. quæſitum fuit, an
teſtator in ſuo teſtamento, poſſit prohibere
vxori ſuæ hanc quartam. Salic. *in dicta auth.*
exiſtimauit, poſſe maritum teſtatorem hanc
prohibitionem facere.
103 Reſpondi tamen contrarium, nempe, † nõ
poſſe maritum talem ademptionem facere,
ex ſequentibus. quia de iure hoc mulieri
104 pauperi indulgetur; contra † iuris verò diſ-
poſitionem, teſtator nil ordinare poteſt. *l. ne-*
mo poteſt. 55. *ff. de legat.* 1. tum ex traditis per
gloſſ. *in auth de hered. & falcid. §. ſi verò expreſ-*
ſim. verbo hæredem. quam communem ſen-
tentiam atteſtatur Alexand. *in dicta auth. præ-*
terea, per DD. *in l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſo-*
105 *lut. matrim.* dum dicunt, † hoc debitum, tan-
quam ex diſpoſitione legis, eſſe neceſſarium.
faciunt tradita per Bald. *in l. filium quem ha-*
bentem. C. famil. herciſc. colum. 10. *verſ. deinde*
quæritur.
106 Quæſitum à me fuit, cùm † legatum ali-
quod fuiſſet factum annuum, per teſtatorem
commorantem Barcinonæ, cuidam habitan-
ti in ciuitate Gerunda, non expreſſo à teſta-
tore, vbi ſolutio talis legati facienda eſſet, an
illa deberet fieri ſingulis annis in ciuitate
Barcinona, vbi teſtator & hæres domicilium
habebant; an verò in ciuitate Gerunda, vbi
legatarius viuebat.
107 Reſpondi † ſumptibus hæredis eſſe ſol-
uendum legatum prædictum, in loco lega-
tarij, ſi teſtator aliter non expreſſit præſta-
tionis legati locum. *l. cum ſeruus. ff de legat.* 1.
& ibi Bart. Alexand. & alij. Multum autem
in hoc attenditur voluntas ipſius teſtatoris,
& coniectura deſumitur, vt refert Bald. *con-*
ſil 225. *lib.* 3. Barbat. *in cap. indicante, col.* 6. *de*
teſtament. gloſſ. *in l. cùm hi. §. in cauſa. verſ. al-*
teruter. ff. de tranſact. Bald. *conſ* 255. *confirmans,*
108 *lib.* 2. De † coniecturis autem, ex quibus de-
ſumi poteſt voluntas teſtatoris volentis, le-
gatum in quo loco ſit ſoluendum, plura cu-
mulauit Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.*
200. *per totam,* ad quem recurrere poteris, ſi
caſus eueniat.
109 Quarto, † an legata ſpecie, debeatur eius
æſtimatio, ea perempta.
Reſpondeo quòd ſi abſolutè accipiatur,
clarum eſt, legata ſpecie, & ea perempta,
æſtimationem illius non deberi. *l. quidam. § ſi*
tibi. ff. de legat. 1. ſi tamen teſtator legauerit
ſpeciem, aut æſtimationem certam illius,
tunc etiam perempta ſpecie, debebitur lega-
tum. *l. vir vxori.* & ibi Bart. *ff. de dote prælegat.*
quem textum dicit valde notabilem Alex. *in*
l. Titia textores. §. fin. ff. de leg 1. & ibi Paul. & Iaſ.
rationem reddentes differentiæ.
110 Titius † legauit Sempronio centum, quæ
ſibi debebat Caius, & ob retardatam debiti
legati ſolutionem, Sempronius petebat in-
tereſſe dictorum centum. quæſitum fuit, an
dictus Sempronius poſſet dictorum centum,
à die retardatæ ſolutionis petere.
Reſpondi quòd non, quia ipſe teſtator ſo-
lùm legauerat centum, quæ ſibi debebantur,
nec in legato adiecerat verba, per quæ vi-
deretur † legatum rei vindicationis factum 111
fuiſſe. & ſic, quia ab hærede teſtatoris actio
non fuerat dicto legatario ceſſa, ipſe legata-
rius ſine actione agebat, & per conſequens
nil ſibi debebatur, nec principalis quantitas
debiti, nec illius intereſſe. quia † legatarius, 112
actione non ceſſa per hæredem, non poteſt
agere ad rei legatæ perſecutionem, exiſten-
tis penes tertium. *l. apud Iulianum. §. Titius. ff. de*
legat. 1. Si autem teſtator dixiſſet, † *lego Sem-* 113
pronio ius, quod mihi competit, ad recuperandum
centum, quæ mihi debet Caius, tunc valeret le-
gatum, quia ex tali forma verborum, vtilis
actio legatario quæritur, *l. ex legato,* vbi Bald.
& alij DD. *C. de legat.* Alex. & Iaſon *in dicta*
l. apud Iulianum. §. Titius. vnde ſi petitio quo-
ad principale debitum, non valet, multo mi-
nus debet valere, quoad acceſſorium.
Quæſitum fuit, † an rei alienæ legatum, 114
abſolutè factum, valeat.
Reſpondeo quòd ſi legatum rei alienæ fiat
coniunctæ perſonæ, valebit: vel ſi fiat valde
amico, quia magna familiaritas æquiparatur
iuri ſanguinis. *l. cùm allegas. C. de caſtrenſ. pecul.*
lib. 12 gloſſ. *in cap. requiſiſti,* & ibi Bald. *de te-*
ſtib. Iaſ. *in l. ſi res obligata. ff. de legat.* 1. Si au-
tem † rei alienæ legatum fiat perſonæ, quæ 115
nec iure familiaritatis, nec iure ſanguinis
coniuncta ſit teſtatori, tunc debet conſtare
teſtatorem tempore conditi teſtamenti, ha-
buiſſe ſcientiam rem legatam non ſuam, ſed
alienam eſſe, quod † legatarius debet proba- 116
re. § *non ſolùm. Inſtit. de legat. l. cùm alienam,*
vbi DD. *C. de legat.*
Quæſitum fuit, † an marito vxore ſua 117
relicta vſufructuaria, & domina maſſaria,
relicto tamen filiu hærede inſtituto, an eo
caſu mulier habeat plenum vſumfructum,
vel non. Quidam fuerunt in opinione, quòd
hoc caſu, relicto filio hærede inſtituto, &
vxore domina maſſaria, ipſa mulier ſolùm
habeat vſumfructum, ſicuti habebat viuen-
te marito; eo quòd hoc caſu, quando teſta-
tor filium hæredem inſtituit, apparet quòd
ſolùm voluit, quòd ipſius vxor permaneret
in illa præeminentia, quam habebat, eodem
teſtatore viuente, ne à filiis ſuis contemna-
tur. mouebantur qui in hac opinione erant,
ex traditis per Bart. *in l. Titia teſtamento. §. fin.*
verſ. quid ſi dixerit teſtator. ff. de legat. 2. Angel.
ad l. 1. *ff. rerum amotarum.* Sed † tutius exiſtimo 118
dicen

dicendum, quòd absolutè testator eam voluit plenariè vsumfructuariam constituere, nisi de contraria mente testatoris appareat. quæ si non apparet, in eius fauorem censetur plenariè dispositum, secundùm Paul. Parisi. cons. 96. lib. 2. Castrens. cons. 387. incip. quod vxor. Alexand. cons. 214. lib. 6. Dec. cons. 413. visa, & consil. 620. & hæc opinio securè est tenenda.

119 Quidam † maritus reliquerat vxorem suam plenam vsufructuariam, nullo dato hærede vniuersali. quæsitum fuit, an videretur hæres ipsa instituta, & detracta mentione vsusfructus, censeatur vera hæres, ne pro parte decederet testatus, & intestatus.

120 Respondi, quòd † si in testamento non aderat aliquis hæres institutus vniuersalis, quòd testamentum nullius erat momenti, & quòd eo casu testator dicebatur ab intestato mortuus, & sic non valere legatum vsusfructus relictum vxori, nisi adesset in testamento clausula codicillaris. quia hoc
121 casu, † virtute dictæ clausulæ, sustinebatur dispositio prædicta, non in vim testamenti, sed minus solemnis voluntatis, & legatum prædictum valebat, durante vita ipsius vxoris vsufructuariæ, ex traditis à Bart. in l. fundi. ff. de vsufruct. legat. Socin. cons. 10. incip. quam-
122 uis. & sic, † hoc casu, teneretur hæreditas, finito vsufructu, ad venientes ab intestato peruenire, perindéque est, ac si ipsa vxor fuisset grauata, post eius mortem, hæreditatem venientibus ab intestato restituere. iuxta tradita per Bald. in l. ad id quod pauperibus, quæst. 15. C. de Episc. & cleric. Bart. ad l. quoties. §. si duo. ff. de hæred instit. Dec. cons. 278. moti ex l. peto.
123 ff. de legat. 3. nam regula illa, quòd † detracta mentione particularis, censeatur hæres vniuersaliter institutus, præsupponit clarè prius ipsum testatorem sibi hæredem instituisse,
124 & cùm † pro parte non possit paganus testatus decedere, & pro parte intestatus, fit quòd detracta mentione rei certæ, remaneat hæres in totum; prædicto autem casu, nullus erat, nec particulariter institutus.

125 Quidam † in suo testamento aliquem hæredem instituit, & iussit, vt de sua hæreditate distribueret iuxta suam conscientiam. quæsitum fuit, quid censeretur à testatore factum.

Respondeo quòd ex talibus verbis censetur hæres grauatus, de distribuenda hæreditate, arbitrio boni viri. quia prædicta verba,
126 † secundùm suam conscientiam, regulantur ad tale arbitrium, non verò meram, & liberam voluntatem, secundùm Bald. in l. fin. C. de iure domi. impetr. probatur ex notatis à gloss. in Clement. 1. verbo oneramus, de iure patron. faciunt tradita per Doctores post glossam in
cap. statutum. §. Assessorem, de rescript. in 6. † con- 127
scientia enim legibus debet esse munita, nec est accipienda conscientia, de ea quam vnusquisque sibi ipsi facit, vt voluit Bald. in quæstio. ab eo disputata, incipiente, statuto cauetur fœnerator, col. fin. est text. iuncta gloss. in cap. audiet 3. quæst. 7. tradit Cynus in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Bald. in l. 1. C. qui accusar. non possunt. semper enim † in conscientia, iura sunt 128
seruanda, voluit gloss. 1. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. & ibi Bald. col. 1. asserens, alibi aliam non reperiri, & sic apparet, hæredem sic institutum, grauatum censeri, de distribuenda dicta hæreditate, iuxta iuris dispositiones.

Alius † testator in suo testamento legauit 129
cuidam consanguineo tres mille libras, iniungens hæredi vt de dicta quantitate emeret quoddam officium in domo depurationis legatario cognato. quæsitum fuit, cuius naturæ esset tale legatum.

Respondi, quòd modale, quia † modalis 130
dicitur dispositio ea, in qua testator voluit prius adquiri emolumentum legatario, quàm per eum modus adimpleatur. Bart. in l. cùm tale. §. 1. ff. de condit. & demonstr. idem in l. qui absenti. §. 1. num. 2. ff. de adquir. possess. Menoch. de præsumpt. lib 4. præs. 175 num. 23. quos refert Ioann. del Castillo Soromaior controuers. quotidiana. de vsufruct. cap. 4. num. 36. Surdus decis. 38. num. 6. & 7. & decis. 156. num. 2. Sarmient. select. interpr. lib. 2. cap. 3. etiam quibuscunque verbis testator vsus sit, † etiam si vta- 131
tur verbis conditionem inducentibus, vt ex plurium mente tradit Molin. de Hispanor primog. lib. 2. cap. 12. à num. 4. Alexand. consil. 22. vol. 1. col. 2. Oldrad consil. 18. col. 2. Galgan. de condit. & demonstr. 1. p. cap. 94. num. 1. & dixi in meo lib. ad tit. ff de condit. & demonstr. in rubric.
4. p. cap. de mod. & sic † tale legatum, vt mo- 132
dale, lapso anno à morte defuncti venit statim soluendum, tanquam debitum à morte testatoris, & ius legatario quæsitum. Sarmien. lib. 2. select. cap. 3. num. 1. legatarius tamen hoc casu tenetur cautionem præstare de modo adimplendo. l. quibus diebus 40. l. eas causas 80. ff. de condit. & demonstr. expressus text. in l. si tibi. 19. ff. de legat. 3. Molina Theolog. de iustit. & iure, tract. 2. disput. 208. & est text. expressus in l. 1. iuncta gloss. verbo, pro conditione. C. vt legatorum, vel fideicom. dum Accursius ibi dicit, quòd † legatum conditionale censetur 133
modale, quoad exitum, nempe quòd legatarius priuatur legato, modo per eum non impleto, prædictóque casu, legatum statim lapso anno, debuisse solui legatario, etiam non expectata emptione dicti officij, præstita tamen cautione de eo emendo.

Antonius Sala negociator, in suo testamento

mento ita ordinauit. *Lego Margaritæ vxori meæ
omnia mobilia, quæ intus domum meam habeo,
raupas etiam lini, & lanæ, & omnia alia, quæ in
domo sunt, excepto auro, & argento, quod habeo.
quia de auro, & argento, volo, quod sequatur di-
spositio mea, quam inferiùs faciam.*

134 Existebant † in domo dicti Antonij Sala,
magnæ quantitates olei, siliquæ, & vini. præ-
tendebat vxor, quòd mobilium appellatio-
ne comprehendebantur hæc, quia vltra ver-
ba dicta generalia, iam exclusum erat au-
rum, & argentum.

Respondi prædictas res, etiam prædicto
casu, non comprehendi in prædicto legato,
135 quia † venales erant. Couarr. *lib. 2. var cap. 5.
in princ. vers. secunda conclusio, & num. 3 per to-
tum.* quod probatur à Couarr. ex mente
aliorum, & ex text. *in l. generali. §. vxori. ff. de
vsufruct. legat. l. ex facto proponebatur. §. rerum
autem Italicarum. ff. de haredit. instit. l. debitor.
ff. de pignor.* & præcipuè ex *dicta l. generali.*
136 *§. vxori.* vbi † vxori vsumfructum fundorum,
& omnium rerum, quæ in domibus erant,
excepto argento, legauerat, & vsumfructum
fundorum, & salinarum. quæsitum fuit, an
lanæ cuiusuis coloris, & purpuræ, quæ domi
erant, legatæ censerentur? & respondet I. C.
137 excepto argento, & his quæ † mercis causa
comparatæ sunt, cæterorum omnium vsum-
fructum habere legatarium. probat idem tex-
tus *in l. suos autem seruos. 73. § vltimo. ff. de le-
gat. 3.* quæ enim mercis nomine comparata
sunt, non mobilium nomine comprehen-
duntur. *l. suos autem. §. vlt. ff. de leg. 3.* Couarr.
dicto num. 3. Decius *cons. 432.* Molina Theo-
log. *de iustit. & iure, tract. 2. disputat. 203. vers.
tertia conclusio.* hanc receptissimam esse sen-
tentiam asserens.

138 Adm. † Reuerendus Onofrius Paulus
Cellers Decanus, & canonicus Ecclesiæ ma-
ioris Barcinonæ, in suo testamento legauit
Marianæ Celles, & Elizabethæ Celles, ne-
potibus suis ex fratre, quingentas libras vni-
cuique eorum, ad eorum liberas voluntates,
soluendas tempore quo nuberent. Nupsit
vna eo viuente. quæsitum fuit, an ipsi tale
legatum deberetur.

139 Respondi quòd sic, quia † cùm testator re-
liquerit dictas quingentas libras, sub illis
verbis, quòd soluerentur cùm ipsæ nube-
rent, voluit tempus solutionis destinare, ita
vt dicta quantitas solueretur tempore matri-
monij, & non antea. quia aliàs lapso anno
esset soluenda. Bart. *in l. Titio centum §. Titio
genero. col. vlt. ff. de condit. & demonstr.* quam
Bartoli sententiam sequitur Bald. *in l. sanci-
mus. C. de nuptijs.* Paul. Castrens. *dicto §. Titio
genero.* & sic, licèt appareret, dictum testato-
rem reliquisse dictum legatum, sub dicta
conditione matrimonij contrahendi, & vi-
deretur innupta, non posse considerari vo-
luntatem adimplendæ conditionis, cùm ta-
men † conditio nubendi sit mixta, & irrei- 140
terabilis, sufficit quòd † quocunque tempo- 141
re adimpleatur. Cuiac. *lib. 14 obseru. cap. 2.* Co-
sta *in l. si iam facta*, cum aliis. *ff. de condit. & de-
monstrat.* maximè, quia † cùm tempus certæ 142
ætatis fuerit appositum, inducit diem solu-
tionis, non verò conditionis. *l. Firmio. 26.
§. cùm ab haredibus. ff. quando dies legati cedat.
l. penult. C. de instit. & substit.* Bald. *in l. fin. C. de
sentent. quæ sine certa summa referuntur.* & se-
cundùm hanc sententiam fuit iudicatum in
Regia audientia, facto verbo die 20. Octo-
bris anni 1601. in causa vertente inter Pe-
trum Galcerandum de Torro domicellum,
& Bernardum, & Catherinam Minguellas,
scriba causæ erat Iacobus Bas.

Facto † legato ab auunculo cuidam nepo- 143
ti, pro ea maritanda, si ipse eam maritauit, &
dotem ei constituit, an postea ei debeatur, an
verò possit per hæredem testatoris opponi
compensatio, dicens, quòd id quod in do-
tem ei datum est, debet compensari cum
dote.

Respondeo quòd † cùm dos constante ma- 144
trimonio augeri possit, & sic legatum pro
dote debeatur, etiam nuptæ, quòd tale le-
gatum debebitur, nec poterit admitti com-
pensatio. quia † compensatio præsupponit 145
ius credititium. *l. eius quod. C. de compensat.* ap-
paret ex traditis per Michaelem Ferrer. *3. p.
obseru. cap. 157.* tradit Decius *cons. 81. num. 6.*
vbi compensatur legatum, cum quantitate
aliàs debita, in † debito enim voluntario non 146
admittitur compensatio. Mantica *de coniect.
vlt. volunt. lib. 10. tit 2.* Menoch. *de præsumpt.
lib. 4 præsumpt. 109* Couarr. *in cap. officij, num. 2.
vers. in secundo autem debitore.* vbi † differentiã 147
constituit inter legatum relictum à debitore
creditori, tradens quando compensatio ad-
mittatur. hîc autem non habuit locum † cõ- 148
pensatio, quia legatum erat voluntarium,
cùm fuisset factum nepoti ab auunculo,
† qui erat de personis, quæ non poterant 149
compelli ad dotem constituendam ex tra-
ditis per Spino *in speculo testament. gloss. 10.
num. 36. cum seq.* Guillerm. Benedict. *in c. Rai-
nutius. verbo dotem.* Mench. *de success. creatio.
§. 20. num. 312.* igitur cùm non posset consi-
derari debitũ dotis, respectu auunculi, etiam
soluta dote in eius vita, legatum factum in
eius testamento valebit, quia non censetur
ademptum.

Antonius † Fuster Caldererius habens 150
tres neptes ex sorore, fecit testamentum, &
legauit duabus ex illis centum ducatos, non
expressis propriis nominibus, nec aliquibus
circun

circunstantiis, ex quibus possit percipi, quibus duabus, ex tribus, legatum censeretur relictum. quæsitum fuit, an tale legatum ad duas maiores natu pertineret, an verò testamentarij manumissores admitterentur, ad nominandum eas, & eligendum, an verò tale legatum esset caducum.

151 Respondeo quòd † prædicto casu, ne elusoria sit voluntas, omnes tres admittentur ad legatum æqualiter inter eas diuidendum. quia perinde est dictus casus ei cui relictum est ex pluribus, non facta electione per hæ-
152 redem; quia † hoc casu admittentur omnes de familia, cui legatum erat relictum, iuxta tradita per Peralram *in repetitio. l. vnum ex familia. §. rogo, n. 14. mihi fol. 161. ff. de leg. 2. cum seq.* faciunt tradita per Spino *in speculo testam. gloss. 10. princip. de legato incertis personis relicto, num. 7.*

153 Quæritur, † an & quando manumissores alicuius causæ piæ, siue testamenti, loco hæredum sint.

Respondeo quòd instituitur hæres aliqua causa pia, tunc manumissores, & administratores illius, loco hæredum sunt, & vt hæredes habentur. Bart. *in l. alio, n. 5. ff. de aliment. & cibar. legat. l. hæreditas ad Statium. ff. de hæred. inst. l. centurio, num. 25 ff. de vulgar.* Bald. *in l. precibus, num. 45. C. de impub.* Socinus senior *cons. 49. num. 3. lib. 4.* Alexand. *cons. 4. num. 16. & cons. 98. num. 10. lib. 2.* Matienço *lib. 5. nouæ recopil. l. 14. tit. 4. gloss. 1. num. 7.* Cassan. *cons. 29.*
154 *num. 3.* Si † autem alius tanquam hæres nominatus fuerit, tunc administratores causæ piæ, vel executores testamenti, nullum ius, neque dominium habere dicuntur. iuxta tradita per Bart. *in dicta l. alio.* tradit Gregor. Lopez *in l. 4. tit. 10. partit. 6.* Matienço, & Cassanate *vbi suprà*, sed solùm testamentarij manumissores, habent ius conficiendi inuentarium, & illo confecto, bona restituere hæredi nominato, seu administratoribus dictæ piæ causæ.

155 Titius † fecit testamentum, vsumfructum vxori suæ ad certum tempus totius hæreditatis suæ reliquit, & eo tempore elapso, alium hæredem instituit. pendente tempore vsusfructûs decessit hæres. dubium est, an hæreditas pertineat ad suos hæredes, & in eos transmiserit hæreditatem prædictam.

Respondeo quòd hoc casu hæreditas pertinet ad hæredes hæredis, quia ipse hæres decedens, durante prædicto vsufructu mulieris, hæreditatem ad suos hæredes transmi-
156 sit, solùm enim † hæres censetur remotus à fructuum perceptione, secundùm Bald. *in l. id quod pauperibus, quæst. 14. C. de Episc. & cleric.* Viglius *in § hæres, num. 6. Instit. de hæredib. instit.* Angel. *ad l. miles ita. ff. de milit. testam.* Corneus *ad l. extraneum. C. de hæredib. instit.* Aretin. *in l. filius à patre. ff. de liber. & posthum.* talis † enim dispositio censetur pura, & sic 157
locus est transmissioni. Paulus Paris. *cons. 97. lib. 2. num. 1. 2. 3. & 4.* ita ex Paulo Castrensi *cons. 389. incipit, visis dubijs.* Roman. *cons. 71.* Alexand. *cons. 58. lib. 3.* refert Guillerm. Benedict. *in cap. Rainutius, verbo, reliquit, num. 7.* & hæc sententia verè est tenenda.

Maritus † legauit vxori suæ vsumfructum 158
plenum suæ hæreditatis. quæritur, an possit ipsa, propria auctoritate, capere possessionem illius, vel debeat illam de manu hæredis capere.

Respondeo quòd si maritus eidem vsumfructum legauerit plenariè, poterit ea propria auctoritate possessionem vsusfructus capere. quia hoc casu perinde est, ac si eidem vxori licentiam expressam concessisset propria auctoritate illam capiendi, cùm plenariè eam nominauerit, iuxta tradita per Socin. Nep. *cons. 86. num. 1. l. Titia,* & ibi Bart. *ff. de legat. 2.* Alexand. & Ias. *in l. non dubium. C. de legat.* faciunt tradita per Castrens. *cons. 391. incip. visis dubijs.* Ripa *in l. 1. num 18. ff. quorum legato.* Roman. *cons. 75.* Alexand *cons. 58. lib. 3.*
Si † autem vsufructuaria sit ipsa mulier reli- 159
cta, & non adsint verba, per quæ apparet testatorem voluisse ius dominij percipiendorum fructuum in eam transmittere, tunc à manu hæredis vsumfructum capere debet, iuxta tradita per Paris. *consil. 37. lib. 3.* voluit ante eum Salicet. *ad l. 1. C. de vsufruct.* Socin. *cons. 131. lib. 1.* Dec. *cons. 18.* quare maximè
† attendi debent verba, quibus locutus est 160
testator. ea enim sunt, quæ regunt dispositiones testantium, nec † ab eis est receden- 161
dum, nisi cùm de contraria voluntate appareat. *l. non aliter.* & ibi ordinarij scribentes. *ff. de legat. 3.* vel quando adsunt alia indicia per quæ possit coniecturari mens testatoris sic disponentis.

Quæsitum vlteriùs fuit, † an si quis petat 162
hæreditatem ex testamento, quod apparet postea nullum, ex eo, quia filius in eo est præteritus, possit postea hæreditatem petere ex causa codicilli.

Huic † dubio responderi priùs potest, 163
hanc quæstionem tractari *in l. fin. C. de fideicom.* quam *ibidem* decisam referunt scribentes, & ex eo asserunt Guillerm. Benedict. *in cap. Rainutius, verbo testamentum lo 3. num. 71.* Ludou. Roman. *cons. 125. incip. mater & soror.* quòd si hæreditas petita sit priùs ex testamento, non potest postea peti ex codicillo.

Sed hoc non procedit sine difficultate. Ad hoc autem, vt hæc difficultas clarè resoluatur, obseruandum est, quòd † in codicil- 164
lis hæreditas directò nec dari, nec adimi potest.

poteſt. *l. hæreditatem. C. de codicillis. l. non co-*
dicillum. ff. de teſtament. l. hæreditas. ff. de co-
dicillis. §. hæreditas. Inſtitut. eodem. quo præ-
ſuppoſito, reſpondetur dubio quæſito, quòd
165 † ſi quis petat hæreditatem iure directo,
cùm non poſſit hoc pacto eam obtinere, ni-
ſi ex teſtamento, non poterit poſtea eam
petere in vim fideicommiſſi, ex codicillis,
166 quia ſunt contrariæ actiones. & † intentata
ex teſtamento, non poteſt ex codicillo age-
re. quo pacto intelligenda eſt doctrina di-
ctorum Benedicti, & Romani *vbi ſuprà.* Si
verò hæreditas petatur ex teſtamento, quod
ex aliqua intrinſeca cauſa apparet nullum,
veluti ex præteritione filij, vel filiæ, quæ
eſt intrinſeca teſtamenti, poſtea poterit pe-
ti ex cauſa codicilli, ſi in eodem teſtamen-
to adſit clauſula codicillaris, qua dicatur,
167 quòd † ſi teſtamentum non valet iure te-
ſtamenti, valeat iure codicilli, aut omni
meliori modo, & hoc pacto eſt intelli-
genda *dicta l. fin. C. de codicill.* vt fuit intel-
lecta per Conſilium Neapolitan. vt refert
Afflict. *deciſ. 134. num. 2.* nam *in dicta l. final.*
168 *C de codicillis*, non prohibetur, quòd † hæ-
reditas petatur ex clauſula codicillari, ap-
poſita in teſtamento nullo, quod virtu-
te clauſulæ codicillaris, in eo appoſitæ ſu-
ſtinetur. Sed prohibetur (vt ſuprà dictum
eſt) quòd hæreditas petita iure directo ex
teſtamento, poſſit poſtea ex cauſa fidei-
commiſſi peti; ampliando verò poſtea, Im-
169 perator dicit, hoc verum eſſe, † etiam ſi à
teſtatore dictum ſit, in eodem teſtamen-
to, illud pro codicillis valere, ſub hac con-
ceptione verborum, *valeat & iure teſtamen-*
ti, & iure codicilli. & quod hoc caſu electio
ſit in actoris manu, qui electa vna via, ad
aliam redire non poterit. quod intelligen-
dum eſt, ſi teſtamentum ſuſtineri poteſt
170 in vim teſtamenti. quia † tunc clauſula co-
dicillaris, nullum operatur effectum; ſe-
cus verò, ſi teſtamentum non valet vt te-
ſtamentum, quia tunc bene poterit pe-
tere virtute clauſulæ codicillaris, cùm non
ſint contrariæ diſpoſitiones. quod ita de-
clarat Fabius Turretus *in tractatu de effect.*
& defect. clauſula codicillar. quæſtio. 12. effect. 9.
num. 5. verſic. quamobrem. quod confirmat
171 ex eo quòd † quando ſunt duo actus in
eadem ſcriptura, primus exequendus eſt,
& poſtea ſecundus in ſubſidium, non ex-
tante primo. *l. cùm pater. §. à te peto. ff. de le-*
gat. 2. cap. mandatum, de præbend. in 6. Ti-
berius Decianus *conſilio 9. numero 33. lib. 2.*
prædicto enim caſu, quo teſtator diſpo-
172 ſuit, † teſtamentum valere & iure teſta-
menti, & iure codicillorum, cùm impoſſi-
bile ſit, quòd eius diſpoſitio valeat vtro-
que modo, tunc dictio illa *&*, à teſtatore
appoſita, licèt copulatiua ſit, & appoſita in
dicta clauſula ſic concepta, *valeat iure te-*
ſtamenti & codicillorum, cùm ibi exiſtere ſe-
cundùm ſuam naturam non poſſit, pro-
pter repugnantiam, quam cauſat dicta di-
ctio *&*, † obliquatur, & conuertitur in diſ- 173
iunctiuam, *l. ſi Titio fundum. ff. de vſufruct.*
legat. & ibi Bartol. & alij. Cephal. *conſil. 426.*
num. 19. lib. 3. & conſil. 705. num. 10. lib. 5. Ti-
ber. Decian. *conſil. 1. num. 181. & num. 223.*
lib. 1. & ita ad intelligentiam *dictæ l. final.*
tradit Surdus *conſilio 268. num. 55. lib. 2.* plu-
res alios refert Turretus *in tractatu de effect.*
& defect. clauſul. codicillar. quæſt. 1. effectu 9.
n. 4. & quæſt. 14. effect. 40. num. 2. Prædicta au-
tem agendo intelligenda ſunt, non verò ex-
cipiendo. quia † reo licet diuerſas exceptio- 174
nes opponere, licèt contrarias, ex regula
nullus pluribus, de reg. iuris in 6. tradit Afflict.
deciſ. 134. num. 3.

Quæro, † an teſtamentum præſuma- 175
tur.

Reſpondeo quòd licèt non deſint quam-
plures Doctores tenentes partem affirma-
tiuam, longè tamen verior eſt negatiua.
nempe teſtamentum non præſumi, imò
† ſemper præſumptionem eſſe pro cauſa in- 176
teſtati, & abſolutè potiùs præſumitur, quem
inteſtatum deceſſiſſe. Maſcard. *concluſ. 937.*
nam cùm † teſtamentum ſit quid facti, 177
debet illud probari. *l. in bello. §. factæ. ff. de*
captiu. & poſtliminio reuerſ. hanc veriorem eſſe
ſententiam tenet Benedict. *in cap. Rainutius,*
verbo teſtamentum lo 1. num. 1. verſ. vxorem
nomine Adelaſiam, hanc eſſe veriorem, &
communiorem tenet Couarruuias *variarum*
reſolutionum lib. 2. cap. 6. num. 5. Craſſ. *de ſuc-*
ceſſ. creat. §. teſtamentum, quæſt. 1. & ante eos
tenuit Bartol. *in l. is poteſt. ff. de adquir. hæred.*
Ruin. *conſil. 141. num. 16. volum. 1.* plura tra-
dit Mariencço *lib. noua recopilat. tit. 4. l. 1. gloſſ. 1.*
cum ſequent. Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præ-*
ſumpt. 1.

Quæro, † an Epiſcopus poſſit de fructi- 178
bus Epiſcopatus teſtari.

Reſpondeo quòd non. *can. res in Epiſcopa-*
tu 12. quæſt. 2. cap. 1. de teſtament. in 6. gloſſ. *in*
cap. 2. de ſucceſſ. ab inteſtat. Couarr. *in cap. 1.*
num. 10. de teſtament. Spino *in ſpeculo teſta-*
ment. gloſſ. *rubric. 14. numero 22.* Molina
Theolog. *de iuſtit. & iure tractatu 2. diſpu-*
tatione 147. §. vt verò deueniamus ad conſue-
tudines.

Clericos † de iure communi non poſ- 179
ſe teſtari de bonis quæſitis, ex fructibus be-
neficiorum, plura recenſet Spino *in ſpeculo*
teſtament. gloſſ. *rubric. 14. à num. 6. cum ſe-*
quentibus. vbi latè pro vtraque parte funda-

menta

menta traduntur. quidquid tamen sit, de consuetudine introductum est, vt clerici testari de prædictis bonis possint. quam immemorialem esse in Hispania refert *numero* 13. largè hanc materiam tractans, & sic affirmatiua pars, pro resolutione est tenenda. Molina Theolog. *de iustit. & iure tract.* 2.
180 *disputat.* 247. *per totam.* & † de iure Prouinciæ Tarraconæ extat text. *in cap.* 6. *in fine, sub rubrica de testament.* vbi statuitur quòd Episcopi nullo modo contradicant testamentis clericorum secularium, qui iuridicè fuerint testati, imò potiùs eorum testamenta obseruati ab Episcopis præcipitur.

181 Quæro, † si appareant duo testamenta eodem die confecta, neque constet de prioritate alterius, ex horarum appositione, vel per testes, quódnam ex illis valebit.

Respondent aliqui quòd nullum ex illis valebit, sed propter incertitudinem posterioritatis alterutrius, ambo testamenta nulla iudicantur. argument. *l. vbi repugnantia. ff. de reg. iuris.* & hanc sententiam communiter esse receptam, testatur Iulius Clar. *recepta. sent. §. testamentum, quæst.* 100. Peralta *ad l. si quis in principio testamenti. ff. de leg.* 3. *num.* 86. referens hoc idem sensisse glossam ordinariam *in l. fin §. missus, in vltim oppos. C. de edict. diui Adrian tollend.* & per alias, quas ibi refert dictus Peralta. Menochius tamen
182 existimat dari aliquos casus, in quibus, † ex coniecturata mente testantis, & tenore scripturæ pro vno, aut altero iudicandum est. quos ipse enumerat *lib.* 3. *de præsumptionibus. præsumpt.* 13. *per totam*, dicens, quòd pro eo in quo adest hora scripta, iudicandum sit, vel si in vno adsit legatum relictum alicui, in alio verò sit idem legatum, censetur posterius testamentum, in quo legatum est ademptum, cùm non præsumatur prius ademptum, quàm datum, vel quando in vno est hæres scriptus extraneus testatori, in alio verò coniunctus pro hoc enim iudicabitur, vel pia causa. quia pro hoc etiam iudicandum erit, vel si institutus sit hæres in vno ille, qui est in possessione, quia tale testamentum posterius iudicabitur, & si æquè perfectum est, validum declarabitur. quibus coniectutis deficientibus, stabitur regulæ dictæ, vt causa repugnantiæ, nullum ex duobus prædictis testamentis validum iudicabitur.

183 Quæro, † an furiosus possit testari, vel mente captus, vel phreneticus, cùm hi ferè semper æquiparentur, vt notant Doctores *in l. humanitatis. C. de impuber. & in l. furiosi. C. de secundis nupt.* furiosus autem ille dicitur, qui ignorat illud quod facit. *l. illud. ff. de iniur.* iste igitur non poterit testari. *l. furiosum. C. qui testament. facere poss. cap. vlt. de successio. ab intestat. § præterea. Instit. quibus non est permissum facere testament.* adeò quòd prædicti, nec † ad pias causas testari poterunt, 184
notant DD. & inter alios Dec. *in d. l. furiosum.* plura referuntur de furiosis ab Spino *in specul. testam. gloss.* 10 *rubricæ.*

Quæro, † an mutus possit aliquo modo 185
facere testamentum.

Respondeo quòd cùm institutio hæredis ex coniecturis non debet induci, sed clarè sit fienda, non poterit mutus testamentum facere, cùm hæredis institutionem clarè non possit declarare. *l. vni ff. si tabul. testam. nulla extabunt.* Emanuel à Cost. *in l. Gallus. §. t. n.* 30. *ff de liber. & posthum.* Benedict. *in cap. Raynutius. verbo in extremu, num.* 30. *de testament.* quod † in muto & surdo à natura est intelli- 186
gendum. *l. qui in potestate. § fin. cum l. sequent. ff. de testament. §. item surdus. Instit. quibus non est permissum.* nam † si mutus talis sit, 187
qui signis percipiat, quidquid ei dicitur, & se ipsum declarare sciat, poterit talis mutus disponere de bonis suis. Bartol. *in l.* 1. *ff. de verbor. obligat.* vbi plura de muto refert. idem tenet Alciat. *num.* 51. & facit textus *in l. patri. ff. de adquirend. hæredit. l. vbi non voce. ff. de regul. iur.* Molina *de iustit. & iure, tract. at.* 2. *disputat.* 136. §. *de iure humano.* Spino *in speculo testament. in rubric. gloss.* 9. *per totam.*

Quæro, † an testari possit ille, qui nulla 188
bona prorsus habet.

Respondeo quòd si talis habet iura aliqua incorporalia, poterit rectè testari, quia † huiusmodi iura bona dicuntur, & in bo- 189
nis sunt, cùm in patrimonio esse dicantur, vt considerat Corras. *in princip. l. qui liberos, num.* 25. *versic. nec quidquam. ff de ritu nuptiar.* quod refert Anton. Gomez ad *l.* 4 *Tauri, num.* 4 & probatur argumento *l. cùm hæredes. ff. de adquir. possessione*, cùm ibi † in- 190
ta considerentur inter res hæreditarias, licèt non habeat de præsenti hæreditaria corpora; si verò iste talis nec habeat corpora, nec iura aliqua, testari non poterit. hanc sequitur Ioann. del Castillo Sotomaior *controuers. quotidiana. de vsufruct. tom.* 2. *disp.* 17 *per tot.* maximè *num.* 10. Matienço *lib.* 5. *noua recopil lib.* 5. *tit.* 4. *gloss.* 7. *num.* 1.

Erant † duo fratres, quorum vnus pe- 191
tiit hæreditatem paternam, ex intestati causa, alius verò consensit diuisioni, postea egit ad rescissionem diuisionis factæ. alter opponebat, dicens ipsum fratrem iam habuisse scientiam testamenti paterni, in quo ipse solus fuerat institutus, & per conse-

quens scienter sibi præiudicasse in dicta di-
192 midia. quæritur, † an sit præsumendum filium habuisse notitiam testamenti paterni, an verò alius frater teneatur dictam sententiam probare.

Respondeo hanc quæstionem disputasse Bartolum *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. quæst.* 3. concludens, quòd
193 † licèt iste sit filius, quod præsumitur, eius respectu ignorantia, & sic scientia debet probari. sequuntur hanc doctrinam communiter scribentes, & ibi Crot. *num.* 99. Ripa *num.* 51. vbi dicit, oportere probari filium fuisse præsentem confectioni dicti testamenti, idem Bartol. *in l. eius qui in prouincia. §. final. ff. si certum petatur.* Decius *consil.* 495. *colum.* 4. hanc sententiam communiter receptam attestatur Iosephus Ludouic. *decis. Perus.* 19. *à num.* 13.

194 Quæsitum fuit, † an damnatus ad mortem possit testari.

Respondeo quòd de iure ciuili non potetat talis damnatus, siue ad mortem ciuilem, siue ad naturalem testari, etiam ante sententiam. *l. eius qui. ff. de testament. l. qui vltimo. ff de pœnis, §. pœnæ seruus. Instit quibus modis ius patriæ potestat. soluitur.* Bartol. & Doctores *in dicta l. qui vltimo, dicta l. eius qui. §. vltim. ff. de testament.* Angel. & Imol. *in l. si quis filio exhæredato ff. de iniust. rupt.*
195 & de iure authenticorum, † damnatum ad mortem naturalem non posse testari. secus si ad mortem ciuilem, quia hoc casu non amittit testamenti factionem. *authent. de nuptijs § quod autem prius, column.* 4. *authent. sed hodie C. de donat. inter virum & vxor.* & ibi gloss. Odofred. Cynus, & alij. Vnde cùm
196 † de iure Cataloniæ neque in titulo de bonis damnatorum, neque alibi reperiam constitutionem prohibentem, damnatos ad mortem posse testari, hoc relictum censetur dispositioni iuris ciuilis. argument. *l. commodissimè. ff. de liber. & posthum.* & sic in Catalonia obseruatur, quòd damnatus ad mortem naturalem, non potest testari, nisi Principis accedente licentia. & sic solent condemnati, ad testandum obtinere licentiam ab Excellentissimo Locumtenente Generali. faciunt tradita per Couart. *in rubric. de testam.* 3. *part. num.* 27.

197 Quæsitum fuit, † an filiusfamilias, sub patris potestate existens possit testari, si legitimam habeat ætatem.

Respondeo quòd non. *l. qui in potestate. ff. de testament. l. tam is. §. 1. de donat. l. 3. §. 1. C. qui testament. facere possunt. §. 1. Institutionib. quibus non est permissum.* etiam
198 † neque in bonis aduentitiis. quia in his ratione patriæ potestatis, fuit patri vsusfructus adquisitus, & sic in eius præiudicium non potest filius disponere. *l. fin. vers. sic. penult. C. ad Tertullian. l. sancimus, in fine. C. commun. de successio. l. 3. & l. vltim. §. filijs autem. C. de bonis quæ liber.* gloss. & Doctores *in l. 3. C. de vsufruct. l. 1. C. de bonis matern.* Ranchin. *in addition. ad Guido. Papæ decis.* 223. Nec † cum patris consensu. quia 199
cùm de iure pater, & filius vna eademque persona censeantur, non diceretur filij testamentum, sed patris, cùm de iure testamentum à propria testatoris voluntate, non ex alieno arbitrio dependere debeat. *l. illa institutio. ff. de liber. & posthum.* notat Sarmiento *select. interpretat. ad l. qui in potestate. ff de testament. num.* 2. Erit † igitur 200
priùs emancipandus, & tamen poterit testari, non verò in præiudicium vsusfructus semel iam patri adquisiti, vt suprà dictum est.

Quæri vlteriùs posset, † an hæc prohi 201
bitio, quòd filiusfamilias non possit testari de consensu patris, locum habeat in omnibus causis, an verò in aliquibus contrarium seruetur.

Respondeo quòd † filiusfamilias, non ob- 202
stante quòd existat in patris potestate, poterit ad pias causas testari de ipsius licentia, ita Dominicus *in cap. licèt, de sepultur. lib.* 6. Alber. *in rubric. de testament. numero* 10. Bald. *in l* 1. *C. de sacrosanct. Ecclesiis.* communem attestatur sententiam Couarruuias *in rubrica de testament. in fine.* refert Spino *in speculo testament.* gloss. *rubric.* 4. *part. à num.* 11. Poterit etiam filiusfamilias testari liberè, si emancipatus sit, de omnibus bonis aduentitiis, in quibus pater non habet vsumfructum, Bart *in l fin. §.* 1. *vers. & est ratio, num.* 1. *ff. de verbo. oblig* Parisius *consil.* 157. *num.* 15. *lib.* 4. Capyc. *decis* 56. *num.* 4. *& decis.* 77. *num.* 10.

Bona † autem de quibus filiusfamilias 203
liberè testari poterit, sunt, redditus omnes beneficiorum, & præbendarum. quia
† in his non habet pater vsumfructum, Pi- 204
nell. *in l.* 1. 2. *part. num.* 29. *C. de bonis matern.* Palatius Rubios *in rubric. de donat. authentic. presbyteros. C. de Episcop. & cleric.* Cardinal. & alij *in cap. quia nos, de testament. in rubric. de peculijs clericorum.* Couarruuias *in cap. quia nos, num.* 2. *&* 3. *de testament.* quod in clericis constitutis saltim in minoribus ordinibus, obseruandum esse attestatur Steph. Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ* 49. *num.* 46. dicens cautelam esse † vt filius possit testari de bonis ma- 205
ternis, vel aliis, quòd fiat clericus suscipiendo saltim ordines minores, ex mente Cæpollæ, cuius viri salua pace, non credo talem cautelam prodesse. tum quia ordinis

nis ſuſceptio non liberat filium à patria po-
teſtate, quoad adquiſitionem vſusfructus.
tum quia talis ſuſceptio ordinis eſſet in frau-
dem, quæ nulli fauere debet, ex vulgaris
106 iuribus. ſupradicta enim † facultas diſpo-
nendi filiisfamilias non datur reſpectu per-
ſonarum, ſed bonorum Eccleſiaſticorum,
quæ ſunt egena ab hominum ſecularium
commercio.

107 Quæſitum fuit, † an Princeps poſſit
diſpenſare ad tale teſtamentum facien-
dum.

Reſpondeo quòd quantum attinet ad
hoc, vt poſſit filiusfamilias teſtari, exiſtens
in patria poteſtate dependeat à prohibitio-
ne iuris, ſi alia ratio non conſideretur, po-
terit Princeps diſpenſare, iuxta tradita per
Bart. *in l. ſi quæramus, num. 6. ff. qui teſtament.
facere poſſ.* Decius *in l. fin. num.* 10. *C. de te-
ſtament. milit. l. pupillum, in fine. ff. de reg. iur.*
Caſtrenſis *in l. reſcripta, num.* 3. *C. de precib. Im-*
108 *perat. offerend.* Si † tamen ex tali Principis
licentia, præiudicium alicui fiat, non po-
terit Princeps diſpenſare, per *l. fin.* & ea quæ
tradit Caſtrenſ. *in l. reſcripta. C. de precib. Im-
perator. offerend.* refert Theſaur. *deciſione Pede-
mon.* 87. *num.* 10. ex quibus exiſtimo quòd
Principis licentia, quoad legitimationem
perſonæ exiſtentis ſub patria poteſtate, con-
currere debet cum patris conſenſu, ita vt
iſte interuenire debeat, propter præiudi-
cium; ille verò propter perſonæ approbatio-
nem, & capacitatem.

109 Quæſitum fuit, † an caſu, quo quis op-
pugnet teſtamentum, poſſit poſtea legatum
in eo ſibi relictum petere.

Reſpondeo diuerſitatem reperiri inter
modos oppugnandi teſtamentum. Nam aut
oppugnat quis illud de falſo, vel inofficio-
ſo, & vt tale declaratur teſtamentum, vel
non declaratur falſum, nec inofficioſum, &
quomodocumque declaratur, in fauorem te-
ſtamenti, vel contra eum, non poteſt actor
contra illud eo iuuari, quia illud oppugna-
uit. *l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de petit. hæ-
reditat. l. alia. C. de his quibus vt indig.* tenent
Cynus, Baldus, Paulus, & Alexand. *in l. alia.
C. de his quibus vt indig.* Bartol. *in l. poſt le-*
110 *gatum. ff. eod.* Si † verò egit contra teſtamen-
tum, ex defectu ſolemnitatis, quia non in-
teruenerit legitimus numerus teſtium, vel
non fuerint rogati, poterit oppugnans di-
cto teſtamento iuuari. *l. poſt legatum. ff. qui-*
111 *bus vt indig.* quia † eo caſu quo quis di-
cit teſtamentum inofficioſum, vel nullum,
oppugnat totum teſtamentum: quando au-
tem minus ſolemne, ſolùm contradicit ſo-
lemnitati illius, & licèt minus ſolemne ſit

Acac. Ant. de Ripoll Reſol. var.

teſtamentum, ex eo legata debentur, vt tra-
dit Cynus *in reg. ex eo.* 38. *num.* 4. *ff. de reg.
iur.* Ille † autem qui teſtamento contradi- 112
xit, poteſt ante ſententiam ſe corrigere, &
hoc caſu obtinebit, licèt contradixerit, *dicta
l. poſt legatum.* Cynus *vbi ſuprà num.* 3. Bar-
tol. *in l. poſt legatum, numero* 6. *ff. quibus vt
indig.* Abbas *in capite ex parte Decani, de re-
ſcriptis.*

Quidam † maritus in ſuo teſtamento 113
certi fundi legauit vſumfructum vxori ſuæ,
ſi caſtè vixerit, & non nupſerit. & ea mor-
tua fundum prædictum cuidam tertio le-
gauit. euenit quòd ipſa mulier nupſit. ſub-
ſtitutus petebat fundum ſibi legatum reſti-
tui. E contrario hæres prætendebat vſum-
fructum ad eum pertinere. quia teſtator
ſolùm ſubſtituit, in caſu mortis ipſius mulie-
tis, non verò alio caſu. quæſitum fuit quid
iuris.

Reſpondi † vſumfructum dicta mulie- 114
re viuente, & nubente, toto vitæ tempore
ad ſubſtitutum pleno iure pertinere, ac ſi ve-
rè mortua fuiſſet. quia † omnis diſpoſitio 115
intelligi debet, ſecundùm id, ad quod prin-
cipaliter dirigitur. *l.* 2. *§. non autem omnes.
ff. de fluminibus. l.* 2. *§. quod diximus. ff. ſi quis
cautio.* Bartol. *in l. ambitioſa. ff. de decretis ab
ordine faciend.* Veriſimilis autem teſtatoris
voluntas videtur eſſe, cùm primum ipſa
mulier ad ſecundas conuolauerit nuptias, &
tempus mortis ſolùm ob cauſam expreſſiſ-
ſe, † quaſi teſtator crediderit eam viduali- 116
ter eſſe viuituram, & celeriùs legatum præ-
dictum, & citiùs extincturum per mortem
naturalem, quàm per ſecundas nuptias. &
ſic ponderato fine teſtatoris, nempe vi-
duitate, & ea ceſſante per mortem, debet
ſubſtitutus in legato admitti. Et licèt con-
trariam ſententiam non defuerint qui am-
plexi ſunt, hanc veriorem, & communio-
ri Doctorum calculo receptiorem eſſe tra-
dit Ioannes del Caſtillo Sotomaior *con-
trouerſia. quotidiana. de vſufructu tom.* 1. *cap.* 62.
num. 7.

Quæſitum fuit, † an ſi mulier inſtitu- 117
ta ſit hæres vniuerſalis, ſub dicta conditio-
ne, & ſubſtitutus ſit alius, in caſu eius
mortis, an ea conuolante ad ſecundas
nuptias, hæreditas ſtatim pertineat ad ſub-
ſtitutum, vel expectanda ſit mors natura-
lis illius.

Reſpondeo extare deciſionem noſtri Re-
gij, ſupremi Senatus relatam à Peguera *to-
mo* 1. *deciſ.* 157. *per totam*, vbi refert, fuiſſe
deciſum, quòd conuolando ad ſecundas nu-
ptias, non expectata morte, teneatur hære-
ditatem reſtituere. & ſic † ſtante noſtri Sena- 118

Oo 2 tus

tus decisione non sunt alia quærenda fundamenta, licèt in dicta decisione iam referantur, ad quam, qui ea scire velit, poterit recurrere.

219 Quæritur vlteriùs, † an & quando legatum censeatur relictum animo compensandi.

220 Respondeo quòd † quotiescunque testator est debitor necessarius ipsi legatario, tunc quantitas legata censetur relicta animo compensandi, iuxta tradita per Bartol. Iason. & communiter scribentes *in authentic. præterea. C. vnde vir & vxor*, *& in l. creditorem.*

221 *ff. de legat.* 2. Si † autem debitum sit voluntarium, tunc legatum factum non censetur animo compensandi relictum. ex quibus sit quòd legatum factum ab eo, qui rem furtiuam habebat à legatario, censetur tale legatum reliquisse, animo compensandi, & ita in Regia audientia declararum refert Michaël Ferrer. 3. *parte obseruat. cap.* 159.

222 Maritus † vxori suæ, durante eius vita, legauit vsumfructum quatundam domorum, & ea mortua, hæredi ipsius mariti, in suo testamento instituti restitui domos ordinauit. euenit quòd hæres scriptus prædecessit ipsi viduæ. illa prætendebat, proprietatem domorum ad se pertinere, cùm hæres institutus à marito suo prædecessisset, & quòd iam non poterat verificari testatoris dispositio, quòd ad hæredem suum domus legatæ reuerterentur. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi quòd proprietas domus prædictæ, prædefuncto hærede vniuersali, ad eandem viduam pertinebat, non verò ad hæredem hæredis ipsius testatoris. quia dispositio testatoris declarat quòd prædictæ domus, durante vita vxoris, pertinerent quoad vsumfructum ad eius vxorem, ea autem præmortua, ad ipsius hæredem. ex quo clarè percipitur, mentem testatoris esse, per

223 talem dispositionem velle, quòd † solùm mulier haberet vsumfructum, & quòd domus peruenirent ad suum hæredem, ea prædefuncta, iuxta tradita per Bartol. *in l. peto, in princip. ff. de legat.* 2. *& in l. vnum ex fami-*

224 *lia, in fine. ff. eodem.* quia † verba à testatore prolata sunt enunciatiua, cùm referebantur ad non inducendam dispositionem, iuxta notata *in l. vnum ex familia. §. fin. ff. de legat.* 2. verba enim testatoris erant, vt mortua vxore, domus ad hæredem suum peruenirent. quæ verba clarè apparet, non pos-

225 se verificari in hærede hæredis. quia † hæres hæredis non dicitur propriè hæres testatoris. Bartol. *in l. qui liberis. §. hac verba. ff. de vulgari.* Alexand. *consil.* 175. *volum.* 5. Post hæc scripta inueni hoc dubium valde fuisse controuersum in Regia audientia Cataloniæ, & duabus adinuicem contradicentibus sententiis, tertia fuit subsecuta, in & cum qua fuit declaratum, iuxta supradicta, nempe relicto vsufructu certarum domorum vxori, de vita sua tantùm, & ea mortua, dispositione facta, quòd domus reuerterentur hæredi testatoris, eo prædefuncto, superuiuente vxore ad ipsum vxorem quoad plenam proprietatem spectare.

Quæsitum fuit, † an casu, quo vsusfructus relictus sit vxori, teneatur statim ante omnia cautionem præstare, etiam non interpellata ab hærede, & interim, an faciat fructus suos. 226

Respondeo quòd mulier non tenetur cautionem præstare, nisi à die quo fuit interpellata, iuxta tradita per Dec. *consil.* 607. Pinel. *in l.* 1. 2. *parte, numero* 77. *C. de bonis matern.* Ruinus *consilio* 50. *numero* 12. *& consilio* 202. *numero* 5. *&* 6. *lib.* 2. quod intelligendum est, quando mulier reperitur tempore mortis testatoris in possessione rei legatæ. nam si hæres scriptus existit in possessione, † debet mulier ante omnia cauere, 227 ita declarat Parisius *consil.* 95. *num.* 63. *&* 64. *lib.* 2. & interim, cùm ipsa in possessione reperitur, & non interpellatur de danda cautione, fructus integrè suos facit, etiam cautione non præstita, iuxta suprà relatos auctores.

Quidam † testator in suo testamento, 228 (quod apparuit minus solemne, quia testes non fuerant rogati) cuidam consobrinæ suæ quoddam legatum simpliciter reliquit. hæres institutus, qui aliàs ab intestato erat successurus, opposuit de inualiditate testamenti, propter sulemnitatem, dicens, ex minus solemni testamento, non valere legatum relictum. fuit quæsitum à me, † an tale 229 legatum valeret.

Respondi quòd sic. quia ipsa legataria erat coniuncta persona ipsi testatori. hæc enim consideratio magna est, nempe qualitas consanguinitatis ipsius testatoris. *l. si quis. ff. de vsufruct. cap. cùm monasterium, de statu regular.* latè Cephal. *consil.* 294. *num.* 2. *& seq.* & hanc esse communem opinionem attestatur, iuxta quam fuit decisum in Rota Auenionis, vt refert Ioseph. Ludou. *decis.* 87. *num.* 12. *in fine.*

Quæritur, † an si hæres institutus in 230 minus solemni testamento, existimans testamentum illud iure perfectum, soluerit aliqua legata, in eo scripta, si postea tale testamen

stamentum appareat minus solemne, possit legata à se soluta repetere.

Respondeo quòd non. quia naturalis obligatio impedit ne hæres repetere possit. quia ex testamento apparet animum testatoris fuisse legatum pertinere ad legatarium: hæ-
231 res † autem adeundo hæreditatem, videtur cum defuncto quasi contraxisse, ex quo facto obligatio naturalis censetur orta. *l. fin.* vbi Bartol. & cæteri scribentes. *C. ad l. falcid. in l. testamento. ff. de fideicommiss. hæredit. l. non*
232 *dubium C. de testament.* & sic † hæc obligatio naturalis impedit repetitionem, *dicta l. si veritas. C. de fideicommiss.* Couarr. *in c. cùm esses. de testament. l. nemo potest*, & ibi Ias. *n. 75. ff. de legat. 1.*

233 Mariana Isern vidua, † in suo testamento legauit Religioso fratri Angelo Isern, Monasterij Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, legatum annuum viginti librarum, ea conditione adiecta, quòd si Prouincialis, seu aliquis Prior, vellet se intromittere in quos vsus dictus frater Angelus Isern expendebat dictam quantitatem, eo facto esset priuatus dicto legato. quæsitum fuit, an talis dispositio valeret.

234 Respondi quòd sic, quia † licitum est cuicunque testatori talem legem apponere, iuxta tradita per Nattam *cons. 441. num. 30. lib. 2.* Dec. *consil. 559.* Redoan. *de rebus Eccles. non alienand.* præsensit Bartol. *in authentica excipitur.* & ibi Angel. *C. de bonis quæ liber.* refert Stephan. Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ 76. num. 22.* maximè, cùm ordinarium sit
235 in dicta religione, quòd † de licentia suorum superiorum, eis permittitur, quòd habeant aliquos fructus annuos, ad eorum vestitum, & librorum emptionem. & sic, licèt pecuniam ad prædictos vsus consumere possint, non obstat hoc professioni paupertatis. quia cùm præcedere debeat ad hoc permissio superioris, hæc legitimè facere videmus, iuxta Imperatoris Iustiniani doctrinam *C. de veteri iure enucleando*, asserentis satis per eum fieri apparere ea, in quibus suam auctoritatem interponebat.

236 Quæro, † an excommunicatus possit facere testamentum.

Respondeo varias fuisse opiniones Doctorum, diuersa assetentium, & in contrarias sententias inclinantium, differentiam constituentium inter excommunicatum excommunicatione maiori, vel minori, & inter publicum excommunicatum, & interdictum. Sed cùm resolutioni studeamus, dico quòd siue sit secretè, vel publicè excommunicatus, vel interdictus,
237 cùm † à iure non prohibeatur expressè prohibitus restari, poterit testari, iuxta tradita per Doctores diuersos. & hanc sequuntur sententiam tanquam receptiorem, Dominicus, & Francus *in cap. decernimus, de sententia excommunicat. in 6.* facit doctrina Panormitani *in rubric. de testament. numero 3.* vbi refert personas restari prohibitas, inter quas non enumerat excommunicatum. Iulius Clarus *receptar. sentent. §. testamentum, numero 24.* Nauarr. *in manuali, cap 27. numero 36.* Spino *in specul. testament. gloss. 11. rubric. num. 69.* idem tradit Viuius *decis. 96. per totam.*

Duo † coniuges fecerunt in eodem in- 238
strumento testamentum. alter alterum hæredem instituit. quæsitum fuit, an tale testamentum valeret.

Respondi cum distinctione, videlicet, quòd si testamentum est scriptum manu alterius testantis, institutio facta in fauorem scribentis, si non est subscripta manu testatoris, non valebit, iuxta tradita per Bartol. *in l. 1. §. ex illa. ff. de falsis. l. dictantibus. C. de testament.* Si † autem subscribens 239
dicat se scribentem hæredem instituisse, valebit ex subscriptione hac specifica. notant scribentes *in dicta l. dictantibus.* quia ex subscriptione censetur exclusa omnis suspicio, & sic absolutè facto testamento reciproco per coniuges, alter alterum instituendo, & specificè institutionem scribendo, valebit testamentum. Oldrad. *cons. 147.* & ibi per eum tradita.

Ioannes Vila villæ de Olot, † in suo 240
testamento hæredem suum instituit filium suum, eúmque per fideicommissum grauauit de restituenda hæreditate, si sine liberis decederet, Petro Vila nepoti suo, eundémque filium priuauit Trebellianica, & adiecit, quòd posset de sua hæreditate alienare. quæsitum fuit, an † stante 241
grauamine, possit filius alienaro, quia duæ dispositiones contrariæ non possunt in eodem testamentu esse.

Respondi ex traditis per Decianum *respons. 3. numero 147. in fine, volum. 1.* & ex Roman. *consil. 112.* posse alienare, iuxta tradita etiam per Bald. *consilio 20. volum. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. articul. 40. numero 50.* quia cùm hæ duæ dispositiones sint contrariæ, statur vltimæ, ex *l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1.* quia licèt præcesserit prædictum fideicommissum, statur vltimæ dispositioni, vt apud prædictos autores est videre.

Ioannes Mas, loci de Roda, † instituit hæ- 242
redem suum vniuersalem nepotem ex fratre, & ei si sine liberis de legitimo & carnali matrimonio procreato decederet, substituit duas filias, ex sorore sua. euenit quòd vna ex

his duabus præcessit hæredi instituto. qui postea decessit, instituto hærede suo vniuer-
243 sali extraneo quodam. dubium extitit, † an illa, ex duabus substitutis admitteretur ad totam vniuersam hæreditatem; an verò hæres hæredis ipsius testatoris.

Respondi quòd cùm illæ duæ sint substitutæ, simul censentur verbis coniunctæ, & cùm vna prædecesserit, eius portio ad alte-
244 ram cohæredem pertinebat. quia † hæ duæ coniunctæ, & non separatæ erant, & sic ad superstitem hæreditas vniuersa pertinuit. quia decessit institutus, non relictis liberis ex legitimo, & carnali matrimonio procreatis, superstite illa, quæ ius suæ consubstitutæ habebat; ex *l. vnic.* §. *in prima itaque.* ibi, *vel coniunctus fuerat, & in* §. *his itaque. C. de caduc. tollend l. filiusfamilias.* §. *diui. ff. de legat.* 1. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 10. *cap.* 3. *num.* 1. *&* 5. Couarr. *in cap. Rainaldus.* §. 1. *num.* 4. *de testament.* prædictæ
245 enim † substitutæ verbis coniunctæ dicuntur, & hoc sufficit vt ius accrescendi locum habeat, & secundùm hanc sententiam fuisse iudicatum, refert Guido Papæ *decis.* 336. & idem fuit obseruatum in Regia audientia Cataloniæ, teste Michaële Ferrer. 3. *part. obseru. cap.* 395.

246 Testamentum † nuncupatiuum rarò fit in Catalonia, sed in scriptis, quod clausum nuncupatur, licèt Notarius de eo scientiam plenam habeat, cùm illud scribat: sed si fieret, fuit quæsitum, si testes contradicerent scripturæ, an sit standum dictis testium, vel Notario.

247 Respondeo quòd † Notario, si sit bonæ famæ; si verò non esset bonæ famæ: tunc credendum potiùs est testibus, quàm Notario. ita Speculator *in tit. de instrument. editione in* §. *restat.* & sic consilium est Bartoli, vt
248 † Aduocatus articulet, & probet bonam famam Notarij, *in l. tabularum. ff. quemadm. testament. aperiantur.* faciunt tradita per Panormit. *in cap. cùm Ioannes Eremita, de fide instrument.* & secundùm hanc resolutionem fuit decisum, vt refert Guido Pap. *decis.* 540. *per totam.*

249 Quæsitum fuit, † an Princeps possit mutare voluntatem testatoris, videlicet dispositam ad vnum finem in alium conuertere.

Respondeo, quòd in his quæ respiciunt commodum, & interesse priuatorum, non potest dominus Rex commutare testatoris
250 voluntatem. quia esset † amplam testatori testandi facultatem concessam alterare, contra dispositionem *authent. de nuptijs.* §. *disponat, column.* 4. cum similibus, quod probatur etiam ex text. *in l. si testamentum. C. de testament.* vbi † hærede capaci instituto, au- 251
thoritate imperialis rescripti, testamentum alterare non debet. quia † dominium pri- 252
uatum non potest à Principe tolli. *l. item si verberatum.* §. 1. *ff. de rei vindic.* Bart. *in l. vltim. C. si contra ius, vel vtilit. public.* tenet Archidiac. *in cap. Episcopus.* 88. *distinct.* Roman. Fulgos. & Corneus *in dicta l. si testamentum.* Decius *consil.* 347. *num.* 5. *& consil.* 43. *num.* 14.
Si autem † testator aliquid legauit, vel dis- 253
posuit ad beneficium publicum, & ad vtilitatem alicuius rei, quæ subiacet directè Principis administrationi, tunc poterit Rex dispositionem illam commutare ad alios publicos vsus. ex *l. legatum. ff. de administrat. rerum ad ciuitat. pertin.* Inde etiam † Roma- 254
nus Pontifex potest legata pia commutare, quando non sunt facta principaliter respectu personarum coniunctarum eidem testatori, sed respectu publicæ Ecclesiasticæ vtilitatis. quia cùm tunc non consideretur nisi publica vtilitas status clericalis, & huius sit absolutus dominus Romanus Pontifex, † potest talia legata, seu dispositio- 255
nes pias, in alias conuertere. hoc autem ex iusta causa debet Episcopus facere, & adhuc requiritur quòd necessaria sit causa, vt Episcopus commutare possit, de qua extraiudicialiter Episcopus cognoscat ita disponit SS. Concil. Trident. *sess.* 22. *cap* 6. *de reform.*
Si autem † legatum pium sit factum respe- 256
ctu certarum personarum, non potest tunc Episcopus in aliam causam piam commutare, ex *l. si quis ad declinandam* § *fin autem in personam certam. C de episc. & cleric.* faciunt tradita per Guid Pap. *decis* 556. *per totam.* faciunt notata *in Clem quia contingit. de religios. domibus.*
Episcopi † enim prædicto casu commutatio- 257
nis voluntatis procedent, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, vt *in dicto cap* 6. *SS. C. Tridentini* legitur. Summus † autem Pontifex 258
tanquam verus dominus rerum Ecclesiasticarum, potest ex causa, testantium voluntates ad pias causas generaliter institutas, commutare. Conarr. *var. resolut. lib.* 3 *cap* 6. *num.* 7. *vers. sic Iureconsultus.*

Quidam † testamentum fecit, & publica- 259
to testamento, venientes ab intestato deducebant, testatorem non fuisse sanæ mentis; hæres verò institutus allegabat contrarium, nempe eum fuisse sanæ mentis quæritur, quis ex his teneatur probare, eum sanę mentis, vel non sanæ mentis, tempore conditi testamenti fuisse? & licèt contrariæ fuerint opiniones, existimo veriorem esse eam, quæ tenet,
† illum tenere probare suam intentionem, 251
qui allegat eum mente captum, ex eo quòd vnusquisque præsumatur sanæ mentis, ex *cap fin. de success. ab intestat. l. nec codicillos*, vbi glos.

gloss. Bart. Salicet. & Cuman. *C. de codicill.*
252 Si autem † testator haberet dilucida interualla, tunc cùm hoc resistat prædictæ naturali præsumptioni, certissimum est, alleganti tempore testamenti, ipsum in sua sana mente extitisse, incumbere probare, hoc factum, iuxta notata per Speculat. *2. part. tit. de probat.*
253 *num. 19.* Si autem † adsint contrarij testes, quorum vni deponant de mente sana, alij de contraria, magis credendum erit testibus deponentibus super affirmatiua, quia est magis conformis iuri naturali, ita attestatur Innocent. quem omnes sequuntur *in cap. auditis, de præsumpt. & in cap. Ecclesia Vulterana, de electio.* Abb. *in cap. cùm dilectus, col. pen. de success. ab intestat.* faciunt tradita per Grammat. *decis. 73. à*
254 *num. 22.* & dato quòd † dilucida interualla haberet, absolutè pro testamenti validitate iudicaretur, si testamentum esset factum, quale esset fiendum ab homine sanæ mentis. ita Iosephus Ludouicus *decis. Perus. 1. à n. 12.*
255 Assertio † autem Notarij asserentis, testatorem sanæ mentis esse tempore conditi testamenti, adeò valet, quòd absolutè onus probandi transfert in quemcumque contrarium
256 prætendentem. quia † Notarius æquiparatur vni testi omni exceptione maiori, & ipsi præfertur, iuxta Bald *in l. militibus, C. de testament.* & duobus æquiparatur, iuxta Abbatis dictum *in cap. quoniam contra, de probat* & eius dicto statur. Spino *in specul. testament. gloss. 10. rubr. n. 10. & 11.*
257 Quæro, † an testamentum nullum, possit ex conuentione partium ratificari.

Respondi quòd aut testamentum respicit commoditatem publicam, vel priuatam. si priuatam respicit, potest ex facto partium confirmari *l. non dubium*, vbi gloss. & DD. *C. de testam.* si ex se non sit priuatum, iuxta notata à Surdo *decis. 53. n. 24.* maximè si fiat expressè, vt notat Bald. *in d. l. & in l. filio praterito, ff. de inius. rupt.* Angel. *in auth. de hared. & falcid. §. si verò expressim.* & ibi Angel. Felin. *in cap. cautio, n. 28. in 3 fallent. de fide instrument.*
258 ita Surdus *decis. 53. n. 23.* Si autem † ex approbatione hac præiudicium fiat publicæ vtilitati, non poterunt partes illud approbare, ex *l. pacto priuatorum, C. de pact.* gloss. *in l. post legatum, in princ. verb. contendere, C. de testament.* faciunt tradita per Dec. *cons. 475. à num. 33.*
259 Surdum *decis. 53. n. 23.* Ius † enim publicum præualet semper particularibus conuentionibus. notant DD. *in l. nemo potest, 55. ff. de le-*
260 *gat. 1.* ex qua approbatione sustinebitur † id quod in testamento erit comprehensum, non in vim testamenti, sed in vim pacti. iuxta tradita per Surdum *d. decis. 53. n. 21.*
261 Quæsitum fuit, † si Nouitius, existens intra septa monasterij, fecerit testamentum intra annum nouitiatus, & non constet de licentia patris, sub cuius erat potestate, ad illud condendum, an tale testamentum valeat.

Respondeu quòd non, quia adhuc durat patria potestas, & sine illius licentia testari non potest, & ita fuit decisum in Regia audientia, referente Magnifico Ioanne Sabater die 17. Decembris 1591. in causa quæ ad eius relationem vertebatur inter Nobiles Galcerandum de Cardona agentem, & Ludouicum de Cardona fratres; super testamento Nobilis Iacobi de Cardona eius fratris, Monachi Castuciani, qui viuente eius patre, sine ipsius tamen licentia, testatus fuerat intra annum nouitiatus. Scriba causæ Sacares.

Quæro, † an scribens testamentum alicuius, possit sibi ipsi aliquid scribere, & qua forma. 262

Respondeo in primis, certum esse in iure, quòd † legatum scriptum à manu ipsius legatarij, nullum in iure iudicatur, quia talis legatarius habetur pro falsario. *l. 1. § ad testamenta, ff. ad leg. Cornel. de fals.* & ibi gloss. Barr. Cyn. *in l. si testator, C de testam.* nec etiam poterit valere † legatum, scriptum in fauorem illins, sub cuius potestate est. iuxta tradita per Salicet. *in l. qua in testamento, n. 1. & 2. C. de his qui sibi adscrib. & in l quod adhibitus, in fin. C eo.* Azo *in summa C eod.* Neque † maritus in fauorem vxoris, neque vxor in fauorem mariti, scribere legata poterunt, iuxta scribentes *in dict. l. qua in testamento.* plura traduntur de hac materia sibi scribentium in testamento apud Farinac. *in tract. de simul. & falsit. q. 150. part. 8. per tot.* Valebit tamen † legatum in fauorem scribẽtis, vel eius cuius potestati subiicitur, si à testatore legatum subscribatur. *l. 1. § inter filium,* & ibi gloss. Bart. & Albet. *C. ad leg. Corn. de fals. l. diuus, § planè,* & ibi gloss. Bart & Alber. *ff. eod.* quæ † subscriptio, quoad validitatem legati, requiritur specialis. iuxta plura tradita per dictum Farinac. *vbi suprà.* quo verò ad euitandam pœnam falsi, requiritur generalis testatoris subscriptio. Secus tamen est † in Prælato scribente legatum, fauore suæ Ecclesiæ. quia valebit, dummodo legatum Ecclesiæ adquiratur. Idem † in electico, dummodo ipsis scribentibus particulariter non adquiratur emolumentum. iuxta tradita per Tiraquel. *in tract. de priuileg. causa pia, priuil. 93.* 263 264 265 266 267 268 269

N. Colom vidua relicta Guillermi Colom, fecit testamentum, & eo † Dominum Deum instituerat hæredem, & alias pias causas, illúdque confirmauit, hoc modo, dicens, quòd cùm disposita in eo essent verè, iuxta intentionem suam, volebat quòd eius testamentum firmiter obseruaretur ad vnguem, 270

& casu quo aliud testamentum faceret, nolebat illud secundum fore validum, imò potiùs ratificando primum, adiecit, quòd si euenerit casus, quòd ipsa vellet alind testamentum facere, tale testamentum non valeret, imò nunc, pro tunc, & in omni casu, primum testamentum confirmabat, in vim donationis, requirens Notarium, quòd eam, nomine causæ piæ, & cæterorum legatorum piorum, acceptaret. quæsitum fuit, an tale pactum valeret, & an posset dicta vidua aliud testamentum condere.

Respondi quòd absolutè cōsiderato prædicto casu, † tale testamentum valebat, confirmatum dicta donatione. quia licèt videretur, per donationem prædictam adimi à testatore liberam restandi voluntatem, quod ius abhorret. quia tamen facta erat donatio, & apposita loco pœnæ, mutationis testamenti in fauorem causæ piæ, pro validitate dicti testamenti esset iudicandum. quia † si donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, facta Ecclesiæ, vel pio loco, valet, iuxta Bart. *in l. fin. C. de pact.* Ias. *in d. l. n.* 3 0. Bald. *in authent. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *in cap. in præsentia, de probat* dummodo † Ecclesia alimenta teneatur præstare donatori, iuxta tradita per Antonium Gomez ad *l. 69. Tauri, num. 6. vers. sextò quæro,* nullum inconueniens reperitur, quòd † dicta pœna, in confirmationem dicti testamenti apponatur, & inde libera facultas testandi, & reuocandi primum testamentum, adimatur. quia solùm differentia esset in modo, quæ non debet iuris dispositionem innouare. & quòd non sit in consideratione, an adimatur † libera restandi facultas, vel non, confirmatur ex traditis per Matienço *lib. 5. noua recopil. l. 8. n. 9.* qui plures allegar, hanc tenentes sententiam, & inter alios Couar. *in rubr. de testament. a p. n. 6.* Molin. Theolog. *de iust. & iur. tract. 2. disp.* 280. Tiraquel. *de priuileg. causæ piæ, priuileg.* 97. & 100.

271

272

273

274

275

276 Testator † in suo testamento disponit, quòd res suæ non alienentur. quæsitum fuit, quid importet talis prohibitio.

Respondeo magnum esse huius rei campum, & resolutiuè non posse tradi ea omnia, quæ ad hanc materiam conducunt, si casus

277 aliqui occurrerint. huius † prohibitionis materia tractatur *in l. peto, § fratre, l. cùm pater, § fidei hæredum, ff. de legat. 2. l. pater, § fundum, & §. quindecim, de legat. 3. l. filiusfamilias, § diui, de legat. 1.* & in dictis iuribus omnes scribentes, vide Pasqualem Saulium *in suo libello de alienis rebus fideicommisso subiectis.* Mascard. *de probat. conclus.* 1242. Cassanate *lib. 1. consi.* 35. Ferrar. *in sua praxi in forma libelli, in actione reali, verbo iustis ac legitimis titulis, à num.* 32. *cum seq.* Magon *in suis decisionibus Florentinis, in repertorio, verbo prohibitio.*

Quidam in testamento hæredem instituit extraneum quendam, & eo defuncto, suos hæredes. quæsitum fuit, † an nomine suorum hæredum comprehenderentur tantùm filij ipsius instituti, an verò etiam extranei hæredes. 278

Respondi extraneos hęredes comprehendi, absolutè loquendo, cùm non esset ratio aliqua, ex qua dicta dispositio esset intelligenda necessariò † de suo hærede filio, vt 279 notatur *in l. ex facto, § fin. ff. ad Trebell.* & ex notatis à Bartol. *in l. iusiurandi, § si liberi, ff. de oper. libert. & in l. liberti libertaq́, C. de oper. liber.* Secus † verò fuisset, vbi res quæ relinquitur, 280 esset naturæ, quæ propriè ad hæredes suus proprios spectaret, vt in exemplo rei feudalis notat Ranchinus *in additionibus ad Guid. Pap. decis.* 2 3 0. veluti si feudum relinqueretur alicui, & suis hæredibus, quia † solùm perti- 281 neret ad suos hæredes filios, iuxta tradita per DD. *in l. Gallus, § etiam, ff. de liber. & posthum.* & sic cùm hæreditas de qua agebatur, nullam causam contineret, quare magis ad filios, quàm extraneos pertineret, ideo suorum hæredum nomine, extraneos hæredes comprehendere respondi.

Quædam † mulier fecit testamentum, & 282 quædam legata reliquit; ea autem mortua, & publicato testamento, apparuit illud minus solemne. fuit quæsitum, an hæres scriptus posset penes se legata retinere, & illa non præstare.

Respondi quòd non, ex eo quòd ipse qui consulebat casum, confitebatur quòd † ipse 283 hæres habebat notitiam de prædictis legatis ab eodem testatore, & ei fidem suam adhibuerat, de legatis soluendis. & sic non erat curandum, an dictum testamentum esset minus solemne. quia † vbi res demonstratur 284 satis, non est cur magis demonstretur *l. 1. § fi. ff. de dote præleg. l. certum, ff. si certum petatur.* & † cùm hæres scriptus certus sit de volun- 285 tate testatoris, cui fidem ipsi adstrinxit, de seruanda eius voluntate, non est ampliùs curandum, sed fidem seruando, ipse hæres tenetur prædicta legata soluere. ex aliquibus per eum relatis, hoc obseruandum esse attestatur Matienço *lib. 5. noua recopil. tit. de testam. l. 1. gloss. 10. n. 29.*

Ioannes Mas de Roda legauerat Petro cius filio † vsumfructum gregis, quem habe- 286 bat de pascendo certo loco. hæres vniuersalis ipsius, tempore quo legatum præstare voluit, petebat cautionem sibi præstari, finito vsufructu, de restituendo. tum dicebat, non comprehendi in legato pecora, quæ testator ante mortem adiunxerat gregi, sed tantùm spectare

spectare ad legatarium ea pecora, quæ tempore conditi testamenti erant. quæsitum fuit, quid iuris.

287 Respondi † omnia pecora pertinere ad ipsum legatarium, & vniuersum gregem ad se spectare. quia legato grege, quod ei augetur, vel diminuitur, legatario cedit. ipsi enim legatario, vel accrescit, vel decrescit. *l. grege 21. l. si grege 22. ff. de legat. 1. §. si grex, Instit. de legat.* & quòd ipse vsufructuarius tenebatur cauere de vtendo arbitrio boni viri, vt tenet Socin. *consi 9 lib. 4 col. 4.* sub qua cautione con-

288 tinetur, quòd † talis vsufructuarius tenetur, si aliqua capita perempta sint, durante vsufructu, etiam si fine culpa illius moriantur, substituere alia capita, in locum mortuorum.

289 hoc tamen intelligendum est † de animalibus quę nascuntur ex ipso grege, vt probatur ex *l. vetus, ff. de vsufruct. § sed si gregis, Instit. de rerum diuis.* non enim tenetur alia pecora

290 aliunde emere, sed † conseruare gregem ex eodem grege, videlicet ex illius fœtu, vt ex iuribus suprà allegatis Parisius *cons. 96. n. 6. & seq. vol. 2.* Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 15. de seruit. num. 7.* & hanc eandem sententiam refert, & sequitur Sotomaior *controuers. quotid. de vsufruct. tom. 1. cap. 27. ferè per totum.*

291 Quidam † in suo testamento legauerat alteri domos quasdam, quas habebat in vico S. Petri præsentis ciuitatis, vt eas toto vitæ suæ tempore ipse habitaret. Legatarius, cùm alias suas proprias haberet, noluit ab illis discedere, sed in suis propriis habitare, & legatus volebat locare. hæres contradicebat, dicens, vsumfructum solum, gratia suæ habitationis, sibi fuisse relictum. & sic, casu quo ipse vsufructuarius nollet vti vsufructu earum, ad suam propriam commoditatem, quòd vsusfructus finiebatur, & proprietario adquirebatur, indéque non poterat legatarius eas locare. quæsitum fuit, quid iuris.

292 Respondi † posse quidem legatarium prædictas domos sibi legatas alteri locare, vel gratis concedere. *l. cùm antiquitas, C. de vsufr.* Afflict. *decis. 401. n. 7.* Carrocius *de locat. q. 3.*

293 *n. 3.* Si † enim solùm dixisset testator, lego commoditatem habitationis domorū mearum, tunc non posset legatarius locare. quia hoc casu testator non censetur legasse ius habitationis, sed nudum factum habitationis, quod per legatarium erat exercendum personaliter, & non ad alium pertinere poterat. iuxta tradita per Manticam *de coniect. vltim. volunt. lib 9. tit. 4. n. 9.* apparet autem, ex

294 tenore verborum, testatorem † ipsum legasse easdem domos, & sic videtur ius ad habitandum fuisse concessum, non verò factum habitationis, per legatarium adimplendum.

295 quo casu † proprietas ipsius vsusfructus, legata dicetur, vt ex mente Bart. *in l. donationes, §. species, ff. de donat.* & ex pluribus aliis per eum allegatis tenet Ioan. del Castillo Sotomaior *controuers. quotid. de vsufruct. tom. 1. c. 30. n. 4. per totum.*

Seius in suo testamento legauit Sempronio † fundum suum situm in tali parochia. 296 Euenit, quòd tractu temporis apparuit quendam agrum fuisse partem dicti fundi, quem ab aliquibus annis in hypotheca habebat quidam creditor, hæres soluit ius hypothecæ, & agrum recuperauit. volebat legatarius fundi, dicti agri etiam vsufructum habere, quia dicebat, illum esse partem dicti fundi. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi † vsufructuarium, nullum ius 297 habere ad prædicta, quia ager ille non poterat comprehendi in legato, cùm tempore conditi testamenti non esset aggregatus manso legato, & sic non poterat dici pars illius. quia † licèt id, quod alicui agro accre- 298 scit per alluuionem, pertineat ad vsufructuarium, & ad ipsum spectet, *in l. item si fundi, ff. de vsufruct.* tamen si separata sit proprietas, quæ fundo accrescit, non † pertinebit quà 299 vsumfructum ad vsufructuarium, sed integrè ad proprietarium, vt apparet ex *d. l. item si fundi.* vbi Iureconsultus ait, quòd si insula iuxta fundum in flumine nata sit, ad fructuarium non pertinere, Pegasus ait, licèt proprietati ipsius fundi accedat. & certè ratione fundatur, quia † quæ per alluuionem accre- 300 scunt, non videntur esse de per se in consideratione, nec separari posse videntur ab eo fundo, cui fit accretio; quando verò est res separata, quæ de per se est in consideratione, clarum est quòd tunc tanquam sola consideratur, & sic hoc casu, ager ille erat separatus, & de per se in consideratione, perindéque non pertinebat ad vsufructuarium prædicti fundi. faciunt ad hoc ea, quæ traduntur à Mieres *de maioratu, part. 1. quæst. 10. per totam.* Ioan. Garcia *de expens. & meliorat. cap. 22.* Menoch. *cons. 201. à n. 143. cum pluribus seqq lib. 3.*

Quidam † in suo testamento hæredem 301 sibi instituit aliquem, ex æquali familia nobilitatis ipsi testatori, cum conditione, vt arma sua deferret, & cognominaretur cognomine ipsius testatoris. quæsitum fuit, an ipse posset arma, & cognomen illius, vnà cum cognomine, & armis paternis, deferre, an verò solius nomine, & armis testatoris, vti posset.

Respondi quòd † cùm testator non ad- 302 iecerit, quòd solo suo cognomine, & armis vteretur, poterat promiscuè illis, & paternis vti. si enim aliter voluisset, id testator expressisset. & cùm non expresserit, censetur testatorem solùm voluisse, vt nomen suum, & arma deferret. *l. vnic. §. fin autem aliquid, C. de*

303 *C. de caduc. tollen.* quia † cùm delatio armo-
tum sit onus; debet illud ita iniunctum cen-
seri, quominus hæredem grauet. *l. nummis,*
cum similib. ff. de leg. 3. & in Catalonia vide-
mus plures militares personas, duplici nomi-
304 ne cognominari, & † arma cum mixtione
deferre. & sic consuetudo & obseruantia est
interpres dispositionis prædictæ. argument.
l. seruus plurium, ff. de legat. 1. secus verò esset,
si testator iussisset, quòd eius hæres deferret
nomen illius & arma, sine mixtione, quia hoc
305 casu † talis hæres, cùm teneatur obedire con-
ditioni sibi adiectæ, tenebitur aut hæredita-
tem acceptare cum dicta conditione, aut il-
lam repudiare, vt ex Bald. *in l. fin. C. de edict.*
diui Adr. toll. num. 43. & ex aliorum sententia
hoc tenendum esse refert Molina *de Hispan.*
306 *primog. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 26. Si † autem talis hæ-
tes necessariò esset succedens. in duabus hæ-
reditatibus, quæ ambæ haberent onus defe-
tendi arma, licèt priuatiuè respectu cuius-
cuinque, tunc attestatur Molina *d. loco*, quòd
307 talis † successor necessarius succedet vtrique
hæreditati, deferétque atma vtriusque: eo
308 casu † præferet à dextris arma antiquioris
familię, vel nobilioris. argum. *l.* 1. *C. de consulib.*
lib. 12. *l.* 1. *C. de præfect. prætor.* Ias. *in l. cùm quid,*
n. 11. *ff. si cert. pet.* refert Molina *d. c.* 14. *à n.* 26.
& sic, cùm ille, qui testamentum fecit, esset
frater matris ipsius hæredis instituti, dixi ar-
309 ma † illius, & nomen esse postponendum
paterno nomini, & armis. quia filius, quoad
status qualitatem, sequitur patris nobilita-
tem, perindéque materne pręferri debet. plu-
ribus aliis fundamentis tradit Molina *vbi su-*
310 *prà, n.* 28. Multa † de nominis & armorum
delatione referunt Guillet. Benedict. *in cap.*
Rainutius, verb. Raymundus, de cler. Belluga *in*
specul. princip. rubr. 7. *in addit. Camilli Borrelli, lit-*
tera R. Thesaur. *decis. Pedemont.* 269. Cassana-
te *cons.* 9. Guido Papæ *decis.* 251. & ibi addit.
Ioan. Garcia *de Hispan. nobili. in cap. sequitur*
diuisio legis, à n. 41.

311 Quæsitum fuit, † an facto legato certæ
quantitatis, cuius solutio designatur ex ali-
quo fundo, si fructus qui ibi percipiuntur,
non sufficiant, teneatur hæres ex cætero pa-
trimonio testatoris supplere.

Respondeo verba testatoris esse inspicien-
da, iuxta quæ legatum fuit conceptum. Nam
si testator dixit, *Lego Seio centum annua, quæ ex*
fructibus fundi Semproniani solui volo. hoc ca-
su, cùm priùs quantitatem certam expresse-
rit, & postea designauerit, ex quibus solutio
sit fienda, certum est testatorem quantita-
tem hanc certam, ad legatarium voluisse
312 pertinere. & † locus solùm demonstratiuè
censetur adiectus, non verò restrictiuè, vt
non valeret legatum, nisi in quantitate, ad
quam fructus accederent. *l. quidam testamen-*
to, ff. de leg. 1. *l. Paula, §. vlt. ff. de leg.* 3. *l. Lucius, ff.*
de alim. & cibar. leg Si verò testator ita legaue-
rit, *ex fructibus fundi mei centum lego.* tunc, si
fructus non perueniant ad quantitatem lega-
tam, † hæres non tenebitur supplere de resi- 313
dua hæreditate. *l. nomen debitoris, §. vni ex hæ-*
redibus, ff. de leg. 3. *l. si quis seruum, § si ita legaue-*
rit, ff. de leg. 2. *l. cùm certus, ff. de tritic. vin.* sequi-
tur Bart. *in l. ita, ff. de alim. & cibar. legat.* fa-
ciunt tradita per Salicet. *in l. si quis argentum,*
num. 3. *C. de donat.* & *ibi* Ioannes Fabr. quia
tunc videtur, testatorem habuisse animum
magis ad valorem fructuum percipiendo-
rum incertæ quantitatis, quàm ad certam, &
specificatam quantitatem, iuxta tradita per
supradictos DD. & per Ranchinum & Fer-
retium in additionib. per eos factis ad Guid.
Papæ *decis.* 8.

Quædam † mulier reliquit cuidam famu- 314
læ suæ legatum quoddam, sub his verbis, *Le-*
go Isabella Terra quòd hæres meus teneatur illam
in matrimonio collocare, & eam dotare. quæsitum
fuit, an tale legatum valeret, & quid hæres
teneretur facere.

Respondeo legatum sub prædicta verbo-
rum conceptione valere. quia † licèt videa- 315
tur legatum inualidum, propter incertitudi-
nem quantitatis, tamen, quia contemplatio-
ne matrimonij fuit relictum, valet. *l. si filia, ff.*
de leg. 3. *l. Theopompus, ff de dote præleg.* Afflict.
decis. 271. *n.* 1. & necessariò tenetur hæres il-
lam dotare, quia † verbum illud *teneatur*, im- 316
portat necessitatem. glos. *in Clement. attenden-*
tes, verb. debeant, de statu monach. cap. duobus, de
rescript. in 6. † quantitas autem doris, ex arbi- 317
trio hæredis depēdet, iuxta tradita per Alex.
cons. 175. *col.* 1. *n.* 5. *lib.* 6. Nouel. *de dote,* 6. *part.*
priuil. 11. *&* 9. quod quidem † arbitrium de- 318
bet regulari ad boni viri arbitrium, iuxta tra-
dita per Ias *in l. si sic, n.* 31. *de legat.* 1. quia ver-
ba testatoris prolata sunt, vt cum effectu
adimpleantur, & sic non ad meram & libe-
tam hæredis voluntatem referenda sunt, sed
ad arbitrium boni viri. iuxta tradita per Ma-
gon. *decis. Florent.* 7. *à n.* 9. vnde habita ratione
bonorum defunctæ, & qualitatis legatariæ,
taxanda dos erat.

Titius legauit Sempronio † fundū suum, 319
specialiter obnoxium certæ annuę præstatio-
ni, nulla mentione facta de obligatione illa
annuæ præstationis. Legatarius prætendebat
hæredem esse obligatū ad soluendum onus,
cùm testator legatum reliquerit, quod qui-
dem absolutum debet dici; econtrario verò
hæres asserebat, legatarium onus soluere de-
bere. quæsitum fuit quid iuris.

Respondi † legatarium teneri onus illud 320
fundo impositum soluere, quia cum illo one-

re

re videtur transire ad ipsum, iuxta tradita per Bart. *in l. Lucius ff. de aliment. & cibar. legat.* per text *in l. 2. ff. eod.* vbi loquitur etiam in fisco successore *l. fundus quem, ff. de annuis legat. l. codicillis, §. instituto ff. de legat. 2.* quod intelligendum est, si præstatio illa fit perpetua; se-
321 cus verò si esset temporalis, quia tunc † non ad legatarium, sed ad hæredem pertineret, iuxta tradita per Corn. *consil. 269. vol. 1.* Gigas *de pensio. quæst. 51. num. 17.* Guid. Papæ *decis. 432. in fine, per l. cuius, ff. de annuis legat. & in l. fin. ff. de act. empt. l. hactenus ff. de vsufruct.* Hostiens. *in summa tit. de locat.* Specul. *in tit. de emphyt. l. si domus alicui 74. §. vlt. ff. de legat. 1.* faciunt tradita per Aluat. *de coniectur. mente testan. lib. 2. cap. 2. n. 44. vers. aut non ad tempus.*

322 Quidam † frater dotauit sororem suam, ipsius verò obliuione, seu Notarij obliti fuerunt dicere, quòd dos quæ à fratre dabatur, erat in compensationem legitimæ, quæ filiæ sororique respectiuè in bonis paternis competebat. tum & legati eidem filiæ pro patre relicti dotis causa facti nulla de legitima paterna mentione facta. Euenit quòd ipsa dote iam sibi soluta, contra fratrem agebat, ab illóque petiit, sibi legitimam paternam solui, cùm ipse fratet in doris constitutione, & solutione nullam de legitima, nec legato men-
323 tionem fecerit. quæsitum fuit, † an ipsa possit agere ad legitimam paternam.

324 Respondi quòd non, ex eo † quòd prædictum legatum paternum præsumebatur à patre filiæ factum, in compensationem legitimæ spectantis ad filium, eo mortuo in eius hæreditate, iuxta Batt. doctrinam *in l. vxo-*
325 *rem, §. pater naturalis, in fine, ff. de leg. 3.* & † sic pater, dorando eam, licèt nil expresserit, ex qua causa soluat, censetur dotem constituisse, ex legati paterni causa, iuxta text. *in l. Nesennius, num. 13. ff. de negot. gest. n. 13. & in l. fin. ad fin. C. de dotis promiss. in 2. lect.* Ruin. *consi. 138. lib. 1. n. 1. & cons. 152. n. 9. lib. 9.* Compensatio
326 enim † non habet locum in debito voluntario, vt tradit Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109.* Couarr. *in cap. officij, num. 2. versic. in secundo autem debitore, de testament.* faciunt quæ communiter traduntur de patre legan-
327 te dotem filiæ, quòd † id quod filiæ dotis causa legat, censetur esse pro quantitate per eum antea filiæ promissa. Ruin. *cons. 138. lib. 1. n. 3.* Bart. & DD. *in l. filia legatorum.* ergo legatum prædictum peti non poterat, per supradicta. faciunt tela a per Magon. *decis. Florent. 13. num. 24.*

328 Quidam † mercator dederat ad cambium cuidam familiari suo, ducenta scuta, quæ per plures annos fuerunt fœnerati. tempore mortis, dictus mercator legauit debitori sic, *Lego Sempronio quantitatem cambij, quam mihi debet.* eo mortuo, hæres volebat à prædicto legatario exigere quantitates omnes decursas, ratione interesse seu vsurarum decursarum, à die qua dicta quantitas ad cambium fuerat data quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi legatarium non teneri vsuras soluere, imò potiùs ex dicto legato, per dictum testatorem fuisse absolutum à præstatione earum, quia † legata cambij quantita- 329
te, veniunt in legato vsuræ decursæ pro tempore, quo testator viuebat. *l. nomen debitoris, ff. de legat. 3.* vbi dicit Bart. quòd legati nomine venit, non solùm principale debitum, sed etiam vsuræ præteriti temporis. quem text. singularem appellat Castrens. *in l. si tibi homo, § cùm seruus, ff. de legat. 1.* & *ibi* Alex. Ias. Aretin *in tract. de testam. gloss. 23.*

Petrus † legauit Seio quoddam censuale, 330
ex quo debebantur testatori certæ pensiones in vita sua decursæ, de quibus nullam dictus testator fecerat mentionem. hæres testatoris ad se decursas pensiones pertinere prætendebat; econtra verò legatarius ad se pertinere affirmabat. quæsitum fuit, ad quem eorum pensiones decursæ spectarent, an ad hæredem, an verò ad legatarium.

Respondi quòd legato facto de censuali absolutè, pertinebant pensiones quæ erant decursæ, & debitæ ipsi testatori de sua vita, ad hæredem, non verò ad legatarium, quia † pensiones decursæ erant quid separatum 331
à dicto censuali, & diuersa, ac separata actione petuntur. quia debitum principale, nempe sors, & proprietas ipsius censualis, exigi non potest. & sic solùm peti possunt pensiones, quæ † vsuræ censualis dicuntur. iuxta 332
tradita per Ruin. *cons. 192. vol. 1.* licèt enim vsuræ dicantur accessoriæ ad sortem principalem, & eandem rem sequi. hoc intelligendum est, quando † sors, & interesse eadem 333
actione petuntur; secus verò, quando concurrunt diuersæ actiones, nempe vna quoad sortem, alia verò quoad interesse, vt notant DD. *in l. si vt certo, §. vsque adeò, ff. commodat.* Rota *in antiq. decis. tit. de rescript. 46. aliàs 318.* quia † licèt pensiones oriantur ex dicto cen- 334
suali, & ex eo dicantur dependere, tamen non dicuntur de corpore ipsius censualis, vt dicit Bald. *in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 4. versic. idem in pensionibus, de constit.* dicunt enim omnes scribentes, quòd huiusmodi † pen- 335
siones, licèt fructus nominentur, differunt tamen à naturalibus, ita Chaldas Pereira *in l. curatorem habens, C. de in integrum restit. n. 15.* faciunt quæ allegat Vincent de Franchis *decis. 254. num. 3. circa finem*, & sic iuxta prædicta est tenendum.

Testator † quidam in suo testamento le- 336
gauit

gauit mille scutos, pto maritandis consobrinis puellis, ex genere suo, quas suus Confessor (qui erat religiosus Carmelitanus) elegerit. Euenit, quòd morte supina præuentus dictus religiosus, non facta per eum electione, decessit. hæres prætendebat prædictam quantitatem legatam sibi adquiri tanquam caducata conditione electionis non factæ. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi tale legatum non posse dici caducum, imò † potius validum remanere, illúdque pertinere, & spectare ad cognatas maritandas pauperes de genere dicti testatoris. nec omnes pauperes tantùm admittentur, si de pauperibus mentionem fecit, sed aliæ omnes cognatæ testatoris, ita intellexit hoc dubium gloss. *in l. vnum ex familia, §. rogo, ff. de leg. 2.* & *ibi* Bald. & Paul. de Castro, Imol. & Cyn. & hæ gradatim, quia semper præsumitur, † testatorem prædilexisse proximiores in gradu, vt *in l. fin. ver. gradatim, C. de verb. sign.* vbi notant DD. & Paul. de Castro. affectio † enim testatoris ad proximiores in cõsideratione est, vt post Bart. & DD. tradit inter alios Peralta ad *d. l. vnum ex familia, §. rogo, num. 14. circa medium, ff. de legat. 2.* ex mente Bart. *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de lib. & posthum.* maximè cùm fecit mentionem de gradu in quo existentes, habito respectu ad testatoris nominationem, illę admittentur: non existentibus tamen, admittentur sequentes omnes in proximiori gradu.

337

338

339

340 Titius † legauerat quendam hortum cuidam amico suo, condito autem testamento, prædictum hortum vendidit, & sic, tempore quo legatum erat præstandum, hortus possidebatur ab emptore. legatarius petebat æstimationem horti, motus ex eo quòd cùm hortus esset in manu aliena testatoris, cum ipsius scientia, quòd † legatum erat habendum tanquam rei alienæ, quo casu æstimatio præstanda veniebat. *§. aliena quoque res, Institut. de legat.* cum vulgatis iuribus. quæsitum fuit, an æstimatio dicti horti esset præstanda, vel non, ipsi legatario.

341

Respondi esse in consideratione, an prædictus hortus fuisset alienatus voluntariè, vel coactè, & necessariò. nam † si alienatus fuit voluntariè, nec illius æstimatio debetur. quia censetur tale legatum ademptum ex illa voluntaria alienatione. *l. fideicommissa, §. si rem, ff. de legat. 3. §. si rem, Institut. de legat.*

342

343 Secus verò † si ex causa necessaria fiat. quia tunc deest coniectura voluntatis ipsius testatoris, volentis legatum reuocare ex dicta alienatione voluntaria. iuxta tradita per Doctores *in dictis iuribus.* fuit quæsitum, iuxta supra scriptam resolutionem, an esset aliquis casus, in quo † legatum deberetur rei alienatæ voluntariè. 344

Respondeo quòd sic, videlicet si testator legauerit rem, vel æstimationem illius, quia tunc † etiam voluntariè alienata re legata, debetur illius æstimatio. argumento text. *in l. filia sua, §. 1. ff. de condit. & demonstr.* ex qua probatur, quòd licèt in particularibus pretium non succedat loco rei, vt per gloss. Cynum, Bald. & DD. *in l. mater tua, C. de rei vindicat.* gloss. & DD. *in l. si rem & pretium, ff. de petit. hæred.* tamen ex voluntate defuncti succedit. ad quod notatur, & ponderatur text. *in dicto §. 1.* per Socin. & Doctores *ibi*, quia ex tali dispositione, videtur testatorem alternatiuè disponere, videlicet quòd præstaretur aut res legata, aut dicta quantitas. Et cùm res tradi non possit, eo quòd alienata fuit, soluenda venit quantitas designata. 345

Quidam † in suo testamento legauit centum famulo cuidam suo, nominato Ioanni, pro seruitiis per eum præstitis. Euenit quòd tempore mortis testatoris, erant duo Ioannes in eius famulatu. hæres recusabat soluere legatum, dicendo quòd tale legatum nullum erat, cùm duo sub eodem nomine reperirentur, propter incertitudinem legatarij, & vt dubia causa redderetur, euenit quòd ipse hæres affectatè procurauit, vt alius Ioannes se opponeret ad legati petitionem, vt inter eos orta quæstione nullum legatum esset. *l. si fuerit, ff. de rebus dub. l. si quis seruum, § si inter duos, ff. de legat 2. l. duo sunt Titij, ff. de testament. tutel.* quæsitum fuit, quid iuris. 346

Respondi validum esse legatum, essẽque præstandum † illi, qui antiquior in domo seruiendo reperiebatur. nam licèt verum sit, quòd vbi dubietas reperitur, legatum non valet. tamen si adsint coniecturæ, ex quibus legatum sustineri possit, valebit respectu illius, quem † fouent coniecturæ, iuxta tradita per DD. *in dictis iuribus.* maximè cùm testator dixisset, quòd propter seruitia ab ipso legatario ipsi testatori præstita, relinquebat legatum, quæ causam affectionis demonstrabant, in legatarium, & ipsum designabant. quam † affectionis qualitatem potentiorem esse, iure sanguinis, asserunt multi. *l. cùm allegas, C. de castrens. pecul. lib. 12.* faciunt quæ notant DD. *in l. qui chirographum, ff. de legat. 1. & in l. Labeo, ff. de pactis, & in l. si quis seruum, § si inter duos, ff. de legat. 3.* Alciat. *præsumpt. 30.* 347 348 349

Erant † duo domini alicuius domus, quorum alter in suo testamento legauit euidam sibi coniuncto domum illam. Legatarius prætendebat totam domum, hæres verò 350

rò

rò solùm ad dimidiæ præstationem se esse obnoxium, & non ad solutionem alterius mediæ. fuit quæsitum, quid iuris.

Respondi, solùm partem ipsius testatoris legatam esse, non verò totam domum, ex *l. vxor patrui*, *C. de legat.* notat gloss. *in l. cùm rem alienam, eod. tit.* etiam si sit legatarius persona coniuncta, vt declarat Ias. *in d. l. cùm rem alienam, num. 5.* per *l. Sticho, vlt. respons. ff. de vsu-*
351 *fruct. legato.* Secus verò esset, † si testator nullum iùs in re haberet, quia tunc censeretur totam ipsam rem legasse.

352 Quidam fuit † hæres institutus in quodam testamento, granatúsque post decem annos restituere hæreditatem cuidam tertio. Euenit quòd ante decennium, morte ipsius testatoris secuta, restituit hæreditatem, & certum grauamen imposuit. fideicommissarius acceptauit restitutionem, cum illo onere, & acceptata restitutione decessit hæres. fideicommissarius nolebat onus adimplere, asserens hæreditatem iam fuisse obnoxiam sibi ad restitutionem, & per consequens, quòd hæres institutus non poterat grauamen aliquod apponere in restitutione fideicommissi. quæsitum fuit, quid iuris.

353 Respondi quòd † tale grauamen potuit apponi ab ipso hærede, dummodo non excederet valorem interesse quod ei adquirebatur, ex præmatura restitutione. quia fructus medij temporis, quos hæres percipere tenebatur, ad fideicommissarium perueniebant, cuius emolumenti respectu, locum habebat grauamen. quia in his fructibus (cùm voluntariè, & ante tempus fiat restitutio) consistit donatio, vt attestatur Bart. *in l. post mortem, num. 5. C. de fideicom.* vnde nil mi-
354 tum, si in hac quantitate, † quæ ex voluntate libera hæredis, ad fideicommissariū peruenit ante tempus, possit grauamen apponi. & in hac opinione resider Molina *de Hispan. primo. lib. 2. cap. 4. n. 32.* & præsensisse videtur gloss. *in l. cùm pater, § à filia, verb. non esse electionem, ff. de legat. 1.* & Paul. de Castr. *in l. post mortem, C. de fideicom.* faciunt tradita per Peregrin. *de fideicom. art. 2. n. 51.*

Quidam in suo testamento, post hæredis institutionem, & quosdam substitutionis gradus, vltimo loco disposuit, quòd ad hæreditatem illius admitterentur proximiores
355 de sua familia. fuit dubium † proximitas illa, an consideraretur respectu ipsius testatoris, an verò vltimi morientis. Hoc dubium arduum esse non est qui ignoret, cùm pro vtraque parte adsint grauissimi DD. quorum aliquos refert Couarr. *practic. quæst. cap. 37. num. 3.* Sed cùm resolutioni studeamus, dico
356 quòd † proximitas considerari debet, respectu vltimi possessoris, per lineam rectam de-

scendentis. ponamus enim quòd in nepte existat hæreditas tempore mortis, certum est quòd ille qui proximior sibi erit, in hæreditate succedet. nam absurdum esset, quòd auunculi, qui proximiores erant testatori, succederent, cùm ipsius testatoris voluntas sit, quòd † hæreditas in descedentes prorra- 357
hatur in infinitum. *l. liberorum, ff. de verb signif.* & affectio illius magis ad descendentes, quàm ad collaterales protrahatur. *l. isti quidem, ff quod met. caus.* Guiller. Beoedict. *in cap. Raynutius, verb. de Clera, in fin.* cùm aliis plurib. & licèt † in fideicommisso testatori succeda- 358
tur, & in bonis illius, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgar.* hoc solùm propriè dicitur, tempore mortis ipsius testatoris, & quando aditur hæreditas. quia † hæreditate adita, iam nō considerator vt hereditas defuncti, sed vt nouum 359
patrimonium hæredis instituti. *l. 1. §. veteres,* vbi gloss. *& l. cùm hæredes, ff. de adquir. possess.* & sic ab vltimo possessore † nouus succes- 360
sor accipere dicitur hæreditatē, ex *§. sed quia stipulationes, Instit. de fideicom. hæred. l. 1. §. sed quotiens, l. restituta, ff. ad Trebell.* Alex. *consil. 82. n. 3. lib. 2.* Dec. *cons. 243. n. 3. & cons. 424. n. 15.* fideicommissa † enim transeunt de successo- 361
ribus in successores. *l. 2. § legitima, ff de suis & legit. l. in annalibus, C. de legat.* sequitur Barth. Socio. *in l si cognatis, n. 40. de reb. dub l. hæredes mei, § cùm ita, num. 16 ff. ad Trebell. & cons. 249. num. 20. cum seq. lib. 2. & cons. 15. num. 31. lib. 4.* Ruin. *cons. 159. n. 6. lib. 2.* Roland. à Valle *consil. fin. lib. 1.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 3. vers. vt sit communis.* & hæc mihi opinio magis placet.

Quæsitum fuit, † an conditio hæc, *si sine* 362
filijs decedat hæres institutus, deficiat, si ipse hęres decedat, relictis neptibus.

Respondi talem conditionem deficere, si ipse cum neptibus decesserit, non † enim vi- 363
detur sine filiis decedere, qui superstitem sibi nepotem reliquit. ita Alex. *cons. 1. lib. 1 & consil. 5. num. 2. & cons. 20. lib. 3. & cons. 56. lib. 5. & cons 37. lib. 6.* Decius *cons. 391. n. 5.* plura sunt tradita per Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 8. n. 20.*

Sed postea fuit quæsitum, † an filius legi- 364
timatus faciat deficere talem conditionem, *si sine filijs decesserit.*

Respondi, quòd si testator expressetit, quòd filij fiot ex legitimo matrimonio procreati, tunc † talis conditio non deficiet, per 365
filios legitimatos. ita Alex. *in l. generaliter, §. cùm autem, num. 2. C. de instit. & substit.* Ripa *in l. ex facto, § si quis rogatus, num. 47. ff ad Trebell.* Parif. *consil. 1. num. 42. & num. 81. lib. 2* Molin. *de Hispano. primog. lib. 3. cap. 3. num. 3 t.* & idem erit, † si nobilis sit familia, veluti quòd sit 366
titularis, vbi solùm facta fuerit mentio de

legitimis, tunc non admittentur legitimati. pluribus authoribus expeditum refert Molina *de Hispano.primogen. lib. 3. cap. 3. n. 30.* dicens, quòd hæc opinio procul dubio est communis, nec est qui ab ea dissentiat. Si
367 verò † ordinariè locutus fuerit testator, dicens quòd si sine liberis legitimis institutus
368 decedat, hoc † casu legitimatus Principis rescripto, excludet substitutum, vt pluribus relatis Molin. *vbi suprà, num.* 35. quod locum habere in naturalibus liberis legitima-
369 tis asseritur; secus † verò in bastardis, qui verè, & propriè legitimati non dicuntur, sed dispensati, vt tradit Paul. *cons.* 39. *lib.* 1. *num.* 4. Socin. *cons.* 65. *num.* 12. *lib.* 3. Couart. *in epitom. super* 4. *cap.* 8. § 8. *num.* 4.

370 Facultate † alicui tributa, ad disponendum de aliqua hæreditate, si non disponat, quæritur, hæreditas illa ad quem pertineat.

Respondeo pertinere ad proximiores cognatos ipsius testatoris, qui ab intestato succedere debent per text. *in l. conficiuntur, ff. de iure codicill.* quem text ad hoc allegat Bart. *in l. Gallus, §. & quid si tantum*, 4. *col. vers. præterea, ff. de liber. & posthum.* est text. ad idem *in l. si quis cùm nullam, ff. de iure codicill. & in l. secundum responsum, C. de contrahen. & com stipulat.* faciunt tradita per Bald Nouell *in l. cum filio, ff. de legat.* 3. & tradita per Vincent. de Franchis *decis.* 45. *num.* 2.

371 Quidam † testator in suo testamento disposuit, quòd volebat dispositionem suam valere, prout de iure valere poterat. quæsitum fuit, de quo iure essent prædicta verba intelligenda.

Respondi quòd de iure constitutionum, & pragmaticarum, iuxta tradita per Bald. *in l. quicumque, C. de seruis fugitiuis.* Ripa *respons.* 4. *num.* 23. *tit. de substitut.* Cephal *cons.* 354. *n.* 19. *cum duobus seqq.* Menoch. *consil.* 95. *num.* 93. vbi de testatore disponente, quòd successio in eius bonis deferatur ei, cui ius defert. Paris. *cons.* 83. *num.* 5. *cum seq. lib.* 2. Riminal. *consil.* 191. *per totum, & consil.* 203. *num.* 4. 5. & 20. *lib.* 4. & *consil.* 377. & 482. Cephal. *consil.* 4. *num.* 16. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 13. *cum seq.*

372 Cùm † mors ciuilis in pluribus causis morti naturali æquiparetur, fuit quæsitum, an si grauatus de restituenda hæreditate post mortem suã, ciuiliter moriatur, veluti quòd professionem in aliqua religione faciat, an tali casu teneatur hæreditatem restituere, de qua grauatus fuit.

Respondeo, intrincatam esse valde hanc quæstionem, & pro vtraque parte adsunt fundamenta, & Doctores, vtramque sententiam tenentes. Sed meo videri, longiùs vera
373 sententia est, † in grauato restituere hæreditatem post mortem, non censeri, casu quo mors ciuilis eueniat. quia tale grauamen, cùm in testamento apponatur mortis mentio, ab homine fieri dicitur. quo casu, mentio mortis non comprehendit mortem ciuilem, ex *l. ea parte, §. si insulam, ff. de verbor. obligat.* argument. *l. fin. C. de his qui veniam ætatis.* & sic † mentio mortis, ab homine facta, 374
de vera, non de ficta intelligi debet. *l.* 1. *§ fin. ff. de bonor. possess. contra tabul.* Licèt enim † in 375
testamentis larga fiat interpretatio. *l. in testamentis, ff. de regul. iur.* quia tamen fideicommissum est respectu hæredis grauati, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgar.* meritò stricta interpretatio est fienda, vt fideicommissum magis excludat, vt probat Castrens. *consil.* 150. & tradunt scribentes *in l. potest, col.* 2. *ff. de vulgar.* & ita Anton. de Butrio *in cap. cùm sit, de cleric. coniugatis.* quod in quacumque hominis dispositione, verbum *mortis*, ad naturalem, non ad ciuilem referatur. Riminal. senior *consil.* 243. *num.* 7. *cum sequent. volum.* 2. Bossius *in tit. de bonis publican. num* 34. *in fine.* Beroius *in cap cum præsentia, num.* 534 *de probat.* Alciat. *in l. Gallus, § & quid si tantum, num.* 10. *de liber. & posthum.* Quod intelligendum venit, quando † mors ciuilis, veluti 376
ingressus religionis, est in eam, quæ in communi non est capax bonorum. quia licèt mors ciuilis sit, æquiparatur morti naturali, cùm bona illa habere non possint, neque quoad vsumfructum retinere, quales sunt † religiosi Franciscani, *cap. placuit* 16. 377
quæst. 1. *cap nullus* 2. *quæst.* 7. *Clement. exiui, de religiosis.* Si autem † monasterium in com- 378
muni, sit capax vsusfructus bonorum, tunc mors illa non æquiparatur naturali, cùm vita monachi durante, monasterium possit per mediam personam ipsius monachi vsumfructum bonorum retinere. Felin. *consil.* 8. Ioan. Andr. *in addition. ad Specul. in rubr. de secundis nuptijs.* Dynus *in l. Statius, §. fin. ff. de iure fisci.* vbi dicit † rogatus restituere hæreditatem, 379
tantummodo post mortem naturalem, esse cogendum, argumento *l. cùm pater, §. hæreditatem, ff. de legat.* 2. & *ibi* Bart. & *in l.* 1. *col. fin. ff. de testam.* Bald. *in l. Deo nobis, col.* 3. & 5. *C. de Episc. & cler.* & vera ratio est, quia † Francis- 380
cani incapaces sunt bonorum stabilium. & ideo, quoad bonorum adquisitionem, militat regula ab omnibus approbata, quòd † gra- 381
uatus post mortem restituere, non teneatur si profiteatur religionem capacem bonorũ: secus verò si incapacem, qualis est Franciscana, cui expressè prohibetur bona immobilia habere, ex dispositione sacrosancti Concilij Tridentini *sessio.* 24. *de regular. cap.* 3. in quo disponitur, quòd exceptis domibus Fratrum Minorum S. Francisci, & Capuci-

norum,

norum, cæteris omnibus liceat bona immo-
bilia habere.
382 Legatum † factum filio spurio, an valeat.
Respondi quòd legatum absolutè factum
filio spurio non valet, ex traditis à Bart. *in
l.fin. col.2. ff. de his quibus vt indig.* Alex. *con-
sil.74.lib.2.* Bald. *cons.241.lib.2.* quinimò ta-
le legatum, aut remanet hæredi, à quo reli-
ctum est, aut venientibus ab intestato. ex
Bart. Bald. Paul. & Ias. *in l.1.C.de hæred.instit.*
Bart. *in l.2. C.de iure deliber. & in l.fin.C.de his
quibus vt indig.* Alex. *cons.202.lib.6.* Couarr.
383 *de sponsal.2 part.cap.8.§.5.num.3.* Si † tamen
legatum sit pro alimentis, valet tale legatum.
Bart. *in authent. ex complexu, C. de incest.nupt.*
de æquitate canonica, ex *cap.cùm haberet, de
eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per
adulterium.* Abb. *consil.50.lib.2.* quæ quidem
æquitas seruanda est, ex Abb. *in dicto cap.
cùm haberet, col.2.* Dec. *consil.640. & 576.*
384 quæ quidem † præstanda erant dictis spu-
riis, secundùm qualitatem illius, qui ea præ-
stare tenentur, per text. *in cap. cùm haberet,*
ibi, *secundùm quod ei suppetunt facultates, de
eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per
adulterium.* ita Bald. & Alexand. *in l.si mari-
tus in id, ff.solut. matrim.* & secundùm hanc
doctrinam iudicatum fuisse in Senatu Lusi-
tano, refert Gamma *decis.343.num.4.* addens
385 *ibidem, num. 5.* quòd † si spurij habeant
aliunde, vnde se alant, non debebitur eis
tale legatum. quia cùm tale legatum solùm
eis permittatur, pietatis intuitu, & ne fame
pereant, cùm iam aliàs habere possit reme-
dium, ne ad hunc tristem statum perueniant,
non erunt talia alimenta eis præstanda, vt la-
tiùs per Gamma, ex fundamentis per eum
suprà relatis resoluitur, ad quem poteris re-
currere. plura etiam videri poterunt de hac
materia, apud Molin. *de Hispan.primog.lib.2.
cap.15. & 16.* vbi latè alimentorum mate-
riam prosequitur.
386 Domina † Anna Sceniust, & Ferrer, vidua,
in suo testamento, hærede vniuersali insti-
tuta causa pia, executores testamentarios
quosdam reliquit, & inter alios Reueren-
dum Laurentium Riera presbyterum, & in
Ecclesia maiori Barcinonæ beneficiatum, ei-
démque legauit quasdam fargas, vulgò di-
ctas *las fargas dels molins sunt al rui de Basos.*
Lapso anno dictus Riera petiit à commanu-
missoribus vt possessionem dicti legati eidem
traderent, & cùm essent aliqui ex manumis-
soribus, qui sibi tædio affecti erant, differe-
bant dictam possessionem tradere. ipse verò
diuersis requisitionum instrumentis, extra-
iudicialiter interpellauit, quos nunquam po-
tuit vincere, imò potiùs magis differebant.
Consuluerunt aliqui Aduocati, quòd ipse
propria auctoritate possessionem prædicti le-
gati acciperet. Cùm magna essemus ambo fa-
miliaritate coniuncti, quæsiuit à me, † an 387
ipse acciperet propria auctoritate prædictam
possessionem. Cui respondi, quòd non atten-
taret. quia video *l.non est dubium, C. de legat.*
& quæ circa illius intelligentiam tradunt
Ias. Coroeus, & alij *ibidem.* Rodericus Sua-
rez *in l.quoniam in prioribus, quæst.7.num.9.17.
& 18.* Couarr. *lib.3.variarum, cap.16. num.7.*
& alij quamplures. qui dicunt, quòd † quo- 388
ties legatarius propria auctoritate accipit
possessionem rei legatæ, cadat à iure illius, &
illud amittat, asserentes prędicti omnes DD.
quòd debet concurrere factum hæredis, id
est, consensus, & sic prædicto casu debebat
concurrere consensus manumissorum, qui
hæredis personam repræsentant. quod for-
tiùs attestatur Couarr. *dict.loco, num.7. vers.his
præterea suffragatur.* ex Oldradi & Alberici
sententia, asserens, quòd hæres amittat ius rei
legatæ, si illius possessionem propria auctori-
tate occupauerit, siue hæreditas esset iacens,
siue adita. & sic dictus Reuerendus Lauren-
tius Riera se abstinuit.

Quæsitum fuit, † in legato generis, velu- 389
ti, lego vnum ex fundis, vel vnum ex seruis,
vel quid simile, ex pluribus quos habet testa-
tor, cuius sit electio, an legatarij, an verò
hæredis.

Respondi, quòd hanc quæstionem tra-
ctantes multi auctores, illam regulabant, ex
diuersitate legatorum, quæ antiquitus repe-
riebatur, † per rei vindicationem, sinendi 390
modum, perceptionē, &c. sed cùm hæc diffe-
rentia sublata sit, & † omnium legatorum 391
quoad actionem vna sit natura. *l.1.C.commun.
de legat.*

Respondeo quòd inspicienda sunt verba
testatoris. nam in legato generis, & alterna-
tiuo, si verba diriguntur ad hæredem, veluti
si testator dicat, Hæres meus Seio dato vnum
ex fundis meis Sempronio. cùm verba testa-
toris principaliter dirigantur ad hæredem,
ipsius erit † electio; si verò verba prædicta 392
ad legatarium referantur, veluti si dicat te-
stator, Lego Seio vnum ex seruis meis, tunc
electio † erit ipsius legatarij. quia videtur te- 393
statorem ad ipsum legatarium direxisse,
quam sententiam in hoc † legato alternati- 394
uo, communiter tenendam esse attestatur
Anton.Gomez *lib.1. variar.cap.12. à num.13.*
Couar. *in cap.filius noster, de testam. & in cap.in-
dicante, num.13.* Peralta *in l.Lucio, num.8.ff.de
leg.2.* Crassus *recept.sentent. §.legatum, q.62.
n.2. & 6.* Menoch. *de præsumpt.lib.4.præs.108.
n.25.* videndus omnino Michaël Crassus *vbi
suprà.* vide Guiller.Benedict. *in cap.Raimutius,
verb.si absque liberis, num.145.*

395 Petrus Torres de Lusana † legauerat quingentas libras, vt emericatentur ad censuale, & ipsa eius vita durante, si non nuberet, potiretur de fructibus illius, qui erant viginti quinque libræ annuales. Euenit quòd ipsa nupsit, & petebat legatum, dicens, talem conditionem à iure reprobatam, tanquam impeditiuam matrimonij contrahendi. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi, hanc quæstionem latissimè tractari à Ioanne Gutierrez *canon. quæst. lib. 2. cap 25. per totum.* vbi longa commentatione ferè omnia ad hoc dubium refert. & sic, cùm de huius dubij resolutione ageretur,

Respondi vnà cum dicto Gutier *num. 13.*
396 dicente, quòd † si constaret euidenter, testatorem noluisse legatum pertinere ad legatariam, casu quo nuberet, eo quia post legatum addidisset verba, quibus casu quo nuberet, illud adimebat, vel aliis similibus verbis testator vsus fuerit, tali casu, nullo modo pertinebat legatum. Cæterùm si solùm testatur dixisset, lego viginti quinque libras annuales Elisabethæ N. si non nubat, & nil aliud adiecit, pertinebit legatum. quia tunc, cùm non ita efficaciter locutus fuerit testator, nec clarè, prout in prima specie, fauore matrimonij sustinebitur tale legatum. iuxta tradita per Gutierr. *dicto cap à num. 10.* & cùm in supradicta specie testator non prohibuisset expressè legatum in casu matrimonij, tale legatum pertinebat ad legatariam etiam nubentem.

397 Petrus † Banus, hæres Mansi Banus, parochiæ de Tauernoles, Episcopatus Vicen. habens filium vocatum Ioannem Banus, eum hæredem fecit, & eius filias, quam ipse vellet. dictus Ioannes habens filium Iacobum Banus, similiter suum hæredem fecit, qui Iacobus habens duas filias, vocatas Archangelam, & Catherinam, eas sibi hæredes instituit, & si ad ætatem viginti quinque annorum non peruenirent, substituit quandam sororem ipsius testatoris. Euenit, quòd de dictis duabus filiabus, vna decessit intra pubertatem, alia tamen matrimonio contracto, & iam ætatis viginti duorum annorum, quæ testamentum fecit, hæredémque fecit Ioannem Sala, loci de Folgaroles, eius auunculum, ex parte matris; dictus verò Ioannes Banus, pater dicti Iacobi, fecit testamentum, & hæredi tacuit dictum Iacobum, & eius filios, si ad dictam legitimam ætatem peruenirent, & casu quo non peruenirent, substituit se ipsum, vel eum, quem nominaret. Cùmque dictus Ioannes nupserit secundò, & ex dicto secundo matrimonio haberet alium filium, nominatum Raphaelem, quem in suo testamento mortuis filiabus dicti Iacobi ante vigesimum quintum annum, vocauerat. prætendebat dictus Raphaël, dictam hæreditatem ad se pertinere, & spectare; dictus verò Sala econtrariò. dictus Raphaël dicebat, quòd ex eo quòd Ioannes eius pater habebat ex capitulis matrimonialibus facultatem eligendi ex filiis, quem vellet, poterat eum nominare, & sic quòd erat bene vocatus; dictus verò Sala allegabat, quòd illa facultas erat iam extincta, & quòd dictus Ioannes Banus, cùm iam hæreditasset dictum Iacobum, & eius filios, quos vellet, non poterat se ipsum instituere, neque substituere, dictum, inquam, Ioannem; sed quòd solùm poterat nominare, ex filiis dicti Iacobi, quos vellet, & sic quòd dictus Ioannes neque poterat se ipsum eligere, neque Raphaëlem, cùm non esset filius Iacobi. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi, quòd † licèt verum sit, quòd 398
Ioannes Banus habuisset potestatem eligendi ad bona paterna, ex facultate sibi concessa eligendi vnum ex filiis suis, tamen certum est, quòd eidem filio per eum electo, non potuit grauamen aliquod imponi, nec poterat ipse Ioannes apponere, nisi in fauorem illorum filiorum, qui poterant eligi per dictum Ioannem, vnde cùm dictus Ioannes, ex pluribus filiis, quos eligere poterat, elegerit tantùm Iacobum, & si casu quo decederet sine filiis, qui non peruenirent ad ætatem viginti quinque annorum, substituerit seipsum, aut illum, in quem ipse dispotuisset, & substitutio habuerit locum in persona eligentis, quia decessit priùs dictus Iacobus, & deinde decesserunt Catherina, & Archangela, eius filiæ, antequam peruenirent ad ætatem viginti quinque annorum, dictum grauamen, seu dicta substitutio, in fauorem eligentis fuit nulla. quia † ipse qui poterat eligere, solùm potuit apponere grauamen filio electo, in fauorem 399
aliorum fratrum dicti electi. vt notat Segura *in l. vnum ex familia, num. 206. ff. de legat. 2.* Berenga Ferdinand *in cap. 9. de matrimonio contracto ad Morganaticam, num. 14.* pulchra Senatus decisio refertur à Michaële Ferrer. *3. parte obseruat. cap. 319.* Tum, quia dictus Ioannes Banus, † qui habebat facultatem eligendi, non poterat seipsum substituere, iuxta tradita per Bart. *in l. ex facto, num. 33 ff. de vulgar.* text. optimus *in l. si mandauero tibi, § si tibi centum, ff. mandat.* vbi habens † facultatem dandi, cuicumque velit, non potest sibi ipsi dare, neque seipsum eligere. Peralta *in d. l. vnum ex familia. § rogo, à num 4. ff. de legat. 2.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap 4. num. 18. & sequent.* Spino *in speculo testament. gloss. 27. num. 56.* vbi in his termi
400
401

402 terminis attestatur, quòd † vbi quis habuerit facultatem meliorandi vnum ex filiis, non potest se ipsum meliorare, sentit & noster Mier. *in constitut. los impubers, num.* 41. *versic. sed an pater.* 2. *part. col.* 3. & sic constat quòd ipse eligens non potuit se ipsum substituere.

403 Antonius † Sala in suo testamento ita legauit: *Item deixa Margarita muller mia tots los mobles y aynes de casa robes de li y lana caxes lits y cofrens y altras coses de mobles tindre en casa lo die de mon obit, de manera que tot y sie compres, sino son les coses de or y plata que tindre per quant vull que lo que sera or y plata sie continuat en lo inuentari y seguirne la forma que ab aix dire.* In dicta domo erat magna quantitas olei, vini & siliquæ, cum quibus dictus Sala negotiabatur. quæsitum fuit, an dictæ merces pertineant ad dictam vxorem.

Respondi, dictum oleum, vinum, & siliquas, non pertinere ad dictam vxorem. quia

404 † legaris rebus, quæ certo loco continentur, non comprehenduntur res venales, Couarr. *lib.* 2. *variarum, cap.* 5. *in princip. vers. secunda conclusio, & num.* 3 *per totum.* quod probat ipse Couarr. ex mente aliorum, & ex text. *in l. generali*, §. *vxori, ff. de vsufruct. legat. l. ex facto proponebatur*, § *rerum autem Italicarum, ff. de hered. instit. l. debitor, ff. de pignor. l. suos autem seruos* 73. §. *vlt. de legat.* 3. cum siliqua

405 enim negotiabatur dictus Sala, & sic † mercis nomine continebatur. *l. suos autem*, § *vlt. de legat.* 3. in illis verbis, *nam quod quis ideo comparauit vt illico distraheret, mercis magis loco, quàm suorum habuisse credendum est.* docet Couarr. *vbi suprà, num* 3. *versic.* 3. Dec *consil* 472. *col. vlt.* neque locus est coniecturis, cùm simus in claris, & vltimo loco hoc idem sequitur Molina Theolog. *de iust. & iur. tract.* 2. *disp.* 203. *vers. tertia conclusio.*

In testamento admodum Reuerēdi Onofrij Pauli Cellers, Decani, & Canonici Sedis Barcinonæ, erat clausula tenoris sequentis: *Item dex a las dites Marianna Cellers neboda mia y a Francisca Cellers tonbe neboda mia filles de mo Pere Ioan Cellers mon germa sues a cas cun a delles sine centes liures en temps de lur matrimoni y no abans a totes ses voluntats paga-*

406 *dores de mos bens.* fuit quæsitum, † an cùm vna de dictis legatariis fuerit nupta in vita dicti testatoris, debeatur ei legatum dictarum quingentarum librarum.

Respondi deberi ex sequentibus fundamentis. Primò, quia cùm testator reliquerit dictas quingentas libras, sub illis verbis, *en temps de lur matrimoni y no abans*, voluit tempus solutionis destinare, ita quòd dicta quantitas solùm solueretur tempore matri-

407 monij, non antea. quia aliàs, † statim lapso anno, esset solutio legari fienda. Bart. *in l. Titio centum*, §. *Titio genero, col. vltim. ff. de condit. & demonstr.* quam Bartoli sententiam sequitur Bald. *in l. sancimus, C. de nuptijs.* Paul. Castrens. *in dicto* §. *Titio genero.* & sic, licèt appareret, dictum testatorem reliquisse dictum legatum, sub dicta condirione matrimonij contrahendi, esse condirionale, dato quòd conditionale esset, & à sciente, & volente esset adimplendâ dicta conditio. cùm tamen † conditio contrahendi matrimonium 408 sit mixta, vt ait Iureconsultus *in l. hac conditio* 10. *ff. de condit. & demonstr.* & cùm sic mixta sit † irreiterabilis, sufficit quòd quocumque 409 que tempore adimpleatur. Cuiac. *lib.* 14. *obseruat. cap.* 1. Costa *in l. cùm tale*, §. *arbitratu, ampliatione fin. num.* 3. ex decisione text. *in l. si iam facta, ff. eod.* quanto magis, quòd dictum † legatum non erat conditionale, quia cùm 410 certum tempus adiiciatur causa legatarij, diem inducit, non conditionem. *l. Firmio* 26. §. *cùm ab hæredibus, ff. quando dies legat. cedat.*

Tum etiam, quia † in legato dotis multæ 411 causæ censentur contineri, quæ non cessant legataria recepta. argument. *d. l. si iam facta, l. penult. C. de instit. & substit.* & est Baldi recepta sententia, *in l. fin. C. de sentent. quæ sine certa quantitate.* tradit Palac. Rubeus *in cap. per vestras*, § 10. *num.* 6. *de testament.* quia † dotes constante matrimonio augeri pos- 412 sunt. *l. penult. & in authent sed iam necesse, C. de donat. ante nupt.* quam rationem admissam attestatur Peralta *in l. Lucius Titius, la* 1. *num* 38. *vers si ergo, de legat.* 2. quod etiam amplectitur expressis verbis Paul. de Castro *in l. Publius Mauius, ff. de condit. & demonstr. num.* 2. Emanuel à Costa *lib.* 2. *selecta. cap* 21. & augetur ratio ex capitulis matrimonialibus, initis cum marito dictæ Franciscæ, vbi expressè dictus Decanus eius auunculus non intendit dotare ex suis, sed ex paternis bonis, cùm expressè apponat clausulam, dicens, à se dotem traditam fore sub expresso pacto retentionis, ex hæreditate paterna dictæ Marianæ. Ex quibus apparet concludendum, dictum legatum pertinere ad se, cùm neque ex suis bonis dotauerit, licèt in vita restatoris fuerit maritata, & secundùm hanc sententiam fuit iudicatum in Regio Consilio facto verbo, die 20. Decembris 1601 in causa vertente inter Petrum Galcerandum de Torro, & Bernardum & Catherinam Minguelles, Scriba causæ Iacobus Bas.

Quæro, † an legatum rei alienæ valeat, 413 & tale legatum quotiescunque testator sciebat, rem alienam esse, validum esse, tradunt communiter scribentes *in l. cùm rem alienam. C. de legat.* & Anton. Gomez 1. *tom. var. cap.* 12.

num.13. Couarr *in cap. filius noster, de testam. num.1.* Marcus Pataù. in suo consilio quod traditur per Ziletum *2. tom. cons. de vlt. volunt. cons.76. num.3.* Matienço *lib.5. noua recopilat. tit.4. lib.1. gloss.16. n.23.* Gregor. Lopez *l.10.*
414 *tit.9. partit.6.* secus verò si ignorabat. Nisi † legatum sit relictum coniunctæ personæ, vt tradunt præcitati Doctores, maximè Greg. Lopez, vbi declarat, vsque ad quos gradus extendatur.

415 Sed quid † si in dubio esset testator de re legata, an esset sua, vel aliena.

Respondeo in dubio legatum non valere, dicendum est, quia in dubiis potiùs est declarandum pro libertate hæredis, quàm pro
416 legato. quia difficiliùs † testatores legant res alienas grauando hæredes suos, vt eas emant, quàm proprias *l. vnum ex familia § si rem ff. de leg.2.* quam sententiam approbant scribentes *in dicta l. cùm rem alienam*, & ibi Iaf. *n.4* tradit Menoch *de præs. lib.4. præs.116. n.14 & 17.*
417 Sed quæro, † an legatum rei alienæ, quam testator ignorabat esse alienam, valeat, si relinquatur Ecclesiæ, seu pio loco. Et tale legatum valere, hæredémque teneri ad illius
418 æstimationem, tenendum est. nam † si fauore libertatis, legatum rei alienæ valet, etiam si testator ignoret rem alienam esse. *l. Paulus. ff. de fideicom. libertat.* multo fortiùs dicendum est, valere legatum, factum piæ causæ, siue testator sciat rem alienam esse, siue ignoret.
419 quia † valet argumentum à legato libertatis, ad legatum piarum causarum, vt notat Barr. *in l proximè, ad finem ff de his quæ in testament. delent. & in l. Titio vsusfructus. ff. de condit. & demonstr.* & pro hac resolutione facit alia ratio, quæ desumitur ex text. *in dicta l. cùm rem alienam*, in illis verbis, *nisi proxima persona, vel vxori, vel alij tali, datum sit, cui legaturus esset, si sciret rem alienam esse.* quibus verbis decidit
420 Imperator, valere † legatum rei alienæ, etiam si testator ignoret, rem alienam esse, si tale legatum fiat coniunctæ personæ, vel vxori, vel alteri simili. ex quibus verbis argumentantur Guiller. Cugno, Fulg. Paul. Castren. Alex. & Iaf. quòd si respectu amici, seu consanguinei tale legatum sustinetur, multo magis dicendum est, si tale legatum relinquatur
421 Ecclesiæ, seu pio alicui loco, cùm † Ecclesia, & anima, pretiosior sit omnibus hominibus, & consanguineis, per *l. sancimus. C. de Episcop. & cler.* & sic quòd valeat legatum de re aliena factum Ecclesiæ, siue sciat testator, siue ignoret rem alienam esse, tenent Roman. *consil.135. num.5.* Tiraquell. *de priuileg. causæ piæ, priuileg.66 per totum.* Gregor. Lopez *dicta l.10. tit.9. partit.6. vers. item nil repugnat*, præsensit, petindéque hæres institutus tenebitur æstimationem rei legatæ præstare.

Quæro, † an quando hæres instituitur causa pia, & à testatore relinquitur legatum rei alienæ, alteri piæ causæ, an debeatur legatum, si testatori legauit rem alienam. 422

Respondeo quòd hoc casu idem dicendum est, quod dictum est suprà, nempe, quòd si scit testator rem alienam esse, valeat legatum; secus verò si ignorasset, & ratio est, quia hoc casu iudicatur sicuti in quolibet alio extraneo, quia concurrunt duo priuilegiata, & sic † nullum ex illis gaudet priuilegio, iuxta tradita per Tiraquell. *in tract. de priuileg. causæ piæ priuileg.26. vers. sed quod* vbi ait quòd licèt ex legatis piis non detrahatur falcidia, detrahitur tamen vbi causa pia quæ legataria est, concurrit cum alia causa pia hærede instituta. 423

Quæro, † in dubio quis teneatur probare scientiam rei alienæ, an videlicet hæres debeat probare, testatorem habuisse ignorantiam, an verò legatarius probare, testatorem habuisse scientiam. 424

Respondeo † legatarium tenere probare scientiam testatoris. quia hoc est fundamentum intentionis ipsius legatarij. iuxta tradita per Couar. *in cap. filius noster, num.1. de testam.* Molin. Theolog *de iustit. & iure, tract.2. disput. 195. vers. quando.* Gregor. Lopez *l.10. tit 9. partit. 6. verbo, que lo prueue.* assignant enim rationem, quòd † in dubio præsumendum est, testatorem existimasse, rem suam esse. *§. non solum. Instit. de legat.* quia semper iuris est præsumptio, quòd † ille qui possidet, est dominus. secundùm Bart. *in l.1. col.1. C. si de moment. poss. fuer. appell.* Imol' *in l si domus § 1. ff de legat.1.* faciunt tradita per Guillerm. & Cyn. *in dicta l. cùm rem alienam. C. de legat* Bald. *ibidem num.12. vers. dubitatur* Menoch. *de præsumpt. lib 4 præsumpt.116. num.33. cum seq. & lib.2. de arbitr. iud.* 425 426 427

Quidã † in suo testamento, omisso posthumo suo, extraneum hæredem instituit, & in testamento clausulam codicillarem apposuit, dicens, quòd casu quo eius testamentum non valeret vt testamentum, saltem valeret in vim codicillorum, vel omni alio meliori modo. Mortuo testatore, fuit quæsitum, an tale testamentum valeret, vel esset nullum, ex posthumi præteritione. 428

Respondi, quòd aut testator sciebat ipsum habere vxorem prægnantem, aut ignorabat. si sciebat posthumum sibi nasciturum, tunc † non est cogitandum quòd testator voluit posthumum præterire. quam sententiam sequitur Bart. *in l.1. num.10. ff. de iure codicillo.* refert alios Thesaur. *decis.141. num.7.* Clarus *§. testamentum, quæst.46 num.2.* Si autem ignorabat, vxorem esse prægnantem, tunc etiam distinguendum est, † quia aut instituit hære- 429 430

dem

dem suum alium filium, posthumo præterito, aut instituit extraneum quendam. si extraneum instituerit, annullatur testamētum; si verò filium alium, virtute dictæ clausulæ codicillaris, sustinebitur testamentum. hanc sententiam refert & sequitur Thesaur. *decis.* 141. *n.* 15. faciunt notata per Peguet. *dec.* 110. *à n.* 3. *cum seq.* & maximè eademmet decisio, per quam constat in Regio consilio fuisse
431 declaratum, † clausulam codicillarem sustinere testamentum, in quo filius est ignorantèr præteritus, si in eodem testamento est etiam institutus hæres testatoris, quia si extraneus fuisset institutus, dicta clausula non operaretur talem effectum.

432 Quæsitum vlteriùs fuit, quidam † religiosus ante ingressum religionis testamentum ritè fecit, ingressúsque religionem, in ea professionem emisit. facta professione, monasterium prætendebat nullum esse illud, quia nulla de ea mentio facta fuerat, arguens quòd cùm monasterium loco filij habeatur, ex vulgara dispositione, quemadmodū præteritione filij, testamentum nullum est, ita & ipsius monasterij præteritione, religiosi illius monasterij nullum prætendebant.

Respondi tale testamentum validum, neque prætendi posse illud esse nullum, ex eo quòd nulla de monasterio mentio facta reperiretur. ex sequentibus, primò, eo quòd
433 non est verum, quòd † monasterium absolutè dicatur loco filij succedere, sed impropriè, vt notant DD. *in auth ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. & in cap. in præsentia, de probat.* quod elarè exponit Spino *in specul. testam gloss.* 12. *n.* 28. dicens, quòd dato casu, quòd monasterium succedat religioso professo, tunc loco filij habetur in modo succedendi non tamen intelligendum est dictum principium, vt absolutè monasterium, respectu religiosi loco filij
434 habeatur. & sic † testamentum factum per religiosum ante eius ingressum valebit, nec reuocabitur per ingressum & professionem. *authent. de monachis, §. illud quoque, col.* 1. *& authent. nunc autem, C. de Episc. & cleric. cap. si qua*
435 *mulier, §. nunc autem,* 19. *quæst. vlt.* Imò † eo tempore conualidatur testamentum per ingressum religionis, & professionis, iuxta Bart. & cæteros scribentes *in l.* 1. *ff. de testam.* Socin. *cons.* 92. *n.* 2. *lib.* 1. Felin. *in cap. in præsentia, de probat. num.* 50. Molin. *de primog. Hispan. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 43. Molin. Theolog. *de instit. & iur. tractat.* 2. *disp.* 139. & licèt hanc quæstionem valde controuersam afferant DD tamen receptior sententia hæc est, vt pluribus citatis refert Gutier. *canon quæst. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. quod intelligunt, si tempore conditi testamenti iam cogitabat de religionis ingressu.
436 Si † autem non cogitauit de religionis ingressu tempore quo testamentum fuit conditum, tunc rumpetur quoad quartam partem bonorum defuncti loco legitimæ debitorum, iuxta tradita per dictum Gutier. *n.* 17. ex mente Couarr. & aliorum.

In dubio autem, quando non constat de voluntate religiosi, videlicet, † an ipse cogi- 437
tauerit de religionis ingressu, vel non. tunc refert Gutier. *vbi suprà, n.* 19. quòd hoc casu iudex debet habere in consideratione, quantum distet tempus conditi testamenti, à tempore ingressus monasterij, quia si proximum sit, veluti intra annum, credendum est de religione cogitasse; si verò proximum non sit, tunc certum est non cogitasse de eo.

Sed quid † si decedat intra annum nouitiatus, an quoad legitimam ipsius monasterij rumpatur testamentum. 438

Respondeo quòd non, quia Nouitius intra annum nouitiatus, quoad dispositionem bonorum, habetur pro vero laico. ita Bart. *in authent. si qua mulier, C. de Episc. & cleric. n.* 20. text. *in cap religiosi, de sentent. excommun. lib* 6. *cap non solum, & in cap constitutionem, de regul.* Beroi. *in cap. in præsentia, n.* 552. *de probat.* Menoch *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 5. *casu* 436. *num.* 4.
& sic † bona illius decedentis intra annum, ad eius cognatos pertinent, non verò ad monasterium. Gutier. *canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 108. vbi tradit casus, in quibus Nouitius habetur pro religioso, licèt non emiserit professionem. 439

Quidam † religiosus ingressus fuit monasterium quoddam, facto priùs testamento per eum. posteàque emissa professione, voluit illud reuocare, & suam religionem instituere hæredem suum. quæritur an possit. 440

Respondeo non posse, quia ex professione factus fuit intestabilis, & incapax ad testandum, cùm tanquam verè mortuus habeatur. *l. Deo nobis, & authent. ingressi, C. de Episc. & cler. cap. placuit,* 16. *q.* 1. sequitur Abb. *in cap. in præsentia, de probat. n.* 61. & *ibi* Dec. *n.* 68. Rubeus *cons.* 155. *col. fin.* Couarr. *de testam. cap.* 2. Gutier. *canon. quæst. lib.* 2. *c.* .. *n.* 40. *cum seqq.* vbi opinioni contrarium asserentium respondet, resoluens hanc esse veriorem, & receptiorem sententiam. mors † enim ciuilis, & naturalis, 441
hoc casu & in aliis æquiparatur, iuxta tradita per Castillo Sotomaior *controuers. quotid. de vsufruct. lib.* 1. *cap.* 66. *à n.* 18.

Quidam † emancipauerat suum filium, 442
quo emancipato, familiaris paternus, & dicto patri magna amicitia coniunctus, filiū emancipatum hæredem instituit, pater prætendebat vsumfructum in hæreditate filio delata, prætendens testatorem eum hæredem instituisse contemplatione patris, & sic familiaritatis paternæ, ex quo sibi dicto patri vsufru-

ctus quæri debebat, probabátque ipse pater prædictam familiaritatem magnam. quæsitum fuit, quid iuris.

443 Respondi † hæreditatem prædictam ad filium absolutè pertinere. quia dato quòd filius erat emancipatus, & sic non existente causa adquisitionis vsusfructus, non poterat pater prætendere, filium contemplatione paterna fuisse institutum. quia *l. vlt. in fine. C. de vsufructu*, disponitur, quòd filius sui ipsius intuitu, non patris, hæres censetur institutus. hæc est opinio Bald. Alexand. & Ias. *in l. cùm aliquis. in 2. notabil. C. de iure deliber.*

444 maximè, quia † in testamento nulla mentio patris reperiebatur facta, iuxta tradita per Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 28. n. 3. cum seq.* vbi agit de coniecturis, ex quibus præsumitur, factum esse patris contemplatione.

Quidam in suo testamento dispsuit aliqua, & ita fieri iussit, ad voluntatem suo-

445 rum manumissorum. fuit quæsitum, † an dicti manumissores possent ad libitum suarum voluntatum disponere, vel deberent se regulare ad boni viri arbitrium.

Respondi magnam esse difficultatem. nam aliqui dixerunt, prædicta verba absolutam facultatem tribuere, alij non absolutam, sed

446 regulatam ad boni viri arbitrium quia † verbum illud *voluerit*, simpliciter prolatum, denotat liberam, & absolutam voluntatem. *l. cùm quidam, in princ. ff. de legat. 2. l. fideicommissaria libertas. la 3. in princ. ff. fideicom. liber. l. vtrùm, § cùm quidam. vers. plurimum ff. de reb. dubijs.* Bart. *in Extrauag. ad reprimendam, verbo videbitur.* & Ias. *in l. si sic, in princip. num. 27. ff. de legat. 1.* adeò quòd non defuerunt existi-

447 mantes, quòd hæc verba † *ad voluntatem*, tribuebant facultatem iniquè agendi, vt asserebat Bart. *in l centesimis. § fin. num. 8 ff. de verbor. oblig.* ex *l. cùm quidam. ff. de leg. 2.* vbi rogatus restituere filiis testatoris, potest indignum eligere.

448 Cæterùm, cùm † dispositio testatoris regatur à verbis illius, dicendum est, quòd si testator dixit quòd disponant *ad suas voluntates*, debet talis dispositio intelligi de voluntate regulata ad arbitrium boni viri, iuxta notata per Socattats *ad consuetud. Catalon. cap. de his quæ impediunt dare potestatem, num. 7.* & ex traditis à Doctoribus mox referendis, præcipuè ex Menoch. *de arbitr. lib. 1. cap. 8. à num. 1.* si verò dixerit, *ad meram & liberam voluntatem eorum*, tunc non censetur eorum

449 † voluntas regulata ad boni viri arbitrium, vt *in l. nepos Proculo. ff. de verb. signific. l. qui explicandi. C. de accus.* faciunt tradita per Alex. *in l. si sic, in princ. num. 1. vsque ad 18. ff. de legat. 1.* Ias. *num. 27. & seq.* Parisius *consil. 26. à num. 26. cum seq.* per Matienço *lib. 5. noua recopilat. tit. de testament. & executor. l. 14. gloss. 1. num. 15.* plura refert Menoch. *de arbitrar lib. 1. à quæst. 7. cum seq.* vbi latè tractat † de iudicis 450 arbitrio puro, vel regulato ad boni viri arbitratum, & de omnibus circunstantiis, circa arbitrium regulatum, vel non regulatum, sed absolutum. Molina *de Hispan primog. lib. 2. cap. 5. per totum.*

Quidam † Notarius in testamento per 451 eum scripto, scripserat hæredem Sempronium, dicens, testatorem hæredem nominasse eum sibi vniuersalem. venientes ab intestato, contrarium asserebant, dicentes, testatorem non nominasse eum, & sic testamentum falsum esse, & per consequens, non esse hæredem institutum eum, qui in testamento reperiebatur scriptus. quæsitum fuit, an necessarium erat, quòd testatur nominaret cum ore proprio.

Respondi, quòd † licèt regulariter verum 452 sit quòd testator tenetur ore proprio hæredem nominare, ex *l. iubemus. C. de testament. l hæredes palam. C. eod.* & ibi gloss. & communiter scribentes: tamen, non ideo redditur nullum, quia testator non nominat, vt notant DD. scribentes *in dicta l. iubemus, & in l. hæredes palàm*, refert Iulius Clar. *in § testamentum, quæst. 37. per totam*, Bossinus *in tit. de falsis, num. 95. post medium. vers. loquor.* & sæpius dixi. ex quibus clarè constat, quòd † etiam si hoc casu testator nun nominauerit 453 hæredem ore proprio, licèt Notarius hoc dixerit, non dicitur falsum testamentum, nec Notarium falsum commisisse, ex traditis per supradictos Doctores.

Ioannes † Vendrell legauit Benedicto 454 Serra mobilia quæ in quodam fundo suo habebat. inter quæ erant grana & fructus, ab ipso fundu recollecti. legatarius prætendebat prædictos fructus ad eum spectare: hæres verò è contra asserendo dicebat, testatorem de fructibus non intellexisse, sed tantùm de bonis mobilibus, quæ ad seruitium ordinarium destinata erant. quæsitum fuit, quid iuris esset.

Respondi, † fructus illos comprehen- 455 di in tali legato. quia fructus, propriè loquendo, comprehenduntur sub nomine mobilium bonorum, vbi sunt à solo separati, & reconditi. quod secus esset, † si non fuissent 456 separati à solo, sed ipsis arboribus fuissent coniuncti. nam tunc immobilium naturam sequerentur. Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. tit. 3.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 15.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 79. num. 8.* Thesaur *decis. Pedemon. 55.* quod confirmant ex *l. fructus. ff. de rei vindicat.* quod ita intelligendum est, si tempore mortis testatoris erant à solo separati,

457 parati, & recondiri. quia si tempore † quo
testator disponit, adhuc erant pendentes, &
postea fuerunt reconditi, tunc non compre-
hendentur in legato, vt tradit Alc. *cons.* 182.
Hier. Gabriel *cons.* 98. *à num.* 5. *vsque ad n.* 11.
lib. 1. ex *l. si ita, & in l. fin. ff. de auro & argent.*
legat. quia cùm tempore conditi testamenti,
458 arboribus adhæreant, † ipsorum arborum,
& fundi naturam sequuntur, & tunc tan-
quam immobiles iudicantur. Mantic. *de con-*
iect. vlt. vol. lib. 7. *tit.* 10. *n.* 24. Spino *in speculo te-*
stam. gloss. 13. *de legato vsufruct. num.* 30. *&* 31.
& sic cùm simus in legato facto in testamen-
459 to, † non debemus recedere à propria signi-
ficatione verbi, iuxta text. *in l. ille, aut ille ff. de*
leg. 3. §. *cùm in verbis. l. non aliter. ff. eod.* Ias. *in*
l. non dubium. C. de legibus. Aluar. *de coniect.*
mente defuncti. lib. 4. *c.* 2. *n.* 4. eo maximè, cùm
460 hoc redundet in damnũ hæredis. qui † quan-
to minus possit grauari debet, ex pluribus
fundamentis quæ congessit Crauer. *cons.* 25.
num. 24. *& cons.* 23. *num.* 3. Paris. *cons.* 80. *n.* 43.
Ruin. *in l. Gallus.* §. *quidam rectè*, *num.* 6.
& 11. *de liber. & posthum.* Decianus *consil.* 1.
num. 90. *vol.* 2.
461 Legauit † Petrus Ioanni vsumfructum
omnium bonorum suorum quodam tempo-
re destinato. quæsitum fuit, an fructus pen-
dentes in re fructuaria, pertineant ad vsufru-
ctuarium, vel hæredem. hæres prætendebat
462 ad se pertinere. quia dicebat † fructus ma-
turos esse præcedentis anni; nihilominus ta-
men prædictos fructus ad fructuarium perti-
nere tenendum est, ex traditis per Roland.
à Valle *cons.* 73. *num.* 34. *vol.* 2. Corn. *cons.* 173.
Marcus *decis.* 815. 1. *part.* Spino *in speculo testa-*
ment gloss. 13. *princip. de legato vsufruct. num.* 29.
Sotomaior *controuers. quotidianarum, de vsufru-*
ctu, lib. 1. *cap* 42. *num.* 15. *&* 16.
463 Quidam † in suo testamento legauit Seio
quandam vineam, quam in certo loco habe-
bat, deinde diuersa alia legata reliquit. post-
ea eandem vineam alteri legauit. exritit quæ-
stio cui ex legatariis deberetur prædicta vi-
nea. Primus legatarius prætendebat ad se
pertinere, attendendo ad ordinem scripturæ.
Secundus dicebat, restatorem per secundam
dispositionem recessisse à prima, & vltimæ
dispositioni standum esse. quæsitum fuit
quid iuris.
464 Respondi, quòd † cùm in eodem testa-
mento sit eadem res legata duobus, &
vtrumque legatum ex eodem testamento
vires capiat, quòd propriè non potest con-
siderari prius, nec posterius, sed quòd præ-
dicto casu ambo admittentur ad dictum le-
gatum æqualibus partibus, & portionibus,
ex gloss. *in l. sicut*, vbi Bart. & alij. *ff. de adimen.*
leg. Bart. *in l. re coniuncti. ff. de legat.* 3. Alexand.

cons. 169 *num.* 1. *&* 2. *vol* 5. & idem Alexand.
in l. si pluribus, num. 2. *ff. de legat.* 1. vbi commu-
nem hanc sententiam dicit. Oddus etiam
idem attestatur *cons.* 98. *n.* 2. Mantica *de conie-*
ctur. lib. 12. *tit.* 2. *num.* 3.
Anna † Rates vxor Iacobi Rates, habens 465
ex eo filios, nupsit secundo, & habitis filiis
ex hoc secundo matrimonio, filiis ex hoc
secundo matrimonio plus reliquit. extitit
dubitationis; & licèt quotidiana hæc quæstio
sit, & multũ ventilata, iuxta notata per The-
saurum *decis.* 170 *per totam*, quæsiro à me du-
bio prædicto, ex traditis à dicto Thesauro di-
xi, quòd secundùm opinionem Bartoli, &
aliorum, quos allegat Thesaurus *vbi suprà,*
n. 26. † potuit mulier relinquere magis filiis 466
secundi matrimonij, quàm primi. quia pa-
ter eorum decesserat, cuius odio videtur pro-
hibitionem *l. hac edictali*, fuisse institutam,
vel quando filij secundi matrimonij, de ma-
tre magis bene merentur, quàm primi, vt *in*
n. 30. tum & † quando relinquererut filiis 467
secundi matrimonij, cum pacto, quòd nec
vsusfructus patri adquireretur. quia hoc ca-
su etiam censetur deficere mentem dictæ
l. hac edictali, & de aliis vide latè hanc dispu-
tationem tractatam in dicta decisione.
Seius † legauit Caio fundum quendam, 468
quem pro restitutione dotis alienauit. du-
bium extitit, an ex tali alienatione reuoca-
tum prædictum legatum censeatur.
Respondeo quòd non, quia † alienatio 469
voluntariè facta de re legata, adimit lega-
tum, §. *si rem suam*, & ibi gloss. *Instit. de legat.*
l. fideicommissa. §. *si rem. ff. de legat.* 3. Bart. &
DD. communiter *in l.* 3. *C. de legat.* alienando
autem ipse testator, ex necessitate rei fami-
liaris, non censetur voluisse legatum reuo-
care, argumento *dicta l. fideicommissa.* §. *si rem,*
& dicta l. rem legatam, vbi Bart. & dicitur
† alienare ex causa necessaria, quando alie- 470
nat pro dotis restitutione. Bald. *in d.* § *si rem.*
quod idem est, si alienaret pro dotanda filia,
quia cùm † necessariò, pater teneatur eam 471
dotare. *l. fin. C. de dotis promissione.* necessaria
alienatio dicetur, cùm fiat ex causa, ad quam
compelli potest. æquiparatur † enim causa 472
dotis restituendæ, & constituendæ, iuxta tra-
dita per Beroium *quæst. famil.* 9. *num.* 3. licèt
enim in alienatione dicatur quòd vendens
illam, vendit voluntariè, non inde sequitur
quòd res quæ pro dote alienatur, non alie-
netur necessariò. nam † verba illa quibus 473
venditor asserit, *voluntariè se vendere*, solùm
apponuntur, vt excludant dolum, & metum;
non verò necessitatem. & sic in omnibus
venditionum instrumentis apponuntur præ-
dicta verba, † *voluntariè, & gratis*, ad solum 474
excludendum dolum, & metum, vt rectè de-

clarat Beroius *dicta quaest. 9. num. 4.* & hoc ait esse de mente Bart. & Corn. *in auth. Sacramenta puberum. C. si adversus venditio.*

476 Quaeritur, † an in dubio legatum censeatur ademptum.

Respondeo quòd non: ex *l. 3. §. si duobus. ff. de adimen. legat.* Bald. *in l. si pluribus. ff. de legat. 1. & cons. 28. volum. 3.* Alexand. *cons. 169. per totum,* maximè *n. 5. vol. 3.* Ias. *in l. si ex duobus, num. 16. ff. de vulgar,* gloss. *in l. fin. in fine.*

477 *ff. de his quae poena nomine.* vt † enim legatum ademptum dicatur, probationibus id est dicendum. Mantic. *de coniect. lib. 12. tit. 2. n. 2. &*

478 *seqq.* Oddus *consil. 43. n. 23.* ademptio † enim dicitur odiosa, secundùm Bald. & alios suprà relatos.

479 Quaesitum fuit, † an Episcopus ius habeat in legatis piis, quae Ecclesiis, seu locis piis relinquuntur.

Respondeo quòd de iure Canonico Episcopus habet certam partem de rebus omnibus, quae legatis piis relinquuntur Ecclesiis, seu piis aliis locis. Lud. Rom. *consil. 511. n. 2.* haec

480 † autem pars non est certa, & destinata, sed

481 secundùm regione † quandoque magis, quandoque minus ad Episcopum pertinet. *cap. de his. c. antiquos. cap. decernimus. 10. q. 1.* Panor. *in c. requisisti, de testam. n. 15.* haec enim diversitas maioris, vel minoris quantitatis, in vnaquaque regione ius approbauit. *cap. officij, cap. requisisti, de testament. cap. significasti, de sepultu-*

482 *ris.* Vbi † autem certa pars non est assignata, quarta pars Episcopo debetur, de legatis piis praestanda. ita Couarr. *in cap. officij, in princip.*

483 *de testament.* haec † autem quarta pars quae Episcopo de legatis piis debetur, non ab haerede, sed ab ipsis locis piis soluenda venit. ita ex mente Panorm. *in dicto cap officij, col. 2.* Innocent. & Abbas *in cap. de his, de sepultur.* & ex Bald. *in l. si quis ad declinandam. §. in communibus. C. de Episc. & cleric.* refert Couarr. *dicto cap. officij, in princ.* ex quibus infert Molina Theologus *de iust. & iure, tract. 2. disp. 200. §. si quis adversus secundam conclusionem,* quòd legatum factum à testatore Episcopo non compensatur cum portione hac quae ipsi debetur ratione quartae. quia illud legatum capitur ex iudicio testatoris, hoc autē ius quartae ex iuris dispositione; praedictam autem quartam portionem, quae de relictis piis locis, & pauperibus debetur Ecclesiae, in omnibus legatis, absolutè locis piis factis, non habere locum refert Tiraquell. *in tractatu de privilegijs causae piae, privilegio 88.* dicens quòd

484 † quarta portio quae Episcopo debetur, non semper competit, nec de omnibus relictis factis pauperibus, sed tantùm si legata non relinquuntur, pauperibus generaliter, & sine loci determinatione; secus verò, si legata pia relinquuntur indiuiduatim. nam † quando generaliter legata relinquuntur in communi pauperibus, vel pro legatis piis, non designando particulariter, ad quae, tunc Episcopus non habet quartam; si verò aliquibus particularibus locis talia pia legata relinquuntur, tunc canonica portio Episcopo debetur, vt ex mente Ioannis Andreae, & Panormit. *in dicto cap. officij,* & Ioann. Andr. & aliorum *in c. 2. de sepult. & in cap. dudum, col. 2. verbo pauperum, de convers. coniug.* & Bald. *in l. si quis ad declinandam, C. de Episc. & cleric.* refert Tiraquel. *vbi suprà.* 485

Loca † autem pia, quae particularibus privilegiis suffulta sunt, & liberata à praestatione, & solutione huiusce quartae, non tenentur illam persoluere, iuxta declarationes factas per SS. Rotam Roman. ad Concil. Tridentin. *cap. 13. sessione 25. de reformat.* de qua materia Petrus de Perus. *de can. portio.* Cardin. Tuscus *tom. 6. verbo, quarta.* Frater Eman. Rodriquez *quaest. reg. tom. 1. quaest. 39. artic. 2.* Fr. Ioannes de la Cruz *de statu relig. lib. 2. cap. 19. dub. 5.* 486

Quaesitum fuit, † an si Episcopus dum esset Episcopus, succederet in bonis paternis, ab intestato patre illius decedente, posset testari de bonis ad eum peruenientibus. 487

Respondi quòd aut Episcopus erat clericus secularis, quando Episcopus fuit electus, vel non, sed Religiosus. Nam † si eo tempore quo in Episcopum fuit electus, erat clericus secularis, licèt Episcopus iam factus successerit in bonis paternis, vel aliis secularibus, liberè de illis poterit testari, in fauorem illius, qui sibi magis placuerit, prout ex pluribus notat Couarr. *in c. 1. de testament. num. 3. & 11.* Iulius Clarus *lib. 3. sententiarum. §. testamentum, quaest. 27.* Nauarr. *in suo tractatu super cap. fin. 16 quaest. 1. in prima quaest. princ. num. 7. & 8.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 10. num. 27.* Si † autem ipse Episcopus, tempore quo fuit electus in Episcopatum, erat Monachus professus, tune, propter votum paupertatis, fuit incapax factus ad testandum, & sic cùm Episcopalis dignitas non reddat eum habilem ad testandum, non poterit de bonis ad eum peruentis testari, sine Summi Pontificis expressa licentia. Panorm. & communiter scribentes *in cap. 1. de testam.* Bald. & Paul. *in auth. licentiam. C. de Episcop. & cleric.* Ias. *in auth. ingressi. C. de SS. Eccles. num. 7.* Couarr. *dicto cap. 1. de testam. in fine, num. 18.* cùm † à tribus substantialibus votis non censeatur exemptus. Obiter tamen aduertam, quod notat Molina *dicto cap. 2. num. 30.* quòd dato, quòd † Papa tali Episcopo licentiam tribuerit testandi, nisi expressa fuerit facta mentio, quòd ad vsus seculares possit dispo- 488 489 490 491

nere

nere, non poterit testari, nisi ad pias causas,
492 quia † facultas à Romano Pontifice, tali Episcopo religioso concessa, solùm ad pias causas, ea absolutè concessa, data censetur, & hanc opinionem asserit Molina tenere Nauarr. *in cap. fin. 16. quæst. 1. in 3. quæst. num. 17. & in manuali confessio. cap. 25. num. 129.* quem sequendo nemo vix errare potest.

493 Quidam † legauerat Seio fundum alienum, ipse verò legatarius fundum sibi legatum emit. tempore solutionis legati, fundi æstimationem petebat: è contrario verò, hæres reluctabat legatum soluere, quia res iam non dicebatur aliena ipsi legatario, imò potiùs propria illius erat, quo casu tanquam rei propriæ ipsius legatarij existimatio non debebatur. quæsitum fuit, an tale legatum deberetur, id est, æstimario.

494 Respondi † tale legatum valere, & posse agere ad fundi æstimationem, etiam si scienter sibi legatum fore emisset. quia ex emptione non censetur voluisse legato renunciare. ita Alciat. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. num. 40. vers. primus casus,* motus ex *§. si cui. Instit. de legat.* quia dicunt, quòd quando res aliena legatur, non censetur legata eadem res in indiuiduo, sed tantùm æstimatio, & pretium illius, & sic æstimatio non perimitur. quia quotiescunque legatum soluendum sit, certus est valor, qui solui debet, & sic legatarius emens rem in indiuiduo, non censetur voluisse facere actum, per quem sibi præiudicare voluerit. Ripa *vbi suprà, num. 91.* sequitur Menoch. *de præsumpt lib. 3. præsumpt. 117. num. 16.*

495 Pater in † suo testamento legauit certam quantitatem filio, volens, quòd illud legatum computaret filius in legitimam, sibi in hæreditate patris debitam. filius mortuo patre erat absens, & sic non potuit statim à morte patris legatum petere. lapsis quibusdam annis, petiit illud, vnà cum fructibus.
496 quæsitum fuit, † an fructus dicti legati debebentur à die mortis patris, vel à die quo petitum fuit legatum.

Respondi quòd fructus in tali legato solùm debentur à die petitionis. nam licèt in legitima soluantur fructus, à die mortis patris, ante moram, vt latè Ruinus *consil. 55. num. 10. & 11. lib. 2.* Michaël Ferter. *3. part. ob-*
497 *seru. cap. 354 & 403.* tamen † vbi legatur certa quantitas, etiam si comprehendat verbis expressis ipsam legitimam, non debentur fructus, nisi à die petitionis, iuxta distinctionem Angeli *consil. 101.* & aliorum, quos refert Stephanus Gratianus *decis. Rotæ Marchiæ 4. num. 35.*

498 Hæres † quidam fuit institutus in testamento, grauatúsque de restituenda hæreditate, multa in testamento legata reliquit. fuit dubium quæsitum, an hæres teneatur soluere legata, vel expectandum sit, quòd hæreditas sit restituta fideicommissario.

Respondeo quòd † si institutio hæreditatis sit dilatata in tempus, cùm legata debeantur anno elapso, vt eum effectu soluantur, hæres tenebitur illa soluere. aliàs † si infra annum restituat hæreditatem, fideicommissarius soluere legata tenetur. *l. 1. C. ad Trebell.* Bart. *in l. Marcellus, num. 3. ff. eod.* legata autem quæ hæres soluit, potest repetere à fideicommissario, iuxta tradita per Roman. *consil. 276. in 7. dub. num. 6.* Aymon *consil. 316. num. 4. vers. septimò quæritur.* ius † enim Trebellianicæ, & quod eius respectu capit hæres, debet & integrum, & illæsum remanere. ita Steph. Gratian. *decis. Rotæ Marchiæ 162. num. 5. & 6.* 499 500 501

Legata † fuerunt ducenta cuidã fœminæ, pro dote tempore sui matrimonij. ipsa prædecessit antequàm nuberet. fecit testamentum, & hæredem suum instituit quandam sororem suam. fuit quæsitum, an tale legatum pertineret ad hæredem legatariam, an ve ò remaneret penes hæredem. 502

Respondi, tale legatum pertinere ad hæredem legatariam. quia ipsa † non potuit transmittere legatum sibi factum, in eius fauorem, primò quia tale legatum fuit conditionale, nempe, si matrimonium contraheret. tum quia hoc casu † tempus matrimonij contrahendi, fuit adiectum solutioni prædicti legati. ita Alexand. post Angel. *in l. Seius Saturninus. num. 46. ff. ad Trebellian.* Mantica *de coniect. lib. 11. tit. 18. num 21.* allegans Cynum *in l. ex his. C. quando dies legat. cedat.* quando † enim tempus incertum est adiectum solutioni, in eadem dispositione, facit dispositionem conditionalem. secus verò, quandò perfecta dispositione, in alia adiicitur tempus. ita Bald. *in l. ex his. C. quando dies legat. cedat.* Imol. *consil. 60. num. 7.* Bertran. *consil. 91. num. 5.* Celsus Vgo *consil. 69. in princip.* & cùm ipsa legataria decesserit antequam veniret tempus solutioni adiectum, nil mirum, si ad hæredem ipsius legatariæ non pertinuit. 503 504 505

Quidam † testator in suo testamento hæredem instituit aliquem, eique alium substituit, & facta substitutione adiecit, quòd liceret hæredi instituto, non obstante substitutione facta, bona sua alienare, fuit dubitatum, an si iste non alienauerit bona testatoris in vita sua, sed de illis disposuerit, in fauorem aliquorum in suo testamento, † talis dispositio testamentaria valeat. 506 507

Respondi validam fuisse talem testamentariam diposirionem. quia ex quo testator in suo testamento concessit facultatem alienandi

nandi, censetur eidem dedisse facultatem
508 disponendi in suo testamentu. quia † alienare
dicitur qui in testamento legat. *l. sciunt. §. venditionis. ff. quib. mod. pignus, vel hypothec. soluitur. l. si quis prior. §. certum.* & ibi scribentes. *ff. de legat. 2.* ex quibus Bartol. *in l. peto.*
509 *§. fratre. ff. de legat. 2.* disputando † an hæredis institutio habeatur pro exhæredatione, dicit quòd aut lex, vel testator, alienationem permisit, & hoc casu, si hæredem aliquem instituir, alienare dicitur: aut lex, vel testator prohibuit, quo casu distinctionem tradit Bartol. ad quem recurrere poteris. Vnde cùm hæres institutus legauerit res hæreditarias, vtendo facultate sibi data alienandi, nil mirum, quòd valear eius dispositio, cùm vsus fuerit licentia, à testatore sibi permissa.

510 Quidam † legauit filio suo, pro omnibus iuribus tam legitimæ, quàm aliàs, mille de hæreditate sibi soluenda. filius acceprauit tale legatum, & renunciauit iuribus sibi competentibus postea apparuit oon sibi æquè satisfactum fuisse, in quantitate quæ ad se spectabat. quæsitum fuit, ao acceptatio talis legati sibi præiudicaret.

511 Respondi quòd non. quia † licèt pater leget filiæ certam quantitatem, certo pacto adiecto, quòd plus petere non possit, quamuis talis filius agnoscat legatum, poterit agere ad supplementum legitimæ. secundùm Bald. Paul. de Castr Ias & communiter DD. *in l si quando. §. generaliter C. de inoffic. testam.* Alexand. *cons. 89. colum fin vol. 4.* Socin. *cons. 1. col. 1. & 2. vol. 4.* Alex. *cons. 8. col. pen vol. 3.* quia
512 † pater non potest prohibere supplementum legitimæ. *l. quoniam in prioribus*, & ibi scribentes. *C. de inoffic. testam.* & quòd habeat ius à petendum, licèt non acceptauerit cum protestatione, refert Guido Pap. *decis. 93. n. 1.* referens secundùm hanc sententiam fuisse iudicatum.

513 Pater † filio suo legauit certam pecuniæ quantitatem, nulla de legitima facta mentione. agnouit filius prædictum legatum. postea à fratre suo hærede paterno volebat repetere id quod in bonis paternis pro legitima ad se pertinere prætendebat; hæres verò opponebat, nullum ius competere, cùm † legatum
514 paternum censeatur relictum in compensationem legitimæ. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi hæredem esse absoluendum à petitione. quia legatum illud paternum, licèt in eo nulla fuerit facta mentio de legitima, censetur factum in recompensationem illius, ex traditis per Bald. Castrens. & communiter per scribentes, quos refert Brun. *in tractatu de statutis artic. 13. quæst. 3. columm. 4. & 5. vers. sed pro concordia.* Socinus senior *cons. 76. lib. 3.* Paris. *cons. 35. num. 29. & cons. 54. num. 19. vol. 2.* Decian. *cons. 46. num. 26. in fine.* communem hanc sententiam dicit Bellonus *cons. 83. n. 15.* & plures quos allegat Ruin. *cons. 40. num. 11. vol. 3.*

Quidam † in ciuitate Barcinona ita dixit 515
in suo testamento: Instituo Catherinam Balle vxorem meam hæredem in vsufructu pleno hæreditatis meæ, & ea mortua, volo hæreditatem meam spectare ad Hieronymum Balle, nepotem meum ex fratre.

Ipsa Catherina vixit per plures annos, & decedens hærede sibi instituto quodam nepote suo, iste nepos petebat sibi adiudicari quartam Trebellianicam, ad se spectantem in hæreditate eius viri, prætendens, amitam suam fuisse hæredem vniuersalem, detracta mentione vsusfructus, sicuti in iuredicitur quòd instituto hærede in re particulari, non dato sibi cohærede, detracta mentione rei particularis, remanet hæres in totum, & sic cùm oon datus fuisset cohæres dictæ Catherinæ institutæ hæredi, in vsufructu detracta mentione vsusfructus remanebat hæres vniuersalis grauata, post eius mortem, de restituenda dicta vniuersali hæreditate. quæsitum fuit, quid iuris.

Respondi, quòd cùm † intra ciuitatem 516
Barcinonam, ex Pragmatica Regis Iacobi *in tit. de testamentis*, permissum sit, iure militari testaméta facere, quòd dictum testamentum valuit, & dicta Catherina Balle solùm fuit † hæres instituta in re particulari, nempe in 517
vsufructu, & sic tanquam legataria est habenda, petindéque non habebat Trebellianicam, iuxta tradita per Bened *in cap. Rainutius, verbo reliquit, n. 9* Bald. Alex. & Ias. *in l. extraneum. C. de hæred. inst.* Castr. *in l. ex facto. ff. de hæred. inst.* Alex *cons. 126. vol. 1.* & sic cùm loco legatariæ habeatur, nil mirum, si Trebellianicam non detrahit, † cùm à solo fideicommisso vni- 518
uersali detrahatur quarta. Aret. & Viglius *in § hæres. Inst de hæred. inst.* Bened. *in c. Rainutius, verb. cætera bona, n. 23.* & in hac sententia refider Fer. *in addit. ad Guid. Pap. q. 308.* quam sequor, cum Barcinonæ iure militari testemur.

Ioaones † Font caupona præsentis ciuita- 519
ris, legauit Catherinæ Font, eius vxori, bona omnia mobilia, quæ intra eius domū reperirentur tempore suæ mortis. Euenit quòd habebat mille & quingentas libras in pecunia numerata diuersæ speciei. quæsitum fuit, an dictæ mille & quingentæ libræ censerentur legatæ? Pro sua parte erant, qui dicebant, censeri legatam prædictam pecuniæ quantitatem, quia † pecunia comprehendebatur 520
sub oomine immobiliū. Contrarium respondi, quia ipse testator erat caupona, & sic, iofimæ conditionis, qui hæredem suum vniuer

vniuersalem alium instituerat,& sic non erat credendum, quòd vir infimæ conditionis, tam pingue legatum voluisset vxori relinquere. per *l. quæsitum* 78. *ff. de leg.* 3. *l. si mihi Mania, in fine. ff. eod.* alio hærede sibi
521 vniuersali instituto. Tum ex eo, quia † ipse solebat vinum emere, & cum eo negotiari, & quòd eramus in tempore, quo caupones solent in summa de necessariis prouidere, & sic quòd pecunia illa censebatur destinata ad emptionem, & per consequens, negotiationis causa eam habere dicebatur, & sic es-
522 set impertinens dicere,quòd† in legato prædicto pecuniæ quantitas tam grandis comprehensa esset. ex *l. si chorus.* §. 1. *ff. de leg.* 3. & *l. si fundus. l. si domus.* §. 1. *l. si ita legatum.* 86. *ff. eod.* Manric. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 3. & secundùm hanc sententiam fuisse iudicatum refert Thesaut. *decis.* 160. *n.* 9.

523 Testator † in suo testamento fecit hæredem suum filium, eúmque grauauit, vt mille elargiret in vnam ex suis neptibus. decessit hæres, facto testamento,& hærede sibi instituto,cui expressè dedit licentiam eligendi vnam ex neptibus,quæ sibi data fuerat. quæsitum fuit, an possit.

Respondi, quòd non quia declaratio voluntatis sibi à testatore tributa alteri cedi non potest, vt voluit gloss. sing. *in l. idem Pomponius scribit.* §. *fin. ff. de rei vind.* Berengarius Ferdinand. *in cap. vnic. de filijs natis ad morgan. cap.* 9. *num.* 9. faciunt tradita per Bald. Angel. Alexand. & Ias. *in l. centesimis.* § *fin. ff. de verbor. obligat.* & tradita per Doctores *in l. vnum ex familia.* §. *rogo*, & ibi scribentes, *ff. de legat.* 2.

524 Facultas † eligendi hæredem quomodo tributa censeatur, locum & sedem habet propriam, vbi à Doctoribus communiter tractatur: nempe *in l. vnum ex familia. ff. de legat.* 2. Molina plura congessit *de Hispanor. primog. lib.* 2. *tit.* 4. & 5. Spino *in speculo testam. gloss.* 5. *per totam, & gloss.* 10. Peralta *ad dictam l. vnum ex familia, fol* 616. vide eundem Molin. *lib.* 2. *c.* 2. Greg. Lopez *ad l.* 23. *tit.* 9. *partit.* 6. Sotomaior *controuers. quotid. de vsufruct. tom.* 2. *cap.* 26. Guid. Pap. *decis.* 214. & ibi additiones Ranchini. Menoch. *de arbitr. iud. quæst.* 68. *lib.* 1. & quandiu duret hæc facultas, vide Bal. *in tract. de præscript* 4. *part. q.* 34. vide plura tradita per Matienço *lib.* 5. *noua recopil. tit.* 4. *l.* 14. *per totam.*

525 Gabriel Compta mercator, † in capitulis matrimonialibus suis apposuit pactum quòd liceret sibi ex filiis suis eligere vnum, quem vellet pro suo hærede,& ei grauamina apponere quæ voluerit. quæsitum fuit, cùm filij eo viuente nati essent, & ex filio primogenito, remanerent filij, qui dicto Gabrieli erant neptes, an dictus Gabriel Compte posset virtute prædictæ facultatis, sibi reseruatæ, eligendi ex filiis, quem voluerit, eligere vnum ex nepotibus? & cùm hæc quæstio fuisset ventilata in Regia audientia, referente Magnifico Hieron. Seniust, scriba causæ Cottes, fuit lata sententia die prima Septembris 1601. in & cum qua fuit declaratum,† dictum Com- 526
pte, non potuisse eligere vnum ex nepotibus, cùm facultas reseruata tantùm loquatur de filiis, non verò de nepotibus. causa vertebatur inter Elizabetham Puiades viduam Magnifici Michaëlis Puiades V. I. D. & Michaëlem Compta mercatorem.

Quoad secundum verò dubium respondi (quod in causa prædicta non fuit deductum) quòd † pater non potest grauamina appone- 527
re, nisi in fauorem eorum, qui eligi possunt, ex *l. vnum ex familia* §. *sed qui fundum. ff. de legat.* 2. & ibi Segura *n.* 206. Bereng. Ferdinand. *in tract. de successione conuentionali. cap.* 9. *præludiorum, n.* 14. Cancer *lib.* 3. *var. c.* 7. *n.* 119. & *num.* 376.

Certa † persona huius ciuitatis, conside- 528
rans, & habens pro se præsumptionem, quòd hæres erat instituta in quodam testamento, affectatè procurauit, ne infirmus aliud testamentum conderet; postea peruento ad eius auditum, quòd si testator decederet sine nouo testamento, illa nil ex tali testamento capiebat, ex eo quòd probatio fieret, se testatorem testari secundò, prohibuisse affectatè, iterum procurauit, quòd testamentum secundum conderet. euenit quòd testator inter has moras, quæ biduo cautelosè durarunt, loquelam amisit, mortuúsque fuit. quæsitum fuit, quid iuris esset, nempe, qua pœna peccaretur,& an tale testamentum aliquo colore posset sustineri.

Respondi, de iure communi † duplici 529
pœna esse puniendum prohibentem aliquem testari, alia corporali, nempe † pœna 530
falsi, ex *l. Paulus ff. de falsis, & in l. præscriptione.* cum ibi notatis per scribentes, *C. si contra ius, vel vtil. public.* Bossinus *in tract. si quis aliquem testari prohibuerit, in princip.* Crassus § *testamentum, q.* 83. Quod verò † ad pœnam ciuilem 531
attinet, dixi, teneri actione de dolo, vel alia subsidiaria actione in factum, ad interesse, quod pluribus auctoribus citatis aduertit Paris. *cons.* 67. *n.* 20. *lib.* 4. & cum Castrensi, & Alex. Grammat. *cons. ciuili* 26. *n.* 4. quo casu † iuratur in litem, contra talem prohiben- 532
tem. ita Plotus *in repet. l. si quando. C. vnde vi, n.* 723. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 395. *n.* 69. illámque hæreditare dicta esse puniendam, & applicandam venientibus ab intestato. Neque † pœnas prædictas effugere, eo quòd 533
postea conata fuisset quòd testator secúdùm

Acac. Ant. de Ripoll Resol. var. Qq testa

testamentum conderet, quia impedimentum
fuit consummatum, & non releuatur à pœna.
l. qui ea mente. ff. de furt. auth. vt cùm de appellat. cognoscitur. §. si conuictus. per quem text. hoc
tenent Bart. & Alex *in l fin. ff. si quis aliquem testari prohibuerit*, & Paul de Castr. *in l fin. C. eo.*
534 Parif. *consf. 67. n. 23. & 24.* quæ † autem circa
materiam prohibitionis testandi poterunt
occurrere, reperies penes Ioann. del Castillo
Sotom. *controu. quotid de vsufruct. tom. 3. c. 1.* qui
ibi omnia, quæ ad hanc materiam excogitari
535 possunt congessit. Cùm verò † de iure Cataloniæ, non possit quis ciuiliter, & criminaliter
puniri, sola vna via ex dictis poterit intentari, qua intentata cessabit alia.
536 Constitutione 1. huius tituli cauetur, † ne
testamenta recipiantur per substitutos Notariorum, sed per eosdem Notarios. quæ prohibitio in constitutione 2. eiusdem tituli extenditur ad codicillos, & ad donationes causa mortis, & ad contractus omnes causa mortis fiendos, quia in his cẽsetur electa industria
ipsius Notarij, propter magnũ interesse quod
vertitur in confectione testamenti, prout notat Mier. *ad const. Ildefons. 3. in turia montis Alba col. 5. cap. 33. num. 4.*

Iuxta quam cõstitutionem quæsitum fuit,
537 an † si Notarius per suum substitutum faciat
recipere testamentum, an tale testamentum
valeat.
538 Respondeo quòd non, quia † hæc prohibitio generalis, & perpetua est, & sic non admittit validitatẽ actus. quia quoties prohibitio est perpetua, actus factus contra prohibitionem, ipso iure est nullus. *l. non dubium. C. de legib.* faciũt tradita per Bald. *in l. 1. § ne autem, col 4. C. de caduc. tollend* nec obstat text. *in auth. de tabellionibus. § si verò.* vbi, licèt Notario pro-
539 hibitum sit aliquem substituere, tamen † si
substituit, & instrumentum conficiatur, non
ideo redditur nullum, quia illud solùm in
ciuitate Constantinopolitana obseruabatur,
vt docet Acc. *in d. § verbo documentis.* consti-
540 tuendo † differentiam inter prohibitionem
perpetuam & temporalem, & inter ea, quæ
obseruabantur in ciuitate Constantinopoli,
& alibi. Alex. *consf. 138. vers. eiusdem sententia* &
in hac residet sententia Mier. *in const. Regis Ildefonsi 3 col. 5. cap. 33. de tabellionibus, n. 8.*
541 Quæsitum fuit, † quot testes requirantur
in testamento de iure Cataloniæ.
542 Respondeo quòd duo sufficient, cùm † in
Catalonia probatio testium reducatur ad
numerum canonicum, duorum, vel trium.
cap. cùm esses. cap. relatum, de testamentis, ex Vsat.
& testes, sub tit. de testibus. & ita interpretatur
Guillermus de Vallesica dictum Vsaticum,
ex generalitate ipsius Vsatici. qui cùm non
loquatur in particulari casu, sed in generali,
debet omnes casus probationum comprehendere. argumento *l. de pretio. ff. de publiciana in rem actio.*

Sed quæro, † an ad testamentum oppu- 543
gnandũ requiratur maior testiũ numerus? &
Respondeo quòd non. sed quòd sufficiet
idem numerus testium, nempe duo quia vbicunque de iure, ad certam probationem, requiritur certus testium numerus, idem numerus sufficiet ad illam oppugnandam, secundùm Bald *in l. fin. col. vlt. C. de fideicom* propter rationem quam assignat Afin *in sua prax. §. 19. c. 5. n. 1.* ex mente eiusdem Baldi dicentis contrariorum eandem esse rationem mouentur ex ratione glossæ, approbatæ ab omnibus pro singulari, *in l. cùm proponeretur. ff de*
leg. 2. quæ ait, quòd † totidem testes ad pro- 544
bandum errorem testamenti requiruntur,
quot ad ipsum validandum hoc idem tenent
Card. & Imol. *in c. relatum, lo 1. de testam.* Alex.
in rubr. de adquir. possess. n 3. & ibi Ias. *n. 16.* &
sic cùm de iure Cataloniæ, ad testamentorum validitatem, solùm duo testes sufficiant,
iidem sufficient ad aliud impugnandum.

Nobilis † Agnes de Alentorn, & Coscon 545
vxor Nobilis Iuandi Coscon, fuit hæres instituta à Nobili eius viro in suo testamẽto facto
in ciuitate Cæsaraugusta, vbi vltimo tempore
suæ vitæ habitauit. fuit quæsitum, cùm dicta
Nobilis Agnes fuisset forensis, & Catalana,
an in modo succedendi teneretur obseruare
iura Aragoniæ, & an illam, tanquam alienigenam comprehenderent fora illius regni.

Respondi, quòd † dicta Nobilis Agnes 546
censebatur ratione domicilij mariti, Arago-
nensis. quia † vidua retinens nomen, & arma 547
sui mariti, etiam retinet idem domicilium, &
eisdem priuilegiis, & prærogatiuis gaudet,
quibus antea gaudebat in vita illius. argum.
l. de decurione 14. ibi, *in memoriam prioris dignitatis ff. de decurio. & filijs eorum.* & ex *l. vlt.* ibi, *si in priori matrimonio permanere voluerit. C. de bonis matern.* probant etiam hanc resolutionem
ex *l mulieris. 13. C. de dignit. lib. 12.* ibi, † *dum* 548
viro vilioris conditionis non nupserit. & ibi Barr.
Ioan. de Platea, Lucas de Penna, & reliqui.
l. filij. 22. §. vidua. ff. ad municip. & de incolis.
Bart. *in l. fin. n. 2.* vbi alij, *C. de verb. signif.* Otalora *de nobilit 5. part. cap. 8 per totum.* Garcia *in eodem tract. gloss. 1. §. 1. n. 4.* ex quibus certum
est, quòd iura Aragoniæ illam comprehen-
dunt, † cùm mortuo eius marito retineat 549
priuilegia, & immunitates, quæ sibi occasione eius mariti competebant & sic statura
loquentia de successione mulieris in bonis
mariti, illam ligabunt. ita Cynus *col. fin.* &
Bart. *num. 17. in l. 1. C. de summa Trinitate & fide Cathol.* Alexand. *consf. 10 num. 6. volum. 6. & consf. 111. volum. 7.* Curt. iunior *consf. 5. n. 42.*
vers.

vers ad septimum. infiniros referens hanc sententiam tenentes Thesaut.*decis.* 106.*n.* 5.

550 Quidam † fecit testamentum,quod recepit quidã Notatius, & in clausura illius asseruit, tale testamentum fuisse factum per N. testatorem sanæ mentis. hæredes, venientes ab intestato,opposuerunt contra validitatem testamenti, dicentes factum fuisse à dicto testatore tempore quo erat sui iuris, & sani intellectus. quæsitum fuit quid iuris, quisque

551 teneatur probare hoc casu,† an videlicet hæres scriptus sanam mentem, an verò venientes ab intestato furorem.

Respondi, hoc dubium iam suprà *n.* 252. fuisse resolutum, sed non ita largè,vt hìc.ex

552 quibus dico quòd † cùm sana mens in vnoquoque homine consideretur, & furor sit qualitas superueniens, illi qui volunt succedere ex causa intestati, debent probare dementiam, cùm sit fundamentum intentionis eorum, iuxta tradita per Batt. *in tract. de testib.*§.*opposita,n.*94. Ias.*in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iuris. cap fin. de success.ab intestato.* & per Bart. *in l.* 2. *ff. de bonor. possess.* Ias. *in l.furiosum C qui testam. facere possunt*, & ex deductis per Couarr.*de sponsal.*2.*part.c.*2.*n.*6.

553 rum † quia est assertio Notarij assetentis de sana mente ipsius testantis, pro cuius relatione maxima in iure consideratio habetur.

554 Si autem probatum prius fuerit, † testatorem ante testamenti factionem furiosum esse, tunc qui hæres est, tenetur probare, tempore conditi testamenti uon fuisse furiosum,

555 sed sanæ mẽtis,quia† præcedente dementia, censetur postea durare, nisi contrarium probetur. *l non omnes* § *à Barbaris.ff. de re militar. l.si cui.*§ *si iisdem.ff.de accus.* gloss *in cap.cùm inter canonicos.vers. recusatus. de electio* quia hoc casu sanitas mentis testatoris est fundamentum suæ intentionis, iuxta tradita per Ias. *in l furiosum.C.qui testament.facere possunt, num.* 3. Couarr.*de sponsal.*2.*part.cap.*2.*num* 6.Ant.Gomez *l.* 3. *Tauri, num.*8. & est sciendum quòd

556 † Notarius, hoc casu, non potetit esse testis, ad probandũ testatorem fuisse tempore con-

557 diti testamenti sanæ mentis, cùm † ipse hoc casu esset testis rei, in qua ipse habet interesse,vt asserit Bald.*in l.*2.*ff.de testam.*Ias.*in l.senium,n.*2.*C qui testam.facere possunt.*refert Ant. de Gamm.*decis.*98.*n.*1.*in fin.*& iuxta hanc resolutionẽ decisum fuit in Senatu Lusitaniæ.

558 In † quodam testamento,in quo non constabat testes à testatore fuisse rogatos,fuerunt certa legata relicta religiosis S. Francisci de Paula, ordinis Minimorum, cupientes legata tecuperare, cùm hæres institutus, esset filius, & quomodocunque hæreditas ad eum peruenirer, opponebat legata non deberi dictis religiosis. quia testamentum

Acac.Ant.de Ripoll Resol.var.

erat minus solemne, † cùm testes in eo adhibiti non fuissent rogati. quæsitum fuit, quid iuris. 559

Respondi hæredem compellendum esse ad præstatiunem prædicti legati.quia † in legatis piis non requiritur quòd testes sint rogati, sicuti in testamento inter liberos, vt est communis opinio, secundùm Andr. de Bessetis *in repet.l.*1.*C.de SS.Eccl.num.*221. faciunt tradita per Bald.*in d. l.*1. gloss. *in cap.cùm tibi, de testam.*sicuti † valet legatum relictum Ecclesiæ, seu piæ causæ, per verba enunciatiua, secundùm Batt.*in d. l.*1. text.*in cap. cùm dilectus, de successio.ab intest.* 560 561

Quidam † habens bona vinculata à patre suo, in fauorem suorum filiorum, nepotum ipsius testatoris, eos instituit, apponendo diuersa grauamina, & vincula. ipsi hæreditatem paternam acceptarunt, adeundo illam, postea noluerunt adquiescere patris testamento, sed ad aui testamentum recursum habere voluerunt. quæsitum fuit, an possent. 562

Respondi quòd sic, ex eo quòd † testator non poterat grauamina apponere in bonis aui, sed tantùm in illis, quæ liberè ab ipso patre testatore, ad filios perueniebant, ex suo iudicio, & testamento, & sic facto per hæredem inuentario, non tenebitur pro patre soluere, vltra vires hæreditarias. quia † inuentarium illæsum, ei ius reseruat. *l. fin.* §.*& si præfatam.C.de iure deliberandi* & ibi cõmuniter scribentes.& sic non censetur hæres præiudicasse sibi,nec iuribus,ex primo testamento competentibus. ita Curt. senior *consil.*76 *col.*5. *vers sed præmissis.* Anton. Gabriel *cons* 96.*n.*2 *lib.*1. Ruin. *cons.*56.*n.*8. *lib.*2. Cephal. *consil.*188. *n.*30. † non enim sufficit approbatio, quæ ex aditione generali resultat. quod fortiùs extendit Cassan. *consil.*23. *n.*28. dicens, quòd etiam si filius adeundo patris hæreditatem dixisset, se testamentum paternum iu omnibus, & per omnia approbare, † adhuc autem,& hoc casu, non censeretur talis filius sibi præiudicasse, quo ad iura sibi ex testamento aui competentia. ita refert Cassanate tenuisse Gabriel. *cons.*172.*num.*45. *lib.*1. Ias. *cons.*162.*num.*3.*lib.*2. Rolandus *consil.*78.*n.*5.*lib.*1.Alban *cons* 37.*n.*3.*&* 4. Bereta *cons.*143.*n.*3. Peregr.*cons* 67.*n.*14. *& de fideic. a.*36.*n.*87.*fol.*338.quia† àd hoc vt censeatur præiudicasse sibi filium,adeundo in testamẽto aui, debet habere plenam scientiam illius quæ† per lecturam ipsius testamenti,vel per existentiã in confectione,vel auditione illius debet probari.iuxta doctrinã Bart *in l eius qui in prouincia.ff.si certum petatur.* Dec. *consil.*495. *col* 4.faciunt tradita per Ioseph.Lud. *decis.Perus.*19. *à n.*11. *cum seq.& num.*15.Probabitur 563 564 565 566 567 568

Qq 2 autem

570 autem † scientia testamenti aui, si nepos agnouit, & soluit legata in eo relicta, & disposita alia in aui testamento adimpleuerit, iuxta tradita per Mascard. *de prob. concl.* 849. *per totam.*

571 Ioannes † Calonia fecerat testamentum, & in eo quendam amicum suum hæredem instituerat. postea licèt inimicitiæ inter eos nō fuissent ortæ, tamen amicitia inter eos fuit refrigerata, & dum infirmaretur, vocauit testes, & dixit, quòd eos rogabat, & requirebat
572 quòd essent testes suæ voluntatis, quòd † nolebat cum testamento decedere, nec quòd esset hæres ille, qui in testamento scriptus erat. quæsitum fuit, an talis dispositio valeret, & reuocatum diceretur tale testamentum.

573 Respondi quòd † prius testamentum valebat, nec censebatur hæreditas adempta à primo hærede, ex eo quòd testator dixisset, nolle valere testamentum à se factum, nec hæreditatem suam ad scriptum hæredem pertinere, & spectare. §. *ex eo. Instit. quibus modis testam. infirmentur* Bart. *in l. si iure. ff. de leg.* 3. Bald. *cons.* 3 54. *ad euidentiam, lib.* 5. Alex *in l. si ita scriptum* § *regula. ff. de liber. & posth. cons.* 104. *paucis vtar lib.* 2. *& cons* 159. *visa à testamento,*
574 *lib.* 7. Si † autem talis testator adiecisset in dicta dispositione, quòd volebat sibi venientes ab intestato succedere, valeret dispositio. quia hoc casu, ex tali declaratione voluntatis, quòd venientes ab intestato succederent,
575 censebantur instituisse † ipsos venientes ab intestato, & sic cum legitimo testamento decessisse. *l.* 1. §. *si hæres. ff. si tabulæ testam. nulla extab.* Bart. *in l. si iure. ff. de leg.* 3. Paul. de Castr. *in auth. hoc inter liberos. C. de test.* ita Ioan. Dilectus *de arte testandi. tit.* 10. *de mutatione testam. cautela* 4 *num.* 2.

576 Nobilis † quidam Barcinonensis in suo testamento fecit fideicommissum reale perpetuum in omnes descendentes suæ familiæ, & inter cætera bona quæ habebat, erant quædam domus in præsenti ciuitate, quas in emphyteusim desiderabat eius hęres concedere, cùm videret operas ordinarias, in reparatione domorum, magnas expensas annuas sibi pręstare. dubitationis extitit, an ex dispositione prædicta testamentaria, qua dictus Nobilis testator alienari bona sua prohibuit, censeatur hæres prædictus posse stabilire, & in emphyteusim dictas domos concedere.

Respondi quòd non poterat, iuxta notata per DD. *in l. filiusfamilias.* §. *diui. ff. de legat.* 1.
577 quia, † eo ipso quòd est prohibita alienatio, censetur prohibitus quilibet actus, qui ad alienationem perueniri potest, vt *in l. fin. C. de reb. alien. non alien. cap. nulli, de rebus Eccles. non alienand.* facit text. *in l.* 1. *C. de fundo dotali.* &
sic dicunt, quòd † si alienare quis sit prohibi- 578
tus, censetur grauatus, quòd non possit consentire vsucapioni, nec præscriptioni, *l. alienationis verbo ff. de verb. sign.* Censetur † etiam 579
prohibita locatio ad longum tempus. faciunt tradita per Bartholom. Romulæum *in tractatu de prohibitio. alienatio. ad l. filiusfamilias.* §. *diui. num.* 70. *ff. de legat.* 1. quia certum est, † in 580
emphyteusi dominium transire in emphyteutam, licèt quidditarium remaneat penes dominum concedentem.

Si † pater filium præteriit, & hæredem ex- 581
traneum instituit, in testamentóque clausulā codicillarem apposuit, cùm quoad institutionem filij testamentum nullum sit, ex filij præteritione, an virtute clausulæ codicillaris testamentum sustineatur.

Respondi quòd licèt hæc controuersa sit opinio, verùm receptior sententia est, quòd hoc casu sustinetur testamentum, † in vim 582
dictæ clausulæ codicillaris, & filius tenetur, tanquam succedens intestatò, & grauatus in codicillis, restituere hæreditatem illi, qui
† scriptus est hæres in testamento. & hanc 583
sententiam communiorem ait Paris. *cons.* 20. *num.* 11 *lib.* 8. Tiraquel. *in repetit. l. si vnquam, verbo donatione largitus, num.* 274. Cuman. *consil.* 126. *in princ.* Alex. *cons.* 41. *n.* 5. *in fin. lib.* 1. *& cons.* 87. *n.* 8. *lib.* 3. *auth. ex causa. C. de liber. præter.* Guiller. Bened. *in cap. Raynutius. verbo in eodem testamento relinquens, lo* 1. *n.* 242. Curt. iunior *cons.* 148. *num.* 10.

Quæro, † si quis aliquem hæredem vni- 584
uersalem instituat, & in eodem testamento vsumfructum alicui tertio reliquerit, an hoc casu, cùm penes hæredem nullam commoditatem videatur remanere, hæres ad partem vsusfructus admittatur.

Respondeo quòd hoc casu † vsusfructus, 585
tanquam separatus ab hæreditate, censetur exemptus, & sic in vsufructu solus vsufructuarius admittetur, excluso in totum hærede. Dec. *cons.* 607. *viso puncto*, cum allegatis ibi per eum, quia in tali legato, totum integraliter vnicuique censetur relictum. aliud
† tamen iuris est, vbi vni legatur totum in- 586
tegrale, & alij legatur pars substantialis, vt si alteri domus, alteri eiusdem domus aliqua pars substantialis legetur. quia tunc in illa
parte † ambo legatarij concurrerent. *l. si alij*, 587
& ibi Bart. *ff. de vsufruct. legat.* sed si testator velit eum, cui legatur pars substantialis, integram partem habere, debet testator expressè disponere, quòd ille cui legatur huiusmodi pars substantialis, eam integram habeat. quia stabitur dispositioni testatoris *l. cum virum. C. de fideicom.* Bart. *in dicta l. si alij*, & ibi scribentes.

Quædam vidua, quæ ad secundas conuolauit

lauit

lauit nuptias, in ciuitate Barcinona, filiis ex secundo matrimonio pinguiora legata reli-
588 quit.orta fuit inter fratres quæstio, † an licerot ipsi matri plus relinquere filiis vnius matrimonij, quàm aliis. Consulti fuimus pro vtraque parte Aduocati. erant vni qui dicebant,non licuisse ipsi viduæ pinguiora legata relinquere filiis vnius matrimonij, quàm alterius,moti ex doctrina Bald.*consil*. 161. *lib*. 1. Bertran. *in l.hac edictali. C. de secundis nuptijs*. Anton. Gabriel. *in tit. de secundis nuptijs, conclus*.4.*n*.44. Hippol. Riminald.*cons*.241.*n*.48. *lib*.2. alij verò,contrariam tenuerunt senten-
589 tia, nempe † posse matrem plus filiis alterutrius matrimonij relinquere, moti ex traditis per Ioannem del Castello Sotomaior *controuersiarum quotidian.de vsufruct.tom*.1.*cap*.2.*n*.3. referens hanc sententiam tenuisse Bald. *in l*.1.*q*.2.*C.de inoffic.dotib.& in cons*.22.*lib*.4 Dec. *cons*.246.*n*.3.*& cons*.557. Crauet. *consil* 40. *& cons*.143.*n*.10.Guillet.Bened.*in cap Raynutius, verb.qui cum alia matrimonium contrahens,n*.80.
590 Mouebantur etiam ex † pragmatica vnica, sub tit.*de testamentis*,ex qua dicebant,licitum esse testatoribus iure militari testamenta sua facere intra ciuitatem Barcinonam, & sic quòd poterant plus relinquere filiis alterutrius matrimonij.
591 Ego verò fui in voto, quòd † mulier non poterat relinquere ex sua hæreditate filiis secundi matrimonij plus, quàm filiis ex primo.Nec obstare pragmaticam Petri III.sub tit. *de testamentis*. nam pragmatica illa, sub titulo *de testamentis*, solùm loquitur, & dis-
592 ponit,quòd † non dicatur nullum testamentum, ex defectu solemnitatis intrinsecæ illius, nempe quoad institutionem, vel exhæredationem filiorum & intrinsecæ, videlicet, testium, vt ex tenore illius apparet, si rectè
593 perpendatur. maximè autem attendit † hæc pragmatica ad corrigendum dispositionem text.*in auth.ex causa.C.de liberis*,vbi testamentum ex causa institutionis, exhæredationis, & præteritionis filij,annullabatur, quoad institutionem, & exhæredationem. cætera firma remanebant,disponens dicta pragmatica, quòd intra ciuitatem Barcinonã neque quoad institutionem, exhæredationem, & præteritionem, testamẽtũ rumpatur,& sic quo ad hæc disponit; quo verò ad alia,quæ in testamento fiunt, non loquitur.vnde cùm nullibi de iure Cataloniæ reperiatur innouata dispositio*l.hac edictali.C.de secũdis nuptijs*.dixi illam tam extra ciuitatem Barcinonam,quàm intra, esse obseruandam. hanc quæstionem longa contextura refert Thesaurus *decis*.170. *per tot*. pro vtraque parte rationes deducens, & inter alia,quod est maximè attendendum,
594 † an mater cum fraude,vel sine fraude id fa-

Acac.Ant.de Ripoll Resol.var.

ciat? & an intuitu vitrici, vel non, ad quem recurrere poterit,qui hãc quæstionem longè tractatam voluerit videre; institutum enim meum hîc solùm fuit, dicere quòd † dispo- 595
sitio *l. hac edictali*, locum habet in ciuitate Barcinona, quòd contra illius dispositionem nil dispositum est per pragmaticam vnicam Regis Petri,sub tit.*de testamentis*, de qua sermo est habitus.

Quæro, † an furiosus, qui dilucida habet 596
interualla, possit facere testamentum.

Respondi quòd sic, si testamentum fiat tempore quo ipse non est furiosus, sed recuperauit sanam mentem, saltim eo tempore, quo testatur.*l furiosum.C.qui testam.facere poss*. Ad cuius testamenti dispositionem,† cautus 597
debet esse Notarius,iuxta tradita per Ang.de Aret.*in tract.de testam. vers.sanus mente*, quòd antequam testamentum scribat, ipsum testatorem alloquatur, de diuersis rebus ad institutum pertinentibus, vt discernere possit, an ipse testator sciat,quid facere intendat:tutius autem erit,quòd hę interrogationes fiant per alias personas, quæ postea possint deponere de capacitate ipsius testantis, & sic, non per Notarium recipientem testamentum.quia vt suprà dixi,†nõ staretur postea relationi ipsius 598
Notarij,cùm tunc iam ageretur de sua legalitate,eo quòd asseruerit, testatorem sanæ mẽtis fuisse tempore conditi testamenti.quibus præuentis, poterit recipere testamentum. &
† si ex illius dispositione appareat, tale esse, 599
quale fecisset quilibet homo sanæ mentis,valebit testamentum, tanquam à tali homine factũ.quia † qualia quisque facit,& loquitur, 600
talis iudicatur homo,arg.*l.pen.C.de cond instit. l.Titia.ff.de inoff.test*. faciunt tradita per Bald. *in cap*.1.*per quos fiat inuestitura, in vsibus feudo*. Alex. *in d.l si furiosum*. Ioan.Andr. & Abb. *in c.cùm dilectus, de success.ab intestat*. Aduertunt tamen DD. aliqui quòd cautus sit Notarius, ne in testamento illius apponat † clausulam 601
derogatoriam ad posterius testamentum. quia ex hac dicunt præsumi testamentum in furore factum, cùm sit contra bonos mores, auferre à se liberam testandi facultatem. *l stipulatio hoc modo concepta.ff. de verb.obligat*. Alexand. *cons*.141.

Sed † an valeat testamentum habentis di- 602
lucida interualla, fauore causæ piæ.

Respondeo quòd sic, iuxta tradita per Barbat.*in c.quia ingredientibus,col*.7.*de testam*. vbi asserit, testamentum ad pias causas valere,dummodo non probetur,quòd testamenti tempore fureret. quia † si non haberet in- 603
terualla, nullo modo valeret, etiam ad pias causas.arg. *c.sicut tenor*, vbi Abb. *de reg*. plura cumulat Ias.*cons*.3.*visa longa,col*.6.*p*.2.

Institutio † hæredis quomodo valeat, si 604

Qq 3 hæres

hæres non fuit nominatus à testatore, sed per interrogationem Notarij, & de aliis requisitis, ad hæredis institutionem, vide Farinac. *in tract. de simulatione, q.* 154. *p.* 5. *per totam.* vide eundem inter consilia criminalia *cons.* 97. & *decis.* 139. *tom.* 1. Spino *in speculo testam. gloss.* 17. *principali. de instit hæred.* Menoch. *de præsumpt.*
605 *lib.* 4. *præs.* 8. & à 17. *vsque ad* 20. & † quid de posthumi institutione, *præs.* 21. quando autem institutio fiat alterius contemplatione,
606 *præs.* 22. quid † de institutione ex falsa causa,
607 *præs.* 24. & † quando institutio incerta reddatur certa, *præs.* 25. & quando extendatur de casu ad casum, *præs.* 26.
608 Erroris † materia in testamentis, tractatur *in l. errore. C. de testam.* & ibi Paul. de Cast. Alex. & alij scribentes ordinarij. Farinac. *in tractatu de simulat. & falsit. quæst.* 156. 2. *part. n.* 102.
609 *per totam.* vbi latè de errore Notarij, & † an in Notario potius præsumatur error, quàm falsitas, & quomodo error probetur, & quando Notarius excusetur, & an, & quid
610 † quando Notarius omittit in testamento clausulas solitas, & ordinarias? & quid de solemnitatibus omissis à Notario in eodem testamento? Farinacius *quæst.* 157. 1. *part.* & 2. *part.*

Sed cùm extra ciuitatem Barcinonã non testentur iure militari, quoad institutionem & exhæredationem filiorum, cùm pragmatica illa prima Regis Petri tantùm sit loca-
611 lis; quæro † an extra ciuitatem mater teneatur filium instituere, vel exhæreditare.

Respondi quòd sic, iuxta text. *in authent. vt cùm de appellatione cognoscitur.* § *aliud quo-*
612 *que capitulum. verb. causa.* aliàs † si mater filium præterierit, vel sine causa exhæredauerit, testamentum nullum erit. Guillerm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo, in eodem testamento relinquens lo* 1. *num.* 152. text. *in auth. non licet. C. de liber. præterit.* gloss. *in authent. de hæredit. & falcid.* §. *exhæredatos.* & ibi Alexand. *num.* 11. Curt. iunior *num.* 14. Gaspar Pedagus *in repetitione l inter cætera. ff. de liber. & posthum.* 3. *part. verbo, exhæredandis.* Vigilius *in* §. *mater, num.* 1. *Institut. de exhæredatio. libero. authentic. non licet.* iuncta gloss. *verbo parentis: C. de liber. præteritis.* Quod autem dicitur
613 † testamentum nullum esse vbi filius est præteritus, ita intelligendum est, si filius de nullitate dicat. nam si taceat, valebit. *l. scimus, in princ. C. de inoffic.* Felin. *cons.* 1. *num.* 16.

Quæsitum fuit, circa casum quendam,
614 qui certa die euenit, † an enunciatiua verba in testamento quodam, super quo dubitatio se obtulit, inducerent dispositionem. magnus campus se obtulit ad disputandũ. quare vltra plura, quæ ad institutum conducunt, tradita per Cassan. *lib.* 1. *conclusionum cons.* 17. 18. 19. & 59. pro resolutione dico, quòd † ferè 615
omnia, quæ disputari possunt circa hunc articulum, referuntur à Genua *in suo tractatu de verbis enunciatiuis, lib.* 2. *quæst.* 20. *cum seqq.* vbi latè totam hanc materiam disponit etiam quoad pias causas.

Quidam † in suo testamento legauit cui- 616
dam monasterio certam annuam pensionem cuiusdam censualis, sub grauamine, quòd annis singulis deberent offerre in certa Ecclesia certos annuos fructus panis, vini, ac ceræ, in die omnium Sanctorum in vesperis mortuorum, & in die commentationis eorum, & casu quo cessarent à tali obsequio, quòd prædictum censuale pertineret & spectaret ad Hospitalem generalẽ Sanctæ Crucis. Euenit quòd Religiosi prædicti cessarunt à tali obiatione, duobus, aut tribus annis, nescio qua ex causa. quæsitum fuit, an talis dispositio fuisset valida? & an tales Religiosi essent priuandi tali legato, & illud applicaretur Hospitali generali.

Respondi cum distinctione, quòd † si 617
omissio fieret per Prælatum, & Conuentum, tunc cùm non possit considerari sola negligentia Prælati, sed totius Conuentus, certum est quòd † hoc casu præiudicium factũ 618
fuisset ipsi monasterio, & ius ad recuperandum censuale, hospitali quæsitum, iuxta tradita per Abb. & Anton. *in cap. verum* 2. *colum. de foro competent.* Archidiac. & Dominic. *in cap. si quis despicit* 42. *distinct* quod idem esset, † quando ex vi statuti alicuius Religio- 619
nis superior absolutè ministrat, sine interuentu, & concursu Religiosorum, quales sunt Rectores Collegiorum Religionis Societatis IESV, in qua ex statutis illius solus Rector administrat, ille absolutè est caput, ad perceptionem fructuum, & emolumentorum. constituit Procuratores, seu œconomos, locationes, & alia, vt videri poterunt omnia hæc instrumenta penes Ioannem Pereira, & Antonium Stalella Notarios publicos Barcinonæ, & Collegij præsentis ciuitatis Barcinonæ. Si † autem monasterium 620
prædictum regatur in forma solita, nempe cum congregatione, & interuentu omnium Religiosorum ad sonum campanæ congregantium, iuxta relata per Aymon. *cons.* 63. & omissio non fuerit facta per totum Conuentum, tunc non veniebat priuandum monasterium tali legato. quia forsan obliuio illa, & omissio fuerat facta causa ipsius superioris, qui non poterat solus tale damnum monasterio inferre, vt priuandum esset legato iam quæsito. & sic dixi quòd etiam casu quo monasterium totum omisit aliquibus annis oblationes illas præstare, vt tali legato priuetur, debet priùs monasterium prædictum,

ctum, in forma monasterii congregati, interpellare de adimplendo grauamine illo, sibi imposito, de oblationibus illius, iuxta notata per Innocent. *in cap. extirpandæ, an-*
621 *te finem, de præbend.* vbi dicit, quòd † in dispositione pœnali, quæ loquitur negatiuè, pura, *si non fecerit*, ad incurrendam pœnam, requiritur monitio. sequitur *ibi* Hostiens. Ioan. Andr. & Dominic. *in cap. licet canon.* §. 1. *de elect. in 6.* Cardin. *consil.* 58. Bald. *in l. etsi post tres, lectur.* 8. *col.* 8. *repetitio. ff. si quis cautio. & in authent. hoc amplius*, *col.* 3. *C. de fideiuss.* ita ut non præcedente monitione non omissionem, non erit priuandum monasterium tali legato. quia licèt illud applicetur Hospitali, & sic loco æquè pio, ac religioso; verùm cum æquali priuilegio gaudeant, aliud
622 ce rtet † de lucro captando, adquirendo legatum, aliud de damno euitando, nempe de non amittendo censuale, donec non appareat, omissionem illam fuisse factam, expresso animo non adimplendi, non erat tale monasterium legato priuandum. vltra prædicta ex doctrina Bart. *in l.* 1. *ff. de penu legat.* 2. *col. vers. nemo.* quem refert Felin. *cons.* 34. *n.* 23. vbi ait Barr. *prædicto loco* asserere, quòd vbi est apposita pœna annuatim, ad euitandam pœnam, potest mora purgari.
623 Quæsitum fuit, † an hæres sit nominandus expressione sui nominis, & cognominis; an verò sufficiat, nominatè per aliquas demonstrationes, dummodo certa fiat hæredis institutio.
624 Respondeo, quòd sufficit quòd † hæres sit certus, nempe de quo testator locutus fuerit, ex traditis per Matienço *lib.* 1. *nouæ recop. tit* 4. *l.* 5. *gloss.* 7. quòd, etsi pro forma requiratur in aliquo actu, nominatio, non sufficiet, nisi expressè nominetur, nec poterit per æquipollens adimpleri ex doctrin. Alex. *cons.* 141. *n.* 7. *lib.* 2. cui accedit Ias. plura citans *in l.* 1. *n.* 7. *ff. de liber. & posthum.* tradunt DD. *in l. hac consultissima, C. qui testam. facere possunt.* Tamen quòd
625 † formæ institutionis hæredis satisfecisse dicatur, si testator instituerit hæredē aliquem, quem ex circumstantiis satis declarauerit, de quo intellexerit, veluti si ita dixerit, *Instituo filium maiorem natu patri. in heredem meum,*
626 tunc † ex qualitate illa primogenituræ, satis videtur testatorem declarasse, de quo sensisset, vt resoluunt DD. *in l.* 2. *ff. de liber. & posthum.* & *ibi* Ias. *num.* 6. quia sufficit,
627 quòd † certus sit hæres, de quo testator senserit, argum. *l.* 1. *&* 2. *ff. de liber. & posthum.* non enim *in d. l. hac consultissima*, neque *in l. heredes palàm*, nec alibi disponitur, quòd nomen, &
628 cognomen hæredis scribatur, sed quòd † instituatur certa persona per testatorem. certa autem est, quando constat, quæ illa sit, quæ instituitur. hoc idem sensit Petrus Richard. *in tract. de testam. ad princip. num.* 277. quod enim præcipuè in testamento requiritur, est, quòd † hæredis persona certa sit, ne aliàs te- 629
stamentum corruat. *l. quoties*, *§. heres, ff. de hered. instit. l. in tempus*, *§ quoties*, *ff eod.* faciunt notata per Bart. & alios *in l. quidam relegatus, ff. de reb. dub. & in §. incertis, Instit. de legat.* Ex dictis inferunt, quòd † valet testamentum, 630
licèt in eo nomen hæredis instituti non exprimatur, dummodo relatiuè ad aliud ex eo verificari possit, prout voluit Bart *in l. si seruus*, §. 1 *ff. de legat.* 1. *l. in tempus*, *§. fin ff. de hered. instit.* tradit Parisius communem hanc esse sententiam *conf.* 3. *num.* 12 *part.* 2. & communiter DD. *in l. heredes palàm*, *ff. de testam.* Bart. *in l. si ita scripsero, ff de cond. & demonstr.*

Quidam † amicus meus vxoratus, habens 631
filium ex alia vxore maritata, quæ annis retrò maritum suum absentem habebat, & sic conceptum ex adulterio hæredem in suo testamento facere desiderans, consuluit me, an id facere posset.

Respondi, quòd spurius non poterat hæres institui. quia nil ex patris hæreditate capere poterat. §. *fin. in auth. quibus modis naturales efficiantur sui, authent. licet, C. de natur. liber.* verus † enim spurius erat, cùm nullo modo 632
tempore conceptionis illius inter parentes posset matrimonium contrahi. iuxta tradita per Couarr. *de sponsal.* 2. *part. cap.* 8. §. 5. *num.* 3. Euenit quòd, me contradicente, eum instituit hæredem. fuit ab ipso filio à me quæsitum, † quo remedio vti posset, vt hæreditas 633
paterna, à se tanquam ab indiguo non auferretur.

Respondi, quòd conaretur expressa veritate Domino nostro Regi ab eo impetrare rescriptum, quo ei indulgeretur, vt hæreditate sibi delata vti posset, absque alterius turbatione. quia † Dominus Rex suo Re- 634
gio priuilegio hoc potest concedere, cum expressa clausula, non obstante, quòd sit spurius, vt tradit Azo *in summa, C. de natur. liber. col.* 2. *vers. sed quid si Imperator.* gloss. *in l.* 1. *C. eo. tit.* refert & sequitur Matienço *lib.* 5. *nouæ recopil. tit.* 8. *l.* 6. *gloss.* 9. *n* 2. *vers. quamuis in aliis spuriis.* Nescio quid fuit factum, cùm nunquam eos postea viderim.

Quæsitum fuit, † an Notarius, qui recipit 635
testamentum, teneatur testatorem cognoscere, & de hoc, in clausura testamenti, fidem facere.

Respondeo quòd cùm de iure Cataloniæ, nec ex constitutionibus, nec ex Regiis pragmaticis, quidquid sit innouatum iuri communi, illud erit seruandum, secundùm quod non requiritur quòd Notarius testatorem cognoscat. ita gloss. qui alios allegat *in l. fin. in*

princ.n.4 de iure deliber. Ruinus *cons.* 189.*n.* 17.
lib. 1. Matienço *lib.*5.*noua recop. tit.*4.*de testam.*
*l.*2.*glos.*7 *n.*6.

636 Quidam † testator designauit in suo te-
stamento,quòd emeretur certus locus, & ibi
oratorium constitueretur,vt ibi singulis die-
bus festiuis Missæ celebrarentur. Dominus
soli, vbi oratorium erat construendum, no-
luit vendere illum. quæsitum fuit,an quanti-
tas quæ eroganda erat in emptionem soli,
pro ædificio oratorij, & fundatione Missa-
rum, remaneret penes dictum hæredem gra-
637 uatum, tanquã caducata,vel † an deberet in
aliud opus conuerti pium. Angel.*in l.aliena,*
§.si is cui bona, ff. de fideicom.liber. dicebat præ-
dictum legatum caducasse, cùm facto hære-
dis non euenerit, quòd quantitas penes eum
remanere debebat, cùm ab eo fuisset legata.
638 Sed contrarium est verius,nempe quòd † de-
bet fieri æstimatio omnium prædictorum,ad
quæ hæres grauatus fuerat, & quantitas illa
erogari pro anima defuncti. ita Bald. *in auth.*
hoc ius porrectum, ad fin.C.de sacrosf.Eccl.& in l.si
quis ad declinandum,C.de Episc.& cleric. tradit,
& sequitur Felin. *cons.*41. *num.*10. Cùm au-
tem voluntas testatoris, ad vnguem per hæ-
redem non potuerit adimpleri, sed æqualis
pia dispositio sit facienda, proculdubio dixi,
639 † Episcopum diœcesis habere electionem
commutationis illius publici operis, iuxta
dispositionem sacri Concilij Tridentini
*sess.*22.*cap.*6. vbi in commutationibus vlti-
matum voluntatum, quæ non nisi ex iusta,
& necessaria causa fieri debent, Episcopos
tanquam delegatos Sedis Apostolicæ sum-
mariè, & extraiudicialiter cognoscere,nil in
precibus, tacita veritate,vel suggesta falsita-
te decernendo,tenet Syluester *verb legatum,*
4. *q.* 12. & plures remissiones ad sess. prædi-
ctam SS.Concil.Trid. & de Missis, vide *c.*4.
*sess.*25.*de reform.& ibi addit.*

640 Franciscus Vilaseca † in suo testamento
hæredem sibi instituit vniuersalem Iaco-
bum Vilaseca, nepotem suum ex fratre,
vsumfructúmque plenissimum totius hære-
ditatis dimisit Franciscæ Vilaseca, eius vxo-
ri, eámque absoluit à cautione præstanda
pro vsufructu, adiecitque verba, dicens
641 quòd † nullo modo per eius hæredem ipsa
vxor molestaretur, & casu quo dictus hæres
eam molestaret, illum ab hæreditate priua-
bat, & illam cuidam tertiò applicare voluit.
Euenit, quòd ipsa,orta inimicitia cum hære-
de, extra modum vtebatur hæreditariis re-
bus, in quibus vsumfructum habebat. dictus
642 hæres in iudicio eam citare fecit, & ab † illa
cautionem de vtendo arbitrio boni viri præ-
stari petiit; ipsa verò deduxit, non teneri se
ad cautionem præstandam,quia eius maritus
in testamento, à tali præstatione eam absol-
uerat, & reconueniendo prædictum hære-
dem, petiit illum condemnari ad dimitten-
dam vacuam, & expeditam hæreditatem,
quam occupatam habebat, & illam adiudi-
cari substituto, in pœnam per testatorem
appositam. Quæsita duo dubia fuerunt ex
prædictis, † an videlicet prohibitio illa à te- 643
statore facta, ne mulier posset compelli ad
cautionem præstandam, valeret,& an hæres
eam petendo, molestaret dictam viduam,&
sic cõtrauenisset dispositioni dicti testatoris,
& per consequens, an priuandus esset dicta
hæreditate.

Ad primum respondi,quòd, † licèt testa- 644
tor dictam mulierem à cautione præstanda,
pro dicto vsufructu,absoluisset.tamen attén-
to quòd illa dolosè rebus hæreditariis vte-
batur, erat compellenda per iudicem, ad
cautionem illam præstandam. quia cùm do-
losè ipsa, propter inimicitiam ortam, rebus
hæreditariis vteretur, contrauenìebat testa-
toris voluntati, qui nunquam de dolo ipsius
cogitauit. Dolus † enim à quacumque lega- 645
li dispositione censetur exceptus, ex *l* 1 *C.de*
vsufruct.l.pen.C.vt in possess.legat. In quibus iu-
ribus expressè cauetur,quòd non licet testa-
toris prohibere cautionem, † quæ hæredi ab 646
vsufructuario est præstanda,de vtenda re,ar-
bitrio boni viri, vt pluribus refert Ioan. Gu-
tiert. *ad repetit. l.nemo potest* 55. *ff. de legat.* 1.
num. 276. Roland. à Valle *consil.*92. *num.* 1.
vol. 2. nam tunc cùm vsufructu doloso res
consumerentur, non peruenirent hæredita-
riæ res ad hęredem,prout testator voluit per-
uenire,nempe vsufructu finito.

Quo præsupposito,ad aliud dubium,† an 647
petendo cautionem, dicatur contrauenire
defuncti voluntati,

Respondeo quòd non,quia ex tali petitio-
ne præstationis cautionis, non dicitur vi-
dua molestari. quia verba illa à testatore
prolata, ne ipsa mulier molestetur, non pos-
sunt intelligi de † molestia iudiciali, & quæ 648
iuridicè fit,sed de molestia,quæ ex facto hæ-
redis procedit dolosè,iuxta tradita per Dec.
*cons.*581. *num.* 11. vbi in expressa prohibitio-
ne, non molestandi mulierem,ait,quòd licèt
comprehẽdatur molestia facti, & iuris,quòd
hæc,quæ iuris dicitur, debet intelligi de iu-
dicio calumnioso, & malo animo. Secus ve-
rò, si † quis de iure molestiam inferret pro 649
conseruatione sui iuris. Bald. *in l.* 1. *num.*17.
C.de his quæ pœna nomine, & ibi Aretin.per *l.si*
seruum,§.ait prætor, verbo amouere non videtur,
ff.de adquir.hæred.l.& si quis impediat,§.iniustè,
ff.de relig. & sumpt. funer. gloss. *in cap. pro illo-*
rum,verbo contradictores,de præbend.cap.audita,
vbi Abb.*not penult.de rest.spol.* Imol. *consil.*29.
Barb.

650 Barb.*conſ.59.col.antepen.lib.1*. Cùm enim † de ſubſtantia vſusfructus ſit, quòd proprietas illæſa remaneat vſufructuario, ſi ille dolosè agat, eam deteriorando, clauſula illa, quòd
651 † cauere non teneatur, reiicitur à tali diſpoſitione, vt notatur *in l. Lucius, §. tres, ff. ad Treb.* faciunt tradita per Gomez *de trien. poſſeſſ. q.58*. Cap. *deciſ.69. n.12.* ex quibus apparet, hæredem non contrauenite teſtamentariæ diſpoſitioni, & ſic non incidiſſe in pœnam prædictam, nec eſſe priuandum hæreditate prædicta.

652 Seius † hæredem inſtituerat Caium, inter quos erat magna familiaritas. euenit, quòd condito teſtamento, ipſe legatarius inimicus factus fuerit teſtatori. deceſſit teſtator, illo teſtamento publicato. Venientes ab inteſtato voluerunt hæreditatem vindicare, petendo declarari, dictam hæreditatem ad eum non pertinere, propter inimicitias ortas. quæſitum fuit, quid iuris.

653 Reſponderunt aliqui, quòd † legatum ex inimicitiis ſuperuenientibus inter teſtatorem, & legatarium, cenſetur reuocatum, ex *l.3. §. vlt. ff. de adim. legat. l. ſi inimicitia, ff. de his quibus vt indig.* Petrus Pechius *de teſtam. coniug. lib.1. cap.19. in fin.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 900. maximè ſi ſunt capitales, & idem dicendum eſſe in hæreditate. Sed re bene conſiderata, iu contraria fui ſententia, & re-
654 ſpondi, † non cenſeri ademptam hæreditatem, ex inimicitia ſuperueniente, quia fortiùs ius conſideratur in hæreditate vniuerſali, quando quis in ea hæres vniuerſalis inſtituitur, quàm in ſimplici legato, maximè in ademptione, *l. ex parte, ff. de adim. legat.* & ibi ſcribentes, *l.3. §. vlt. ff. eod.* faciunt tradita per Iaſ. *in l. re coniuncti, n.24. in fin. ff. de legat.3.* & in hac opinione reſidet Menoch. *de præſumpt.*
655 *lib.4. præſumpt.173. à n.12. cum ſeq.* quia † legata ex coniecturis reuocantur; ſecus verò hæreditas, vt ibi latè comprobatur.

656 Cùm † principale requiſitum, ad teſtamentorum validitatem, ius ſit, vt liberi aut inſtituantur, aut exhæredentur, iuxta text. *in l. inter cætera, ff. de liber. & poſthum.* quæſitum fuit, an de conſenſu filij, poſſit præteriri filius à patre, & an hoc caſu, quo filius præteritus ſit, ipſo conſentiente, valeat teſtamentum. Hanc quæſtionem tractat gloſſ. *in l. ſi quando,*
657 *§. generaliter, C. de inoff. teſtament.* dicens, † valere tale teſtamentum, etiam ſi filius ſit præteritus, dum tamen ipſe taceat: contrarium tamen tenet Iaſ. *in l. poſthumo nato, n.27. C. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* & Ioan. de Imol. *in l. ſi quis poſthumos, § ſi filium, n.4. de liber. & poſth.* exiſtimantes, inualidum eſſe tale teſtamentum. Sed, ſalua eorum pace, contrarium verius exiſtimo, quia ſi rectè res perpendatur, † inſtitutio, vel exhæredatio filiorum, non 658
tam pro forma ſubſtantiali teſtamentorum fuit propoſita, quàm pro intereſſe filiorum. quia † ſi inſtitutio, vel exhæredatio eorum, 659
forma ſubſtantialis fuiſſet, eam appoſuiſſent Iureconſulti, quando de tali forma agebant, in titulis *ff. de teſtam. ff. de liber. & poſthum. §. ante hæredis.* & in omnibus iuribus, in quibus de forma ſubſtantiali teſtamentorum egerunt. In quibus, quoad inſtitutionem pertinebat, ſolùm diſpoſuerunt vt † inſtitutio hæredis 660
caput eſſet teſtamenti, & quòd nil ante eam ſcriptum valeret, non tamen decreuit, quòd neceſſariò inſtitutio de filiis eſſet. & ſic hoc quod eſt quòd † filij inſtituantur, aut exhæ- 661
redentur, ipſorum filiorum fauore, fuit diſpoſitum cui licitum eſt, ipſis filiis renunciare, tacendo, & de nullitate non dicendo. quemadmodum enim † filius conſentire po- 662
teſt abſolutè ſuæ exhæredationi, iuxta notata *in l. non putauit, § ſi quis ſua manu, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* Ita etiam poterit † & præte- 663
ritioni, tanquam in ſui fauorem inductæ. hanc ſententiam ſequitur Angel. de Peruſio *in l. qui ſe patris, num.13. C. vnde liberi.* Ioan. de Imola ſibi contrarius, *in l. filio præterito, n.59. ff. de iniuſt. rupt.* Paul. de Caſtro *ibid. n.9.* & *ibi* Dec. *n.9.* Curtius *n.49.* & hanc ſententiam veriorem dicit Alex. *in l. ſi quis poſthumos. § ſi filium, n.8. ff. de lib. & poſthum.* Socin. *conſ.130. lib.2.* Iaſ. *in d. l. inter cætera, ff. de liber. & poſth.* eſtque pro hac opinione fortiſſimum argumentum, quod refert Anton. Gomez *1. tom. variar. cap.11. n.14. & 31.* dicens, quòd † licèt 664
pater grauamen in legitima filio apponere non poſſit, eo tamen conſentiente poteſt. Palac. Rub. *in repetit. rubr.2. §.47. n.2. & 3.* & facit, quia † filio præterito, competit ius ad di- 665
cendum nullum, vel ad petendum bonorum poſſeſſionem contra tabulas, vno anno hæc actio expirat, *l.1. § largius, ff. de ſucceſſ. edict.* querela verò † inofficioſi quinquennio du- 666
rat. *l. ſi autem, ff. de inoff. teſtam.* nullum † autem dicere triginta annis durat. vt notatur 667
in l. licet, C. de iure deliber. Couar. *in cap. Rainutius, in princ. n.4 in fin.*

Quidam (quam generoſitatis cauſa taceo) deceſſit † excommunicatus, & dum infirma- 668
retur, & in excommunicatione perſiſteret, non credens ſuam mortem fore ſupinam, prout fuit. fecit teſtamentum, mortéque accelerante ſuum curſum, ipſe deceſſit. extitit controuerſia, an tale teſtamentum eſſet validum. venientes ab inteſtato illud dicebant nullum, tanquam ab excommunicato factum. mouebantur ex doctrina *gloſſ. fin. in cap. decernimus, de ſentent. excom. lib.6.* quæ tenebat, excommunicatum teſtari non poſſe. & idem *in d. cap.* tenuit Archid. Ioan. Monach.

in

in cap quamquam,de vsur. Hostiensf. *in cap pia,*
de except.in 6. Iacob. *in l.fin.C.de procur.num.3.*
& hanc esse communem opinionem Canonistarum, refert Alban. *in l. 1.num.4.C.de hared instit.*

Contrarium tamen ego defendi, nempe
669 † prædictum testamentum validum fuisse,
eo quòd ipse testator illud facere potuerit,
ex sequentibus fundamentis. Primò, quia
670 facultas † testandi liberè omnibus hominibus fuit concessa. & sic omnes homines testari liberè possunt, nisi expresse à iure sint
prohibiti. *l.si quaramus,ff.de testam.l.1.C.de sa-*
671 *crosanct. Eccles.* & cùm † excommunicatus
nullibi expressè sit prohibitus testari,poterit
testamentum facere. glossa enim *in §.fin.Inst.*
quibus non est permissum facere testament. enu-
672 merat † personas prohibitas testari, & inter
eas non constituit excommunicatum. Nec
etiam enumeratur inter decem & octo personas,quas enumerat Abb. *in rubr. de testam.*
n.3. & sic quòd excommunicatus possit testari,tenet Archidiac. *in cap.pia,de except.in 6.*
Ioan. Andr. *in d.cap. decet minus.* vbi Dominicus & Francus, communem dicit Felin. *in cap.cum voluntate, de sentent. excom.* Guiller.
Benedict. *in cap Rainutius , verbo mortuo itaque testatore,lo t.n.188.* Roland. *in tract.vlt.volunt.*
rubr.2.n.38. Couarr. *2.part.rubr.n.18.* Spino *in speculo testam.* gloss. *rubr.part.11.num.fin.* qui à
n.57. fundamentis pro contraria sententia
673 adductis,satisfacit. Nec refert † an excommunicatus sit publicus, vel secretus, licèt
contrarium teneat Iulius Clarus *§. testamen-*
674 *tum,q.24.* Nam verius est, etiam † publicè
excommunicatum testari posse, secundùm
gloss. *in cap.pastoralis, §.verùm, de appell.* quæ
publicum excommunicatum ait similem
esse relegato, qui sine dubio testari potest.
l.relegatorum,§.1.& seq.ff.de interdict. & releg.
675 Si autem esset † excommunicatus propter
hæresim, tunc specialiter prohibitum est ei
testari. *cap.excommunicamus,§.credentes,de haret.authent.credentes, C. de haret.* Is enim testari non potest, sicuti nec excommunicatus
ex percussione Cardinalium. *cap.felicis,de pænit.in 6.*

676 Quæritur, † an fideicommissum inducatur in contractu.

Respondeo quòd sic, quia in capitulis
matrimonialibus solent apponi clausulæ
quamplures, ex quibus fideicommissa indu-
677 cuntur. quomodo autem † inducantur, &
an, & quando masculi, & an & quando fœminæ, tum, an & quando vocatis masculis,
deficientibus in vna linea, remanentibus in
ea fœminis, & stantibus masculis ex aliis lineis,an fœminæ, an verò masculi admittantur, vide quæ tradit Petrus Fontanella *de pa-*
ctis nupt.clausf.4.gloss.25.à princ.& num.44. vbi
an † ex prohibitione alienationis extra fa- 678
miliam,vel donationis extra familiam,inducatur fideicommissum? & an † talis prohi- 679
birio impediat dominij translationem. vide
etiam Bursar. *cons.227. lib.3.* vltra prædicta,
qui tradit, † an prohibirio alienationis ex- 680
tra familiam, comprehendat primum donatarium grauatum;an verò successores.

De his † quæ facere potest ille, cui com- 681
missio ad testamentum faciendum est data,
vide plura quæ tradit Matienço *lib.5.noua recopil.tit.de testam l.5.* cum gloss.illius,vbi † an 682
possit facere substitutiones, an exhæredare,
& an commissionem sibi factam possit alteri
delegare,& an dare tutores, & curatores, &
generaliter, † quid comprehendatur sub di- 683
cta generali commissione. Idem Matienço
l.6.d.tit. cum gloss.seqq. & † an testamentum 684
possit committi in alterius voluntatem? &
quid fauore causæ piæ? & an per commissionem datam ad testandum,censeatur † reuo- 685
catum præcedens testamentum, vide eundem *in l.8 eod.tit.* & † an commissarius possit 686
reuocare dispositа,vide *l 9.eiusdem tit.*& quid
de pluribus commissariis,existente discordia
inter eas, vide eundem *l.12.eod.tit.* & † quo 687
modo commissio sit fienda, vide eundem
l.13.gloss.1.

Quidam † in suo testamento clausulam 688
expressam apposuit, qua falcidiam ab hærede detrahere prohibuit. quæsitum fuit, an
talis dispositio valeret, cùm falcidia detrahi
videatur, contra voluntatem testatoris, cùm
verba quibus † falcidia introducta fuit,con- 689
tra voluntatem testantium scripta viderentur, dum dispositum esset, ne liceret vltra
dodrantem legare. *l.quod de bonis,§.fratre,ff.ad leg.Falcid.*

Respondeo † talem prohibitionem fieri 690
potuisse,per verba clara,id disponentia, *auth. sed cùm testator, C.ad leg Falcid.* est communis
sententia,vt refert Bolognet. *in rubr.ff.ad leg. Falcid n.48.* Ferdinand. Vasquez *de success.§ 8. n.t.* Annibal *in repet.l nemo potest,§ 5.ff.de leg.1.*
cessat enim ratio antiqua,quia † hodie,etiam 691
si repudiat hæres hæreditatem, propter priuationem falcidiæ, valebunt in testamento
disposita,iuxta tradita per Bart. *in l.nemo,ff.de leg.1.* & quòd hæc ratio sit vera,tenet Corn.
in d.auth.sed cùm testator, C.ad leg.Falcid. Ferdin. Vazquez *vbi suprà.*

Maior tamen dubitatio erat,† an per ver- 692
ba generalia censeretur quarta prohibita,
veluti si testator dixerit, *volo quòd legata à me relicta* (quæ vltra drodantem erant) *integrè persoluantur,* an † ex tali dispositione censea- 693
tur quarta falcidia prohibita.

Respondeo quòd sic, vnà cum gloss. *in*
l.decet,

l.decet, in fine, ff. de fideicomm. liber. hanc sequuntur omnes vt attestatur, & refert *in consil 65. num. 3.* Vazquez *de success. progress.* §. 26. *n. 29.* Paul. de Castro *in authent sed cùm testator, n. 2.* Crauetta *cons.* 174 *n. 1. in fine* Pasqual Saulius *in tract. de alien. reb. fideicom. subiect. 1. p. q 16 num. 4.* licèt *num. 6.* valde controuersam hanc faciat quæstionem, dicens, non esse credendum, testatorem vnico generali verbo voluisse totum ius alterare. Et non solùm dicto casu, quando testator verba prohibitionis direxerit ad hæredem, verùm etiam si
694 † ad executores verba retulerit, dicens, *Volo quòd executores mei testamenti capiant & distribuant vsque ad integram legatorum præstationem.* quia hoc casu, etiam hæres à detractione, & retentione falcidiæ censetur priuatus. & hanc communem esse resolutionem Doctorum, refert Ruin. *cons.* 117. *num. 21. vol. 3.* quem refert Francisc. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. tit. vlt. n.* 18.

695 Ioannes † Banus hæredem instituit Petrum Banū, eius fratrem, relicta vsufructuaria omnium suorum bonorum Catherina eius vxore dictus Petrus voluit à dicta eius cognata quartam falcidiam recupetare, fuit quæsitum, an posset?

696 Respondi quòd non, quia † ex legato vsusfructus omniū bonorum, non detrahitur falcidia. *l omnium, ff de vsufruct.* Bart. *in l. vxori meæ, num. 2. ff de vsufruct. leg.* Natta *consil.* 297. *n. 6. lib. 2.* Menoch *de adipiscen. poss. remed. 2. q 11. n 47.* Caualca. *de vsufruct. n. 2 25.* & ita fuit decisum in Rota Matchiæ *decis.* 48. Nec
697 detrahitur † falcidia de legatis relictis ad pios vsus, vel causas. ita communiter DD. *in l. cùm dotem, ff ad leg. Falcid.* Roman. *cons.* 206. Cerdan. *in suo verbloquio, tit. de visit. carceris, cap. 16. n. 21.* latiùs Tiraquel. *in tract. de priuileg. causæ piæ, priuileg. 26. per totum.* vbi ait, quòd si hæres sit grauatus de restituendo causæ piæ, sub conditione, debet cautionem præstare, quòd si conditio euenerit, restituet id quod detta-
698 xit, nisi sit causa pia instituta, quia † causa pia instituta hærede, concurrente cum alia causa pia legataria, dettahet quartam falcidiam causa pia, quæ est hæres instituta.

699 Quidam † religiosus professus fuit in quadam religione, cui adquisita fuerunt bona quamplurima, eo quòd religiosus ille successit in omnibus bonis paternis. quia defecerunt gradus substitutionum testamenti paterni; ipse verò in aliam se conuertit religionem, & postea in ea professionem emisit, tacendo per annum, nil loquendo de bonis illis, in quibus primum monasterium successerat. Secundum verò monasterium spe lucri capiendi, dictum religiosum admisit. quæsitum fuit, an prædicta bona remanerent primo monasterio, an verò ad secundum spectarent.

Respondi, quòd cùm † adquisita fuerint 700
bona primo monasterio, tempore habili, & eo quo religiosus ipse ibi existebat, quòd poterit retinere bona omnia prædicta, nec quidquam de illis restituere debet secundo monasterio. ita tenet gloss. *in cap. de lapsis 27. q. 1.* tradit Lapus *alleg. 62. n 7.* Imol. *in cap. quod à te, de cler. coniug.* Syluester *vers. religiosi.* § 4. & hanc sententiam communem attestatur Socin. *cons.* 52. *vol 1.* facit text *in cap. statutum 18. q. 1. authent. de monach.* § *si quis verò relinquens, col. 2.* refert & sequitur Spino *in specul. testam. gloss. rubr. 6 p n. 3* & eum hac resolutione adquieuit secundum monasterium, & nil à primo petere intendit.

Quidam † testator in suo testamento plu- 701
res substitutionum gradus fecit, & eis constitutis, deficientibus hæredibus, voluit, & ordinauit, quòd ipsius hæreditatis certa pars applicaretur cuidam Ecclesiæ, vel pio loco, non expresso per eum, nec nominato. Euenit casus, quòd illa pars debuit alicui pio loco applicari. orta fuit dubitatio, ad quem spectaret? † Manumissores prætendebant ad eos 702
pertinere, cùm testator eis commisisset administrationem eorum, quæ ad conscientiam suam, & ad pia suffragia pertinebant, & spectabant. quæsitum fuit, ad quem spectaret electio illa, nempe ad quam Ecclesiam, seu pium locum.

Respondi, quòd † ad Episcopum, quia 703
Episcopus hoc casu est verus elector, vt *in l. id quod pauperibus, l nulli, l. si quis ad declinandam, C de Episc. & cler.* tradit Socin. *in l quidam relegatus, n. 12 ff de reb dub.* tradit plura ad propositū Ias. *n. 13* Ripa *n. 19. in l. inter stipulantē, la magna, ff. de verb. oblig.* hanc sequitur Spino *in specul. testam. gloss. 3 princ. n 16.* dicens hoc ita esse, quia † quoties legatum est pium, ne- 704
cessariò debet in illum vsum conuerti; vel in similem, *cap. si hæredes, de testament.* text. *in authent. de Ecclesiast. tit.* § *si quis in nomine, & in l. legatum, ff. de vsufruct. legat.* refert Bertach. *in tract. de Episc. 4. part. lib. 4 n 81.* Couarr. *in cap. si hæredes, de testam.* & hoc faciunt † Epi- 705
scopi, non vt ordinarij, sed tanquam sanctæ Sedis Apostolicæ delegati, vt refert Ferrer. *in addit. ad Guido. Papa decis.* 516. ex text *in cap. 6. sess. 22. sacri Concil. Trid.* de qua mentio suprà iam fuit facta.

Seius † legauit ducentum Semptonio, & 706
adiecit, quòd volebat tale legatum valere, & quòd reuocari non posset, ex quacumque causa postea confecit secundum testamentum, & in eo nec de legato prædicto mentionem aliquam fecit, neque legatario mentionato, quidquam legauit. iste legatarius petit

ab

ab hærede prædictum legatum, in primo testamento relictum, prætendens illud valere, virtutéque illorum verborum, factum fuisse irreuocabile, & transiisse in donationem. quæsitum fuit, quid iuris.

707 Respondi, † tale legatum nullo modo deberi. quia posteriori testamento iure perfecto, primum testamentum reuocatum cēsebatur, ex vulgato §. *posteriori quoque testamento*, cum aliis vulgatis iuribus. Tum etiam,

708 quia † legatum à testatore relictum, quantumcumque iuratum, non transit in donationem inter viuos, neque virtute iuramenti prædicti fit reuocabile. ita tenet Peralta *in l. si quis in princip. testam. num. 134. ff. de legat. 3.* & hæc sententia tanquam verior est tenen-

709 da. quia † legatum ex sui natura, est reuoca-

710 bile. & † casu quo iuramentum interponitur, non mutat illius naturam. *cap. fin. de procur. lib. 6. iuncta gloss. fin. de liber. caus. l. sed etsi possessori. §. item si iura. de iureiur. l. fin. qui satisd. cogantur.* Couarr. *in rubr. de testam. 2. part. n. 6.*

711 Si † autem testator in suo testamento adiecisset, quòd volebat, quòd eius dispositio valeret, & quòd transiret in contractum donationis, tunc talis dispositio sustineretur, quia constaret, testatorem contractum donatio-

712 nis voluisse celebrare, quod † in testamento licitum est. iuxta relata per Mencha. *controuers. illustrium, cap. 1.* cùm verò in prædicto casu non declarauerit testator suam voluntatem fuisse, donationem facere, remanet dispositio in natura legati, quòd sit reuocabile.

713 Ioannes Dalmace † in suo testamento reliquit Catherinæ eius vxori, vsumfructum hæreditatis suæ, si cum filiis suis habitaret, nulla mentione facta de secundis nuptiis per dictam Catherinam contrahendis. Euenit, quòd ipsa secundò nupsit. curatores filiorum testamenti paterni duo quæsierunt, an videlicet ipsa posset penes se prædictos eius filios retinere, & eis alimenta præstare. Aliud dubium fuit, an ipsa posset retinere vsumfructum prædictorum bonorum.

714 Respondi ad primum, ipsam † per secundas nuptias amisisse educationem suorum filiorum, & sic penes se, & in sua familia retinere non posse. Gutier. *de tutel. & curat. 1. part. cap. 8. n. 83.* quia educatio continetur sub tutela, & pars illius, vt ait Bald. *in l. omnem, C. ad Tertul. col. 2. versic. sed quid ista nubens, ad finem.* quem refert & sequitur Decia. *consil. 49 num. 13. vol. 1.* Gutierr. *de tutel. & curat. 2. part. cap. 3. num. 6.* quod dicunt esse intelligendum, quando à testatore fuit tutrix data, & educatio filiorum à testatore sibi iniuncta: secus verò esset, si ipsi nil à testatore fuerit dispositum. Ad secundum etiam dicendum est, † per transitum ad secun- 715 das nuptias amisisse vsumfructum prædictorum bonorum, illúmque pertinere ad hæredem ipsius mariti, vt ex mente Abb. & DD. *in cap. vltim. de secundis nuptijs*, tradit Costa *in cap. si pater, 1. parte, verbo legauit, num. 34. de testament. lib. 6.* Gregor. Lopez *in l. vlt. tit. 12. part. 4.* Anton. Gomez *l. 14 & 15. Tauri, n. 3.* refert Spino *in specul. testam. gloss. 14. de legat. sub cond. n. 100.*

Quidam † in suo minus solemni testa- 716 mento (quia vnus ex duobus testibus erat omnino surdus) legauerat alicui certas res, & iocalia. iam testatore in agonia posito animaduerterunt defectum testamenti, ex defectu testium. consulebant legatario prædicto, vt res illas sibi legatas, & iocalia propria industria caperet secretè, & penes se retineret. quæsitum à me fuit, † an posset 717 talis legatarius tuta conscientia id facere? Erant qui dicebant quòd poterat, cùm ipse esset certus de voluntate testatoris, quia prædicta legauerat. & sic ex voluntate testatoris capere dicebatur, non verò ex suo facto. Ego verò contrarium respondi, nempe † non posse talem legatarium, propria 718 auctoritate, rem sibi in minus solemni testamento relictam capere. quia † vbi defi- 719 ciunt substantialia testamenti, qualis est in hoc casu, vbi deficit probatio, nulla oritur obligatio, etiam naturalis. quia † probatio 720 testamenti de substantialibus est ipsius. faciunt tradita per Couarr. *in cap. cùm esset, num. 3. de testament.* & per Matienço *lib. 5 nouæ recopilat. tit. 4. l. 1. gloss. 3. à num. 9.* Si igitur substantia deficit testamenti, cùm non possit legitimè dici, illud esse testamentum, rectè dicitur † ex tali dispositione nec natu- 721 ralem obligationem oriri. *l. 1. §. si quis ita interroget, ff. de verbor. obligat.* idem probare videtur text. *in l. si creditoris, C. de fideicommissis.* ibi iure subnixa, vbi Imperator ait, quòd † ita competit actio legatariis, aut fi- 722 deicommissariis, aduersùs hæredem, si defuncti voluntas fuerit iure subnixa, hoc est, iuris solemnitate probata. Ergo à contrario sensu, si careat solemnitate testium, nec naturalis oritur obligatio, ex minus solemni testamento. & sic cessat ratio, † quòd 723 possit legatarius capere propria auctoritate, & secretè, res sibi in minus solemni testamento relictas. hanc opinionem tenet etiam Couarr. *in cap. cùm esses, num. 10. de testament. versic. septimò.* quia hoc casu cessat ratio gloss. celebris, *in cap. ius gentium, 1. distinct.* quæ docet, † creditorem propria au- 724 ctoritate posse rem sibi debitam retinere, cùm via iudiciali eam adquirere non possunt, quia sublata obligatione naturali,

rali, quæ non oritur ex defectu probationis, tes legatæ non possunt dici ipsius legatarij.

715 Sed obiter quæri poterit, † quomodo sit intelligendum dictum illud, rem debitam mihi, propria auctoritate priuata possum capere, cùm ex iudiciali actu habere non possum.

Respondeo, quòd hoc intelligendum est, quando non possum habere rem propter paupertatem meam, vel aduersarij potentiam, iudicisve defectum, vel quia iudiciales expensæ superant valorem ipsius rei, vel ex alia iusta causa, præsupposito tamen, quòd res sit mea, & mihi sit debita. Tum etiam,

726 vt † propria auctoritate id facere possim, requiritur, quòd fiat sine scandalo, & periculo famæ. Nec illud faciam animo iniuriandi, vt hæc tradit ex mente S. Thomæ 2.2. *quæst. 66. art. 5.* & aliorũ quamplurimorum authorum, quos allegat Matienço *lib. 5. noua recopil. tit. 4. l. 1. gloss. 10. n. 42.*

727 Ioannes Coll, † in suo testamento legauit alimenta cuidam matertetæ suæ, infirmæ toto vitæ tempore, grauauitque hæredem Franciscum Coll eius hæredem, & nepotem ex fratre, vt talia alimenta præstaret, & eidem Francisco hæredi instituto, casu quo sine liberis decederet, alium nepotem substituit, nullámque de legato prædicto mentionem fecit. Euenit, quòd dictus Franciscus primò hæres institutus, decessit sine liberis, & sic ad substitutum hæreditas peruenit; ea ad ipsum peruenta, ipse substitutus recusauit annuum legatum alimentorum soluere dictæ viduæ, eo quòd testator primo casu retulerit verba dicti legati ad hæredem institutum, & cùm ratione substituti, nulla verba protulerit, prætendebat ipsum esse liberatum à præstatione annua dicti legati. fuit quæsitum, quid iuris.

Respondi ipsum substitutum teneri ad præstationem talis legati, ex sequentibus,

728 quia † licèt testator direxerit verba solutionis ad hæredem, non verò ad substitutum;

729 tamen clarè constat, † prædictum legatum alimentorum factum fuisse contemplatione ipsius vxoris, & sic censetur non solùm, quo ad hæredem, testatorem locutum fuisse, verùm etiam, quoad substitutum, ex text. notabili *in l. Caio Seio, §. Imperator Antoninus, ff. de aliment. & cibar. legat. l. 1. C. de legat.* & *ibi* communiter scribentes, tradit Maria. Socin. *consil. 68.* Iste enim fauor est proprius legati alimentorum, quòd, † etiam si verba directa

730 sint hæredi, etiam substituto directa dicuntur. *l. libertis, §. Lucius.* & *ibi* gloss. Bartol. & omnes scribentes, *ff. de aliment. & cibar. legat.* & non solùm hoc casu censetur tale legatum relictum ad substitutum, sed etiam,

si testator dixisset, quòd ad eum pertineret integra hæreditas, quia † tale legatum, 731 tanquam à lege approbatum, censetur exceptum. argumento text. *in l. 1. §. inde Neratius, ff. ad Trebell.* ex quibus clarè apparet tale legatum deberi.

Ioannes Serra † in suo testamento reliquerat certam partem bonorum suorum, ad 732 opus pium, adiecitque clausulam, vt talis dispositio ad vnguem seruaretur, nec ad aliud opus, etiam pium, posset sua commutari voluntas. desiderabant affines ipsius, vt fructus conuerterentur in aliam piam causam, videlicet ad alendos & sustinendos pauperes, scholasticos, de genere. Fuimus consulti quatuor, ex quibus duo extiterunt in opinione, quòd non poterant, ducti ex vulgata regula, tot iuribus fulcita, & est tritissimum iuris principium, quòd voluntates testantium tanquam leges sunt seruandæ. Ego autem qui tertius eram in voto, cùm duo essent antiquiores, fui contrarius in voto, nempe posse † Summum Pontificem, vel delegatum, non verò Episcopum, 733 commutare in aliam causam, quæ cedat in vtilitatem suorum cognatorum, vt tradit Ioan. Dilect. *in tract. de arte testan. tit. 7. de tut. & execut. testam. caut. 6. n.* 4. ex Bart. doctrina, & aliorum, vt refert Viu. *decis. 265. lib. 2. n. 11.*

Reuerendus Iacobus Mas presbyter, † habens quandam hęreditatem, in qua successerat clericus factus, instituit hęredes duos nepotes ex sorore, æquis partibus, & portinnibus, disponens expresse quòd semper simul in eadem domo habitarent, & communiter viuerent. 734

Respondi quòd † stante iusta causa, veluti 735 quòd alter esset rixosus, poterat diuisio peti inter eos, vt tenet Bart. *in l. si conuenerit, ff. pro socio,* & ita iudicatum refert Viuius 2. *part decis. 294.* idem esset † si alter ex illis esset dilapidator. *l. plures curatores, § quamuis, ff. de administr. tut. l. 1. §. vsque adeò, ff. eod. l. pater quam, ff. de testam. tut. l. non aliter, ff. de vsu & habit.* 736

Quæsitum fuit, † an hæres pro retentione 737 falcidiæ, habeat ius aliquod.

Respondeo quòd sic, quia dicitur hæres verus creditor. ita gloss. & cæteri Canonistæ *in cap. Raynaldus, de testament.* Ias. *in authent. præterea, C. vnde vir, & vxor.* quia potio † respectu falcidiæ, statim remanet pe- 738 nes hæredes. *l. 1. §. si quis, ff. quorum legatorum,* etiam si res ad legatarium peruenerint. *dicta l. 1. § si quis, l. penult. C. ad legem Falcidiam.* & sic † legatarius non dicetur effe- 739 ctus dominus, dum hæres habet electionem, & arbitrium liberum detrahendi falcidiam. in qua re voluerit. *l. linea margaritarum, ff. ad legem Falcidiam.* & ita intelligenda

est *l. à Titio, ff. de furtis*, vt docet Alberic. de Rosa *in dicta l. linea margaritarum*, & *ibi* Paul. de Castr. *num.* 3. & quòd dominium rei legatæ remaneat penes hæredem, quoad vsque satisfecerit de falcidia, est text. *in l. Plautius, ff. ad legem Falcidiam.* Alexand. *in dicta*
740 *l. lineam, num.* 4. Inde fit, quòd † legatarij non possunt offerre pretium rei legatæ, si in ea hæres vult accipere falcidiam. ita Viu. *decis.* 115. *lib.* 1. *n.* 3.

Reuerendus Ioannes Banus presbyter in præsenti ciuitate, in vico dicto de Naamar-
741 gos, † habebat domum quandam propriam. fecit testamentum, & in eo legauit cuidam consobrinæ suæ domum suam. post quod testamentum, ipse Banus quandam aliam ad latus contiguè domum, titulo emphyteusis adquisiuit, & ad dictam nouam domum aditum aperuit, & sic communiter in duabus domibus æqualiter veluti in vna, habitabat. decessit, nulla facta mentione de dicta noua domo. Legataria petebat dictam domum, prout ipse clericus tempore mortis possidebat; manumissores verò contradicebant, nolentes eidem dare, nisi solam primam domum, quam tempore conditi testamenti possidebat. quæsitum fuit, quid iuris?

742 Respondi † prædictam nouam domum coniunctam domui veteri, comprehendi in legato, & ad ipsam legatariam spectare, & ita in simili casu iudicatum fuisse refert Viuius *lib.* 1. *decis.* 176. *num.* 2. quia domus de nouo empta, quæ erat separata, ex adiunctione
743 postea secuta, tanquam † additamentum factum primæ domui, debet necessariò cedere legato alterius domus. argument. *l. si ex toto, ff. de legat.* 1. *l. cùm fundus, ff. de legat.* 2. text. *in l. quod in rerum natura, §. si quis post testamentum, ff. de legat.* 1. *l. prædijs, §. Titio, & § balneas, & § qui domum, ff. de legat.* 3. facit text. *in l. quod conclaue, ff. de damno infect.* ex
744 eo enim quòd aditus fuit factus, † censetur eadem domus, & ex aditu iudicatur domus adiecta pars & membrum alterius domus. *dicta l. prædijs, §. balnea*, & *ibi* Bart. *ff. de legat.* 3. idem Bart. & alij vniuersaliter omnes, *in l. fin. ff. de seruit. vrban. prædior.* & sic dixi prædictis manumissoribus testamenti dicti Banus, quòd restituerint dictæ legatariæ domus contiguas, prout eas habitabat dictus Ioannes Banus tempore vitæ & mortis illius.

745 Ioannes Miro † fecit testamentum primum iure perfectum. postea secundum æquè iure perfectum fecit, at obliuione Notarij, aut eius imperitia, quia iuuenis erat, non fuit apposita clausula ordinaria, cassans & irritans, &c. fuit dubium inter prædicta duo testamenta, quorum alterum præualeret.

Respondi † secundo testamento esse standum, licèt in eo non reperiretur clausula derogatoria præcedentis testamenti. quia regulariter † posterius testamentum æquè perfectum annullat primum, §. *posteriore*, & *ibi* communiter scribentes, *Instit. quibus modis testam. infirmen.* Corneus *consil.* 7. *num.* 5. *volum.* 4. Roland. à Valle *consil.* 33. *num.* 18. *volum.* 3. Alberic. *in l. si quis in princip. testam. de legat.* 3. quod dicunt scribentes procedere, etiam si nulla testamenta præcederent, quod dictum (salua eorum pace) ridiculum est. cùm † vnicum solum testamentum præcedere possit, *cap. cùm Marthæ, de celebrat. Missar. l. cùm hic status, §. 1. ff. de donatio. inter virum & vxor.* Rimin. cum aliis *consil.* 169. *num.* 5. *vol.* 3. Cephalus *consil.* 519. *vol* 4. & *consil.* 375. *vol.* 3. & adeò, quòd † secundum testamentum primum rollat, & rescecet, vt nullo modo requiratur clausula derogatoria in secundo, vt primum sublatum sit, iuxta tradita per Angel. *cons.* 258. Dec. *cons.* 512. Bertrand. *cons.* 36. *vol.* 7 Roland. *cons.* 33 *num.* 22. *vol.* 3. Laurent. de Pinu *cons.* 18. *n.* 1. 746 747 748 749

Ioanna Roure villæ de la Pobla, † dum 750 esset prægnans, & in extremis partus, testamentum fecit, de posthumo nullam faciens mentionem, quia iudicabant mortuam. decessit ipsa, & statim exciso ventre natus fuit posthumus, qui viuo nato statim baptizato, decessit. quæsitum fuit, † an filius excluderet 751 agnatos.

Respondi quòd sic, quia talis filius habetur pro legitimo nato, & sic ipse in successione præferri debet, vt *in l.* 1. *& toto tit. C. ad senatusconsult. Orphit.* & prædictam hæreditatem patri defert per *l. si infanti, C. de iure deliber.* quia ipsi filio pater successit. *authent. defuncto, C. ad senatusconsult. Tertullian.* non † ob- 752 stante quòd fuerit sectus de corpore matris, natus tamen viuus, quia habetur pro verè nato, & rumpit testamentum. per text. notabilem *in l. quod dicitur*, & *ibi* Bart. *ff. de liber. & posthum.* adhuc etiam, & si statim mortuus esset. per text. notabilem *in l. vxoris, & in l. penult. C. de posthum. hæred. instit.* vbi dato, † quòd 753 posthumus illico moriatur, etiam in manibus obstetricis, nihilominus rumpit testamentum. faciunt notata per Bald. *in l. frater, col.* 5. *C. de suis & legitim. hæred.* vbi concludit, quòd vbi quis accipit feudum pro se, & filiis suis nasciturus, ex iustis nuptiis, quòd hoc casu † comprehenditur etiam filius na- 754 tus, secto corpore matris, per dictam *l. quod dicitur.*

Ioannes Sala caupona, † in suo testa- 755 mento reliquit Mariannæ Sala, vxori suæ quingen

quingentas libras monetæ Batcinon. nulla alia declaratione facta. ipſa habebat in bonis eius viri quingentas libras, quas in dotem illi attulerat. cùm ipſa vidua vltra dotem peteret dictas quingentas libras legatas, oppoſuit ſe hæres dicendo, quòd prædicta quantitas comprehendebat dotem, & quòd maritus dictam quantitatem legauetat, volens illã compenſare cum dicta quan-
756 titate dotali. quæritur, † an dicta quantitas comprehendatut.

Reſpondi quòd non, ex *l.vnic. § primum, in verſic.ſecundum, C.de rei vxoria actione.* vbi Iuſtinianus diſponit, quòd ſublato Prætoris edicto, quod de altetutto fuerat di-
757 ctum, quòd hoc legatum † in dubio non intelligatur relictum animo compenſandi cum dote, eidem vxori debita. facit text. *in l. virilis, verſicul.fin. ff. de legat. præſtan. in fine.* quia maritus à principio voluntariè ſe ad dotis reſtitutionem obligauit.
758 perindéque † in id debitum voluntarium, à principio non debet computari tale legatum. iuxta textum *in l. creditorem, ff. de legatis 2. l. compenſandi, C. de hæred. inſtit. l. ſi ab eo, ff. de negot.geſtis, l.vt debitum, C.de hæredit. actio.*

759 Quæritur vlteriùs, † an fideicommiſſarius in teſtamento poſſit eſſe teſtis.

Reſpondeo quòd aut fideicommiſſatius eſt vniuerſalis, aut patticularis. Inter hos enim eſt differentia, quia licèt directi hæredis exemplo repellatur à teſtimonio teſtamenti fideicommiſſarij vniuerſalis, non ta-
760 men repellitur† legatarius, aut fideicommiſſarius, verùm ſingularis. § *legatarys, Inſtitut. de teſtament.* reſoluit Socin. *in l. ſi quis ita, num.2. & 6. ff de rebus dubiys.* Iaſ. *in l.dictantibus, num.2. C de teſtament.* Alberic. *in tractat. de teſtibus, titulo quando teſtes repellantur ratione affectionis*, Lanfrancus *in tractat. de depoſitiane teſtium num.95.* Tiraquellus *in tractat. ad titulum, C. res inter alios acta, pag.4.* Paul. Pariſ. *conſil.32.ad reſolutionem, num.52.part.2.* & eleganter Maria. Socin. iunior *conſil. 89.*
761 *num.12. 1.part.* quia † ratio propter quam prohibetur fideicommiſſario vniuerſali, nempe quia defunctum repræſentat quodammodo, & totum negotium cenſetur fieri intet eum, & teſtatorem, ceſſat in fideicommiſſatio particulari.

762 Quidam ciuis Barcinonæ † in ſuo vltimo teſtamento vxori ſuæ legauit centum annuas libras, dum vidualiter & caſta vixerat. Euenit quòd ipſa amore bacchata, certo viro quæſtum ſui corporis fecit. Mariti hæres recuſauit eidem legatum ſoluere, quem ipſa citate fecit. ipſe oppoſuit eam inhoneſtè vixiſſe. ipſa hoc negabat, & allegabat, & probabat, ſe caſtè viuete. quæſitum fuit, dato quòd † ipſa tempore quo legatum 763
petebat, caſtè viueret, ſi alio tempore inhoneſtè vixiſſet, an haberet ius ad conſequendum legatum.

Reſpondi † viduam non poſſe obtine- 764
re legatum, quia conſtabat ſe malè vixiſſe, & licèt tempore quo legatum petebat, bene viueret, nil obſtabat. quia ſemel contrauenerat voluntati defuncti, ex quo legatum amiſerat, & † actione ad legatum 765
competente, ſemel amiſſa, ipſa non reconualeſcit, ex *l. Mauius, §. duorum, ff. de legatis 2. l. ſeruus legatus, §.1. ff. de adimend.legat.* & *ibi* Iaſ. *num.8.* Tiraquellus *in tractat. ceſſante cauſa, limit.12. num.4.* Menoch. *de præſumpt. lib.2. præſumpt.186.* Thomas Sanchez *de matrim quæſt.97.*

Sed quæri etiam poteſt, † an filio ſpurio 766
relinqui aliquid poſſit à patre.

Reſpondeo quòd ſic, ſi ſpurius ſit pauper, & mendicet. quia ratione paupertatis legare illi licet, iuxta tradita per Ioannem Andream *in additionib.ad Speculat. tit.de inſtrument. edit. §. nunc verò aliqua, verſicul. continuata in vltima charta.* Bald. *in l. id quod pauperibus, column. penultim. & vltim. C. de Epiſcop. & cleric.* faciunt notata per Tiraquellum *in tractat. de priuileg. cauſæ piæ, in præfatia. mihi pag. 8. verſicul. & facit.* vbi ait, quòd † executor deputatus ad di- 767
ſtribuendum pauperibus poteſt dare ſpurio teſtatoris, ſi pauper ſit, vt ibi pet_
eum.

CAPVT VLT.

De executione cenſualium, & violariorum.

SVMMARIA.

1 *Species facti proponitur circa expoſitionem retroclamis cuiuſdam violarij. & num.2.4.*

3 *Aſſeſſores Baiuliæ generalis poſſunt aliquo caſu conſulere præcedente licentia admodum Illuſtris Baiuli generalis.*

5 *Probare vitam in violarij inſtrumenta contentam, quis teneatur. & plurib. numeris ſeqq.*

7 *Viuere præſumitur quis vſque ad centum annos. & num.10.*

8 *Præſumptio iuris in fauorem alicuius transfert onus probandi in alium. & numeris ſeqq.*

12 *Mulier ſecundò nubens tenetur probare mortem primi mariti,& num.13.*
14 *Viuere quouſque quis præſumatur, cum num. ſequent.*
15 *Exceptio firmat regulam in contrarium in omnibus caſibus non exceptis.*
16 *Regulam habens pro ſe fauorabilius iudicatur.*
17 *Vita expreſſa in violario non eſt principale fundamentum ad petendam penſionem violarij.& n 18.*
19 *Vita quando incidenter conſideretur.*
20 *Viuere quando quis præſumatur, & quanto tempore.& n.21.22.& 23.*
24 *Vitam alligans pro fundamento ſuæ intentionis tenetur illam probare. & num.27. & 28.*
25 *Præſumptio vna tollitur per aliam.*
26 *Viuere quanto tempore præſumatur abſens.*
29 *Mors quando probata dicatur in diuagante.*
30 *Reductio in cenſualibus an locum habeat. & num.ſeq.vſque ad 39.*
34 *Pactum in cuius fauorem ſit appoſitum conſideratur.*
35 *Inſtrumenta duo ſeparata, quando pro vno iudicentur.*
36 *Contractus duo correlatiui pro vno habentur, & quando.*
37 *Reductio cenſualis vt fiat, requirit læſionem intra dimidiam.*
38 *Moram purgare an ſit licitum, & quando in cenſualibus & violarijs. & num. ſequent.*
42 *Canonicum ius priùs obſeruatur in Catalonia deficiente conſtitutione.*
45 *Mora modici temporis non eſt in conſideratione.*
47 *Mora ſecunda quando contrahatur.*
48 *Ius partis quando dicatur factum deterius.*
49 *Hypotheca rei emphyteuticæ ſine domini firma,an valida ſit.& n.ſeq.*
51 *Hypotheca ſpeciali concurrente cum ſola generali, debet excuti priùs ſpecialis, & quomodo num ſeq.*
53 *Creditoribus pluribus concurrentibus,quomodo ſit procedendum. & numero 54. & 55.*
56 *Venditor an & quando præferatur in re vendita alijs creditoribus emptoris.*
57 *Prioritas crediti à quo tempore inſpiciatur.*
58 *Partitis campſorum plena datur fides.*
59 *Scriptura priuata quam fidem faciat.*
60 *Conſuetudo quid operetur.*
61 *Curatores minorum an & quando poſſint bona eorum hypothecare ſine decreto, & quomodo.cum numero ſequenti,& numero 67.*
62 *Scriptura tertij quas exceptiones admittat.*
63 *Reſtitutio in integrum an admittatur in ſcriptura tertij.*
64 *Reſtitutio an habeat locum in modica læſione. & 65.*
66 *Pacta non ſunt frangenda.*
68 *Nullitas tituli an impediat executionem rigoroſam,cum ſeq.& 74.*
70 *Cenſuale debet creari ex pretio certæ pecuniæ.*
71 *Nullitas eiuſdem inſtrumenti, vel ex eo reſultans dicitur probatio probata.*
72 *Poſſeſſorium non habet locum ſi conſtat de nullitate tituli. & n.75.*
73 *Notorius defectus nullitatis quis dicatur.*
74 *Nullitas notoria impedit executionem rigoroſam.*
76 *Depoſitum quantitatis condemnatæ cum ſententia, vbi fieri debeat, & num.77. 78. & 79.*
80 *Excuſſio non habet locum vbi penſio conſtituitur ſuper fructibus alicuius fundi.*
81 *Solutio impoſita alicui fundo ex fructibus illius dicitur onus reale.*
82 *Hypotheca parit actionem realem.*
83 *Agere quando poſſit tertius pro ſuo intereſſe non ceſſis ſibi actionibus.*
84 *Ceſſio an debeat præcedere vt tertius agere poſſit,cum ſeq.*
86 *Iuramentum ſupplet abſentiam tertij,& eum facit præſentem.*
87 *Iuramentum acquirit ius tertio abſenti.*
88 *Iuramentum operatur tranſlationem dominij ſine ceſſione. & 89.*
90 *Exponitur retroclamum ſcitu dignum.& 91. & 92.*
91 *Monaſterium quando teneatur de malè geſtis per œconomum.*
92 *Monaſterium quando dicatur habere ratum factum Procuratoris.*
93 *Vtilitas monaſterij quando dicatur in eius fauorem.*
94 *Pretium quando dicatur verſum in vtilitatem minoris,vel Eccleſiæ.*
95 *Legitimè omnia facta præſumuntur, ſi fiant in executionem præcedentis iuſtæ deliberationis.*
96 *Principium ſemper attenditur in omnibus rebus.*
97 *Pecunia à principio Eccleſiæ vtilis ex poſt facto nil intereſt ſi pereat.*
98 *Creatio cenſualium an poſſit fieri ſine pecunia numerata.*
99 *Executio retroclami an inſtari poſſit non facto depoſito penſionis.*

100 *Excuſ*

302 *Secundus creditor censualista, ex cuius pretio licitum est aliud censuale, prius quando præferatur alijs creditoribus.*
303 *Secundus creditor quando præferatur priori creditori.*
304 *Secundus creditor vt priori succedat debet hoc pacisci.*
305 *Secundus creditor, vt priori succedat cum quo debeat hoc pacisci.*
306 *Cautio idonea qua dicatur.*
307 *Fideiussoribus recusatis quid sit fiendum.*
308 *Creditoribus pluribus contendentibus de prioritate quid fiendum.*
309 *Fideiussores obligatus præstare si eos non inueniat quid facere teneatur.*
310 *Pauper liberatur à cautione fideiussoria.*
311 *Pauper iuratoriam cautionem non præstat secundo si primo fuit periurus ex alia.*
312 *Malus semper præsumitur in eodem genere mali.*
313 *Allodiales domini an præferantur alijs creditoribus in valore rei emphyteuticæ, an verò in cæteris bonis emphyteutæ, cum seq.*
314 *Prælatio respectu quorum bonorum detur.*
315 *Prælationis causa quæ sit.*
316 *Causa commodi cessante cessat & commodum.*
318 *Mulier coram quo indice teneatur se opponere, & 319.*
320 *Æstimatio bonorum per quem iudicem fieri debeat.*
321 *Executor an cognoscat de valore bonorum.*
322 *Iudex quis cognoscat de mulierum oppositionibus.*
323 *Mulier habet electionem de bonis mariti, & quid si eligere recuset.*
324 *Oppositio mulieris an excludat cæteras.*
325 *Filij hæredes matris habent ius opponendi se pro iuribus dotalibus.*
326 *Agens vno nomine non praiudicat sibi in alio.*
327 *Subscribens scripturam vt testis, an sibi præiudicet quoad alia iura.*
328 *Mulieres intra quod tempus debeant se opponere, & 329.*
330 *Executio cœpta contra defunctum, contra hæredem continuatur, etiam clericum.*
331 *Reus an possit euocare causam retroclami à curia ordinaria ad Regiam audientiam.*
332 *Bona quæ dicantur mobilia, & quæ immobilia.*
333 *Censualia computantur inter bona immobilia.*
334 *Pecunia inter quæ bona computetur.*
335 *Pecunia quando computetur inter immobilia.*
336 *Mulier quando faciat cessare executionem in bonis mariti.*
337 *Mulieris oppositio an faciat cessare statim executionem, vel requiratur prouisio supersedimenti.*
338 *Mulieres quomodo satisfiant in suis dotibus & iuribus, & 339.*
340 *Optionis priuilegium competens mulieribus an sit de iure communi.*
341 *Mulier constante matrimonio potest dotem recuperare, & habet optionem.*
342 *Optio quam habet mulier de iure Catalonia an differat ab ea quam habet de iure communi ex l. si constante. ff. solut. matr. & 343. 344.*
345 *Quod ius inspiciatur in dotis exactione.*
346 *Mulier quando possit agere ad dotis solutionem.*
347 *Mulier agit pro dote si ipsi desint alimenta, & num. 348.*
349 *Mulier tunc agit ad dotis recuperationem marito vergente ad inopiam, si inopia superuenerit contracto matrimonio.*
350 *Dispositio de oppositionibus mulierum locum habet vbi mulier non procedit iuxta dispositionem pragmaticæ.*
351 *Oppositionis per mulieres fienda modus latè tractatur.*
352 *Hypothecaria agens contra tertios quid teneatur probare, & suprà n. 277.*
353 *Hypothecata res debet identitatiuè constare.*
354 *Bona penes tertios possessores quomodo exequenda.*
355 *Exequi an possint tertij possessores habentes causam à primo obligante.*
356 *Executiuè non agitur contra tertios etiam si in obligatione adsint clausula constituti & precarij.*
357 *Precarium quomodo sit reuocandum.*
358 *Propria auctoritate quando possit quis accipere possessionem rei hypothecatæ, & 359. & 360.*
361 *Causa retroclami inter vicariam euocata ad Regiam audientiam ipsa absente à vicaria an reuertatur ad ordinarium.*
362 *Causa semel facta consistorialis semper remanet consistorialis.*
363 *Exequi an possit res hypothecata penes tertios possessores succedentes titulo vniuersali, & 364.*
365 *Ad tertios possessores quomodo sit deueniendum.*
366 *Excussionis exceptio an sit opponenda, & quando, & 368.*
367 *Excussionis exceptio est dilatoria.*
369 *Tertij possessores quod ius habeant.*
370 *Excussionis materia multa resolutiones traduntur.*
371 *Creditor instans exequutionem quando pro credito possit rem emere.*

372 Credi

451 *Pœna*

534 Mulier

1 IN † Consistorio causarum ciuilium S. Inquisitionis, fuit ex positum quoddam retroclamum, ad instantiam Magnifici Petri Mas, Medicinæ Doctoris, ciuitatis de Manresa, tam nomine suo proptio, quàm alieno, contra Simeonem Font, aliàs Siratenes, familiarem Sancti officij agricolam termini castri sancti Michaëlis Gali, pro quantitate ter centum quinquaginta librarum, monetæ Barcinonæ, ratione cuiusdam violarij venditi per Iacobum Siratenis (cui vniuersaliter successerat dictus Simeon Font,) venerabili Gaspari Soler Presbytero, durantibus vitis, sua, & fratris Michaëlis Corrons, Religiosi ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo. concordabant partes in processu, quòd decesserat dictus venerabilis Gaspar Soler emptor: de vita autem dicti fratris Corrons erat dubium. Pro † parte dicti Simeonis Font, fuerunt producti tres testes. ex quibus intendebant probare mortem dicti fratris Corrons. qui quidem bene lecti, & perpensi, non probabant, quia primus testis, qui erat frater, Christophorus Gruel, eiusdem ordinis, solùm dicebat, dictum fratrem Corrons, à quatuordecim annis retrò, se absentasse, & quòd à pluribus audierat, illum decessisse, non declarandu, quid aliud. Secundus, qui erat Doctor Franciscus Broquetes, dixit se audiuisse à Nobili quodam, qui dicebat dictum Corrons decessisse, nulla alia circunstantia adiecta. Tertius testis erat frater Marcus Cardona, qui dicebat, se audiuisse quendam Religiosum Carmelitanum dicentem, se in Francia vidisse quoddam sepulchrum, vbi dicebatur sepultum fuisse dictum fratrem Corrons. Ex quibus testibus non poterat dici probata mors dicti fratris Michaëlis Corrons. Hæc causa mihi fuerat commissa decidenda, antequam promouerer ad officium Assessoris Baiuliæ generalis, per admod Illustrem Inquisitorem Ioannem Munyoz de la Cuesta, cui postea successit adm. Illustris Ferdinandus Diaz de Sea. & sic † de licentia mihi concessa, per admod. Illustrem Don Ludouicum de Monsuar de Consilio suæ Regiæ Maiestatis & sui Baiuli generalis Cataloniæ, interueni in decisione dictæ causæ, & viso processu attento, in eo non erat probata mors dicti fratris Michaëlis Corrons, per dictum Simeonem Font, qui eam pro fundamento suæ intentionis allegabat, nec dicti fratris Corrons vita erat probata per dictum Doctorem Mas, qui eam allegabat. Pro dubio partibus tradidi, quis teneretur probare mortem, aut vitam, dicti fratris Corrons.

4 Pro † parte dicti Simeonis Font fuit prætensum, dictum Doctorem Mas debere probare, dictum fratrem Michaëlem Corrons viuere. quia eius vita durante, durabat violarium, & non vltrà, & sic esse fundamentum suæ intentionis. mouebatur ex traditis per Cancer *lib. 3. var. cap. 1. n.* 218. vbi attestatur, se consultum fuisse de simili casu, & ipsum respondisse, quòd † exponens retroclamum, tanquam actor, debebat probare vitam illius, & quòd non poterat debitor

tor violarista compelli ad probandum vitam illius, ex fundamentis per eum traditis, quæ videri possunt. nec aliud in fauorem dicti Simeonis Font allegabant, quàm deducta per dictum Cancer *dicto loco*.

6 E contrario verò, in † fauorem dicti Doctoris Mas allegabatur, quòd ipse non tenebatur probare vitam dicti fratris Michaëlis Corrons. quia ipse habebat intentionem fundatam pro vita dicti fratris Michaëlis Corrons in instrumento mentionata, allegauitque Magnificus N. Fumaz & Despla eius Aduocatus pro eius intentione sequentia fundamenta.

7 Primum, quia dicebat, quòd † dictus Doctor Mas habebat fundatam suam intentionem & præsumptione, & iuris regula, quòd quis præsumitur viuere vsque ad centum annos. per text. *in l. fin. C. de SS. Eccles.* & *ibid.* DD. & gloss. & notat gloss. *in l. 2. ff quemadm. testam. aperiantur.* Bart. *in l. si quis ex argentarijs. § si initium in 2. lectur. num. 25. ff. de edend. & in l. 2. § si dubitetur. ff quemadm testam. aper* Bal. *in l. si quidem. C. solut. matrim.* gloss. Angel. Roman. & Imol. *in l. sed & si de sua. ff. de adquir. hæred.* & *ibidem* Alex. *& in cons. 1. num. 42.* & ab hac non esse recedendum scribit Corneus

8 *in l. si emancipati. num. 5. C. de collat.* Hæc † autem iuris præsumptio pro veritate habetur, & sic transferebat onus probandi contrarium, nempe mortem dicti fratris Corrons, in dictum Simeonem Font, & Siratenes *l. li-*

9 *cèt imperator. de legat.* 1. cum ibi notat. Et † licèt dictus Cancer huic regulæ, & iuris præsumptioni respondeat, duobus modis, vno *num. 221. 222. & 223.* altero verò *num. 224.* inquit enim primò *n. 221.* dictam iuris præsumptionem limitari, cùm quis agendo se fundat in vita alicuius. tunc enim tenetur probare quòd viuat. & allegat Bart. *in l. si inter virum ff. de rebus dubijs*, & ibi Socin paulo ante finem, & Gregorius Lopez *in l. 14 gloss. fin. tit. 14. part. 3.*

10 Hæc † autem limitatio, quam adducit Cancer, verissima est, & bene procedit in casibus, in quibus loquuntur Doctores supradicti, per eum citati, adducti per dictum Cancer *num. 222. & 223.* & Gregor. Lopez

11 *vbi suprà*, scilicet † in casu, & exemplo cuiusdam mulieris, quæ accusabatur, quòd secundò nupsisset viuente primo marito, & actor, seu accusator dicebat, maritum præsumi viuere toto dicto tempore, aut quòd dicta vxor tenebatur probare illius vitam, &

12 respondit Gregorius Lopez, † non iuuare actorem iuris præsumptionem, quinimo dixit, actorem debere probare vitam dicti mariti, tempore quo vxor nupsit secundò, aliàs mulierem esse absoluendam, eo quòd actor imputabat vxori delictum, & totum fundamentum suæ intentionis consistebat in vita primi mariti, quòd esset viuus tempore secundi matrimonij. quod si non constabat, mulier non poterat de delicto imputari.

Secùndum † verò exemplum tradit Gregorius Lopez, *in dicta glossa fin. in fine*, circa petentes annuos redditus, per viam salarij alicuius defuncti, vel aliàs. quia tenetur ostendere illum vixisse toto illo tempore, de quo salarium, vel pensio petitur. hoc enim indubitatum est, quòd isti hæredes, & successores, qui se fundant in vita illius, qui iam erat mortuus, & ei pensio, siue salarium, solùm debebatur de eius vita, à qua iam migrauerat tempore petitionis, & principaliter tractatur, an tot annos vixerit, vt tot pensiones petitæ debeantur. ita declarat Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 49. n 24. in fine.* 13

Hæc erant fundamenta, quæ ex Gregorio Lopez desumpsit Cancer ad dicendum, quòd executor violarij, tenetur probare vitam in violario expressam. quæ quidem fundamenta retorsit dictus Fumas & Despla, ex sequentibus.

Quia † ex supradicta limitatione, & declaratione dicti Gregorij Lopez, & aliorum infertur, quòd standum est supradictæ regulæ, & iuris præsumptioni, in casibus non exceptis, quòd quis præsumatur viuere, nisi probetur mortuus, saltim vsque ad centum annos, si vita non sit principale fundamentum intentionis agentis. quia † exceptio firmat regulam in contrarium, in omnibus casibus non exceptis, & ei standum est. *l. nam quod liquidè, § fin. 1. respons. ff. de pen. legat.* latè Euerard *in loco ab except. ad regulam.* & † in dubio potior est causa illius, qui habet regulam pro se, & pro eo est pronunciandum, nisi aduersarius apertè doceat, per casum legis, illud de quo est quæstio, esse specialiter exceptum. Euerardus *vbi suprà num. 11.* quòd autem in dubio iudicandum sit pro regula, probat text. *in l. fin. C. de hæred. instit. l apud antiquos. C de sat. l illud. C. de SS. Eccles.* gloss. *in l. omnis definitio. ff. de reg. iur.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 30.* Surdus *decis. 104. num. 38.* 14 15 16

Quando † autem Doctor Mas, seu quilibet alius, exponit retroclamum, pro recuperatione pensionum violarij, non se fundat in vita, expressa in instrumento, sed solùm in instrumento violarij, in quo sunt obligationes guarentigiæ, & rigorosæ, ex quibus actio oritur, & non tenetur ad aliud, quàm ad exhibitionem instrumenti, & iuris actiui, & passiui, veluti, quòd sint hæredes respectiuè actoris, & rei, & ita inconcussè seruatur in Regia audientia Cataloniæ, & in omnibus curiis, 17

curiis. quia ex instrumentorum exhibitione, & probatione iuris actiui, & passiui, semper decernitur cōtra obligatum executio. (quod malè fieret, si vita esset probanda) & quotidie experimur in Regia audientia, quod decernitur executio, absque hoc, quòd vita probetur.

18 Et †quòd principaliter non deducatur vita dicti fratris Corrons, licèt ea durante, duraret violarium, sed tantùm principaliter deducatur instrumentum violarij, cuius virtute agitur,probatur ex traditis per Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt.* 49. *num.* 24. *circa finem.* vbi quodam exemplo declarat, quando principaliter, & quando incidenter vita

19 deducatur, vtputa, † si pcto legatum mihi factum, donec talis viuat, principaliter legatum deducitur, vita verò incidenter: principaliter autem ait, quòd vita deducitur. exempli gratia, legata sunt patri meo decem, donec viuet, & pater meus ipse erat tempore mortis octogenarius. dico ego, patrem meum vixisse vsque ad centesimum annum, & ideo esse mihi hæredi soluenda ducenta, quæ patri meo præstanda erant. hîc principaliter hominis vita deducitur, cùm tractatur principaliter, an tot annos vixerit, vel non.

20 Altero † verò modo respondet dictus Cancer *vbi suprà num.* 224. prædictæ regulæ, ac iuris præsumptioni, quòd quilibet præsumatur viuere centum annos,eam limitando, hodiernis temporibus, attento communi hominum viuendi cursu, cùm non procedat vsque ad 60. vel 70. annos, cùm non vltrà communiter viuant, allegando Alciat. *de præs.regul.1.præs.*44 *num.*2. Alex. *consil.*90.*n.*9. *vol.*6.Aloysius de Leo eos refert *in l.fin.n.*45. *C. de SS. Eccles.* quia hæc limitatio non obstat,

21 ex sequentibus. Nam † prædictam regulam non ita absolutè limitant prædicti Doctores, per dictum Cancer allegati. Nam Aloysius de Leo *in dicta l.fin. C. de SS.Eccles. num.*4. solùm ait,limitandam esse dictam communem regulam, vt non habeat locum in regionibus, in quibus homines non viuunt, nisi sexaginta, aut septuaginta annos, per accidentia salutis, quotidie euenientia, allegando

22 Alciat. *præsumpt.*42. & † modernis temporibus, inquit Aloysius, vita hominis non est præsumenda centum annorum, allegando Alexand. *consil.*90. *vol.*6. Non tamen dicunt Alex.nec Aloysius, neque Alciat.*in dictis locis*, hoc simpliciter non procedere,sed habita consideratione Regionis in qua habitare solet. Neque limitant simpliciter ad sexaginta, vel septuaginta annos, cùm possint vsque ad octoginta, vel nonaginta annos. non enim probauit Simeon Font, quòd in ciuitate de

Acac.Ant.de Ripoll Resol.var.

Manresa, seu in illa Regione, vbi pluribus annis vixit dictus Corrons, veluti in regno Franciæ, † quot annos viuere solent, ibi de- 23 gentes, & commorantes. Nec probauetat, cuius ætatis esset dictus Corrons, quando abesse cœpit, nec quanto tempore aberat, quo in loco, an in castris,seu in bello; & si in castris, an multi in conflictu decesserint: si verò nauigauit per mare, an qui cum eo profecti sunt,reuersi fuerint, vel non, de quibus, & similibus circunstantiis, debebat constare vt iudex arbitrari posset, an ille Corrons vineret, iuxta tradita per Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*49 *num.*28.

Ex quibus veniebat † distinctio quædam 24 necessariò inferenda, quam tradit Alciatus *dicta præsumpt.*44.*in fine*,quòd aut qui allegat vitam alicuius, pro fundamento suæ intentionis, & tunc allegantí eam, incumbit onus probandi vitam: aut vita non allegatur pro fundamento principali suæ intentionis, & tunc procedit gloss.*in d.l.fi.C.de SS.Eccl.* nempe, quòd præsumatur viuere, vsque ad centum annos. licèt † hæc præsumptio tollatur 25 per suspicionem contrariam mortis,veluti, si aliquis sit testis contrarium dicens, vel sit fama. quo casu rectè Gregor. Lopez *in d. l.*14. *partit.*3.*gloss.fin.* & Menoch. *de præsumpt.lib.*6. *præs.*49.*n.*22.ait, probari vnico teste, ad effectum diluendi dictam præsumptionem vitæ centum annorum, si testis dicat, se vidisse eum mortuum, & hoc casu signanter facit *l.*14 *part.*3.& ibi Gregor.Lopez *in gloss.*1.*&* 2. quod confirmat de iure communi, quòd † si 26 quis est absens vltra decem annos, in terris, seu regionibus valde longinquis,cùm sit difficillimum probare mortem plena probatione, in terris tam remotis, & distantibus, & tanto tempore, sufficit alleganti mortem, illam per famam probare, inter omnes de illo loco,à quo discessit absens,& vbi morabatur. Si autem dicatur, illum à paruo tempore, nempe à quinquennio, esse mortuum,aut in tali terra, à qua faciliter possit haberi probatio veritatis, tunc mors debet testibus plenè probari, qui deponant, vidisse eum mortuum, & sepeliri. quo casu, non sufficeret probatio per solam famam.

Ex quibus omnibus fundamentis, † reso- 27 lutio quam dictus Magnificus Fumaz & Despla adducebat, pro dicto Doctore Mas, in prædicta causa erat, quòd ipse non se fundabat principaliter, In vita dicti fratris Corrons,& sic non tenebatur eam probare, quia sufficiebat, quòd viueret. Et inde dicebat, quòd dictus Simeon Font, & Seratenis,reus pro sua principali intentione, ad suam defensionem, & extensionem pensionum dicti violarij, allegauit mortem dicti Corrons, &

 in

in ea principaliter se fundauit, ideóque teneri dictum Simeonem Font illam probare, cùm mors non præsumatur, nisi probetur, vt multis probat Mascard. *de probat.concl.* 1069. *num.* 1.

Nullis autem ex modis, quibus mors, secundùm Doctores, probari potest, probata erat, pro parte dicti Sitarenis familiaris rei conuenti.

Ex prædictis pro dicto Doctore Mas, & per dictum Cancer. allegatis, pro sua opinione,

28 adeò controuersa fuit opinio, † an actor teneretur probare vitam, an verò reus mortem, quòd adm. Illustris Inquisitor Sca, & ego, per multos menses in contraria fuerimus sententia, ille existimantes, actorem debere probare vitam; è contra ego, reum tenere probare mortem, fundamentis traditis *à num.* 17. *cum sequent.*

Tandem, quia re considerata, & meritis processus attentis constabat, quòd pro parte dicti Doctoris Mas, solùm erat iuris præsumptio, quòd vnusquisque saltim præsumitur viuere vsque ad octoginta annos, & quòd hæc præsumptio ei debeatur, ex illis supradictis tribus testibus, deponentibus circa mortem dicti Corrons, de quorum dictis, ex lapsu temporis absentiæ dicti fratri Cortons, qui se absentauit maior sexagenario, plusquam viginti sex annis, & sic præsumptio vitæ centum annorum, de iure, in qua se fundabat dictus Doctor Mas, & pro eo dictus Fumas, & Despla, & eius Aduocatus, elisa erat, ex traditis per Ioseph. Lud. *decis. Perus.* 30. *n.* 3. qui ex Marant. *in repetitione l. hic potest. n.* 145. *ff. de ad-*

29 *quir. hæred.* refert, quòd † in eo qui cœpit diuagere, (qualis erat dictus frater Mich. Cotrós) censeatur mors probata, si post quinquennium eius absentiæ, de eius vita dubitetur. quia tractatur de casu reparabili, maximè si agatur de commodo pecuniario, vt ipse Ludou *n.* 4. ibi attestatur. fuit conclusum, & sententiatum, in & cum dicta sententia, lata in

30 mense Octobris 1625. quòd † dictus Simeon Font, & Sitarenes, absolueretur ab obseruatione prædicti iudicij, & ius fuit reseruatum dicto Doctori Mas in alio iudicio, vt in eo obtineret, si probaret vitam dicti fratris Cortons. Nam, licèt exponens retroclamat, agens virtute instrumenti, non teneatur mortem probare, vt suprà dictum est *num.* 17. tenetur tamen probare, si aliqua sit præsumptio in contrarium, pro vt erat prædicto casu, nempe absentia dicti fratris Michaëlis Cortons, per spacium plusquam viginti annorum, qui iam erat sexagenarius, quando fugerat.

31 Die † 18. Nouembr. 1532. penes Petrum Iener Notarium publicum Barcinonæ, Bartholomæus Carbonell Matalasetius, ciuis Barcinonæ, vendidit duas petias terræ sitas in territorio de Vilafranca de Panades, in parochia de Santa Fe, Antonio de Monserrat, dictæ parochiæ, pretio septuaginta librarum. pro quarum solutione, cùm dictus Antonius Monserrat non haberet pecuniam ad soluendum dictas septuaginta libras, eadem die, & hora interuenientibus eisdem testibus, penes eundem Notarium, & sic vnico contextu, creauit quoddam censuale, annis singulis soluẽdum dicto Bartholomæo Carbonell, & suis hæredibus, & successoribus, quantitatis quatuor quatteriarum, & mediæ, tritici boni, & receptibilis, cum facultate luendi duabus æqualibus solutionibus. In anno 1597. Iacobus Monserrat, hæres, & successor dicti Antonij Monserrat, in curia Regentis vicariam Barcinonæ, per viam querelæ causam introduxit, contra coniuges Guiots, passamanerios, ciues Barcinonenses hæredes dicti Bartholomæi Carbonell, quæ ad Regiam audientiam fuit euocata, & commissa Magnifico Iacobo Puigmija de Regio Consilio. scriba causæ Tio. in qua dictus Antonius Monserrat prætendebat, reductionem dicti censualis esse faciendam, attenta læsione valoris tritici, & quantitatis dictarum septuaginta librarum, pretium dicti censualis.

Fuit igitur orta quæstio, † an haberet locum hoc casu reductio dicti tritici, ad pensionem ordinariam, ita quòd non teneretur soluere dictus Monserrat, dictis coniugibus Guiots, nisi septuaginta solidos, pro quolibet anno. fuit per Magnificum Relatorem die 28. Februarij 1614 lata sententia, & cum ea declaratum, reductioni petitæ locum esse, & sic dictum Monserrat non teneri soluere, nisi ad rationem septuaginta solidorum pro quolibet anno: non verò triticum ad dictam mensuram quatuor quatteriarum, & mediæ. 32

Consultus † à dictis Guiots, consului in causa supplicationis probari, prædictas petias terræ hodie etiam maioris esse valoris, quàm eo tempore, quo fuerunt venditæ, & aliæ qualitatis, quæ probatæ fuerunt, & sic resolui, quòd si frumentum hodie erat excessiui valoris, etiam petiæ terræ augmentanerant in valore, & per consequens, non esse locum dictæ sententiæ, sed potiùs esse reuocandam, & in meliùs commutandam. motus fui ex sequentibus. 33

Primò, quia † si excessiuus apparebat contractus, cùm in eo essent soluendæ quatuor quatteriæ tritici, pro pensione ad respectum septuaginta librarum, pro pretio, debebat, in fauorem dictorum coniugum Guiots, 34

haberi

haberi ratio, quòd hodie valor dictarum petiarum terræ erat etiam maior. ita quòd, habito respectu de vna re ad aliam, nulla læsio poterat considerari. tum etiam, quia in manu dicti Monserrat, erat luere dictum censuale duabus æqualibus solutionibus, videlicet, de triginta quinque libris in vnaquaque. quòd quidem erat in consideratione, vt non fieret reductio, iuxta notata per Gasparem Rodriq. *de annuis redditib. lib. 1. quæst. 12. n. 15.* faciens differentiam, quando census frumentarius fuit impositus gratia ipsius venditoris, & imponentis supra se prædictum annuum censum: à prædicto autem casu æratis claré apparebat, fuisse censum impositum, gratia illius, qui emerat.

35 Tum etiam, quia † licèt apparerent duo instrumenta, nempe primum venditionis dictarum petiarum terræ, & aliud incatricationis censualis frumentarij. tamen, quod pro vnico instrumento erat considerandum, cùm essent correlatiua, & vnum sine alio esse non poterat, & sic accessoria erant adinuicem,

36 vnde † vnus contractus pars substantialis alterius dicitur. Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 5. tit. 3. num. 8.* adeò quòd actio quæ oritur ex vno, competit pro alio, quod confirmat ex *l. fundi partem. ff. de contrah. empt. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de actio. empt.* idem Mantic. *lib. 2. tit. 3. num. 6. & 20.* vbi melius quàm alibi. idem *lib. 3. tit. 15. num. 48. & 50.* Bald. *consil. 440. num. 6. lib. 5.* Alc. *consil. 44. num. 3. lib. 8.* Aucharan. *cons. 72. num. 3.* Bald. *in l. petens, num. 49. C. de pact.* Corn. *cons. 288. n. 7. & 8. lib. 3.* Alexand. *cons. 90. num. 8. vers. nec obstat. lib. 3.* Dec. *cons. 45. num. 5. & cons. 544. num. 19. & cons. 61. num. 4.* quos refert Mantica *dicto lib. 3. tit. 15. num. 50. tom. 1.*

37 Existebat † etiam probatus respectiuè valor tritici, & petiarum terræ, si hodie vendendæ erant, & sic habito respectu, non erat læsio intra dimidiam, quæ debet reperiri, vt reductio habeat lòcum, ex prædictis fundamentis, fuit reuocata senrētia primitiua Magnifici Iacobi Puixmija, cum sententia lata die 26. Nouembr. 1616. referente Magnifico Hieron. Seniust. ex quibus constat, reductionem census frumentarij, non habere locum, nisi læsio intra dimidiam existat.

38 Ab † hac sententia fuit supplicatum per dictum Monserrat, & in tertia instantia fuit confirmata prima, lata per dictum Puixmija, nescio quibus motiuis, Deus scit. Intellexi postea ab Aduocato dicti Monserrat, quòd moti fuerunt, quia considerarunt duos contractus perfectos, & separatos. Primum in venditione rei, alium in creatione census, & sic, quòd læsio erat in secundo contractu, & quòd de primo non poterat haberi ratio, cùm suam perfectionem recepisset, quod est contra notata per Mant. *vbi suprà, n. 6. & 20.*

In † creatione censualium, & violariorum, de stylo solet poni clausula, quòd intra annum, vel biennium, noua melior obligatio detur, aut dicto tempore elapso, incidat talis promissor in pœnam solutionis pretij ipsius censualis, seu violarij, quòd cedat in luitionē dicti censualis, seu violarij, fuit quæsitum, an lapso termino, ipso iure, possit absolutè talis promissor exequi, ad dictam quantitatem soluendam, vt non possit moram purgare, dando de nouo meliores obligationes, iuxta promissionem præcedentem. 39

Prima facie videbatur dicendum, † non esse locum purgationi moræ, ex eo quòd fuit apposita pœna, in vim conuentionis, & pacti, & sic ab homine pœna apposita dicitur. quo casu, secundùm communem opinionem, non solet esse locus moræ purgationi, iuxta tradita per Alex. *in l. si insulam, in princip. ff. de verb. oblig.* Nihilominus tamen 40

Respondeo, quòd † aut ius creditoris est factum deterius, eo quòd, qui censuale præstat, incipit vergere ad inopiam, aut ex alia causa sit non soluendo; & hoc casu non poterit lapso anno moram purgare, quia ex hoc ius creditoris cœpit esse deterius. Aut ius creditoris non est factum deterius, quia est in eodem statu, & fortuna, in qua erat tempore, quo censuale, seu violarium, supra se incarricauit, & hoc casu, non erit compellendus, prædictum censuale luere, quia locus est moræ purgationi, maximè in hoc principatu, vbi † deficiente expressa constitutione, disponente in aliquo casu, ad ius Canonicum est recurrendum, ex dispositione constit 40. anni 1599. De † iure autem Canonico, semper moræ purgatio admittitur, ex text. *in cap. suam, de pœnis.* & ibi gloss. *verbo persolutis, circa fin.* vbi obligatus ad certam præstationem, certa die, aut ad certam pecuniæ quantitatem, soluta parte debiti, & acceptata per creditorem, lapso tempore non potest postea ad pœnam agere. quia † mora censetur purgata, & sic re integra purgari potest, dummodo non fiat ius alterius partis deterius. ex traditis à Ripa *in l. si insulam. ff. de verb. oblig.* faciunt tradita per Albet. *in l. si merces. §. vis maior. ff. locat.* vbi attestatur, quòd † mora modici temporis non est in consideratione. non enim dicitur morosus, qui differt, quando dilatio de sui natura non infert damnum. *l. si in lege. §. colonus. versic. quod si in paucis. ff. locat.* & sic refert fuisse decisum in hoc supremo Regio Senatu, Nobilis à Peguera *decis. 131. volum. 1.* licèt enim † ex sententia Iasonis *in d. l. si insulam, num. 8. ff. de verb. oblig.* appareat, quòd vbi duplex mora esset, non deberet habere 41 42 43 44 45 46

habere locum purgatio, & sic videretur di-
47 cendum, quòd † lapso termino diei solutionis destinatæ, & postea exposito retroclamo (quod factum est secunda mora) non esset locus moræ purgationis, tamen etiam si duplex mora interuenerit, si ius actoris non est factum deterius, purgabitur mora, & hic est casus decisus à Regio Senatu, de quo Peguer. *vbi suprà.* in quo casu aderat lapsus diei, pro prima mora, & pro secunda expositum fuerat retroclamum, vt insinuant verba illa, *Ac si lite inter eos mota ipse Titius velit moram purgare, dando æquiualentem specialem obligationem, quam iudicialiter obtulit.* nam si deterius factum sit ius alterius, non poterit.

48 Sed dicet aliquis, † quando dicatur alterius ius, factum deterius.

Respondeo, quòd tunc dicitur ius alterius factum deterius, quando ipse debitor cœpit bona per eum possessa, alienare, rum & si intelligat, debitorem censualistam agere de transferendo suo domicilio, iuxta notata per Speculatorem *in tit. de iudicijs, §. 1. col. pen. vers. quid si fideiussor.* quem sequuntur Canonistæ *in cap. fin. de fideiuss.* Hipp. de Marsil. *in tract. de fideiuss. num. 216.*

49 N. † Sado, & eius vxor vendiderunt Nobili Petronillæ de Iunyent, Moniali monasterij B. Mariæ de Montiscon quoddam violarium, pro cuius pensionum securitate specialiter obligauerant quandam domũ, quam dicti coniuges habebant in præsenti ciuitate Barcinona, in vico del Ospetal, iuxta la Riera den Prem. decreta fuit executio pro pensionibus decursis, & pro pretio dicti violarij fuerunt alij quamplures creditores, in concursu bonorum dictorum Sedons, inter quos prætensum, & deductum fuit, quòd ex eo quòd dicta domus specialiter hypothecata erat, sub directo allodio & dominio piæ eleemosynæ Sedis Barcinonen. nulla erat obligatio hypothecæ de dicta domo, quia non erat firmatum instrumentum violarij per dominos allodiarios.

Respondi, hoc esse verum, habito respectu ad ius antiquum ciuile, cæterùm de iure Cataloniæ, hoc non seruari. quia nullibi habemus constitutionem annullantem obligatio-
50 nem, vel † hypothecã rei emphyteuticæ, sine firma ratione dominij. quia de iure nostro municipali, prædicto casu disponitur, quòd obligans rem, sine firma domini, incidat in pœnam duplicati laudimij, ex *constitutione 1. & 3.* quæ incipit, *als ascandols. tit. de iure emphyt.* & sic obligatio prædicta valida fuit iudicata, licèt firmamentum domini non extiteret. quanto magis, quòd dictum instrumentum erat firmatom per Capitulum Sedis Barcinonę, quod erat dictarum domorum dominus directus, & ei solutum fuerat iam laudimium de pretio dicti violarij.

Fuit † venditum quoddam censuale per 51
Titium Sempronio, pro cuius securitate obligauit generaliter omnia sua bona, & specialiter quendam fundum, quem habebat. postea ipse Titius venditor contraxit cum alio, & ei pro securitate contractus solùm obligauit bona sua generaliter. euenit quòd primus creditor voluit recuperare aliquas pensiones sibi debitas, decerni executionem in bonis dicti venditoris, generaliter obligatis. pro parte secundi creditoris fuit oppositum, non posse executionem decerni in bonis generaliter obligatis, quin priùs executio decernatur, contra rem specialiter hypothecatam. & sic dubium extitit, an exceptio discussionis opposita locum haberet.

Respondi, prius esse exequendam rem specialiter hypothecatam, quàm bona in generali obligatione comprehensa. nam licèt appareret, quòd erat in arbitrio primi creditoris, executionem decernere, contra bona generaliter obligata, quia cùm esset ipse anterior creditor, licèt habebat specialem hypothecam, non debeat ei nocere, quo ad bona generaliter obligata, cùm regula generalis sit, quòd qui prior est tempore, potior est iure. tamen, quia quoties primus creditor habet hypothecam specialem, ex qua potest satisfieri, non poterit ad cætera bona generaliter obligata peruenire, vt exequantur, ex *l. quamuis 2. C. de pignor. & hypotec.* & ibi glossa *verbo, interim,* quia, vt ait Imperator, *in dicta l. 2.* si certum est, posse eum ex his quæ specialiter hypothecata sunt, vniuersum exigere debitum, non posset ad cætera bona ipsius debitoris peruenire, sed † de primis 52
debet satisfieri. quam legem vnicam esse attestari Baldum *in cap. 2. de offic. delegat.* & Cremens. *sing. 43.* refert Couarr. *lib. 3. variarum cap. 18. in principio*, declarans dictam legem tantùm loqui † in concursu creditorum, 53
ita vt dicto casu tantùm seruetur, videlicet, quando plures creditores simul concurrunt; non verò quando contra obligatum, vel eius hæredes, vel † quando contra tertium 54
possessorem rerum obligatarum, habentem ius, & causam à primo debitore. nam his casibus, quando agitur contra eundem obligantem, vel eos, qui ab eo habent ius, & causam, non poterunt tales hæredes, seu possessores, talem exceptionem opponere, quòd prius exequatur specialis hypotheca, quàm ad generalem obligationem perueniat. Si † tamen in obliga- 55
tione illa adsit clausula, quòd ex speciali obligatione nullum fiat præiudicium generali obligationi, tunc poterit executio decerni

cerni, contra bona generaliter obligata, absque hoc, quòd ad specialem hypothecam priùs sit recurrendum, & secundùm hanc sententiam fuisse iudicatum in Senatu Neapolitano, refert Franchis *decis.5.num.1.*

56 Iacobus Puiol sartor, † mutuauerat Iacobo Busquets mercerio quadringentas libras monetæ Barcinonæ in partita banci Iacobi Font, & Gabrielis Ruis, olim campsorum præsentis ciuitatis. postea quibusdam elapsis annis, dictus Busquets firmauit debitorij quoddam instrumentum dicto Iacobo Puiol,& promisit restituere prædictam quantitatem,sub pœna scripturę tertij,& aliorum. peruento die solutionis, exposuit dictus Puiol tetroclamum contra dictum Busquets, & eius bona.opposuerunt se executioni, Nobilis Hieron.Vila, Nobilis Petr.Regues,& Nurius Ioan. Sortibes, prætendentes illos esse præferendos dicto Iacobo Puiol, quia licet ipse erat prior, habito respectu ad tempus partitæ, tamen erat posterior dictis Nobilibus, habito respectu ad tempus, quo dictus Busquets debitorij instrumetum firmauerat. Dubium extitit, an prioritas temporis computaretur à die qua realiter pecunia fuit mutuata, vel à die, quo dictum debitorij instrumentum fuit firmatum.

57 Respondi,† prioritatē temporis esse desumendam à die partitæ,in qua realiter pecunia fuit numerata, non verò à tempore, quo instrumentum debitorij fuit firmatum, ex se-

58 quentibus.Primò,quia † ex stylo inconcusse seruato in omnibus tribunalibus Cataloniæ, partitis extractis à libris campsorum, nummulariorum, siue bancorum, ita datur plena fides, ac si essent publica instrumenta, manu Notarij clausa.quæ generalis consuetudo potuit seruari, per text. *in cap.cùm dilectus,de fide instrum.* latè DD.& signanter Ias.*in l.quadam. §.nummularios, n.2. ibi,secundò noto.ff.de edend.* est decisio Genuæ 38. Ambros. *col.1. & 2. in princ.* ex quibus,sicuti *in l.scripturas.C.qui potio.*

59 *in pignor.hab.* disponitur,quòd † scriptura priuara, trino teste notata,& solemnizata,habet ex dicta lege vim publicæ scripturæ, & præfertur publico instrumento posteriori.ita erit censendum de debito probato ex partitis

60 campsorum,cùm dicta † consuetudo illis det prædictam auctoritatem. *l. omnes populi. ff. de iust.& iure.* faciunt notata *in l.1.ff.de leg.1.* de prædictis scripturis idem censet Soc.*cons.240.* circa præsentem consultationem, *vol.2.* Ant. Neguf. *de pignor.membr.2. quinta partis, n.47. & 48.* asserens, tales partitas, etiam contra tertios creditores,probare. Soc.*in d.cons.240.* dicens, ita fuisse consultum per præstantissimos DD.optimi iudicij, & conscientiæ,Ioan. Petrucium de Perusio, in suo consilio, quod incipit, *Conabor*, & idem videtur concludi in dicta decis.Genuæ 38.*n.3.* ex quibus apparet, tempus anterioritatis crediti, esse desumendum à tempore partitæ, & numerationis pecuniæ,non verò à tempore instrumenti.

Franciscus Flaquer mercator,† medio instrumento debitorij, cum scriptura tertij, in curia Regentis vicariam Barcinonæ continuata, se obligauit soluere Iacobo Ferret Equiti tres mille libras monetæ Barcinonæ, de quarum solutione constabat ex partitis factis in tabula cambij præsentis ciuitatis,quòd debitoriū erat contentū tribus instrumentis. Mortuo dicto Flaquer, hæredibus institutis eius filiis,curatores eorum se obligarunt vnico instrumento,ad soluendum dictam quantitatem manumissoribus testamentariis dicti Iacobi Ferrer.Non interposito decreto in dicto instrumēto, dicti manumissores, aduenta solutionis dilatione, retroclamū exposuerūt, contra bona dicti Flaquer,per curatores suorum filiorum possessa. fuit decreta executio prompta, per Magnificum Hieron. Seniust eius causæ Relatorem, existente scriba illius N.Agramunt, cui executioni se opposuit vidua Flaquer,pro sua dote, & sponsalitio. pro parte curatorum fuit deductum, quòd dicta executio rigida,non poterat fieri,nisi per præceptum de soluendo intra decem. quia mortuo dicto Flaquer,executio nō poterat rigida decerni,contra illius bona,& sic curatores nō poterant, in duriorem causam, sine decreto, bona minorum obligare,& saltim decretum, cum causę cognitione debuisse interponi,orta dubitatio fuit. Ego,cùm essem Aduocatus dictorum manumissorum dicti Iacob.Ferrer, defendi, executionem rigidam prouisam, ex secundo instrumento, firmato per curatores dictorum pupillorum Flaquers, debere ad vlteriora progredi, nec eam posse retardare deducta per dictos curatores dictorum pupillorum Flaquers, ex sequentibus. 61

Primò,quia † priuilegium scripturæ tertij omnes exceptiones repellit, nisi solutionis veræ,aut depositi:vt ex tenore illius,& obseruantia continua apparet.Exceptio autē defectus decreti, nullius erat considerationis.quia ea quæ à curatoribus fuerant facta, erant in executionem contractus, iā à patre facti.quo casu etiamsi alienationis speciem contineat, decreto opus non est. ex *l.magis puto. § si pupillus ff.de rebus eorum.l.1.C. quando decret.opus non sit.* maximè in nouatione contractus.Magon.*decis.22.* Floren.& sic cùm obligatio curatorum esset in executionem contractus paterni,& sic necessarij,non indigebat decreto. 62

Neque † restitutionis in integrum beneficium imploratum, locum habere dicebam. quia secundùm priuilegium scripturæ tertij, 63

nulla exceptio admittenda erat, nisi solutionis, aut depositi, vt in terminis Beninten. *decis.* 85. Ant. Canar. *in tract. de guarentigio instr. q.* 21. Guido de Suffa *in tract. de guarentigio instrum. n.* 13. nulla læsio considerari poterat in obligatione facta à curatoribus, cùm non ad maiorem quantitatem, neque ad plus se obligassent, quàm erat obligatus dictus Flaquer, imò commodo pupillorum in dicta obligatione prospexerant, cùm solutio eis fuisset dilatata, quod quilibet diligentissimus pa-
64 terfamilias fecisset. quo casu † restitutio cessat, etsi læsio aliqua modica esset. *l. verum.* §. *sciendum ff de minor. l. fin. C. de in integr. rest.* latè Oddo *de restit. in integr.* 1. *p. quæst.* 23. *art.* 12.

Et licèt exceptio vsurarum, pro parte minorum opponeretur, dicebam, non esse in consideratione. quia talis exceptio locum habere poterat, quando euidentissimè constaret, dictam vsurarum exceptionem in iure fundatam esse, & appareret ex probationibus factis, sententiam in eorum fauorem proferendam esse. quod factum in processu
65 non constabat, & sic, non constito† de læsione, vera non erat concedenda restitutio glossa *in l. interdum, verbo, sed dumtaxat. ff. de minor.* Bald *in l.* 1. *C. si aduers. venditio. pignoris. l.* 1. *C. si aduersùs solutionem.* Curt. iun. *in l. nam & postea.* §. *si minor ff. de minor.* Rom *cons.* 90. Gozad. *cons.* 44. *n.* 8. Natta *cons.* 481. *n.* 13. *& con-*
66 *sil.* 631. *num.* 22. quia † iniquum est, vt ob minimum damnum deberent pacta & conuentiones bona fide initæ, rescindi, contra *l. quod si minor.* § 1. *ff. de minor.* quæ vult, vt non omnia gesta cum minoribus rescindantur.

67 Prædictis † tamen non obstantibus, dictus Magnificus Relator, facto per eum verbo die 22. Aprilis 1606. prouidit supersedendum esse in executione rigorosa. ex quibus habemus, curatores non posse fine decreto bona minorū executioni promptæ obligare.

68 Quidam † exposuit retroclamum contra alium, pro aliquibus pensionibus alicuius censualis, quæ sibi debebantur, exhibitque titulum, in quo constabat, dictum censuale esse creatum pro dotis restitutione, de cuius dotis solutione non constabat, petebátque se manuteneri in possessione, seu quasi, recipiendi annuas pensiones dicti censualis.

69 Quæsitum fuit, † an actor esset manutenendus, & conseruandus in sua prætensa possessione, attento quòd constabat ex titulo, per eum exhibito, de nullitate creationis: cùm esset creandum, cum pecunia numerata, aut saltim de mercibus æstimatis, ad certam pecuniæ quantitatem, cùm pecunia certa emptionem veram faciat. Rodriquez *in tract. de annuis & menstruis redditibus, lib.* 1. *quæst.* 13.

Respondet quòd † non, Ludouic. Molina *de iust. & iure, tractatu* 2. *disputat.* 390. asserens communiter hanc esse sententiam receptam, maximè cùm constet ex eodem instrumento, quo casu dicitur probatio proba- 70
ta. iuxta tradita per Natta *cons.* 563. *num.* 30. Menoch. *de recuperan. possess. remed.* 1. *quæst.* 19. *num.* 231. Anton. de Butrio *in cap. vlt. in* 6. *notab. de tempor. ordin.* Vant. *de nullit. processus, tit. quis possit dicere de nullit. n.* 11. infinitos refert Farinac. *tom.* 1. *de delict. & pæn. q.* 21. *n.* 23. 71

Neque † prætensum possessorium locum habere dixi, quia defectus tituli obstabat, iuxta tradita per Bero. *familia. quæst. quæst.* 3. *num.* 7. ex mente Card. *in Clem. vnic. quæst.* 16. *vers. oppono. de causa possessio. & propriet.* Notorius † autem defectus proprietatis, dicitur ille, de quo constat in actis, secundùm ea quæ tradit Crauet. *cons.* 299. *num.* 7. *p* 2. Cancer *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 55. *& seq. vers. ex quibus habeo.* Gail *lib.* 1. *obseruat.* 127 *num.* 5. Abb. & DD. *in cap dilecti. de appellatio.* Vant. *de nullitate process. tit. coram quo nullitas proponi possit, num.* 4. *&* 7. quia † ex nullitate notoria, executio rigida impeditur. Alex. *cons.* 33. *lib.* 1. *in fine*, & hanc communem esse dicit Bartol. quem alij sequuntur, *in l.* 4. §. *condemnatum. ff de re iud.* Oldrad. *cons.* 106. Vant. *in titulo de nullit. process. titulo, quid sit nullitas, num* 22. Et † obstante nullitate tituli, non habet locum possessorium. refert Sarmient. *select. interpret. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 5. *&* 6. Ioan. Gutier. *cons.* 6. *n.* 12. Gonzales *in reg. Cancellariæ* 8. *de mensibus*, & alter *gloss.* 15. §. 1. *num.* 9. 72 73 74 75

Comminabatur † executio contra Nobilem Don Ioann. de Vilanoua, ad instantiam Ioannæ Simon de Nicort, & Michaëlem de Sinespleda, pro pensionibus alicuius censualis, pro cuius pensionibus expositum fuit retroclamum. lata sententia, & executione iam decreta, dictus Nobilis Ioannes de Vilanoua, vt magis grauaret dictos agentes, quantitatē retroclamatam deposuit in tabula cambij villæ Papiniani. Consultus ego (cùm essem illius Aduocatus) vt exhiberem partitam ibi factam, ad docendum, iam paritum esse sententiæ, dixi, non fuisse factum depositum, vt erat fiendum, & sic, quòd partita illa non censebatur legitimè facta; ipse verò Nobilis Vilanoua, quia suis cogitatis noluit acquiescere, alium conduxit Aduocatum, qui intrepidè defendebat suam opinionem, fundans se in eo quòd dicti litigantes, tam vnus, quàm alius, erant dictæ villæ, & sic, quòd ipsis erat communis patria. tum, quia ipse Valanoua non erat obligatus, soluere pensiones censualis, nisi in loco domicilij dictorum Nicort, & Sinespleda agentium, iuxta pactum in censualibus apponi solitum, nempe, 76

pe, quòd solutio fiet in loco domicilij emptoris censualis.

77 E contrario verò defendi, nempe † solutionem prædictam non esse legitimè factam. quia prædicta solutio, pactata intelligitur, vbi debitor censualista, singulis pensionibus cessis, soluit singulis annis suam pen-
78 sionem. nam † tunc in loco domicilij erit facienda: hic autem sumus in solutione fienda ex iudicati causa. & hoc casu defendi, esse prædictum depositum per Nobilem Ioannem de Vilanoua fiendum in præsenti ciuitate, ad soltam Magnifici Relatoris. motus ex Alex. *cons.75. n.7. in fin. lib.7.* Tiraquel. *de retract. connent.* §.4. *gloss.7. n.11.* Carroc. *de depos.2. p. q.69. n.1.* Roland. à Valle *cons.63. n.32. lib.1.* Cancer *var resol. lib.2. cap.4. n.32.* faciunt tradita per Batt. *in l. acceptam, quæst.13. C. de vsur.* sequitur Boër. *decis.114. n.9.* Socin. *consil.302. n.3.* Afflict. *decis.150.* Caualca. *decis.26. n.3. de contract.* Aduocatus verò nouus dicti de Vilanoua, insistebat in dicto deposito, me semper contradicente. fuit lata sententia, referente Magnifico Michaële Sala. facto verbo
79 die 5. Iulij 1617. qua fuit declaratum, † depositum factum per dictum de Vilanoua, non fuisse legitimè factum in villa Perpiniani, sed in tabula Barcinonæ esse faciendam, tanquam in loco iudicij, & quòd dicti agentes transcriberent in tabula cambij villæ Perpiniani quantitatem, per dictum de Vilanoua scriptam, eidem Nobili Ioanni de Vilanoua, & quòd depositum fieri debeat in loco iudicij, tenet Afflict. *decis.150. num.11.* Caualcan. *de contract decis.26.3 part.* Boër. *decis.114. n.9.* Viu. *decis.384. n.4.*

80 Quidam † vendidit quoddam censuale, generaliter obligando omnia sua bona, & specialiter quendam fundum, sub expressa clausula, quòd ex fructibus dicti fundi soluerentur annuæ pensiones, cum omnibus clausulis assuetis. Euenit, quòd iste fundus fuit alienatus, & sic ad tertias manus peruenit. Creditor censualista à tertio possessore voluit pensiones recuperare. iste oppofuit exceptionem discussionis. quæsitum à me fuit, an locum haberet.

81 Respondi quòd non, sed quòd † absolutè poterat creditor à possessore fundi pensiones recuperare. motus fui, quia ex tali pacto videtur onus illud reale, soluendi singulas pensiones, fundo esse iniunctum, ex *l. hactenus*, iuncta gloss. *verbo, ab eo, ff. de vsufruct.* tenet Roman. *cons.388. n.8. in princ.* Faber *in* §. *Seruiana, col. pen. de act.* Dec. *cons.164. col.3. vers. bene verum est.* Boër. *decis.295. n.17.* & secundùm hanc sententiam decisum fuisse in Senatu Portugaliæ, refert Anton. de Gamma *decis.145. num.1. in fine*, dicens hanc eandem sententiam tenere Couarr. *lib.3. var. cap.7. n.6.* dicentem, quòd † licèt prædicta conuentio 82 videatur solùm actionem personalem comprehendere, verùm realiter, & de facto hypothecaria est. ita etiam Ferrer. *in addition. ad Guid. Papæ, decis.432. versic. nam quoties aliquod onus imponitur*, &c. & secundùm hypothecariam obligationem iudicabitur, excepta excussionis exceptione, quæ, inquit Couar. prædicto casu, locum non habebit, cùm possessor prædicti fundi absolutè, absque aliqua discussione, possit conueniri de primo, per creditorem censualistam.

Excellentissimus Admiratus Castellæ, tempore † venditionis factæ de Comitatu 83 Osoniæ, Vicecomitatuum de Bas, & de Cabrera, cùm vniuersitates de Aytona, Miquinensa, & de Seros, quę erant spectabilis Marchionis de Aynona supra illas, se incarricassent, quoddam censuale emptum per monasterium B. Mariæ de Monserrat, ad quarum vniuersitatum securitatem, & indemnitatem, dictus Admiratus indemnitatem firmauit, obligando, & hypothecando, pro euictione dictarum vniuersitatum, de Seros, & Miquinensa, terras, villas, & alia omnia dictorum Vicecomitatuum. Euenit, quòd dictæ vniuersitates de Seros, &c. propter expulsionem Sarracenorum, fuerunt deuastatæ, monasterium de Monserrato cupiebat satisfieri in dictis censualium pensionibus, & cùm propter dictam depopulationem, & deuastationem dictarum vniuersitatum de Seros, ab illis recuperare esset difficile, desiderabat exponere retroclamum contra vniuersitates Vicecomitatuum de Cabrere, virtute instrumenti prædictæ indemnitatis, firmatæ per dictum Admiratum. Consulti tres Aduocati dicti monasterij de Monserrato, an videlicet posset exponi prædictum retroclamum, contra dictas vniuersitates dictorum Vicecomitatuum, duo fuerunt in voto quòd non poterat, ad instantiam dicti monasterij, exponi tale retroclamum. quia † prius debebat 84 fieri cessio per dictas vniuersitates, de Seros, & Miquinensa, dicto monasterio de Montserrato, de indemnitate, quam illis Admiratus firmauerat. moti ex *l. cùm res, C. de donat. l. quoties, C. de donat. quæ sub modo*, §. *alteri, Inst. de inutil. stipul.* Bald. & Salicet. *ibid.* Tiraquel. *de retract. consang.* §. 1. *gloss.14. n.116.* tradunt Iaf. Paul. Batt. *in l. stipulatio ista*, § *pen. ff. de verbor. oblig.*

Prædictis tamen non obstantibus, ego fui in contraria sententia, nempe, † posse expo- 85 ni retroclamum, ad instantiam dicti monasterij, contra vniuersitates dicti Vicecomitatus, ex sequentib. quia in dicto instrumento firmato, per dictum Excellentissimũ Admi-

Ss 4 ratum

86 tatum interpositum est iuramentum,† quòd
supplet absentiã partis, & facit ipsam absen-
tem præsentem. norant Alex. & Ias. *in l stipu-
tio ista,§ alteri,Inst.de inutil.stip.* Alex.*cons.* 31.
*col. pen. vol.6. & cons.*66. *col. pen. & cons.* 185.
col.fin. vol. vlt. quos refert Roland. *consil.* 19.
87 *n.*29.*vol.*1. vbi dicunt, quòd † iuramenrum
est tantæ potentiæ, quòd ex stipulatione al-
teri facta, adquiritur absenti ius,etiamsi ne-
mo sit, qui pro eo stipulationem recipiat, ex
doctrina glossæ, quam dicunt singularem,*in
cap.quoties cordis oculus,*1.*q.*7.*verbo , & per te,in*
88 *fine,*Roman.*cons.*76.dicens,quòd † iuramen-
tum operatur translationem dominij, sine
cessione. quia iuramenrum habet vim iudi-
cij. *l nam postea,§ si is qui pro tẽporali,ff.de iure-
iur.*sed ex iudiciali actu actio quæritur vtilis,
sine cessione.*l.in causa §fin. de procur.* ergo ex
dicto instrumento indemnitatis absque ces-
sione dictarum vniuersitatum, poterat di-
ctum monasterium de Montserrat agere.
Imol.*in cap.cùm contingat.de iureiur.* Butr.*ibid.*
Felin.*in proœm. Decretalium,glossa,verbo seruus.*
Bertrand.*consil.*95.*col.*2. *vol.*2. Rubeus & Ale-
xand.*consil.*73. *col.*3. *& cons.*117. *col.*3. *in fine*,
tradit & sequitur Cæsar Barci. *decis. Bonon.*
26 *n.*10.*&* 12. asserens,veriorem sententiam
89 esse,quòd † virtute iuramenti actio adquira-
tur,etiam si cessio non fuerit facta.tradit Gu-
tier.*de iuram.confirm.* 1.*part. cap* 68. *n.*1. & sic
visis fundamentis istis,omnes concordarunt,
quòd cessio censetur facta, vbi iuramentum
interuenit,& quòd ex hac causa poterat mo-
nasterium de Montserrato rettoclamum su-
pradictum exponere, non obstante quòd
cessio specificè in eius fauorem non fuisset
facta, & sic expositum fuit in Regia au-
dientia.

90 Dominus † Pertus de Erill, dominus qui
dicitur esse del Alui, præstabat annis sin-
gulis quoddam censuale certæ annuæ pen-
sionis monialibus monasterij de Montision
præsentis ciuitatis. Euenir,quòd fuit exposi-
tum retroclamum, ad instantiam Ioannis
Garro, Procuratoris Priorissæ,& monasterij
prædicti, & dictus Garro, vnà cum Valenti-
no Ferrer, Regio Alguacitin, se contulit ad
dictum locum del Alui,& cogitantes exequi
grana quædam, quæ erant recondita in hor-
reis dicti castri, tanquam propria dicti No-
bilis Petri de Erill,vendiderunt ea,& partim
transmiserunt ad dictum monasterium. quæ
grana erant Ioannis Ingles, villæ de Reus,
cuius eram Aduocatus. Euenit, quòd dictus
Garro non erat soluendo, consului, quòd in
eadem causa retroclami, coram eodem
Magnifico Relarore, qui erat Magnificus
Ioannes Gallego, & scriba causæ N. Cor-
tes, se opponeret dictus Ioannes Ingles, pe-
tendo excessum fuisse commissum, per di-
ctum Procuratorem, & quòd, attento quòd
ipse non erat soluendo, & omnia gesta per
eum, facta fuerant de ordine, & mandato
Priorissæ & Conuentus, quòd peteretur pro
parte dicti Ingles,quòd † monasterium con- 91
demnaretur ad reficiendum damna secuta
ex tali venditione,dicto Ioanni Ingles,& ita
fuit prouisum per dictum Magnificum Ioan-
nem Gallego Relatorem die 15.Septembris
1611.cum hac adiectione respectu monaste-
rij(quatenus esset versum triticum in vtilita-
tem monasterij) à qua prouisione fuit pro
parte monasterij supplicatum, quæ prouisio
fuit confirmata, facto verbo in causa suppli-
cationis, referente Nobili Don Petro Solet,
hoc prouiso, & intellecto, quòd in bonis di-
cti Valentini Ferret, (qui erat mercis execu-
tor) non fieret executio, nisi in subsidium,&
priùs facta excussione in bonis dicti Garro,&
dicti monasterij.

Postea dictæ † prouisionis confirmatæ, in 92
causa supplicationis, fuit facta prouisio de-
creti executionis, die 12. Iulij 1619. attento
quòd conditio illa apposita in prouisione
(quatenus constet versum in vtilitatem Ecclesiæ)
erat verificata,& probata, eo,quia constabat
in processu, ex epistolis scriptis per Priorissam,
fuisse cum illis, per eam mandatum di-
cto Ioanni Garro,eius Procuratori,quòd tri-
ticum transmitteret per mare,ad præsentem
ciuitatem,& per dictum Ingles,cum testibus
fuit probatum, triticum fuisse in porticu
Tarraconæ missum in cymbam, & transmis-
sum ad præsentem ciuitatem, à qua decreti
executionis prouisione,fuit supplicatum pro
parte dicti monasterij, & referente Magnifi-
co Hieronymo Astor die 23.Iunij 1620. fuit
confirmata.

Quòd † autem triticum illud fuisset ver- 93
sum in vtilitatem prædicti monasterij, pro-
baui, quia monasterium legitimè congrega-
tum, constituerat Procuratorem suum, di-
ctum Ioannem Garro, cum facultatibus in
instrumento expressis, & sic cùm monaste-
rium à principio legitimè processerit, omnia
inde secuta, legitimè facta iudicantur, iuxta
notata per Menoch. *de præsumpt. lib.*3.*præ-
sumpt.*84.*per totam.* vbi omnia legitimè facta
dicuntur, & † pretium versum in vtilitatem 94
minoris, quoties minor à principio adhibuit
omnes solemnitates, ad celebrandum con-
tractum. Lucas de Penna *in l.*3. *C. de apochis
public. lib.*10. *præsumpt.*178. & cùm manda-
tum factum sub dicta forma,& ad finem præ-
dictum, sufficit, quòd ex postfacto Priorissa
solùm ordinaret,quòd triticum transuehere-
tur ad præsentem ciuitatem. quia facta deli-
beratione à Capitulo, ad aliquod opus,
omnia

omnia postea quę facit Prælatus,& eius confessio,præiudicat Ecclesiæ,iuxta gloss.& Cynum *in authent. hoc ius porrectum*, *C. de sacrosanct.Eccles.cap.cùm dilectus,de ordin.cogn.cap.t. de dolo & contumac.*sufficit enim,quòd à prin-
96 cipio fiat † in vtilitatem Ecclesiæ, licèt non permaneat semper. docet Abb.*in cap.pen.n.8. vers.sed aduerte, de fideiuss.* & ibi Cardin. *q.1.* Anchar.*n.10.* Alciat. *in l.ciuitas, n.7. ff.si cert.*
97 *pet.* vbi dicebat, † mutuata pecunia Ecclesiæ ad aliquod opus, si à principio fit vtilis,postea fortuitò pereat, perit Ecclesiæ, docet ex mente multorum Mascard. *de probat. conclus. 1166.n.37.* Menoch. *de arbitr. lib.2. centur.5. casu 432.n.41.*
98 Creatio † censualium,& violariorum, an licita sit, & permissa, si non fiat in pecunia numerata,sed in specie,veluti ex tritico, vino,seu alia mercede, vide tradita per Anton. Oliba ad Vsat. *alium namque,de iure fisc.cap.9. n.14.* Rodriquez *in tract at. de annuis reddit. lib.1.quæst.13.* Ludou.à Molina Theologum *de iust.& iur.tractat.2.disput.390.* Thesaur.*decis.154.* & de censualium creatione per Prælatos super bonis Ecclesię,vide eundem Oliba *cap.14.n.16. cum seq.* & an possint exequi per curiam secularem, vide eundem *in c.14. num.15.& 16.*
99 Facto † deposito vnius pensionis, potest quis petere, censuale nulliter esse creatum, vt infrà dicemus. Quæro nunc, quia se offert, an possit quis absque deposito instare idem.

Respondeo quòd potest, videlicet ante tempus solutionis, & sic absque deposito, quotiescumque solutio pensionis non retardabitur; prout fuit declaratum per Ioannem Gallego die 21.Augusti 1602.in causa Francisci Augusti, contra Antonium Atmengol ciuitatis Tarraconæ.Notario causæ Bas,postea Cortell.

100 Expositum † erat quoddam tetroclamum, contra Petrum principalem debitorem, & contra Paulum fideiussorem. Euenit, quòd fuerunt excussa bona primi debitoris,& vendita: non sufficientibus illis, ad debiti solutionem, contra fideiussorem fuit prosecuta executio, & ipse opposuit exceptionem discussionis contestata lite,noua bona peruenerunt iterum ad verum debitorem. fideiussor opposuit iterum exceptionem discussionis. dubium fuit quæsitum,an locum haberet.

Respondi quòd poterat exceptio discussionis opponi, non obstante quòd lis fuisset contestata cum fideiussore, & hanc sententiam tenent Anton. de Fano *in tract. de pign. 8.part.membr.1.num.41.* Hippol. de Marsil. *in l.1.§.si quis vltro,n.27.ff.de quæst.* Gregor. Lopez *in l.24 tit.13.partit.5. verbo primeramente, limit.8.* vbi postquam retulit opinionem tenentium, non esse locum exceptioni discussionis, lite contestata, allegando plures Doctores eam tenentes, *in vers.contrarium tamen tenet Raymundus*, resoluit veriorem esse hanc opinionem, nempe, † excussionis exceptionem locum habere, etiam lite cōtestata cum fideiussore, si post litem contestatam bona peruenerint ad verum debitorem. 101

Quidam Rector amicus, reliquerat Rectoriam ad pensionem annuam cuidam clerico, qui in forma Cameræ se obligauerat, soluere annuam pensionem suis certis terminis. decessit ille, qui se obligauerat, & dicta Rectoria prouisa de nouo fuit cuidam clerico, à quo primus Rector volebat pensionem exigere; possessor verò Rectoriæ negabat, illam obnoxiam fuisse solutioni prædictę pensionis. Actor † petiit se cōseruari,& manuteneri, in possessione percipiendi eam. econtrario possessor dicebat, sibi non constare de obligatione, & sic petebat sibi titulum exhiberi. 102

Respondi quòd, attento quòd ipse actor iustificabat ex solutionibus sibi factis, per partitas in banco præsentis ciuitatis, sibi per quatuor annos fuisse solutam prædictam pensionem, quòd non tenebatur ostendere bullas, † iu causa possessotij,quam intentauerat. fundamentum quod deduxi erat de *l.cogi, C.de petit.hæred.* & ex *l.vlt §.pen. ff eod.* vbi quando quis longo tempore, veluti quadriennij, aut decennij, est in possessione,nec habet contra se iuris præsumptionem, tunc non tenetur talis actor titulum producere, sed tantùm probare debet possessionem, & communem reputationem, vt tradit Innoc. *in cap.transmissam, de elect. & in cap. quia cunctis, de præbend.* & ita fuit decisum in Rota Roman. *de restit. spol. decis.* 1. aliàs 4. *in nouis.* faciunt plura tradita per Mascard. *de probat. concl.1339. per totam.* vbi latè per eam disputat,quando † spoliatus possessione,vel agens possessorio exigendi pensionem, teneatur probare titulum suæ possessionis, ad quem recurrere quis poterit. 103 104

Virtute † cuiusdam tetroclami expositi, fuit vendita quædam domus in encantu publico, legitima subhastatione facta, id est, seruata forma & termino. euenit, quòd ad instantiam rei, fuit venditio nulla declarata. ipse volebat rem venditam recuperare. quæsiuit, an posset. consului quòd non, ex *decis. 660.* Vincent.de Franchis,qui dicit hoc casu non esse locum ad recuperandam rem, sed agendum esse ad pretium, vt infrà latiùs *num.448.* 105

Cùm † cessio bonorum remedium sit, quo debitores miserabiles à molestia creditorum 106

torum suorum liberantur, resolutiuè hîc referam, vbi decisa reperiuntur plura dubia, quæ longa commentatione, in locis referen-
107 dis inuenientur. Quid † sit cessio bonorum? ad quid introducta, & an possit huic beneficio renunciari? & quid de renunciatione simplici, & quid cum iuramento, & an facta respectu vnius creditoris, prosit quoad alios? quid cedens facere teneatur? coram quo iudice? an saltem iuratoriam cautionem teneatur præstare? quid si cessio fuerit in fraudem facta, & quid si cedens bonis ad pinguiorem peruenerit fortunam, facere teneatur? vel an sit liberatus? prædicta omnia tractantur, & referuntur à Nobili Ludouico à Peguera *tom.2. decis.1.per totam.* Guido.Papæ *decis.211.* decis. Rotæ *in antiq.177.& 211.& 567.* Roland. à Valle *consil.7.lib.2.* Thesaur. *decis.35.*

Cùm, iuxta suprà tradita, cessio sit remedium pro miserabilibus personis introductum, ne carcere grauentur; quæsitum fuit,
108 an † semper respectu priuati creditoris, admittatur cessionis remedium.

Respondeo, quòd si debitum sit ex contractu, quòd semper habebit remedium cessionis, ex quocumque contractu descendat. ita Angel. *in §.fin. num.5. Instit.de actio.* & ex suprà relatis auctoribus patet. Thomas Cerdan *in suo veriloquio, in tract. de visit.* Cancer *cap.14.num.4.*

109 Si verò † debitum procedat ex delicto, etiam si ad partem pertineat pœna, non poterit cedere bonis. quia quando quis ob crimen multatur in pecunia, ob pœnam proprij delicti, etiam si ea pœna sit satisfactio damni, ipsius criminis proximè illati, licèt ea pœna respectu alterius, sit interesse damni illati, tamen respectu culpæ ipsius delinquentis, vera, & propria pœna censetur. & sic, casu
110 inopiæ, † in corporalem pœnam commutabitur, ex text. *in cap.finem litibus, de dolo & contumac.* gloss. *in cap.reprehensibilis, verb.proprium, de appell.* refert Peguer. *decis.68 num.3.tom.1.*
111 Si verò † debitû ad fisci patrimonium pertineat, & ex delicto descendat, nullo modo admittetur talis debitor ad beneficium cessionis; sed necessariò tenebitur, aut soluere pe-
112 cuniariam pœnam, aut † illius commutatio fienda erit in corporalem, ne delictum remaneat impunitum. Salicet. *in l.1.n.7.C.qui bonis ced.possunt,* ex *l.1.§.fin.ff.de pœn.* Si verò debitum quod ad fiscum pertinet, non procedat ex delicto, sed ex contractu cum fisco celebrato, tunc locus erit cessionis beneficio, & poterit debitor fisci cedere bonis, & erit cessio admittenda contra fiscum, dummodo debitor non latitet, nec se occultet, sed compareat, debitum confitendo, & bonis cedendo, vt latè Peguer. *d. decis.68. n.8.& 9.* Thesaur. *decis.82.*

Circa † concordiam factam inter credito- 113
res Marchionis de Ayrona, & ipsum Marchionem, inter emptores censualium reperiebantur tres, qui eodem die firmauerant, alter tamen eorum soluit priùs pretium censualis, quod inseruierat pro emptione Comitatus de Osona, & Vicecomitatus de Cabreta, & Bas. tempore dictæ concordiæ fuit controuersia inter dictos censualistas. nam qui priùs soluerat pretium, prætendebat esse præferendum duobus aliis, qui tardiùs illud soluerant, allegando quòd sua venditio prius erat perfecta, ex solutione pretij, quàm duæ aliæ. Inuestigando quid iuris esset, inueni Iacobum Cancerium *tom.3.var.cap.1. de act. & obligat.* vbi à principio hanc tractat quæstionem, latissimè resoluens *num.21.* quòd † ob- 114
ligatio in instrumento censualium desumatur à tempore obligationis firmatæ, licèt non subsequatur statim solutio, & sic resoluimus quòd attento quòd omnia instrumenta venditionum erant firmata eodemmet die, omnes concurrebant æqualiter in credito, & in tempore, licèt alius soluisset pretium prius. latam hanc dubitationem tractat Cancer *vbi suprà,* ad quem recurrendum erit, si quis rationes pro vtraque parte considerare velit.

De † pacto de retrouendendo apposito in 115
creatione censualium, & de pacto redimendi, de † indemnitatis promissione facta per 116
principalem fideiussoribus, & quando dicatur † fideiussorem diu stetisse in obligatio- 117
ne, tum, & quando creditor censualista possit agere, vt meliorentur obligationes? de † læ- 118
sione censualis, & fideiussorum, & de iuribus eorum, vt liberentur à fideiussione. Et † an 119
fideiussores possint emere à creditoribus censualia, in quibus sunt fideiussores? & an hoc casu in eius fauorem decurrant pensiones? & † an creditor censualista possit cedere 120
suas actiones fideiussoribus, in præiudicium principalis debitoris censualistæ? & † an 121
possit apponi pactum in creatione censualis, de eo luendo? & quo pacto talia pacta admittantur? & de fideiussione minoris, in contractu censualis? & † an requiratur læsio, 122
& quanta, vt minor restituatur? & quid probandum veniat in prædictis casib. vide Fontanellam *de pact. nupt. tom.1. claus.4. gloss.18. 3 part.per totam,* & de pacto luendi vide Farinac. *tom.1. decis.115.* & Don Ludouic. à Peguera *decis.192.*

In † hæreditate cuiusdam erant tres cre- 123
ditores diuersorum temporum. euenit quòd vnus ex eis, qui posterior erat tempore, erat maior amicus illius, & sic ipse debitor, ex pecuniis quæ ad eius manus peruenerunt, spre-
tis

tis duobus creditoribus anterioribus, soluit tertio creditori, qui posterior erat. Creditores anteriores citarunt posteriorem prædictum creditorem, volentes ab eo pecuniam solutam recuperare. quæsitum fuit, an locum haberet talis recuperatio.

Respondi non posse talem solutionem retractari. quia post solutam pecuniam non est
124 locus auocationi illius, ex eo quòd † à manu debitoris exiuit, & ad manus creditoris peruenit, censetur consumpta, quo casu non est locus recuperationi. *l.si alieni nummi, ff.de solut.* pluribus enim creditoribus existentibus, ille dicitur porior creditor, cui soluta est pecunia. *l.si non expedierit, ff.de bon auctor.iud. possid.* imputetur enim anterioti creditori, si in recuperatione fuit morosus, argumento *l.pupillus, ff.quæ in fraud.credit.* ex quo prodi-
125 tum est illud dictum, † vigilantibus, & non dormientibus, iura subueniunt, & secundùm hanc sententiam decisum fuisse attestatur Afflict. *decis.190.per totam,* & Surdus *decis.60. n. 9.* asserens, hoc esse verum, etiam respectu illius, qui habet hypothecam, reddens ratio-
126 nem, quia † eum solutione illius quod debetur, tollatur obligatio, *princip Instit.quibus mod. toll. oblig.* sicut debitor ampliùs non potest molestari à creditore, qui pecuniam recepit, ita nec ab aliis, qui causam habent à
127 venditore. quia † iste non poterat in alium plus iuris transferre, quàm ipse habebat. *l.lex*
128 *qua persona, C.de rei vindicat.* Si tamen † ipse posterior creditor, qui pecuniam accepit, fideiussionem dederit, pro pecuniæ securitate; licèt eam consumpserit, poterit talis pecunia auocari à posteriori creditore, cui soluta pri-
129 mò fuit. quia † cautio conseruat pecuniam, ac si realiter non fuisset consumpta, sed verè extaret. *l. 1. & 2. ff. de vsufruct. earum rerum, l.procuratoris, §.fin ff. de tribut.act.* Hetingius *in tract.de fideiuss.cap.15.num.27.* Vincent.de Fraoch. *decis.75.num.9.* Monter. *decis.4.n.28. Regni Aragon.* quia hoc casu, pecunia extante, certum est priorem creditorem præferendum esse.

Ex constitutione 4. huius tit. *de execut.censualium,* & aliis iuribus Cataloniæ habetur,
130 in † executione censualium, & violariorum, in quibus interuenit scriptura tetti, non admittuntur nisi exceptiones, de quibus ibi. fuit expositum quoddam retroclamum, contra aliquem censualistam; ipse verò soluerat pensionem suo principali accepto, chirographo sua manu scripto. quod quidem chirographum fuit omissum. dubium fuit,
131 an † hoc casu haberet locum exceptio solutionis opposita, quam volebat probare, medio iuramento illius, qui receperat, & chirographum scripserat.

Respondi, quòd si absolutè reus conuentus, qui vult solutionem probare, non se funder in alio, nisi, vt pars aduersa iuret, si recepit, vel non. hoc casu esse admittendum iuramentum, nec posse recusari, nec differri. quia tale iuramentum maius robur habet, quàm probatio, cum † releuet reum ab one- 132
re probandi. & in hac sententia fuit Purpurat. *in l.manifestæ turpitudinis, ff.de iureiur.* quia
per † iuramentum partis inducitur confes- 133
sio, quæ vera probatio dicitur, refert Auendaño *de exequend.mand. Princip. 1.part.cap.6.* Mencha. *de success.creat. §.23.n.31.* Suarez de Paz *in sua praxi cap.3. 4.part. tom.1. num.39.* quos refert Gutier. *practic.quæst.lib.1. q.117. n. 3.* & est hæc exceptio conformis litteræ dictæ constitutionis tertiæ, in illis verbis, *exceptio de paga, o, satisfactio.* quæ verba legalem satisfactionem inducunt. quia † statu- 134
tum, permittens opponere exceptionem solutionis, † censetur etiam permittere exce- 135
ptionem liberationis. Crotus *cons.254 n.11. cum sex seqq.* faciunt tradita per Natta *consil 438.n.12 & 13.* iuxta quam resolutionem decisum fuisse in Senatu Pedemont. refert Thesaut. *decis.256.* & in iudicando hanc esse seruandam attestatur Octauian. *decis. Pedem. 97.num. 9.* & alios refert Gutier. *vbi suprà, num.4.*

Iuxta prædictam constitutionem quæsitum fuit, an † & prædicta constitutio quarta, 136
sub tit. *de execut.censualium,* excludat alias exceptiones legitimas, veluti † exceptionem rei 137
non traditæ, prerij non soluti, & similes.

Respondeo, quòd licèt hæ exceptiones non exprimantur in constitutione, sunt admittendæ, quia † cùm nõ sint expressè exclu- 138
sæ, censentur admissæ, si sint exceptiones subsistentes, & habeant eandem rationem, quam habent aliæ, vel maiorem, iuxta text. *in cap.ex parte, de off.deleg.* ponderando, quòd † valet 139
argumentum à rescripto ad statutum, iuxta tradita per glos. *verb.quinquennij, in l.ita nobis, C.ad leg.Iul. de adult.* vbi, licèt textus admittat aliquas † exceptiones, ibi enumeratas, at- 140
testatur tamen dicta glossa, non excludi alias exceptiones similes. facit text. *in l. 1. §.denique, ff.quod vi, aut clam.* vbi glos. & Bart. *in §.& parui refert, num.3.* nam † exceptiones quæ 141
sunt considerabiles, non censentur exclusæ, sed solùm illæ, quæ friuolæ sunt, iuxta plurimorum Doctorum sententiam, quem refert Curt. iunior *in l.3.§.si is pro quo, num 4 ff.quod quisque iuris.* hanc sententiam, circa interpretationem legum Regni Castellæ, admittit Gregor.Lopez *in l.10.gloss.verb.supiere, tit. 12. partit.5.* Ioan. Garcia *in regul.438 n.11.* Practic.de Paz *cap.3 tom.1. part.4. n.34.* sequitur Gutier. *pract.quæst.lib.1.cap.110.num.4.* dummodo

141 modo † probentur tales exceptiones intra decem dies, assignatos per dictam constitutionem, & quòd exceptio hæc, quæ ex confessione partis dependet, non censeatur sublata per dictam constitutionem, probatur ex traditis per Asin. *in sua praxi* §.3 t. *cap.* 39. *n.* 1. *&* 2. ex sententia Baldi *in l. si vnus*, § *pactus ff. de pact.* Felin. *in cap. ex parte, limit.* 14. *de off. deleg.* & ex pluribus fundamentis per eum relatis, quæ necesse esset omnia tradere, si referenda essent. sequitur hoc, & confirmat Viuius *lib.* 1. *decis.* 173. *num.* 10.

Quæritur vlteriùs, circa intellectum dictæ 143 constitutionis, † an prædicta constitutio excludat exceptiones, quæ oriuntur ex visceribus instrumenti, cuius executio instatur.

Respondet Bart. quòd non. *in l. si filius, ff. quod cum eo.* Anton. de Butr. *in cap. cùm Bertoldus, vers. quintus casus, de re iudic.* probant hoc ex *l. veteris ff. de itin. actúque priuat.* gloss. *in l.* 1. *ff. de tabul. exhibend.* Angel. *in l. tale pactum*, §. *qui prouocauit, ff. de pact.* Tiraquel. *in tractat. de vtroque retract. l.* 1. § 4. *gloss.* 1. *num.* 36. *& seq.* Asin. *in sua praxi* §.3 t. *cap.* 30. & hoc est tenendum.

144 Quæritur vlteriùs, † an per dictam constitutionem censeatur exclusa reconuentio.

Respondeo, hanc quæstionem tractari à Ioanne Gutierrez *pract. quæst. tom.* 1. *quæst.* 112. *per totam.* referente secundùm leges regni Castellæ, vbi similis lex nostræ constitutionis viget, vbi quærit, an reconuentio admittenda sit in causis executiuis? resoluens ex plurimorum sententiis, quos refert *in fine num.* 1. reconuentionem in causis executiuis locum non habere, propter rationes, quas ibi tradit *num.* 2. *&* 3. hanc tamen generalem resolutionem limitat, dicendo, 145 quòd † reconuentio locum habet, si ea opponatur, & nulla contradictio fiat per actorem, vel si reconuentio fieret ex alio instrumento, habente executionem paratam. quæ quidem resolutio, iuxta nostram constitutionem, erit admittenda; cùm illius dispositio ad litteram sit conformis, *l.* 1. *&* 2. *tit.* 12. *lib.* 4. *noua recopilationis regni Castellæ*, & sic nil differant, quoad prædictum dubium.

Quæri etiam poterit, iuxta dispositionem 146 dictæ constitutionis, † an locum habeat exceptio compensationis.

Respondeo, compensationem locum habere in prædictis causis executiuis. ita Medices *in tractat. de compensat. cap.* 20. *per totum*, maximè, si probetur instrumento liquido, aut per testes intra tempus à constitutione præfixum, decem dierum. Mier. *ad constitut.* 5. *de execut. censual.* Afflict. *decis.* 163. quin-147 imò † meliorem esse hanc exceptionem, quàm reconuentionis, docet Gutier. *de iurament. confirm.* 3. *part. cap.* 6. *num.* 2. prout ipsemet refert *lib.* 1. *practic. quæst. cap.* 111. *in fine.* nam compensatio dicitur solutio, licèt ficta. Bart. & Bald. *in l. Iulianus, ff. de condit. & demonstrat.* faciunt tradita per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 48. *num.* 34. & licèt Mieres super hac constit. *n.* 4. dicat *mihi fol.* 541. quòd † de æquitate potest admitti; secus verò, secundùm strictam disputandi rationem, habita ratione ad litteram constitutionis: 148 existimo tamen, talem exceptionem non reiici, etiam strictè dictam cõstitutionem ponderando, quæ magis videtur repellere exceptiones, quæ per testes veniunt probandæ, ne lis differatur; secus verò, quando per instrumenta in promptu exceptiones probandæ veniunt.

Circa dictam constitutionem quæritur, an † secundùm eam, in executione censualium, & violariorum, possit opponi exceptio 149 læsionis allegatæ, prætenso remedio restitutionis in integrum, per minorem.

Respondeo † impediri executionem censualis venditi, & originaliter per minorem creati, ex *l. perfecti, in princip. ff. de minor.* facit 150 *gloss. fin. in l. vnic. C. si de moment. possess. fuerit appellat. versic. sed his spretis.* est in hac opinione Abb. *in cap. cùm ex litteris, num.* 2. *de in integrum restitut.* tenet Bart. *in l.* 4. §. *condemnatum, num.* 5. *in fine, ff. de re iudic.* loquens in executione sententiæ. Ripa *in dicta l. num.* 30. *&* 31. & *ibi* Alex. *num.* 26. Afflict. *decis.* 356. hanc sententiam sequitur Lancelot. *de attentat.* 2. *parte cap.* 8. *num.* 20. *cum pluribus sequentib.* Oddo *de restit. in integrum, quæst.* 42. *art.* 1. *num.* 2. iuxta quæ † poterit opponi exceptio erroris calculi, iuxta tradita per Boër. 151 *decis.* 115. Padilla, relati à Gutier. *de iurament. confirmat.* 1. *part. cap.* 41. *num.* 28. Similiter, contra prædictam executionem, poterit opponi † exceptio causæ non existentis in obligatione, secundùm tradita per Ias. *in l. iurisgentium*, §. *quod ferè, num.* 14. *ff. de pact.* Rebuff. 152 *in tractat. de litterarum oblig. in præfat. num.* 15. *& sequent. tom.* 1. *fol.* 56. sequitur Gutier. *de iurament. confirm.* 1. *part. cap.* 47. *num.* 5. *&* 15. sic & erroris exceptio, quæ incontinenti, vel intra decem dies poterit probari, debet admitti, ex traditis per Gutier *pract. lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 28 *&* 29.

Quæritur iuxta dictam constitutionem quartam, an † obligatus sub dicta forma, si ad vitandam executionem soluerit, & postea repetere velit quantitatem solutam, possit eam recuperare. 153

Respondeo quòd sic. iuxta ea quæ notant DD. *in cap. debitores, de iureiurand.* quia prædicta constitutio non prohibet recuperare indebita soluta. verba enim constitutionis nil

nil de hoc casu loquuntur, nempe, de recuperatione quantitatis, indebitè solutæ; sed solùm repellit exceptiones, ad hoc, ne impediatur rigida, & prompta executio; non verò repetitionem ex condictione indebiti. &
154 sic, † cùm verba constitutionis sint stricti iuris, sunt strictè interpretanda, maximè cùm sint exorbitantia à iure communi. iuxta notata per DD. *in l. quidquid adstringendæ,*
155 *ff. de verborum obligat.* qui tenent, quòd † solutum vigore statuti indebitum, potest postea exigi condictione indebiti, ex quadam iuris æquitate exceptionis non admissę postea verificatæ, vt in simili tradit Viuius *decis.* 175. *num.* 1. faciunt notata per Straca *in tractat. de mercatura, tit. quomodo in causis mercatorum procedendum sit, num.* 27. dicens, quòd cùm exceptio hæc indebiti non admittatur in obligatione, ad excipiendum, & docendum, se non esse obligatum, poterit ad-
156 mitti † talis exceptio, & sic cùm non sit disputatum de hac qualitate, poterit postea de ea tractari, ex Bart. *in l.* 1. §. *& parui, ff. quod vi, aut clam.* Salicet. *in l.* 1. *in fine, C. de condict. indebit.* Bart. *in l. Iulianus verum debitorem, num.* 12. *ff. de condict. indeb.*

Quæritur circa dictam constitutionem 4.
157 sub tit. *de executio de censals,* † an sint aliæ constitutiones, vel iura patriæ, quæ sibi conforment.

Respondeo, coniungendas esse cum dicta constitutione quarta, constitutionem quintam, & priuilegium septimum, *lib.* 4. *pragmatic. sub tit. de action. & obligat.* vbi similes exceptiones admittit, de quo suo loco, Deo dante, videbimus. Ad prædictam autem constitutionem faciunt plura, quæ tradit Rebuff. *in tractat. super Regia constitut.* 1. *de littera. obligat. gloss.* 9. Bec. *consil.* 12. *num.* 54. *& sequent. & num.* 67. *vsque ad finem.* Castrens. *in l. item quia*, §. 1. *ff. de pactis.* Bart. *in*
158 *l.* 1. §. *quod vi, aut clam.* vbi ait, quòd † stante statuto, excludente exceptiones, non censetur excludere plures, quas ibi enumerat, penes quem videri possunt.

In dicta constitutione quarta, adest verbum, *constar per carta publica.* quibus verbis disponitur, quòd de solutione debeat constare per publicum instrumentum. quæritur,
159 an † deficiente instrumento, possit probari solutio per testes.
160 Respondeo, quòd cùm † probatio, quæ fit per scripturam, dicatur euidentissima probatio. *l. licet causam, C. de probat. cap. auditis, de in integrum restitut.* Anton. de Butt. *2. notabili,* iuxta tradita per Decium *in cap. licet causam, num.* 10. *de probat.* non posse solutionem probari per testes, quoad impediendam executionem, iuxta tradita per Specu- lat. & Abbat. *in cap.* 1. §. *fin. de probat. versic. sed pone.* Angel. *in authent. vt sine prohibitione matris, column.* 7. *in fine.* Alexand. *consil.* 36. *viso processu, in princip. lib.* 5. quos allegat, hanc resolutionem tradens, Decius *in cap.* 2. *de probat.* Ancharan. *consil.* 351. in quæstione prædicta Mieres ad hanc constitutionem, *num.* 5. vbi ait, quòd † licèt per pactum 161
quis non possit se adstringere ad certam speciem probationis, statuto tamen, (vt hîc) potest obligari. quia à lege hoc casu adstringitur, vt non differatur executio, nisi apocha, seu instrumentum ostendatur. Inde tamen ait, quòd † ad iustificandam exce- 162
ptionem oppositam, non admittuntur aliæ probationes, iuxta text. *in l. testium, C. de testib.* Bart. *in l. quicumque, C. de apochis public. lib.* 10. Nota tamen, quòd licèt ex testium probatione non possit exceptio solutionis probari, poterunt tamen † testes 163
produci, & recipi, ad probandam solutionem, ita vt, probata solutione per eorum dicta, compellatur ille, qui recepit apocham, firmare, iuxta notata per Salicetum *in l. si quis argentum*, §. *fin.* per illum textum *C. de donation.* Ias. *in l. certi conditio* 9. §. *quoniam, column.* 6. *ff. si certum petatur.*

Quæro, † an admittatur probatio per 164
chirographum manu scriptum ipsius creditoris.

Respondeo quòd sic, dummodo actor, illud medio iuramento verificet. nam verificato chirographo, illud scriptura æquipatatur publicæ, iuxta tradita per Bald. *in l. nec in arbitris, C. de arbitris.*

Quæsitum fuit, † an iuxta dictam con- 165
stitutionem admittatur exceptio, quæ partim venit probanda testibus, partim instrumentis. Ias. *in l. certi condictio* 9. *ff. si certum petatur*, §. 1. ait, quòd si statuto caueatur, quòd contra instrumentum non admittatur alia probatio, nisi per aliud instrumentum, non poterit admitti probatio per testes absolutè; si verò probatio, quæ fienda est per testes, non respiciat instrumentum principaliter, sed accessoriè, veluti si respiciat qualitatem rei, contentæ in instrumento, tunc poterit admitti probatio per instrumenta, & testes. ita sentit Ias. allegans Baldum *in l. si ex cautione, in* 7. *quæstio.* & *ibi* Salicet. *in* 4. *colum. C. de non numerata pecunia.* Idem tradit Mascard. *de probat. conclus.* 913. *num.* 3. dicens, hoc idem sentire Butrium *in cap. auditis, col.* 2. *versic. sexto, de restitut. in integrum.* Rota *decis.* 332. aliàs 27. *de rescript. in nouis*, & idem sentire Bartol. *in l. quicumque, num* 2. *C. de apochis public. lib.* 10. afferens, quòd † licèt con- 166
tra instrumentum non admittatur probatio,

nisi,quæ fit per instrumentum, quòd poterit admitti probatio per testes, contra præsumptionem resultantem ex instrumento.

Circa constitutionem tertiam dicti tituli,
167 quæro,in illis verbis, *a captio de persona*, † an hæres defuncti, qui se in persona obligauerat,possit capi, & carceribus mancipari,& detineri,donec debitum soluerit.

Respondeo quòd non, quia hæres non potest à testatore obligari ad debitum suum
168 soluendum, nam † pœna capturæ non potest ab alio apponi, quàm à se ipso obligante, ex *l. 3. ff. de liber. homi. exhiben. l. nec si soluens, C. de liber. causa.* & hanc sententiam communem attestantur scribentes, *in l. si decesserit, ff. qui satisdare cogantur, l. postulante, ff. ad Trebell.* Ripa *in l. obligatione, ff. de pignor.* Boërius *tom. 1. decis. 10. num. 2.* qui allegat Bartol. *in dicta l. postulante.* Alexand. *col. 1 ff. qui satis-*
169 *dare cogantur.* nam cùm † obligatio ad pœnam carceris, sit seruitutis species, non potest ab alio, quàm ab ipso obligante talis pœna apponi. quia hæc conuentio personalis est, & non debet egredi personam. notat Thomas Cerdan *in suo veriloquio, en reglas de raçon de estado, in tract. de visitatione carceris, cap. 10. num. 1.* & ibi additiones marginales, *littera D.* & sic intrepidè dicendum est, non obstante quacumque alia sententia,
170 † hæredem defuncti obligati personaliter non posse capi, & detineri pro debito sui prædecessoris,cui hæres extat.

Quæro circa dictam constitutionem tertiam, in illis verbis, *e constara aquell tal deutor esser en tal pobresa constituit*, quibus sta-
171 tuitur, quòd † pauperibus carceratis pro debitis ciuilibus, si operando manibus suis sibi alimenta lucrari non possint, per suos creditores præstentur. quæritur, an aliquod aliud ius dispositum in eorum fauorem reperiatur.

Respondeo quòd sic. nam *in lib. 9. pragmatica. tit. de pobres presos*, extat pragmatica Regis Iacobi, directa Vicario de Vilafranca
172 de Panades, qua ordinatum extat, † quòd existentibus in dicta Vicaria pauperibus, per suos creditores præstentur debita alimenta, non habentibus illis vnde se ali possint. tum, & commenrariensi salarium suum soluere, quòd si creditores non soluerint commentariensi salarium, vel alimenta non præstiterint, capti debitores à carceribus
173 penitus liberentur. appatet igitur,quòd † recusatione alimentorum tantùm pauperes carcerati relaxari debent, nec prædicta duo requisita copulatiuè interuenire, sed aliud
174 ex illis sufficere. quia dictio illa, † *vel*, disiunctiua est, & vt talis apponitur, & separationem significat. quo casu sufficit,quòd alter ex casibus, vbi ipsa apponitur, verificetur. *l. vbi autem. §. qui illud, ff. de verbor. obligat.* tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 66.* Michaël Ferrer. *3. part observ. cap. 105 per totum.*

Postea verò alia pragmatica Regis Martini,quę in eodem libro legitur,fuit statutum, & dispositum,quòd † pauperibus captis pro 175
debitis ciuilibus, quotidie elargiantur octo denarij, arbitrio iudicis relinquendo tempus,intra quod prouideri deberent,quo elapso, absque alicuius moræ purgatione,capti, & detenti, à carceribus liberarentur. circa quod hodie seruatur constitutio septima, sub titulo *de pobres pledeians*, vbi disponitur, quòd † pro alimentis pauperibus plebeiis, 176
decem & octo denarij largiantur pro vnaquaque die,militaribus verò duo solidi. & si per duos dies cessauerit creditor à præstatione dictorum alimentorum, relaxetur talis debitor per iudicem,absque hoc,quòd † cre- 177
ditor morā purgare possit, ad solam relationem commentariensis,præstito per eum prius iuramento, nam solet fieri depositum pro alimentis pauperum carceratorum penes ipsum commentariensem,ex dispositione dictæ constitutionis.

Censualium † pensiones qua actione pe- 178
tantur, tam in iudicio petitorio, quàm possessorio, quid in spolio solutionis pensionum sit probandum? quomodo fundetur petitorium, & an solùm præteritæ pensiones peti possint, vel etiam futuræ? & quâ forma? & † an in condemnatione pensio- 179
num decursarum veniant pensiones decursæ ante litem motam, vel etiam, & quæ post motam litem? & qua forma sit procedendum via executiua? quid de captura personarum obligatarum? & † si execu- 180
tio fiat pro maiori quantitate, quàm debetur, an corruat in totum? & an teneatur censualista debitum deferre ad domum creditoris, vide Fontanellam *de pactis dotalibus, clausul. 4. gloss. 18 parte 4. à princip. vsque ad finem.*

Mulieres † multoties, & ferè semper, 181
in creatione censualium venditorum per maritos, etiam se obligant, & firmant in instrumentis contractuum, per eos celebratorum. hoc casu solet eis succurri, si remaneant indotatæ, vel læsæ in maiori dotis parte: si autem illa primò se obligauerit, & de prima obligatione non reperitur læsa,secundò se obligauerit, si in hac obligatione lædarur, hæc secunda solet nulla declarari. vide plura quæ refert Fontanella *de pactis nuptialibus, clausul. 4. gloss. 13. à num. 21. cum sequent. & tom. 2. clausul. 4. gloss. 2. parte 4. & 5.*

Quædam

182 Quædam † mulier, dum esset vidua, supra bona sua incarricauit quoddam censuale, & specialiter quædam immobilia hypothecauit. postea nupsit secundo viro, eique bona sua in dotem constituit. fuit expositum quoddam retroclamum. Maritus prætendebat, executionem decerni non posse, contra bona ipsius, tanquam penes tertium reperta. quæsitum fuit, quid iuris esset.

Respondeo, posse exequi prædicta bona, quæ per mulierem viduam, specialiter fuerant obligata, iuxta *decis.* 34. Rotæ Genuæ congestæ per Flamminium Cartarium, vbi tota decisione hoc disputatur.

Cùm milites de iure speciali Cataloniæ, ex constitutione 9. sub tit. *de action. & obligat.*
183 non † possint pro debitis ciuilibus, seu pecuniariis personaliter obligari. quæro, an pro aliis debitis possint capi, & capti detineri.

184 Respondeo quòd sic, † si tempore quo obligationem firmauit, negauit se esse militem, ex quo decepit contrahentem secum. hoc enim casu amittit priuilegium militare, vt in simili tradit Anton. Gomez ad *l.* 79. *Tauri, num.* 4. quod confirmat ex text. quem notabilem appellat, vbi gloss. & communiter scribentes *in l.* 1. *C. ad Macedon. l. qui cum se, ff. de re iud. l.* 1. *& per totum, C. si minor se maiorem di-*
185 *xerit.* quod intelligendum est, † si creditor contrahens cum militari, ignorabat ipsum militarem esse. quia si sciebat, tunc militaris non poterit pro debito ciuili carcerari, argumento text. *in l. cùm donationis, C. de transact. l. is qui se obtulit, cum l. sequent. ff. de rei vindic. l. qui se liti obtulit, ff. de petitione hæredit.* quod quidem dictum etiam declarat dictus Go-
186 mez *dicto loco*, vt procedat, † si dolosè negat, se esse militem. quia si ignoranter, eo quòd ipse nesciebat, se descendentem ex genere militari, ad quē postea peruenit notitia suæ militiæ, tunc non amittet priuilegium, secundùm tradita per Gomez *vbi suprà*, quod probat argumento text. *in cap.* 1. *§. vasallus, lo.* 2. *si de feudo defuncti controuersia sit inter dominos, & agnat.* in vsibus feud. & *ibi* Bald. & communiter scribentes. capi etiam
187 potest militaris persona, † si occultet bona, in fraudem executionis. quia tunc capi potest, propter dolum, & fraudem commissam. toto titulo *C. & ff. quæ in fraudem creditor. §. item si quis in fraudem, Instit. de actio.* Gutierr. *de iurament. confirm.* 1. *part. cap.* 16.
188 *num.* 14. quia † ille, qui celat, siue amouet aliquam rem hæreditatis, dicitur furtum committere. *l. si seruus, §. fin. ff. de adquir. hæred.* committens verò furtum, nobilitatem perdit. *l.* 1. *C. quando liceat sine iudice se vindic.* Gutier. *vbi suprà, num.* 21. poterit etiam miles de-

coctor carcerari, ex resolutis per Gutierr. *num.* 28. idémque erit, si sit suspicio de fuga, & deportatione bonorum mobilium illius.

Quæro, † an prædicto priuilegio inducto, 189
ex dicta constitutione 9. sub tit. *de obligat. & action.* possit miles renunciare, tanquam inducto in eius fauorem? De iure communi potuisse renunciare, refert Couar. *in c. quamuis pactum,* 2. *part. in princ. num.* 5. per ea quæ ibi refert, & Gutier. *de iurament confirm.* 1. *par. cap.* 16. *à num.* 37. In Catalonia autem clarissima est iuris dispositio, cùm dicta constitutio non solùm prohibeat captionem personarum militarium, verùm etiam impediat, quòd militaris persona huic priuilegio renunciet, vt ex tenore constitutionis est videre, quæ constitutio similis est dispositioni
cap. si diligenti, de foro compet. vbi † clericus 190
non potest renunciare, etiam cum iuramento, priuilegio fori, quod habet, ne conueniatur coram iudice seculari. quod tenere Anton. Gomez *in l.* 79. *Tauri, num.* 3. refert Gutier. *d. cap.* 16. *à n.* 62. *cum seqq.*

Quotidie experimur, quòd † obligati 191
cum scriptura tertij pro debitoriis, & pro censualibus, pro impedienda captura, de eorum personis, conantur obtinere aliqua guidatica, ciuitati Barcinonæ concessa, quę vulgò dicuntur, *guidatica victualium*, quæ concedi solent deferentibus victualia, pro victu, vel vestitu, ad publicum commercium spectantia. quæ guidatica conceduntur in loco, seu parochia, iuxta præsentem ciuitatem, vocata sancti Adriani de Besos. iuxta quæ guidatica quæri potest, quando, & quibus personis concedantur, & prosint.

Respondeo breuiter, ex his quę congessit, & fundamentis confirmata tradit Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat.* 161. *cap.* 170. aliàs 374.
dicens, quòd † si fuerit iam decreta exe- 192
cutio, id est, cœpta, antequam obtineatur guidaticum, non proderit illud. quia iam res non erat integra. vbi *cap.* 371. aliàs 365. ait, idem esse quòd guidaticum non prosit, si fuerit expeditum, facto cartello *de penyorats, y prenets*, & traditum virgario
Regio, qui fecit quod potuit, sed non cœpit debitorem, quia latitabat. Nec † præ- 193
dictum guidaticum victualium proderit, tradito manuleutæ, ad requisitionem dierum, si intra tempus requisitus non comparuerit, sed post requisitionem victualium transmissorum ad ciuitatem Barcinon. guidaticum obtinuerit. quia ei non proderit,
vt idem Ferrer. *cap.* 372. aliàs 366. Nec † va- 194
lebit guidaticum prædictorum victualium, si ipse guidatus deliquerit contra ciuitatem. *cap.* 374. aliàs 368. Nec valebit guidati-

cum obtentum per eum, qui notitiam habuit, quòd lis cœpta erat, petendo ab eo, vt securitatem iudicij præstaret. *cap.* 375.
195 aliàs 376. Nec † prodest guidaticum victualium ei, qui comparet, petens ad suum iudicem competentem remitti. quia postea guidatico victualium non poterit se iuuare. Ferrer. *cap.* 376. aliàs 377. Sed quantum tempus eis concedatur, ratione dictarum mercium?

196 Respondeo quòd † solius vnius diei, quod tempus indulgetur, vt negotietur, & ad sua redeat, & sic, si lapso integro die, talis guidatus non se absentauerit à præsenti ciuitate, si sequenti die capiatur, tanquam bene captus detinetur, non obstante dicto guidatico victualium. Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 373. aliàs 367.

197 Quarto, † an per constitutiones Cataloniæ licitum sit prohibere, ne iuramentum in aliquibus contractibus apponatur, prout disponitur suprà, circa constitutionem 9. loquentem de personis militaribus.

Respondeo quòd sic, quia non minuitur auctoritas iuramenti, nec quidquam contra iuramenti substantiam disponitur. hoc enim
198 non liceret iudici seculari. In † prædicta autem constitutione, solùm impeditur factum illud, videlicet, ne iuramentum interponatur. & sic, hoc factum à Principe seculari potest prohiberi. faciunt tradita per Bart. *in authent. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. & in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss.* sed meliùs Ias. *in dicta authent. sacramenta puberum*, & ibi Gutier. *num.* 151. idem Gutier. *de iurament. confirm.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 33. *vsque ad num.* 54.

199 Si † virtute obligationis scripturæ tertij executio decernatur, & prædictæ executioni opponatur contradictio, & iudex pronunciet, an sit locus, vel non, executioni promptæ. quæritur, an à tali prouisione possit appellari.

Respondeo, quòd si agatur de iure communi, poterit appellare pars, quæ censetur grauata: si autem agatur iuxta rigorem scripturæ tertij, & simus in curia ordinaria, poterit is qui grauatum se sentit, reclamare, iuxta ea, quæ de reclamatione obseruantur: si verò in Regia audientia causa tractetur, tunc poterit supplicari à dicta prouisione, vel contrario imperio, vel in forma, iuxta tenorem dictæ prouisionis, si est facta facto verbo, vel non.

200 Quidam † exposuit rettoelamum, contra suum debitorem, virtute cuiusdam debitorij instrumenti; ipse verò debitor excepit, dicens, executionem promptam contra eum decerni non potuisse. quia instrumentum erat firmatum sub conditione, & quòd sic, ante executionem erat verificanda conditio adimpleta. quæsitum fuit, an locum haberet talis prætensio debitoris.

Respondi quòd sic, ex traditis per Salicet. *in l. ita nobis, C. de adulter.* Guido. Papæ *decis.* 15. secundùm quam resolutionem fuit iudicatum per Adrianum Vilana Assessorem Gubernatoris Cataloniæ die 9. Nouembris 1547. in causa coram eo vertente, inter Ioannem de Marymon, & Dionysiam de Iaffer eius socrum, cuius sententia fuit confirmata in Regia audientia, ad relationem Ludouici Vilaria Regentis Regiam Cancellariam. doctrina est Petri Belluga *in speculo Princip. in tit. de executio. censualium*, qui est *rubr.* 41. & docet *in §. ad tertium, fol.* 182. *pag.* 2. *col.* 1. *versic. & nota ad instrumenta guarentigia.*

Quarto, † an cessionarius possit promptam executionem decernere, contra debitorem cedentis, qui sub pœna tertij, & obligatione personali, habebat obligatum debitorem, absque hoc, quòd notificet debitori cessionem, & delegationem, in sui fauorem factam. 201

Respondeo, quòd de iure communi non licebat cessionario agere via executiua contra debitorem, nisi priùs eidem notificata cessione, & delegatione, iuxta notata per Alex. *consil.* 95. *col.* 4 & *consil.* 443. *col.* 2. *lib.* 5. Boet. *decis.* 10. *num.* 1. & 2. Thesaur *decis.* 220. *num.* 5. Alciat. *in l.* 1. *num.* 4 *ff. si certum petatur, & in l. quoties, num.* 9. *ff. de nouis operis nunciat.*
De † obseruantia verò Cataloniæ contrarium respondeo, nempe, posse cessionarium, sine notificatione debitori, contra eum via executiua agere, pro quantitate sibi cessa. & ita in Regia audientia obseruari attestatur Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 125. hoc tamen non ita absolutè est intelligendum, sed cum moderamine aliquo, videlicet, quòd † cessionarius hoc casu solùm 203 exequatur promptè, contra debitorem quantitatem, quam realiter soluit ipse ei, per quem cessio facta est. ita quòd si cessio, ponamus, facta fuerit pro ducentis, & ipse solùm soluerit ei, qui sibi cessit centum, solùm poterit executionem decernere, pro dicta quantitate centum librarum solutarum; non verò pro ducentis, licèt sint confessatæ. dictus Ferrer. *cap.* 126. ex obseruantia Regiæ audientiæ. 202

Cùm † obligatio scripturæ tertij continuatur in curia alicuius Vicariæ, sit tanti valoris, & efficaciæ, illiúsque virtute ad capturæ personam deueniri possit. quæritur, an possit fieri per pactum, quòd creditor propria 204

pria auctoritate possit capere debitorem, & carceribus illum mancipare.

Respondeo quòd non, quia esset dare iurisdictionem particulari personæ, quod iure fieri nequit, & sic tale pactum à iure improbatum esse, tenet Bart. *in l. alia, §. elegantem ff. solut. matrim.* Aretin. & Ripa *in l. obligatione generali, num.* 21. *ff. de pign.* dicentes, hanc esse communem sententiam. idem tenet Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *n.* 7. *in fine.*

205 Certum est, † in venditione rerum, quæ capiuntur in executione retroclami, seruandum esse eundem ordinem, atq; in vēditione rerum, quæ venduntur in causa executionis sententiæ, de qua *in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* vt priùs à mobilibus, & minoris æstimationis, venditio incipiat, postea ad alias res perueniat. Quæro, an si decreta fuerit executio, & inuentarium descriptum, si intra decem dies, qui dantur pro mobilibus, compareat debitor, & offerat se promptum ad soluendum, an tunc seruandus sit prædictus ordo, in vendendis rebus prædictis.

206 Respondeo quòd non, quia † quoties debitur comparet, & offert se paratum solutioni sui debiti, poterit creditor eligere bona quæ maluerit, vt sibi satisfiat. *authent. nisi, C. de solut.* Alex. *in d. l. à diuo Pio, §. in venditione, col.* 1. *de re iudic.* Maranta *de ordin. iud.* 6 *part. tit. & post omnia aduertatur circa executionem, num.* 11.

207 Quæsitum fuit, † an si per iudicem fiat prouisio, quòd huic pauperi alimenta præstentur, possit à tali prouisione appellari, & an appellatio suspendat præstationem alimentorum taxatorum.

Respondeo, clarum esse, & expeditum à tali prouisione appellari posse, cùm nullibi appellatio sit prohibita, & quoties prohibita non est, permissa censetur, *l. & in maioribus, C. de appellat. cap. appellationibus, de ap-*
208 *pellat.* quo vetò ad secundum quæsitum, † an per appellationem suspendatur præstatio alimentorum.

Respondi quòd non, quia ipsorum priuilegia sunt multa, cùm tritum sit principium, non esse aliquem fama perimendum, ex his quæ tradidit Bart. *in l. Mela, ff. de aliment. & ci-*
209 *bar. legat.* & hanc sententiam, quòd † appellatio non habeat effectum suspensiuum, sed tantùm deuolutiuum, tanquam communiorem, tenet Fachin. *controuers. illustr. quotid. lib.* 1. *cap.* 77. *versic. altera sententia.* ex mente Ioan. Andr. *in addition. ad Speculat. tit. de appellat.* Nouell. *de dote, part.* 8. *priuileg.* 7. Lancelut. *de attent. tit. de attentat. lite pendent. limitat.* 24. *num.* 7. quod intelligendum est in causa appellationis, vel supplicationis in
210 forma. nam † si contrario imperio supplice-

tur à dicta prouisione alimentorum, vel in curia Regentem Vicariam Barcinonæ reclametur, executio dictæ prouisionis suspenditur, vt post hæc scripta reperi Fontanellam sic referentem *in suo lib. de pactis nuptial. tom.* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 18. *part.* 4. *à num.* 90. *cum sequent.* Et cùm pro exequenda prouisione taxationis alimentorum cautio danda sit, † sufficiet 211 in paupere iuratoria cautio, quia nemo reperitur, qui pro paupere fideiubere vellet, vt refert Thomas Cerdan *in suo verilequio, en reglas de racon de estado, in tractat. de visitat. carceris, cap.* 16. *num.* 8. confirmans ex *l. omnes, § in hac, C. de Episcop. audient.* gloss. *in cap. quanquam, de vsu.* in 6. *authent. generaliter*, vbi omnes scribentes, *C. de Episc. & cleric.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 18. *num.* 1. Franch. *decis.* 497. *num.* 5. Surdus *decis.* 14.

Et nota obiter, quòd † si alicui taxata 212 sunt alimenta, eique præstita multo temporē, & in casu supplicationis succubuerit, alimenta quæ percepit, non tenetur restituere. secundùm tradita per Angel. *in l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satisdare cogantur.* Capella Tolosa. *quæst.* 477. refert Cerdan *dicto cap.* 16. *num.* 9. & secundùm hanc sententiam in nostro Senatu bis iudicatum fuisse, asserit Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 18. *princ. part.* præsensit Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 35. *num.* 36. Cassanate *lib.* 1. *consil.* 25. *ferè per totum.*

Circa illam constitutionem quintam, in illis verbis, *e Presidents al Territori*, nota, quòd † Aduocatus debet esse cautus in ex- 213 positione retroclami, ne petat sententiam super executione retroclami, sed petat absolutè executionem decerni promptam, nam si peteret, quòd declararetur executionem fiendam esse, posset admitti appellatio à tali declaratione; secus verò, si prouidetur retroclamum exequi. quia hoc casu appellatio non admittitur, iuxta tradita per Felin. *in cap. quoad consultationem, num.* 14. *de re iudicat.*

Quæritur iuxta dispositionem dictæ constitutionis, † an captus pro debito ciuili, si 214 infirma valetudine prematur, possit à carcere fideiussoribus adhibitis relaxari.

Respondeo quòd sic, iuxta obseruantiam Regij consilij, quam refert Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 104. *per totum.* vbi plurimis fundamentis suam corroborat sententiam, resoluens, quòd † fideiussores remanent 215 obligati, casu quo conualuerit dictus infirmus, se reponere intra carceres, aut pro eo debitum soluere. Sed quid erit, † si ta- 216 lis infirmus sit mendicus, & fideiussores non inuenerit, pet relata à Michaële Ferrer. *vbi supr.* respondi posse infirmum mendicum

217 liberari data iuratoria cautione. quia † hæc admittitur, vbi cum fideiussoribus cautio non inuenitur, iuxta tradita per Guid. Papæ *decis.*189. Francisc. Marcum *decis.*468 faciunt tradita per DD. *in authent.generaliter, C. de Episc. & cleric.* nam lex ad impossibilia non obligat. gloss. *in cap.ex parte, lo 1.verb.pro contumacia,in fine, de verb.signif.* Angel. & Ioan. de Imol. *in l.cùm non facile, ff. si cut plus quàm per legem Falcid.* Hering. *de fideiuss. cap.*18. *de effect. fideiuss.* & idem tradiderat *cap.* 10. *num.*130.

218 Quæritur, † quomodo sit exponendum retroclamum pro quantitate incerta.

Respondeo, quòd quamuis vigore statuti possit exequi instrumentum, vbi sunt clausulæ guarentigiæ, exclusis omnibus exceptionibus, tam vittute cõstitutionum,quàm pragmaticarum (vt infrà videbimus)exclusis omnibus exceptionibus: non tamen censetur exclusa exceptio,quòd quantitas non est liquida,iuxta tradita per Corneum *cons.*196. *num.*11.*vol.*3. Alex. *cons.*115. *num.*10.*vol.*7. Dec. *cons.*322.*n.*5. Afin. *in sua praxi de execut.*

219 *cap.*29. *num.*8. & 18. quia † instrumentum continens quantitatem illiquidam,non dicitur probatio probata, cùm requirat extrinsecam probationem. Dec.*cons.*424 *col.fin.* Natta *cons.*121.*n.*14. Ex quibus fit,quòd antequam executio decernatur, debet priùs citari, vel requiri obligatus, vt quantitas liqueretur, iuxta doctrinam Roderici Suarez *in repetit. l.post rem indicatam,ff.de re iud. limit.*4.dicens,

220 quòd † priusquam executio fiat,petat actor, vt reus cogatur respondere interrogationibus,& ad definiendam,& probandam liquidam contractus quantitatem. quæ resolutio desumitur ex traditis à Bart.*in l.*1.*ff.de edend. & in l.*1. *ff.de legat.*1. confirmans prædictam resolutionem ex gloss. *in d l.*1.*ff.de edend.ver.*

221 *vt perinde.* vbi ait, quòd † valet sententia incerta super iudicio vniuersali. quia in iudicio executionis, poterit ad certitudinem reduci. quia index ante omnia debet certiorari de quantitate certa exequenda. ita Bart. *in l.proinde, §.notandum ,ff.ad leg Aquil.* idem *in l.*1.*col.vlt.ff.iud.solu.* Socin. *cons.*89. *lib.*3.*col.*2. Bald.*in l.*2.*C.de execut rei iud.* Alex.*in l.*1.*ff.de legat.*2. *n.*13. hanc sententiam sequutur Couarr. *lib.*2. *variarum , cap.*11. *num.*5.*versic. in*

222 *summa instrumenti liquidi.* quia † quamuis competat actio executiua, aliquibus tamen casibus si liquidatio requiratur, producendæ erunt probationes, ac si via ordinaria procederetur, vt attestatur Bart. *in l.*3.*n.*15. *C.de pign.* faciunt tradita per Bald. *in l.*2. *n.*7. *versic modo quæro , C.de execut.rei iudic.* vbi ait, quòd etsi statutum non impedit, quin apponatur contra liquidationem,standum est iuri communi,subdens,† quòd instrumenta quæ 223
non sunt liquida, dum liquidantur,non gaudent priuilegio executiuo,quoad vsque fuerit liquidata quantitas. Anton. de Canar. *in tractat.de execut.instr quæst.*14.*num.*33. Socin. *consil.* 51. *colum.* 1. sequitur Surdus *decis.*27. *num.*8.

Nec me latet *decis.*39. Rotæ Auenio. Hieronymi Laurentij,vbi† executio instrumenti illiquidi, valida fuit declarata,si pendente 224
lite liquidaretur quantitas. Nescio enim, quo pacto talis decisio facta fuerit, nisi causa alimentorum (de qua in dicta decisione) pro valde priuilegiata,fuisset iudicata.

Quidam † vendidit quoddam censuale, 225
pro cuius securitate habens duos fundos,expressè eos hypothecauit. vnum ex his retinuit, alium alienauit. decessit venditor,eius hæres in vno fundo successit. debebantur aliquæ pensiones. Euenit,quòd creditor exposuit retroclamum contra possessorem fundi empti, & ab eo petebat omnes decursas pensiones: ipse autem prætendebat, se liberari saltim pro dimidia , cùm alia dimidia quantitas pensionum pertineret ad possessorem alterius fundi. quæsitum fuit,quid iuris.

Respondi cum diuisione. nempe, † quòd 226
aut simpliciter ad securitatem pensionum decurrendarum , obligati & hypothecati erant fundi æqualiter , aut designatum erat, quòd solutio censualis fieret, ex fructibus dictorum fundorum. Nam si solùm prædicti fundi hypothecati sunt pro solutione pensionum,tunc potest creditor contra quemlibet fundi possessorem indistinctè agere ad integram solutionem pensionum , nec posse cogi contra omnes agere , vt est text.secundùm glossam *in l.Moschis , & ibi* Bart *ff.de iure fisci*, iuxta tradita per Corn. *consil.*135 *lib.* 1. Ias.*in §.item si quis in fraudem, Instit.de action. num.*128. Afflict. *in constitut.Neapol. lib.*1.*rubric.*17.*num* 26. Si † autem hypothecaria ob- 227
ligario ita concepta sit,vt pensiones debeant solui ex fructibus prædictorum fundorum, tunc non poterit creditor indistinctè agere contra vnum , pro omnibus pensionibus. quia tunc censentur pensiones prædictæ iniunctæ respectiuè dictis fundis, & eis inhærere , & habentur ad instar census consignatiui,sed agere debet pro rata,& sic est intelligendus Couarr. *lib.*3.*variarum , cap.*7.*num.*7. *versic. sed nihilominus , vsque ad finem.* qui doctissimè hanc materiam census consignatiui tractat, & diuisionem suprapositam admittit.

Quæro vlteriùs,† an contra executionem 228
retroclami , possit opponi exceptio inhabilitatis personæ , cùm non enumeretur in constitutionibus nostris.

Respon

Respondeo, posse admitti. quia talis exceptio, licèt non exprimatur, non excluditur, dummodo intra decem dies opponatur, iuxta dispositionem constitutionis, argumento text. *in cap.1.de except.in 6.* & ibi notant communiter scribentes. *& in cap. decernimus, de sentent.excomm.in 6.* sequitur hanc doctrinam Bald. *consil.293.num.7. & 8. & cons.294.lib.3.* plures refert Hippol. de Marsil. *in l.si quis ne quæstio.num.8. ff. de quæst.* Dec. *in cap.ex parte. in 4.fallen.* sequitur Alexand. *cons.83. num.12. lib 5.* Barbat. *consil.35. column.3.ante medium, volum.4.* Pacif. *consil.109. num. 9. vol. 4.* quod confirmant ex *l.nam & postea. § si minor. ff. de iureiurand.* Ias. *in l.1. § nunciatio.ff.de noui oper. nunciat.*

229 Poterit etiam ex dictis opponi † exceptio excommunicationis, cùm respiciat habilitatem personæ, quia cùm exceptio excommunicationis respiciat commodum animæ, pro ea est prospiciendum. argumento *cap.1. de except. in 6. cap. cùm inter. de exceptio.* quia

230 in dubiu, † interpretatio quæ fauet animæ, & qua quis à peccato retractatur, est admittenda. *cap. in ciuitate,* & ibi recentiores, *de vsur. l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles. cap.præcepimus 12.quæst.2. l.sunt personæ ff.de re-*

231 *ligio. & sumpt. funer.* in cæteris verò † personalibus actionibus secus esset, si per statutum repellerentur exceptiones, quæ respicerent personam. quia non admittuntur tales exceptiones, ex traditis à Bart. *in l.1. §. denique. ff.quod vi,aut clam.* Felin. *in cap.ex parte, fallen. 4.de offic.deleg.* facit quod notat Bart. *in l.2.in fine C.de edict.diui Adrian.tollend.l.3. §.ibidem. ff.ad exhibend.*

232 Quæri potest, † an in executione retroclami censeatur exclusa exceptio erroris calculi, de qua possit incontinenti constare.

Respondi, talem exceptionem non censeri exclusam, cùm semper exceptio erroris possit opponi, dummodo incontinenti probetur. *l. 1.C.de errore calcul.* Petif.*cons vlt.n.26. & 27. lib.1.* quia qua facilitate calculus factus fuit, ita etiam iuratum. *l.dolis.§.diuersum. ff de nouat. l.fin.§.idem.ff.de condict.indeb.* Bart. *in l.si ex cautione, num.6. & 7. C. de non numer.*

233 *pecun.* quia † exceptio quæ incontinenti venit probanda, si est subsistens, impedit executionem. *cap. litteras,* & ibi Canonistæ, *de restitut spoliat.lib.6.l. t. §.hoc interdictum,* & ibi Bart. *ff.de tabul.exhibend.* Ias. *in l.ait prætor.la 2. num.25. de iureiurand.* gloss. & Canonistæ *in cap. cùm contingat, de offic. deleg.* Guido Papæ *decis.132.* Capyc. *decis.167.num.1.& 2.* hoc enim maximè attenditur in his constitutionibus, quæ de executionibus censualium

234 disponunt, vt † solutio debiti per exceptiones non differatur, & sic, quæ in continent verificari possunt, admittendæ erunt. *l. 4. §. condemnatum.ff.de re iud.*& ibi Bart Paul.Alexand.Ias.& Panormit. *in cap suscitata, num.7. de in integr.restit.& consil.5.num 2. lib.2.* Alex. *cons.83 num.3.lib.5.*

Quæsitum vlteriùs fuit, † occasione quadam, in qua executio decreta erat, aduersùs quendam Baronem, ratione cuiusdam censualis, cui executioni se opposuit ipse pater, tanquam legitimus administrator bonorum filij sui, prætendens in suis capitulis matrimonialibus, fecisse hæreditamentum in fauorem sui filij primogeniti, petens oppositione proprietaria, nomine filiorum, in executione supersederi. fuit prætensum executionem non esse supersedendam, eo quòd oppositio illa proprietaria filiorum nomine, non haberet locum, quia † filius à capacitate patris regulari debeat, qui ad debitum erat obligatus. Mouebantur, qui in hac erant sententia, ex doctrina tradita à Fontanella, qui eo tempore recenter primam partem ediderat, & eam tradit *claus.4 gloss.9 part.5.num.62.* qui in opinione existit, quòd † hæreditamenta facta in Capitulis matrimonialibus, in fauorem filiorum, non debent operari suum effectum, quoad impediendam executionem, viuentibus parentibus, ductus ex fundamentis per eum traditis, maximè *à num.63.* Salua tamen eius pace, contrarium respondi, nempe prædictam oppositionem factam, pro parte filiorum, facere supersedere executionem instatam in bonis possessis per patrem, ex sequentibus fundamentis. Primò, quia † prædictum hæreditamentum factum fuerat in capitulis matrimonialibus, quo casu licitum est, donationem facere in fauorem filiorum, etiam non natorum, cùm de iure tritum sit principium, quòd in fauorabilibus pro natis habentur, quorum nomine Notarius donationem prædictam acceptat, iuxta notata *in §.alteri. Instit. de inutil.stipulat.* quæ acceptatio tam assueta, & ordinaria est, quòd licèt eam non exprimat, censetur apposita, cùm † semper censeatur rogatus, de apponendis solitis, & assuetis clausulis, vt refert Cæpolla *in l.quod si nolit.§ qui assidua ff.de ædil. edict.* qui allegat confirmationem huius dicti *l.quæ nondum. §. quod dicitur.ff.de pignor. actio.* in illis verbis, *non ad illam quæ solet quotidie inferri cautionibus.* Menoch. *de præsumpt. lib.3.præsumpt.43.* † seruanda est enim partium conuentio, vbi non repetitur prohibita, vt probat Riminald. senior *cons. 96. n.50.* faciunt tradita per Decian. *respons. 7. num.4. vol.1.* maximè in capitulis matrimonialibus. argumento *l.promittendo. ff. de iure dot.* Si igitur in capitulis matrimonialibus, talis donatio fieri valet, ac potest, & per eam quoad 235 236 237 238 239 240

proprietatem, dominium filiis adquiritur, ex tali matrimonio procreandis, quate, precor, ipsi executionem non impedient, in proprietate viuente patre, cùm hoc casu, † prædicta
241 bona non iudicentur, tanquam propria patris debitoris, sed tanquam propria filiorum, virtute donationis factæ per patrem, antequam dictum censuale supra se incarricasset, & sic fundamentaliter noster supremus Regius Senatus obseruat in talibus occasionibus quòd executio suspenditur quoad proprietatem bonorum, in quibus filij fuerunt
242 hæreditati, † & executio decernitur quoad vsumfructum, per patrem sibi reseruatum, tanquam contra bona sua propria, & obligata. secundùm hanc sententiam iudicare solet Senatus noster, & attestatur idem Fontanella *vbi suprà num. 69.* & aliam decisionem refert Cancer *lib. 3. variar. cap. 7. de pact. n. 84.* faciunt quamplura exemplaria, à Cancerio relata *dicto cap. 7.* vbi non fuit dubitatum de validitate donationis, sed sub qua forma conciperetur, & ad quem, vel ad quos gradus extenderetur. Ex quibus fuit res ad concordiam redacta; & mea resolutio obseruata, quòd dicta executio quoad proprietatem suspenderetur; quo verò ad vsumfructum, ad vlteriora procederetur.

243 Quæro, † an venditor censualis possit compelli per creditorem censualistam, vt censuale luat.

Respondeo quòd sic, in certis casibus, qui recensentur à Fontanella *tom. 3. glos. 18. 3. p. à num. 84. cum seq.* ad quem recurre, ne omnia hic describenda sint.

Circa constitutionem quintam, sub titulo *de execut. de cens.* est notandum, quòd cùm per hanc constitutionem non præfiniatur certum tempus ad proponendum exceptiones, in ea memoratas, nec tempus ad faciendum depositum. fuit in Regia audientia
244 dubitatum, † intra quod tempus tales exceptiones debeant opponi, & depositum fieri. & facto verbo in vtraque aula, per Mich. Ioannem Nicort, die 8. Martij 1526. fuit decisum, in causa Hieronymi Batella domicelli ciuitatis Ilerdæ instantis, contra Excellentissi-
245 mum Ducem de Cardona, quòd † exceptiones opponi possint, & depositum fieri, in quacunque parte iudicij, ante processus denunciationem. quæ prouisio fuit confirmata die 9. Februarij 1527. dum referente Carolo
246 Albalat, fuit conclusum, quòd † denunciato processu, non est locus depositioni vnius pensionis, ad hoc, vt virtute dicti depositi supersedeatur in executione, virtute dictæ constitutionis.

Circa dictam constitutionem quintam,
247 verbo *præscriptio*, quæsitum fuit, † an sufficiat vnica præscriptio, pro omnibus pensionibus; an verò requirantur multæ præscriptiones. Hanc dubitationem testantur DD. in diuersis locis, & constituebant differentiam inter pensiones quæ debebantur ex contractibus, & eas quæ debentur ex testamentariis dispositionibus, volentes aliqui, quòd † in vltimis voluntatibus tot sint præscri- 248
ptiones, quot pensiones. & sic dicebant, quòd non concurrit indistinctè præscriptio annuæ præstationis, nisi à principio cuiuslibet anni, & sic, quòd de anno in annum, incipiet noua præscriptio. in hac opinione fuerunt Iacob. de Aret. Cyn. & communiter scribentes *in l. cùm notissimi, C. de præscript. 30. vel 40. anno.* faciunt plura, quæ tradit Guid. Pap. *decis. 406.* & post eum Nicolaus Boër. *decis. 336. per totam.* referens tres sententias diuersas in hoc dubio interuenire, asserens frequentiorem esse, existimantium, etiam † in pensionibus 249
annuis censuum, singulis annis nouam præscriptionem induci. tenet etiam Alberic. *in l. de pupillo. § in pluribus. ff. de noui oper. nunciat.* & hanc opinionem receptiorem esse attestatur Guido Pap. *decis. 406. num. 1.* & ibi addit. Ranch. & Ferrer. referentes, secundùm hanc sententiam fuisse iudicatum.

Quæsitum vlteriùs fuit, † an exceptio hæc 250
præscriptionis opponi possit ab eo, qui promisit soluere annuas pensiones.

Respondi, quòd si lapsum fuerit legitimum tempus ad præscribendum, quòd poterit venditor censualis opponere exceptiones, etiam si iurauerit illas non opponere. quia † iuramentum habet tacitam conditio- 251
nem, comprehendentem iuris exceptiones. Rebuff. *in 2. tomo. super constit. Regni Franciæ, titulo de mercatoribus minutis. art. 1. gloss. fin. n. 9. & in tractatu de famulo. salarijs. gloss. 10. num. 3. fol. 243.* sequitur hanc sententiam Gutier. *de iurament. confirm. 3. part. cap. 1. n. 15.* quia † iu- 252
ramentum semper sequitur naturam actus cui adhæret. Osasc. *decis. 41. num. 5.* Ludouic. *decis. Perus. 64. num. 15. & 16.* Petrus Anton. de Petra *de fideicom. quæst. 4. in additio. post num. 9.* Gutier. *de iurament. confirm. 1. part. cap. 37.* & cùm apponatur in contractu censuali, contra quem admittitur exceptio præscriptionis, euidenter remanet probatum, etiam si opponatur in conuentione, quòd quandocunque soluatur, non erit exclusa exceptio præscriptionis. Boër. *decis. 183. num. 3. & 5.* Couart. *lib. 1. var. cap. 9. num. 4.* & sic † quibuscunque 253
clausulis concipiatur promissio de soluendo, & iuramento confirmetur, si tamen lapsum fuerit legitimum tempus ad præscribendum, non obstante clausula iuramenti, poterit exceptio præscriptionis opponi, vt clarum tradit Gutier. *dicto cap. 1. num. 9.* Tiber. Decian. *cons. 13.*

conf. 13. vol. 2. num. 59. vide Gutier. *dicto cap. 1. per totum.* maximè si quadragenaria sit præscriptio, cùm hæc omnino extinguat ius alicui competens, ex *l. fin. C. de fundis patrimonia. lib. 11. cap. ad aures, de præscript.*

254 Quæsitum fuit, † an in censualibus detur præscriptio, & quomodo censuale præscribatur in totum. Huic dubio respondet Miet. *ad hanc constit. num. 4.* dicens, quòd non currit præscriptio contra proprietatem censualis, donec locus sit exactioni censualis, aut interrumpatur possessio, iuxta communem scribentium sententiam *in l. malè agitur. C. de præscript. 30. vel 40. anno.*

255 Quæsitum, † an si clericus pro securitate alicuius censualis se obligauerit, sub pœna scripturæ tertij, an possit capi, & detineri pro debito, ad cuius solutionem sub dicta forma se obligauit.

Respondeo quòd sic, dummodo executio fiat per curiam Ecclesiasticam, cui incumbit clericos capi facere, ex Bulla Papæ Benedicti, quæ est in volumine pragmaticarum, incipiente, *sincera deuotionis.* de qua meminit Michaël Ferrer. *3. part. obseruat. cap. 101. num 7.*

Circa verba dictæ constitutionis, *Deposit*

256 *de vna pensio*, quæritur, † an in quacunque causa habeat locum depositum vnius pensionis, ad hoc vt supersedeatur in executione.

Respondi, secundùm quasdam adnotationes ad hanc constitutionem factas, quòd erat cum distinctione respondendum. quia aut agebatur in iudicio petitorio, videlicet quòd actor exponebat simpliciter retroclamum, petens quòd aduersarius condemnetur, ad soluendum ei certas pensiones debitas, occa-

257 sione cuiusdam censualis: aut † actor intentauerat iudicium in possessorio, dicens, se esse in possessione, seu quasi, recipiendi à reo conuento certam annuam pensionem, petens ipsum reum conuentum condemnari ad manutenendum, & conseruandum actorem in possessione, seu quasi recipiendi talem pensionem, & in conseruationem dictæ possessionis, ad soluendum, &c. primo enim

258 casu, † si in iudicio petitorio agatur, locus erit deposito vnius pensionis, ad hoc vt supersedimentum locum habeat; si verò in iudicio possessorio agatur, non sufficit depositum vnius pensionis. hanc resolutionem vidi scriptam manu grauissimi Doctoris; in iure tamen fundatam non scripserat. Post hæc scripta vidi Fontanell. eandem referentem *de pact. nupt. tom. 1. gloss. 18. parte 4. num. 14.* di-

259 cens, † ita fuisse decisum per nostrum Regium supremum Senatum, & sic nil aliud est perquirendum. Solet etiam depositum vnius pensionis locum habere, quando reus censualista præuenit iudicium, iuxta textum *in l. diffamari. C. de ingen. & manumiss.* vel iuxta *l. si contendat, de fideiussor.* de quorum iurium intellectu latè Couar. *pract. quæst. lib. 1. cap. 18.* ad quem recurre.

Vt † facto deposito vnius pensionis, locus 260 sit supersedimento, de quo in hac constitutione, & dilationi quatuor mensium, ad probandum aliquam ex exceptionibus quarum hic fit mentio, oportet, quòd fiat executio pensionum decursarum censualis, vel violarij, in vim constitutionum loquentium de ipsarum executione: secus si fiat executio in vim scripturæ tertij in curia Vicarij Barcinonæ scriptæ, & continuatæ. & hodie in curia cuiuscunque Vicarij, præsentis Principatus, & Comitatuum Rosilionis, & Ceritaniæ. nam rigor dictæ scripturæ tertij, non admittit dictum depositum, nec dilationem quatuor mensium, & ita fuit visum in Regia audientia, & declaratum die 9. Decembr. 1590. in aula Magnifici Regentis Regiam Cancellariam in causa retroclami, quæ vertebatur ad relationem Antonij Oliba, inter Nuncium Ioannem de Sorribes agentem, ex vna, & Marchiones de Aytona. & hoc ea ratione, quia licèt hæc constitutio sit posterior priuilegio scripturæ tertij, vt ex Calendario dicti priuilegij constat, non tamen tollit dictum priuilegium. tum quia † loquitur hæc con- 261 stitutio in alio casu, & sic non contrariatur dicto priuilegio, ac proinde non derogat illi, sed quælibet dispositio procedit in casu, in quo loquitur, videlicet, quòd hæc constitutio, quando in contractu non est scripta, vel continuata scriptura tertij, vel si est scripta, non agitur in vim illius, ex eo fortè, quòd obligatus sit mortuus, & agitur contra hæredem per viam de præcepto de soluendo intra decem: † priuilegium autem scripturæ 262 tertij est anterius, & quidem non est nouum, quòd lex posterior limitetur, & restringatur per priorem legem. *l. sed & posteriores. ff. de legib.* glos. *in l. sciendum ff. qui satisdar. cogantur.* & pluribus hoc comprobat Rodetic. Suarez *in proœm. legum fori, n. 20. cum seq.* & hæc est fortior ratio, quàm ea, quòd constitutio generalis non tollit priuilegium. quia non procedit, quando priuilegium est inclusum in corpore iuris, vt est istud scripturæ tertij. Gomez *in cap. 1. num. 93. & 94. de constit. in 6.*

De † deposito fiendo ratione executionis, 263 dictum est iam suprà, vbi fieri debeat. nam si fiat in ciuitate Barcinona, debet fieri in tabula cambij depositorum ciuitatis Barcinonæ, iuxta constitutionem 1. & 2. sub tit. *de deposits de executions curiarum anni 1585.* in quibus forma depositi fiendi data est, nempe quòd

quòd si retroclamum prouidetur per Regiam audientiam, vel per Regentem Vicariam Barcinonæ, depositum debet fieri in tabula depositorum ciuitatis prædictæ; si verò executio decernatur in aliis locis, & vicariis Cataloniæ, in quibus adsit locus ad deposita, ibi fieri debet; si verò locus publicus non sit, debet per consules loci, vbi executio decernitur, eligi persona proba, in cuius posse deposita fiant, & quòd talis persona electa præstare teneatur idoneam cautionem, ad cognitionem consulum, qui eam nominarunt.

264 Sed supra dictam resolutionem quæro, † si adsint iudices duo, videlicet quòd executio fuit emanata ab vna curia, & decreta fuerit contra habitantem in alia vicaria, coram quo ex dictis iudicibus faciendum sit depositum, an coram iudice qui prouidit executionem, an verò coram eo, qui illam fuit executus.

265 Respondeo, quòd † depositum est faciendum coram iudice qui executionem decreuit, iuxta tradita per Bald. *in l.acceptam n.13. C. de vsur. quast.16.* quia depositum à principio fiendum erat coram iudice creditoris. sequitur Buët.*decis.114.num.9.*allegans elegantem rationem, quia tunc reus eùm deponere vult, accedit iudicem vt reus, non vt actor. quam opinionem confirmat ex *l.contractibus. C.de non numerat.pecun.* & ex text. cum notatis *in cap.Romana. §. contrahentes, eod. tit. lib.6.* Cancer a.*part.var.cap.4.num.32.*& hanc sententiam tenet Mietes *ad dictam const.5. n.18.* glossa, *a posades de dret*, dicens, quòd depositum debet fieri coram iudice, qui de exceptionibus cognoscere potest.quia clarum est, quòd est iudex qui executionem decreuit.

266 Quæritur, † an quando executio fit, & quis eam vult impedire per depositum; debeat integram pecuniæ quantitatem retroclamatam deponere, an verò sufficiat, vt supersedimentum prouideatur, quòd deponatur certa quantitas, vel sufficiat dare fideiussores.

267 Respondeo, quòd regulariter † quantitas illiquida non potest via executiua recuperari: si tamen aliquis de facto, celata veritate, tanquam pro quantitate liquida, executionem decerneret quantitatis illiquidæ, existimo, supersedimentum locum habere, præstita cautione per reum, si constaret rem non esse liquidam, iuxta notata per scribentes *in l. statuliber rationum, de statuliber.* Angel. & Imol.*in l.si mora.ff.solut. matrim.* cum aliis relatis per.Tiraquel.*de retract.consan.gloss.19.§.1.*

268 *num 2. & sequent.* vel † poterit, & sufficiet, deponere aliquam minimam quantitatem, cum oblatione de supplendo, quidquid deerit.tradit Cancer 3.*tom.var.c.8.num 7.* quod deduxit ex Crauetta pro genero, *consil. 1. num.207.* Catroc. *in tract. de deposit.a.p.q.71. num.4.* Francisc.Mila *decis.18.num.28.part.2.* qui dicunt, in executione debiti illiquidi, sufficere minimum depositum, præstando fideiussores, pro eo, quod postea liquidum apparebit. quam fideiussionis præstationem attestatur Cancer *dicto num.7.* in Catalonia non obseruari; sed de stylo Cataloniæ hoc solùm obseruari, vt certa quantitas deponatur, asserens illam teneri pro maiori quantitate, quo casu apparuerit, maiorem esse quátitatẽ, & refert, secundùm hanc sententiam per Regium consilium fuisse iudicatum, dicens, hoc obseruari, † quando minima est 269 quantitas, quæ exequitur, asserens, contrarium esse obseruandum, si quantitas quæ exequeretur, esset magna. quia tunc attestatur, non sufficere minimum depositum, si fideiussores non darentur, sed quòd necessariò copulatiuè requirebatur, quòd & depositum fieret, & fideiussores darentur.

Circa eandem constitutionem, in illis verbis, *fien tenguts a fer declarar a quelles*; quibus disponitur, quòd † si intra quatuor menses 270 deponens non fecerit declarare exceptiones, quòd tunc, non obstantibus illis, creditor censualista possit pensiones depositas recuperare. Ex quibus quæritur, † an & quid sit 271 fiendum per opponentem tales exceptiones, & quid si non fuerint declaratæ. Mieres hîc *num.10.vers.glossa super verbo*, dicit instandam esse declarationem dictarum exceptionum. & circa vltimum quæsitum, quid sit fiendum, si intra dictum tempus non fuerint declaratæ? respondet, quòd eo casu cogiter pars de remedio. Sed ego respondeo, quòd † iuxta verba dictæ constitutionis, 272 pars quæ exceptiones opposuit, tenetur quátum in se est, facere suas diligentias, vt possit iudex super illis declarare, videlicet quòd processus reguleruт, & iudici deferatur, & si dictis exceptionibus sit contradictum, debet salarium deponere, & in summa tenetur facere, quantum in se est, iuxta tradita per Bart.*in l.1.§.dies.ff.quorum appellat.*& sic † pars 273 solùm tenetur suas facere diligentias. & hoc dicitur facere, quod in se est. & sic si factæ sint diligentiæ, puto, quòd lapsis temporibus etiam si exceptiones non fuerint declaratæ, præstita per actorem cautione, † quantitas 274 deposita erit ei liberanda. quia cùm iudex præsumatur, quòd semper est legitimè occupatus, nec in eo præsumatur negligentia, vt notatur *in l. moneta. C. de delato. lib.10.* & ibi Ioannes de Platea. Miet.*ad constit.confirmants Reg. Ferd.in curia Barcinon.num.37. & 39.* cùm pars pro eo quod ei incumbit, fecit quidquid in

in se fuit: & per iudicem steterit, quin exceptiones oppositæ fuerint declaratæ, il-
275 lius † mora parti non debet nocere. quia factum iudicis est, non partis. *l. ob causam. C de euict.* Cardin. Mantica *de tacitis & ambiguis conuent lib. 11. tit. 18. num. 18.* & sic factum iudicis actori non debet præiudicare. *l. in deposito, cum l. seq. ff. depos.* Mantic. *lib. 22. tit. 22. num. 20.*

In constit. 6. huius tituli disponitur, quòd
276 † si ad instantiam alicuius fuerint emparatæ aliquæ pensiones censualium penes debitorem pensionum, quòd hoc casu debitor dictarum pensionum sit obligatus, ipsas pensiones, vnà cum empata deponere in tabula depositorum, vbi depositum est fiendum,
277 iuxta mandatum iudicis. quo casu † iudex tenetur intimare, & notificare instantiæ, emparanti dictas pensiones, dictum depositum, præfigendo ei certum terminum, qui non excedat quindecim dies, intra quem teneatur iustificare emparam, & interim iudex declaret, quid iuris fuerit? iuxta cuius constitutio-
278 nis intelligentiam fuit dubitatum, † an à tali prouisione liceret appellari? & inueni in constitutionibus, quæ erant Don Michaëlis Cordellas Regentis Regiam Cancellariam in hoc principatu, & postea in supremo Aragoniæ Consilio, quòd magna discussione habita in Regia audientia die 25. Septembris 1456. ad relationem Raymundi de Papiolo fuisset determinatum in facto den Bisbal. contra N. Anglesola, posse appellari, & sufficit auctoritas tanti viri, scribentis prædicta. Cùm pro securitate censualium, & in eorum creatione, apponatur hypotheca, & tunc creditor possit agere hypothecaria actione,
279 quæritur, † quid teneatur probare agens hypothecaria.

Respondeo, quòd si non agit contra eundem obligatum, vel suum hæredem, sed contra tertium, probare tenetur, obligantem fuisse dominũ rei hypothecatæ, tempore obligationis, aut saltim, verum dominum bona fide publicè fuisse reputatum palàm apud omnes, iuxta gloss. *in l. rem alienam. ff. de pign. actio.* gloss. *in l. cùm res. C. si res aliena pignori data sit* gloss. *in l. ante omnia. ff. de probat.* sequitur Bart. *in dicta l. cùm res.* Dynus *in dicto §. Seruiana. de action.* & ibi Antonius Oliba.
280 Si † verò agit contra eundem obligantem, vel suum hæredẽ, tunc sufficit probare, tempore obligationis cuntractæ, rem specialiter hypothecatam, possideri ab eo, qui eam obligauit, iuxta tradita per DD. *in l. & quæ nondum. §. quod Titio. ff. de pignor. action.* & est casus *in l. inter §. 1. ff. eod.* quia ipse debitor, qui rem tanquam suam obligauit, vel eius hæres, tanquam repræsentans personam ipsius obligantis, non poterit de dominio rei hypothecatæ quæstionem mouere. facit doctrina Bald. *in l. rem alienam vers. quæro circa istam materiam. ff. de pignor. action.* sequitur Salicet. *in l. certi iuris. C locat.* Si † verò agatur contra 281 tertium possessorem, habentem causam lucratiuam ab ipso obligante, tunc sufficiet probare, possessionem esse penes debitorem, tempore quo obligatio fuit facta, absque hoc quòd teneatur probare dominium. Bart. & Bald. *in l. de rebus. C. de donat. ante nupt.* Cynus & communiter scribentes *in dicta l. cùm res.* faciunt notata per Mascard. *de probat conclus. 457. num. 17 per totam.* Si † verò iste ter- 282 tius possessor habeat causam onerosam ab eo, qui illam hypothecauit, debet probare, tempore obligationis dominium esse penes obligantem, ex Cyno, Bart. Angel. *in dicta l. si res. C. si res aliena pignori data sit.* resoluit Mascard. *dicta conclus. 457. num. 18.*

In † ciuitate Barcinona fuit incatricatum 283 quoddam censuale, cuius pensiones singulis annis soluendæ erant in ciuitate de Saragoça, tempore solutionis fuit orta dubitatio circa dictum censuale, & solutiones faciendas, quæsitum fuit, quid iuris esset?

Respondi, quòd si quæstio erat circa censualis naturam, & qualitatem in conuentione, iudicandum erat secundùm consuetudines Barcinonæ, vt *in l. quod si nolit. § qui assidua ff. de adil edict. l. si finita. in princ. ff. de damno infect. l. si fundum. ff. de euictio.* Bart. *in l. 1. ff. de ventre inspic.* Si † verò controuersia sit cir- 284 ca solutionem, & exactionem, tunc iudicandum erit secundùm consuetudinem ciuitatis de Saragoça, per text. *in l. exigere dotem. ff. de iudic. l. contraxisse. ff. de oblig. & action.* Bald. *in l. cunctos populos.* & ibi Bart. *C de summa Trinitat.* Afflict *decis. 126. num. 6.* notant DD *in l. si fundus ff. de euict. l. quæro. ff. de solut. & in l. hæres absens. ff. de iud.* Archid. *in cap. Romana, de foro compet.*

In † executione cuiusdam tetroclami fuit 285 captum pignus magni valoris, & venditum in publica subhastatione. dubium fuit, an talis venditio tetractari posset.

Respondi, quòd si officialis executor acceperit rem magni valoris, existentibus aliis inferioribus, quæ vendi poterant, & vendita sit exiguo debito, clarum est, † malam fi- 286 dem dicto contractui inesse, & hoc casu talis venditio retractari poterit, secundùm glossam *in l. quandiu. ff. de distract. pignor.* Bart. *in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & in l. magis puto. ff. de rebus eorum.* mala † autem fi- 287 des inesse appatet, quando officialis accipit rem magni valoris, pro debito paruo; si verò non extarent res viliores, quæ ab officiali vendi possent, clarum est, quòd cessabit mala fides,

fides, & tunc non erit locus retractui venditionis prædictæ.

288 Si † verò debitor dolosè dederit rem magni valoris, pro paruo debito, & constat, alias res habuisse debitorem, vilioris pretij, tunc si res magni valoris venditur, non erit venditio retractanda. quia id debitor censetur fecisse in fraudem executionis, eo quòd postea contra venditionem agere posset, ne fraus, & dolus ei patrocinentur. *cap. ex teno-*
289 *re, de rescript.* & sic † venditio rei pretiosæ, oblatæ per debitorem in fraudem, non erit retractanda, & secundùm hanc sententiam fuisse decisum refert Gamma *decis.* 40. *num.* 3.

290 Sed † quando censetur oblatio facta per debitorem in fraudem,

Respondeo ex supradictis, quòd tunc censebitur in fraudem, quando ipse debitor habebat alias res mediocris valoris, ad offerendum; & illis omissis, pretiosam obtulit.

Circa constitut. 8. huius rituli, quæ incipit, *si empero feran*, qua disponitur, quòd
291 † si facta executione pro aliquibus censualibus, se opposuerit tertius oppositione proprietaria, deducens ad se pertinere rem, in quam decernitur executio, debeat tunc in tali executione supersederi, & si postea constiterit, dictam rem non esse suam, quòd cum effectu res vendatur, & ex eius pretio satisfiat creditori; si verò oppositor sit creditor præcensus in dicta re, tunc si appareat mero executori, bona debitoris esse sufficientia ad satisfactionem tam creditoris censualistæ, quàm cæterorum creditorum opponentium,
292 tunc quòd † executio ad vlteriora procedat, non obstante oppositione creditorum. Si tamen officiali exequenti apparebit bona ipsius excussi non sufficere ad satisfactionem creditoris censualistæ, & cæterorum creditorum oppositorum, & ipse creditor censualista prius obtinuerit prouisionem executionis, quàm cæteri creditores, hoc casu prædictus creditor censualista possit ante omnia satisfieri in suo credito, non obstante concursu cæterorum creditorum oppositorum, præstita priùs idonea cautione coram officiali exequente. iuxta quæ verba, *prestada*
293 *empero idonea cautio*, quæsitum fuit, † an dicta executio valeat, si forsan talis cautio præstita non sit.

Respondeo, talem executionem nullam esse, ex traditis per Mynsinger. *obseruat. Cameræ Imper. centur.* 1. *obseruat.* 6. vbi ait, talem cautionem esse de substantia, & fore præstandam, etiam si non petatur. faciunt tradita per Socin. *in l. Mutiana cautionis, num.* 5. *ff. de condit. & demonstrat.* Caualcan. *de vsufruct. mulier. relict. num.* 91. 118. *&* 132. qui dicunt, similem esse vsufructuario, qui cùm vult vsumfructum, tenetur priùs cauere. Pinell. *in l.* 1. 2. *p num.* 77. Stephan. Gratian. *decis.* 3. *Rota Marchia, num.* 22. *&* 23. quia † cau- 294 tio, quæ à statuto requiritur, ideo de substantia dicitur, quia siue petatur, siue non, semper est præstanda. Ias. *cons.* 91. *per totum, vol.* 2. Beroius *quæst. familia.* 79. *&* 81. Surd. *decis.* 57. Hering. *de fideiuss.* 1. *part. cap.* 6. *num.* 31. Surd. *decis.* 57. *num.* 15.

In dicta constitutione 8. dicitur, quòd † de dicta oppositione proprietaria cogno- 295 gnoscatur summariè, prout de iure statutum est. ex quibus verbis fuit quæsitum, per quem cognitio erit fienda, tam de dicta exceptione proprietatis, quàm de aliis, quæ cessare faciunt executionem, videlicet, in causa possessionis, vel hypothecæ, vel similium, de quibus Cancer 2 *tom.* 2. *var. cap.* 16.

Respondeo, quòd † iudex qui executio- 296 nem prouidit, debet cognoscere de causa proprietatis, & inspicere, an opponens sit dominus, iuxta notata *in l. à diuo Pio.* §. *si super rebus.* aliàs *si rerum. ff. de re iudic.* & ibi Bart. & communiter scribentes. Si verò executio fuerit alteri commissa, virtute litterarum requisitoriarum, tunc distinguendum est. quia tunc † aut exceptio quæ opponitur est 297 notoria, aut non: si notoria est, poterit iudex executor de ea cognoscere, iuxta gloss. *in cap. etsi non.* 2. 5. *quæst.* 2. Felin. *in cap. pastoralis.* § *quia verò, num.* 17. *de offic. deleg. vers. executor merus.* idem Felin. *in cap si quando, colum. vlt. vers. quartò fallit, eodem tit.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 21. Si † verò non sit 298 notoria, tunc merus executor non poterit ea cognoscere, iuxta suprà dicta. Nec contrariatur Couarruuias *in cap.* 6. *num.* 15. *practic. quæstio.* dum ait, quòd index exequens, debet cognoscere de exceptionibus. nam aliàs facillimè iniuria inferretur cuilibet tertio oppositori, qui non ita facilè posset ad iudicem mandantem accedere. quia Couarruuias loquitur, in dictis notoriis exceptionibus, non verò de dubiis, sed ait, † posse 299 agentem coram iudice executore instato, exceptiones opponere, & ea probare; quo verò ad declarationem earum, non loquitor. iudex ergo requisitus, factis coram eo probationibus, partes ad iudicem requirentem remitter. Nec contrarium probat textus *in dicto* §. *si rerum, vel, si super rebus*, vbi videtur disponi, quòd iudex exequens, poterit de exceptionibus cognoscere. nam proculdubio ille text. intelligendus est de ordinariis, & friuolis exceptionibus, † quæ 300 non debent retardare executionem, prout insinuare videntur verba dictæ legis, asserentis, decisionem iudicis non parare præiudicium creditori, vt *in eodem* §. *vers. sed sciendum*

dum est, iuncta gloss. *verbo praeiudicare.* consti-
301 tuens differentiam† inter cognitionem summariam, & ordinariam, vt summariè iudex executor notorias exceptiones admittere possit; non verò, quæ causam dubiam reddunt, & cognitionem, & decisionem requirunt. Si verò executio committatur alicui mero executori, hic de nulla exceptione poterit cognoscere, quia merus executor est. *l.executorem. & l.si vt proponis. C. de except. rei iud.* Bart. *in d.l.à diuo Pio, in princip.n.* 10. Menoch. *vbi suprà,n.* 20. sed admissa oppositione, si, & in quantum dictam cognitionem iudici requirenti remittere debeat.

302 Pone, quòd † aliquis vendiror eiusdam censualis pro securitate illius, aliquam rem obligauit, & hypothecauit, postea rem hypothecatam secundo censualistæ hypothecauit. quia secundum censuale vendidit sub hypotheca eiusdemmet rei, & ex pretio secundi censualis venditi luit primum censuale euenit, quòd executio fuit decreta contra ipsum emptorem, extitit dubium, quis esset præferendus, an emptor, cui res vendita, & tradita priùs erat, vel secundus censualista, cui ante venditionem res fuerat pro securitate prædicti secundi censualis hypothecata, & ex eius pecunia luitum primum censuale.

Respondi, emptorem esse præferendum secundo creditori censualistæ, etiam anteriori, ex eo quòd obligatio facta secundo censualistæ, nulla erat. quia fuerat hypothecata res iam vendita, & sic aliena, nec intererat,
303 quòd† ex pecunia secundi creditoris censualistæ creditum primi censualis fuisset redemptum, ex text. *in l.si debitor.2. ff.de pign.act.* non enim ex eo quòd pecunia secundi creditoris fuerat extinctum ius primi censualis, potuit prætendere secundus creditor censualista, quòd successerat in locum illius, vt notat Ac-
304 curs. *in d.l.2. verbo pertinuisse*, docens quòd† ad hoc vt vnus creditor in locum alterius succedat, debet expressè pacisci hoc inter contrahentes, confirmat ex *l.1.2. & 3. C. de his qui in prior. credit. locum succedunt.* docet Bart *in d. l.2. ff. de pignor. act.* & licèt aliqui existiment, quòd ad hoc vt vnus creditor in locum alterius succedat, debet fieri pactum inter primum creditorem, & secundum, & non inter debitorem, & secundum creditorem: tamen
305 veritas est, quòd † vt secundus creditor succedat in locum primi creditoris, sufficit quòd pactum fiat inter debitorem, & secundum creditorem, dummodo ex pecunia secundi solutio fiat primo creditori, & ipse sit dominus rei, tempore secundi contractus, docet Paul. de Castr. *in dicta l.2. ff. de pignor. action.*

In dicta constitutione legitur, *cautio idonea ab fermanses.* quæritur circa dicta verba, † quæ dicatur idonea cautio, & fideiussio 306 idonea.

Respondeo, quòd hæc decisio ferè tota dependet à iudicis arbitrio, probato, seu reprobato fideiussorum patrimonio. Materia autem fideiussoris idonei, vel non idonei, tractatur à Vincent. Carroc. *in tract. de execut. bonor. 2. part. à quæst.* 40. *cum seq.* ad quem recurrere poteris. tum & ad Hering. *in suo tract. de fideiuss. 1.p.cap.7. vsque ad* 13. Sed † si fide- 307
iussorum nominationi contradicatur, quid fiendum erit.

Respondeo, magnam esse difficultatem, vt vix regula certa possit constitui, vt attestatur Hering. *vbi suprà cap.6.n.33.vers.etsi autem.* vbi postquam longa commentatione egit, an fideiussor recusatus, contra recusantem calumniosè, actione iniuriarum agere possit, *num.* 40. asserit, iudicem (si animaduertat obiectionem fideiussorum esse calumniosam, & animo vexandi partes,) auctoritatem suam interponere debere, decernẽdo fideiussorem esse recipiendum, ne fenestra aperiatur cuicunque volenti inconsideratè, fideiussores impugnando, iudicium in infinitum protrahere, & sic iudex poterit declarare super admissione, vel repulsione fideiussorum, pro vt legalitas, & sufficientia eorum in processu probata remanet.

Quæritur, † si partes in promptu fuerint 308
paratæ docere de prioritate & potioritate crediti eorum, respectiuè, an sit præstanda hæc cautio.

Respondeo, quòd non. quia hæc cautio solùm fuit inducta in fauorem actoris exequentis, & in securitatem aliorum creditorum, de quorum iure postea apparere poterat: vbi autem probationes in promptu sunt, non est cautio præstanda, cùm iudicium de anterioritate, vel prioritate creditorum non sit deferendum, vbi in promptu sunt probationes, iuxta doctrinam traditam à Bart. *in l.fin. C. si ex falso instrum.* vbi attestatur, quòd quando probationes possunt incontinẽti fieri, non est dandus locus, quòd lis differatur. faciunt notata per Bal. *in l.3. C.de compensatio.*

Ex hac const.8. clarè constat, † cautionem 309
esse dandam cum fideiussoribus, cùm hoc expressè in ea disponatur. quæsitum fuit, an casu, quo non inueniantur fideiussores, qui se obligare velint, ille qui executionem instat, satisfaciat huic constitutioni, præstando iuratoriam cautionem.

Respondeo quòd sic, quia † forensis, seu 310
pauper, si fideiussorem dare non potest, propter impossibilitatem, non potest remanere exclusus à commoditate recuperandi suum debitum, vt probant scribẽtes *in auth. generaliter.* & in corpore vnde sumitur. *C. de Episc. &*

cler.auth.de SS.Episc.§.si quis autē pro pecuniaria.
notant gl.& DD.*in l.1 ff.qui satisdar.cogantur.*
gl.*in c.ex parte lo 1.vers.pro contumacia,circa fin.*
de verb.obl.& ibi Abb.facit text.*in l.si constan-*
te §.quoties.ff solut.matr. & in l.filiusfamilias §.
*Diui.vers.idem principes.ff de legat.*1. Ioann. de
Imol.*in l.cùm non facilè.ff si cui plus quàm per le-*
gem falcid notat tamen Hippol. de Marsil. *in*
311 *tract.de fideiuss.n.*167.quòd † si ille qui para-
rus est iuratoriam cautionem præstare,sit cō-
uictus de periurio, eo quòd iurauit, & non
adimpleuit iuramentum, quòd non admitti-
312 tur secunda vice,volens iurare,quia † cùm se-
mel fuerit malus, semper præsumitur malus,
cùm sit in eodem genere,ex vulgatis iuribus.
Bald.*in auth.ei qui,in princ.C.de bonis auctor.iu-*
*dic.possid.*quem referr & sequitur Felin.*in c.ex*
parte in 1.col. in fin. de testibus. plura ad huius
confirmationem refert Marsil. *vbi suprà, à d.*
*num.*167.*cum seq.*

In dicta constitut. 8. leguntur hæc verba,
seruats en pero, en les executions. quibus caue-
tur, quòd dominis directis allodialibus re-
seruetur ius in rebus allodialibus, & alia cæ-
tera iura in dictis rebus. iuxta quæ verba
313 quæritur, † an prædicti domini præferantur
tantùm super allodio, an verò etiam,& super
aliis rebus. &

Respondi,quòd domini directi solùm præ-
feruntur respectu rei allodialis, & pretij il-
lius; non verò erunt præferendi quo ad cæ-
tera alia bona.quia ex tenore verborum dictę
constitutionis apparet,quòd verba illa,*& tots*
314 *altres drets en ditas cosas,*clarè denotāt, † præ-
lationem dari tantùm in rebus allodialibus,
& in pretio earū, causatiuè ratione dominij.
nam certum est,dominium vtile solùm penes
emphyteotam reperiri; directum verò penes
dominū directum, qui rem in emphyteusim
concedendo, non censetur sibi voluisse præ-
iudicare. imò omnia iura respectu illius rei
illæsa reseruatis& quotidie experimur, quòd
in alienationibus dictarum rerum, semper
firma dominij est, cum saluitate iurium do-
315 minicalium. & sic † causa huius prælationis
est retentio dominij. hæc enim propria causa
est prælationis, cùm ratio huic constitutioni
insit, iuxta tradita per Bald.*in c.monasterium,*
*de vita & honestate cleric.*Tiraq *in tract.cessante*
*causa 1.p.n.*10.vnde cùm respectu cæterorum
bonorum non adsit causa,cur prælatio detur,
316 cessabit. quia † cessante causa commodi, re-
spectu dominorum,debet cessare & commo-
dum.ex *l.eum qui iurauit,in princip.* & ibi Bart.
Alex.& Ias.*in 1.notab ff.de iureiur.* Tiraq *in tr.*
cessante causa 1.p.n. 49. & in hac sententia est
Marq.in Vsat *si quis acceperit.col.3.vers pone Ti-*
317 *tius,*dicens, † dominium allodialem præferri
cæteris creditoribus, in valore rei emphyteu-
ticæ; in cæteris verò bonis non,nisi ostenda-
tur,quòd hypotheca expressa per pactum in-
teruenerit, & sic præferuntur pro censibus
debitis,& pro laudimiis tantùm.Mier.*ad con-*
*stit.de execut.censual.c.8 n.*11.*verbo,tots altres.*

Cùm magna inter DD.sit controuersia,an
merus executor possit cognoscere de exce-
ptionibus,quæ opponuntur contra executio-
nem promptam, quæ æquiparatur executio-
ni rei iudicatæ.in qua quæstione alij scriben-
tes in vnam, alij in aliam inclinarunt senten-
tiam.quæritur,† coram quo iudice sit facien- 318
da oppositio mulieris,qua se opponit pro suis
dote,& sponsalitio,an coram iudice,qui pro-
uidit executionē,an coram eo,qui illam exe-
quitur. Pone domiciliatus in terra Baronis,
obligauit se sub scriptura tertij,continuanda
in quacūque vicaria, cum solitis clausulis re-
nunciationis. Creditor retroclamū exposuit
in curia Regētis vicariā Barcinon.à qua ema-
narunt litteræ directæ loci, vbi domiciliatus
erat obligatus, per quam fuit prosecutum ad
executionem bonorum obligari. quæritur,
† mulier coram quo iudice debeat facere op- 319
positionem?an in curia Regentis vicariā Bar-
cinonæ,an verò in curia Baronis exequentis.
Hoc dubium interpretans Mieres constitu-
tionem 26.curiarum Regis Iacob.II.in curia
Gerundæ,ann.1321.respondit, ex tenore di-
ctæ constitutionis, dicens, quòd iudex qui
exequitur retroclamum, potest cognoscere
de valore bonorum, cùm dicta bona existant
intra territorium, vbi executio decernitur.
ita etiam Michaël Ferret *3.p. obser c.*108 *n.*2.
éstque hæc obseruantia iuri communi con-
formis.quia † valor bonorum meliùs iudica- 320
tur in loco vbi sunt sita,& minoribus expen-
sis fiet executio, & æstimatio. iuxta notata
per Bart.*in l.à Diuo Pio.§ in venditione.ff. de re*
iud. & secundùm dictam constitutionē,† iu- 321
dex iste merus executor, solùm poterit co-
gnoscere de valore bonorum, & illorū æsti-
mationem facere; cætera verò procedimen-
ta,si quæ fienda sunt, vt fiant,ad iudicem pri-
mitiuū erit recurrendum,cùm merus execu-
tor vltra valorem cognoscere non possit, vt
tradit Mier. ad dictam constit.*n.*8. quia cùm
constitutio illa solùm loquatur de valore, nō
est vlteriùs extendenda, sed ad ius ciuile re-
currendum est.arg.*l.commodissimè ff de liber.&*
posthum.& const.40.curiarum anni 1599.qua
disponitur, quòd ius in Catalonia obseruan-
dum sit, & sic clarum restat, quòd merus
executor non potest mulieris oppositionem
admittere, sed tantùm cognoscer de valore
bonorū, sitorum intra suam iurisdictionem;
si verò aliquæ aliæ exceptiones opponuntur,
ad iudicem curiæ,in qua retroclamum expo-
situm fuit, debet eas remittere.

Consti

Constitut. 7. huius tituli, quæ incipit, *e si cas fera*, & 9. quæ incipit,*en cas que*, quæ duæ loquuntur de mulierum oppositionibus in bonis maritorum, statuens dicta constitut.9.
322 quæ est posterior,quòd † si mulier coram iudice exequente, se opposuerit executioni, quæ instatur in bonis eius mariti, pro pensionibus censualium, hoc casu iudex summariè cognoscat, quis sit prior, & potior, videlicet an mulier, an verò censualista? & si constiteri t censualistam esse potiorem,non obstante mulieris oppositione, executionem ad totalē effectum perducat;si verò mulier, possidens bona mariti, virtute cōstitutionis huius nostræ, potior creditor sit, quàm censualista,
323 tunc iudex † mulieri electionem concedat, an eligere velit bona aliqua ipsius viri,ex quibus possit satisfieri de dote,& spōsalitio.quòd si mulier talia bōna optare non velit, tunc executor ad toralem effectum executionem mandabit, vendendo omnia bona,vt ex pretio eorum satisfiat mulieri in suis dote, & sponsalitio, & aliis iuribus, si recipere velit, aliàs si recuset,deponantur pretia,quo ad vsque sufficiant, ad soluendum mulieri integrè totum id quod sibi debetur.

Iuxta quam constitutionem primò quæ-
324 ritut,† an dicta oppositio ita mulieribus concedatur, vt cæteris denegetur.

Respondeo, quòd licèt hæc constitutio solùm loquatur de mulieribus, quòd etiam dispositio illius locum habet in filiis,hæredi-
325 bus illius matris.quia†priuilegia dotalia matribus concessa,ad filios hæredes earū, etiam extenduntur. Cancer.2.*tom.var.c.7. de restit. spol n.6*0.quę refert hanc opinionem reluctasse cuidam Magnifico Doctori iudicatum tamen ita fuisse per nostrum Senatum refert. Nec videntur adinuicem contrariari, dum agūt contra bona patris,ex iutibus sibi competentibus,in bonis parentis,tanquam filij,& contra eadem bona, ex persona matris. quia
326 † quando aliquis habet duo nomina, & agit ex vno, non præiudicat sibi in alio, quia habentut ac si essent duæ personæ separatæ, & scjunctæ.*l.*1. vbi Bald.*ff.de off.Consul.*Surd.*decis.*153.*n.*16.*& cons.*91.*n.*19.*& cons.*183.*n.*42. referens idem tenere Socin.*in l.cùm filiofamilias, n.*28. *post med ff.de leg.*1. confirmans hoc ex Bart.*in l.Caius.ff.de pign act.*vbi dicit,quòd
327 †.subscribens se alicui instrumento, tanquam testis, sibi non præiudicat. plura per Surdum *à num.*16.*vbi suprà.*

Leguntur in eadem constitutione,*dins deu*
328 *dies*, ex quibus constat, † mulieres intra decem dies debere facere suas oppositiones, & illas iustificare. fuit facta quædam executio in bonis alicuius, cui se opposuit mulier, & non docuit, dotem suam fuisse solutam. ad-*Acac.Ant.de Ripoll Resol.var.* uersarius lapsis dictis decem diebus instabat executionem ad vlteriora progredi. ipsa decem diebus elapsis, fuit in promptu, ad iustificandam dictam oppositionem. quæsitum fuit, † an possit. 329

Respondi quòd sic,ex traditis per Mier.*ad constit. Alfonsi filij Ferdinandi de execut.censual. c.7.n.2.*probans ex *l.is à quo.ff.vt in possess legat.* quia cùm statim prompta sit docere, tunc agere dicitur, & aliis traditis per Miet. *ibid.* quem vide.

Quæsitum fuit, † an dispositio constit. t. 330 hoc titulo locum habeat contra clericum hæredem laici.

Respondeo cum Felin. *in c.quia,de iudicijs, n.*3.quòd si cœpta sit lis cōtra laicum defunctum,& cœpta executio retroclami, etiamsi clericus succedat,poterit per eandem curiam secularem prosequi executio, iuxta formam dictę constitutionis;si verò executio non fuerit cœpta contra laicum defunctum, etiam si litteræ executiuæ sint emanatæ, non habebit locum dicta constitutio,sed aliter erit procedendum, iuxta dicta *in cap.*1.*de iurisdict. omn. iud à num.*192.*&* 203.

In † curia Regeutis Vicariam de Gitona 331 fuit expositum quoddam retroclamum,contra aliquem ciuem Gerundensem, qui cupiēs immortalē facere causam, volebat illam Regiam audientiam euocare,existimans,multitudine causarum in ea verrentium nunquam illā declarari,quæsitum fuit,an possit euocari.

Respondi quòd non, ex obseruantia Regiæ audientiæ, iuxta tradita per Mich. Ferr. 1.*p.obser.c.*31.vbi ait, non posse euocari extra vicariam causas executionum censualium,& violariorum, etiam prætextu qualitatum. quia constit. 1.huius tituli hoc disponit,quòd executio ad totalem finem perducatur, per iudicem, qui illam exequi cœperit.

Cùm differentia constituatur inter bona mobilia,& immobilia, quæritur, † quæ bona 332 comprehendantur sub vtraque specie? & in primis pro huius dubij resolutione stat decisio Guid.Pap.291.asserens,quòd appellatione bonorum mobilium,non continentur nomina debitorum,hoc est, debita. confirmat hoc dictum ex Bart.*in l.*1. *C.si aduersùs transact. & in l.quintus ff.de aur.& argent.leg.*Specul.*in tit. de fruct.& interesse.* Guiller Bened. *in c.Raynutius, verbo cætera bona, à n* 8.*cum seq.* Alciat.*in l.mouentium. ff de verb. signif.* Cartoc. *in tract. de excuss.bonor.* 1.*part.à quæst.*1. *vsque ad* 10. & quòd †censualia inter bona immobilia com- 333 putentur. Cartoc. 2.*p.quæst.*44. & omnes annui redditus quod confirmat ex *l.si quis inquilinos ff.de leg.*1.*l.iubemus nulli,in princ.*& ibi gloss.*verbo annonam.*Bart.*in fin.*Bald.Castren. & alij. *C. de SS. Eccles.* & ex aliis per dictum

334 Cartoc.allegatis,& † licet pecunia inter mobilia computetur, vt communiter omnes DD.attestantur, *in l.mouentium.93.ff.de verbo. signif.* Cyn.Bald.& Albetic.*in l.ea demum.C.de*
335 *collat.* si tamen † pecunia ad negotiationem destinata sit, inter immobilia computator, vt est text. *in l.si chorus.* §.1.*de leg.3.l.si fundus.* & *l.si domus.* & sic decisum refert Thesaur. *decis.*160.*num.*9. dicens *num.*10. quòd pecunia in banco deposita, est eiusdem naturæ.

336 Mulier † opponens se executioni, quæ instatur in bonis mariti, si ipsa non firmauit in obligatione, facit cessare executionem à die oppositionis factæ, si ipsa iustificauerit suum creditum, & sic cauta debet esse pars, quæ
337 executionem instat, quòd inspiciat, an † mulieris oppositio sit iustificata, quia si iustificata est, debet statim, non expectata iudicis prouisione, supersedere: aliàs enim si non supersedeat, sed potiùs ad vlteriora prosequatur, solent omnia procedimenta nulla declarari, & prouideri, quòd omnia restituantur in pristinum statum, in qua erant tempore oppositionis, & pars quæ institit executionem, debet in expensis condemnari, & ita fuit declaratum per Ioann. Gallego die 7. Decembris 1617. in causa in Regia audientia vertente, ad eius relationem, inter Monserratū Oliuer, & Alexium Gil mercatorem ciuitatis de Tarragona, scriba causæ Mich.Perez.

Circa verba dictæ constitutionis, *done ele-*
338 *ctio a la dona*, nota, quòd † electio quæ mulieri datur, virtute huius constitutionis, datur etiam mulieribus, virtute Regiæ pragmaticæ, concessæ per Iacobum I. sub tit. *de priuilegijs dotalibus.* qua cauetur, quòd si in bonis maritorum decernitur executio, pro debitis, in quibus mulieres non se obligarunt, quòd eo casu fiat æstimatio bonorum mobilium, & ex illis satisfiat vxoribus dos, & sponsalitium, & si non sufficiant bona mobilia, quòd ei fiat supplementum de bonis immobilibus, electionem mulieribus concedendo, de quibus bonis velint satisfieri in terris quæ sub-
339 sunt iurisdictioni Regiæ; si † verò mulieres non habitent in terris Regiis, sed Baronis: bona mobilia creditoribus liberantur, & de immobilibus fit mulieribus satisfactio. Mier. ad constit. Regis Ildefonsi III.*col.*5.*c.*10.*n.*39. ex quibus iuribus resolutio quæ desumitur est, quòd mulieres habitantes in terris Regiis, si non firmauerint instrumenta, quorum virtute decernitur executio in bonis mariti, potest se opponere, & facit cessare executionem, quoad vsque fuerit satisfacta in sua dote, & sponsalitio, & potest optare bona mobilia, si vult, & in eorum defectum immobilia; in tertis verò Baronum non datur mulieribus optio, vt satisfiant de mobilibus, sed tantùm de immobilibus. & quòd immobilia bona creditoribus deseruiant, vt ex illis creditores satisfiant. quod intelligēdum est, si mulieres non firmauerint instrumenta, quorum executio instatur, quia si mulier firmauit, non facit cessare executionem, propter rationes assignatas à Mieres *d.cap* 10.*num.*41.

Quæro, † an hæc electio quæ mulieribus 340
datur, optandi bona mariti, ex quibus eis satisfiat in dote & sponsalitio, sit conformis iuri Digestorum.

Respondeo, quòd sic, quia de iure Digestorum, quilibet creditor, habens bona sui debitoris obligata, potest eligere in quibus velit hypothecam habere, iuxta tradita per Bart.*in l.creditores.ff.de distract. pignor.* Alex. *cons.*154.*vol.*7.Guido Pap. *decis.*432.*n.*4. allegans Bart.*in l.Moschis.ff.de iure fisci.*

Quæro, cùm mulier constante matrimonio, agere possit ad suæ dotis, & sponsalitij recuperationem, marito vergente ad inopiam, ex *l.si constante.ff.sol.matr.* & ex *l.vbi adhuc.C.de iure dot.* vt notat Mier. ad constit. Regis Iacobi II. in curia Gerundæ *c.*26. de oppositione vxoris, & ex pragmatica suprà mentionata, † quænam sit differentia inter hanc opposi- 341
tionem, quā facit mulier virtute huius pragmaticæ, à dispositione *l.vbi adhuc.C.de iure dot.*

Respondeo, quòd † secundùm litteram 342
pragmaticæ, & constitutionū, quorum occasione mulier se opponit executioni, quæ instatur in bonis eius mariti, ad instantiam alicuius creditoris, ipsa optando iuxta suprà dicta bona mobilia, & immobilia respectiuè, petens illa æstimari, & interim dum æstimatio fit, supersedeatur in instata executione, & sic quotidie in praxi experimur; quando verò † mulier agit ex *l.vbi adhuc.C.de iure dot.* 343
mulier allegat inopiam mariti, prouentam ex illius mala administratione, tūc mulier tenetur allegare, & probare, maritum ad inopiam peruenisse, occasione suæ malæ administrationis. quo casu, ex dictæ legis dispositione, permittitur vxori, vt agat ad satisfactionem suæ dotis, & sponsalitij, in vim actionis, & in vim exceptionis, excipiendo contra creditores mariti. tum, & auocando hypothecas à creditoribus posterioribus mariti, petens ipsa mulier, vt res ipsius mariti sibi adiudicentur, vt ex fructibus earum ipsa, eius maritus, & filij, ali possint. & sic apparet, quòd † in casu 344
dictæ *l.vbi adhuc*, deducitur ius mulieris, ex mala viri administratione probata; in dicta verò pragmatica, solùm generaliter agit mulier, quia bona mariti exequuntur. & hanc differentiam agnouit Mier. ad const. Ildefonsi III. in curia Montis Albi. *col.*5.*cap.*10. *de executio. num* 42. latè Bart. *in d.l.si constante, per totam*, dicens *num.*1. quòd † circa dotis 345
recu

recuperatione in triplex ius consideratur, vnum Digestotum, quod est *in dicta l. si constante.* aliud Codicis, quod legitur *in dicta l. vbi adhuc. C. de iure dot.* aliud Authenticorum, quod est *in auth. de aequali. dotis. §. illud. col. 7.*
346 dicens idem Bart. quòd † mulier secundùm ius Digestorum tunc agere poterat, quando erat in extrema necessitate, & bona non sufficiebant ad illius exactionem, deducto aere alieno, & sic antea non poterat agere. sensit gloss. *in d. l. vbi adhuc, verbo ad inopiam.* per ius verò Codicis latiùs fauori mulierum cautum est. nam licèt bona mariti sufficiant ad exactionem dotis, si tamen maritus laborat inopia, videlicet quòd sit Nobilis, & habeat parum in bonis, habet tamen quantum sufficit doti, & creditoribus, & malè vten-
347 do ipso viro, † mulier pateretur in alimentis, secundùm ius Digestorum mulier non poterat agere, ex *l. tamen, vbi adhuc, &* ex *l. in rebus. C. de iure dot.* potest agere, vt bona ipsius mariti sibi adiudicentur. Bart. *in dicta l. si constante,* ferè per totam. ius autem competens ipsi mulieri, ex *dicta l. vbi adhuc*, non solùm
348 † ad dotem, sed etiam ad res in donatione propter nuptias comprehensas, extendi, apparet ex *auth. donationem. C. de iure dot.* & licèt Mier. asserat *vbi suprà num.* 5 t. quòd dicta pragmatica locum habeat, quando fit executio in bonis mariti viuentis, videtur superflua talis animaduersio: salua tamen tanti viri pace, cùm certum sit, mortuo viro tales executiones fieri non posse, cùm res à muliere, vel ab alio tertio possessore occupatae sint. quo casu, contra eos per viam ordinariae petitionis sit procedendum. (quod nos appellamus, praeceptum de soluendo) tanquam contra tertios possessores, de quibus infrà suo loco dicemus. Nota tamen obiter, quòd
349 † haec inopia, ex qua mulier agere potest, debet superuenire, matrimonio iam contracto. nam si tempore, quo matrimonium fuit contractum, maritus iam erat inops, non poterit mulier hoc priuilegio iuuari. ita Cynus *in dicta l. vbi adhuc. quaest. 4. de iure dot.* notat Ferrar. *in sua praxi. in forma sequestri, seu desaxtmenti num. 2. circa medium.* Thesaur. *decis. Pedemon.* 207.
350 Quaesitum vlteriùs fuit, † an quae hìc dicta sunt de mulieribus opponentibus se executioni, quae in bonis maritorum instatur, habeat locum, si mulier non possideat virtute dictae pragmaticae, sed ex dispositione dictae *l. vbi adhuc. C. de iure dot.* Mier. ad constitut. *de executio censual. cap. 9. num.* 1. ait hanc difficultatem indigere constitutionis declaratione, ipse tamen credit, non competere beneficiũ huius constitutionis, ex eo, quia ius dictae *l. vbi adhuc,* non mutatur, & solùm constitutio

loquitur, quando mulier possidet bona, virtute optionis, ex dicta Regia pragmatica: & sic attestatur, quòd est casus omissus per constitutionem. vnde seruandum est ius commune, quia cùm haec constitutio sit exorbitans, debet restringi, quo minus alteret ius commune, ex vulgatis iuribus.

De † oppositionibus quas mulieres faciunt 351 in executionibus, quae instantur contra bona maritorum, & de plutibus requisitis circa hanc materiam, vide Fontanellam 2. *tom. de pact. nupt. claus. 7 gloss. 2. part.* 4. 5. 6. *&* 7. vbi latè de omnibus iuribus mulierum, tam agendo, quàm excipiendo, *& part.* 8. 9. *&* 10. de praelatione mulierum in concursu creditorum, ad quem recurri potest.

Constitut. 10. quae incipit, *e si se es deuendra que se altre tercer possessor*, materia tertij possessoris disponitur, vt ex ipsius constitutionis contextura apparet. & sic de exequenda re speciali ter hypothecata, pro qua, primum dubium quod quaeritur, est, † quid te- 352 neatur probare agens hypothecaria actione? quod latè tractant DD. *in l. cùm res. C. si aliena res pignori data sit.* Ias. Angel. *in §. item Seruiana, seu quasi Seruiana.* Hippol. Montaner. *in additio. ad Anton. Oliba. de act. tom. 2. cap 29. n.* 71. nempe hypothecantem rem, tempore quo res fuit hypothecata, esse dominum rei hypothecatae, allegans multos DD. hanc materiam tractantes, & quòd † res quae exeuitur, 353 sit illa, quae realiter fuit hypothecata, & quòd debitor sit in mura soluendi, quòd debitum sit certum, & quòd reus conuentus rem illam teneat. vide dictum Montaner. *à d. n.* 71. & Afflict. *decis.* 383. *n.* 4. Gail. *lib. 2. obser. 26. per totam.* Mascard. *conclus.* 457.

Hac eadem constitutione cauetur, vt † de- 354 ficientibus bonis primi obligati in censuali, & fideiussorum, quòd executio fiat in bonis, quae fuerunt primi obligati, quae postea penes tertios possessores reperiuntur. quod quidem pactum non solùm prodest ei, qui illud apposuit, sed etiam & suis haeredibus, & successoribus, ex *l. vnic. C. vt actio ab heredibus, & contra hered.* Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 11. tit 5. num.* 11.

Sed offert se dubium, † an absolutè possit 355 procedi via executiua contra hos tertios possessores, habentes causam à primo obligante, quoties in obligatione, & hypotheca adest clausula constituti, & precarij, tanquam impeditiua translationis dominij, ex doctrina Angeli & Imolae *in l. exitus ff. de adquir. possess.* Angel. & Ias. *in §. si quis in fraudem, Inst. de act.* Caepolla *cautel.* 31. & ita inueni notatum, manu scriptum, in libris constitutionum cuiusdam Magnifici Senatoris.

Contrarium tamen video obseruari in Re-

Acac. Ant de Ripoll Resol. var. Vv 3 gia

356 gia audientia, quòd † quotiescunque in contractibus obligationũ adsunt prædictæ clausulæ, constituti, & precarij, si res obligata, tempore executionis, reperitur penes tertium possessorem, nõ poterit executio prom-
357 pta decerni contra tertium possidentem, † nisi priùs eo citato, & de reuocatione precarij, seu constituti, certiorato ipso tertio possessore. & ita fuit declaratum per Ioann. Gallego, cum sententia per eum lata die 4. Iulij 1617. in causa, quæ ad eius relationem vertebatur inter Annam Riera, ciuitatis de Vic, contra Capibreuium eiusdem ciuitatis. scriba causæ N. Payssa. & de clausula constituti, & expres-
358 sa, quòd † possit propria auctoritate possessionem accipere, exemplum Regij Senatus refert Canc. *lib. 3. var. c. 7. de pact. n. 218. cũ seq.* dicens noluisse Regium Consilium dare assistentiam contra tertium rei possessurem, sine summaria citatione. etiam si in instrumento adesset clausula, tempore obligationis appo-
359 sita, quòd † propria auctoritate possit possessio apprehendi, fundando prædictam doctrinam ex traditis à Bart *in l. creditores. n. 26. C. de pign. vers. aut iudex facit citare partem.* quod est prudentius. *& in vers. mihi autem.* quia, vt attestatur Bart. ibi, & bene, possunt tali tertio competere multæ exceptiones, quæ oppositæ releuarent ius actoris, vt latius *in l. nam ita Diuus ff. de re iud. l. de vnoquoque.* cum simi-
360 libus. Igitur, † virtute dictarum clausularum, solùm agi poterit via executiua, existente re hypothecata in posse ipsius obligantis: secus, si penes tertium reperta fuerit. quia tunc via ordinaria per præceptum de soluendo intra decem, erit procedendum.

Suprà dictum fuit, causas retruclamorũ expositorum extra vicariam, ad instantiam debitoris, non posse euocari ad Regiam audientiam, sed ad instantiam creditoris. quæritur,
361 † an si causa retroclami fuerit euocata, virtute Regaliarum, & Regia audientia se absentet, an postea possit prædicta causa ad ordinarium iudicem restitui.

Respondeo, quòd non, ex traditis per Bald. *in l. si vt proponis. C. quemodo, & quando iudex.* &
362 DD. *in c. vt nostrum, de appell.* quia, † cùm per euocationem causa semel fuerit facta consistorialis, non potest in alio inferiori iudicio decidi, & hoc de obseruantia Regij Consilij, refert Mich. Ferr. *1. p. obser. c. 10. in fin.* vbi postquam dixit, in principio, quòd causæ euocatæ ad Regiam audientiam, si ipsa se absentat, causa restituitur ordinario, dicit, nisi cum qualitate esset euocata extra vicariam. Ferrer. *vbi suprà cap. 21. num. 3.* vbi latè. quia dicit, prædictam causam semel fuisse factam consistorialem.

363 Quæsitum fuit, † an hoc quod dictum est, quòd non potest perueniri ad exequendam rem hypothecatam, penes tertiũ repertam, nisi præcedente citatione, habeat locum indistinctè contra omnes possessores. Ratio dubitandi fuit. quia, contra successores ex titulo vniuersali hæreditario, vel particulari lucratiuo, voluerunt aliqui non requiri citationem, cùm talis possessor, vt successor ex titulo vniuersali, vel particulari lucratiuo, repræsentet obligantem, qui contra suum factum venire non poterat. Nihilominus respondendum est, quòd † cùm citatio requi- 364
ratur ad sciendum, an tertio illi possessori competant aliquæ exceptiones, ad defensionem rei, vt dicebat Bart. *in d. l. creditores.* & sub dubio sit, an huic tertio successori competant, vel non competant exceptiones aliquæ, ex quibus potest valde grauari, citandus erit quilibet tertius possessor, vt summariè de sua iure doceat, ne expensis grauetur. quia licèt talis successor succedat prædictæ rei, titulo vniuersali hæreditario. potest tamen habere ius aliud ad rem, ex alia causa non manifesta, de qua postea docere poterit.

Ex dicta constitutione 12. apparet, quòd † si non sint bona principalis venditoris, vel 365
fideiussorum ipsius censualis, quòd tunc fiat executio contra tertios possessores bonorum primi venditoris, & eorum fideiussorem. ex cuius constitutionis tenore constat, ad tertios possessores rerum alienatarum non posse perueniri, nisi facta excussione in bonis primi debitoris, & fideiussorum, quo præsupposito, quæritur, si forsan creditor censualista ante omnia pro recuperandis pensionibus, directè via executiua egerit contra tertios possessores, quid erit fiendum.

Respondeo, quòd † præsupposito, ex dicta 366
resolutione, quòd non potest procedi contra eos via executiua, sed per præceptum de soluendo, in vim citationis, præsentatis citatoriis litteris, debet reus per se, vel per suum legitimum Procuratorem comparere, & opponere dictam excussionis exceptionem, iuxta tradita per Alex *in l. exitus. ff. de adquir. poss.* & per DD. communiter scribentes *in auth. hoc itaque. C. de pignor. & hypoth. & in auth. hoc si debitor. C. eod* Hoc † autem exceptio dis- 366
cussionis, quæ aliàs ordinis dicitur, est dilatoria. ita Fertaris *in sua praxi, in forma responsionis, in actione hypothecaria, mihi fol. 396.* Gutier. *de iuram. confirm. c. 23. n. 14.* Boët. *decis. 20. n. 22. & 29.* Guid. Pap. *decis. 94. & 472. vers. an hac exceptio.* Afin. *in prax. §. 13. c. 2. n. 7.* Maranc. *de ord iudic. 6. p. tit. de except. à n. 4.* probat Gail. *lib. 2. obser. c. 27. de excussione debitoris, n. 2.* & sic, cùm † exceptiones dilatoriæ debeant oppo- 368
ni intra octo dies, postquam libellus est datus per actorem, iuxta constitut. 1. sub titulo *de*

de excep. per impedir. ita exceptio hæc discussionis intra dictos octo dies erit opponenda. & sic fuit decisum in Regia audientia, die 26. Februarij 1592. referente Antonio Oliba in causa Vicecomitis de Caneto, & Raphaëlem Laudes.

Circa verbum *dels hereus esuccessors vniuer-*
369 *sals*, † his tertiis successoribus quod ius competat, vide plura tradita à Iosepho Ludouic. *decis. Perus. 45. per totam.* vide Gailium *lib. 2. obseruat. cap. 27.* in quibus locis latè re-
370 soluitur † materia excussionis, nempe, quando sit proponenda? à quo, intra quod tempus? quæ requirantur ad illius deductionem? quibus denegetur? quid in notorietate inopis debitoris? quæ dicatur notorietas? quomodo probetur? & multa referuntur, ad quos auctores recurri poterit, qui materiam excussionis indagare cupiat, ad quos lectorem remitto. vide Anton. Gabrielem *lib. 3. communium opinionum, tit. de fideiuss. conclus. 1.* nam aliàs totum esset hîc transcribendum.

Exposito quodam rettoclamo, contra ali-
371 quem, euenit, quòd † in publica subhastatione, per legitimum tempus fuit subhastatus quidam fundus, & non extante emptore, quæritur, an ipse qui executionem instat, possit licitare, & suum creditum offerre pro re, petendo illam sibi tradi.

372 Respondeo, † posse creditorem admitti ad licitandum in pignore iudiciali, alio emptore non existente, vel existente, non tamen iustum pretium offerente, ex text. *in l. 2. C. si in causa iudicati.* vbi notant Odofred. & Bald. Surdus *consil. 256. num. 6.* Roland. à Valle *consil. 32. num. 33. vol. 1.* Negusan. *de pignor. membr. 1. part. 6. num. 13.* Bec. *consil. 75. n. 17.* & quotidie experimur, quòd facta relatione
373 per curritorem, † petitur à iudice, vel mero executore licentia, per eum, qui instat executionem, & ei conceditur, & ea concessa offert suum creditum, & ei venditur. & sic fuit obseruatum in executione quarundam domorum sitarum in vico del Spital, quæ instabatur per Nobilem Petronillam de Iunyent & Erill, ad relationem Magnifici Michaëlis Canetes de Regio consilio contra coniuges Sedons, scriba causæ Vilella.

374 Quæritur, † an mutuans aliquam pecuniæ quantitatem, ad opus alicuius censualis, eo prætextu, quòd incarricatur illud censuale ad opus maritandi aliquam filiam, curare debeat, quòd pecunia illa, quæ est pretium dicti censualis, conuertatur in dotem filiæ.

Respondi, quosdam fuisse, qui existimarunt, quòd non, sed quòd sufficit, si is qui supra se censuale incarricat, haberet filiam nubilem, & mutuans pecuniam, hoc sciret, & cum hac bona fide pecuniam mutuauerit. argumento text. *in l. fin. ff. de exercit. act.* quæ de mutuante pecuniam ad domus refectionem, loquitur, dicens, quòd † mutuans pe- 375
cuniam institori nauis, ad refectionem illius, vt possit agere contra dominum nauis, sufficit, quòd pecunia tradatur institori ad prædictam causam, dummodo sciat, institorem naui fuisse præpositum, & nauem esse in eo statu, vt refici deberet, iuxta glossam *ibidem, verbo, refici deberet.* & apertè Iureconsultus attestatur *in vers. etenim,* dicens, non oportere creditorem ad hoc adstringere, vt ipse reficiendæ nauis curam haberet, & negotium domini gerat. & in hac sententia est Bart. *in d. l. fin.* facit Bart. doctrina *in l. 1. §. non autem, ff de exercit. actione, in versic. vnde quærit.* & alia quæ tradit Ioan. Gutierr. *allegat. 1. num. 2.* Ego autem non ita hoc indistinctè esse intelligendum censeo, sed cum hoc temperamento, vt † quantum ad præiudicium vendito- 376
ris censualis, & suorum hæredum attinet, ex sola narratione, iusta causa prædicta existente, mutuata illa pecunia legitimè censeatur, etiam si mutuans illam non curet, quòd illa pecunia effectualiter deseruiat ad finem, ad quem petita fuit. Si † verò agatur de paran- 377
do præiudicium tertio, & ad hoc quòd tertiis creditoribus præiudicet, nō sufficit, quòd pecunia mutuetur ad dictum finem, etiam priuilegiatum, sed necessarium est, vt effectualiter conuertatur ad opus, ad quod fuit mutuata, iuxta tradita per Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 45. num. 19.* dicens, quòd † ad hoc, 378
vt mutuans ad emptionem mercium præferatur in earum valore, cæteris omnibus debet probare, pretium fuisse versum in earum emptionem, eòque pacto adiecto, vt merces sint specialiter hypothecatæ. & quia in eo casu deciso non erat probatum, pecuniam fuisse consumptam in emptionem illarum mercium, quòd ideo creditor non præferretur, nam aliàs esset in manu cuiuslibet ex contrahentibus, aliis creditoribus præiudicare. quod non est admittendum, *l. 1. & toto tit. C. res inter alios acta, vel iudicata alijs non nocere.*

Quæritur, † an obligatus sub scriptura 379
tertij, in aliquo instrumento, possit absolutè, ex solo instrumento firmato exequi.

Respondeo, quòd priùs, antequam executio decernatur, debet continuari scriptura tertij, in aliqua curia alicuius Regiæ vicariæ, per aliquem ex scribis iuratis illius, iuxta obseruantiam, quam tradit Michaël Ferrer. *3. p. obseruat. cap. 494.* In quo notandum est, iuxta practicam, quòd si instrumentum est firmatum, extra præsentem ciuitatem Barcinonam à die continuationis scripturæ tertij, in dicta curia, ad diem quo retroclamum prouide-

380 tur, † debent elabi decem dies. quod factum appellant Notarij, purgationem dictæ scripturæ tertij. dicta autem continuatio scripturæ tertij, solùm antiquitus fuerat concessa curiæ Regentis Vicariam Barcinonæ; postea verò fuit extensa ad omnes curias Vicariorum Regiorum Cataloniæ, in curiis anni 1585. de qua extensione loquitur Michaël Ferrer. *3 parte obseruat.cap.* 10. qua continuatione facta poterit procedi ad vlteriora, exequendo prædictum instrumentum.

381 Euenit casus, quòd † quidam domicellus ciuitatis Gerundæ, vendiderat quoddam censuale alicui, & pro illius securitate bona sua hypothecauerat, dederátque aliquos fideiussores. Euenit, quòd tractu temporis venditor censualis non fuit soluendo. fuit executio decreta contra fideiussores illius. alter ex fideiussoribus soluit creditori censualistæ, & accepta apucha per eum, cum cessione iurium omnium, & actionum sibi competentium, sciens aliqua esse bona penes tertios possessores, quæ fuerant dicti venditoris, voluit ab illis recuperare de valore dictorum bonorum. quæsitum fuit, quid iuris.

Cuius dubij resolutio pendet ex constitutione decima hoc titulo, quatenus dispo-
382 nit, † nō posse creditorem agere contra tertium possessorem bonorum obligati, nisi facta discussione in bonis principalis debitoris, & fideiussorum. & sic videbatur dicendum, non posse peruenire per fideiussorem ad tertios possessores, quasi priùs fideiussor omnino esset excutiendus, & sic

Respondi, ipsum fideiussorem potuisse executionem intentare contra tertios pos-
383 sessores, via tamen ordinaria, † si à vero creditore actio fuit cessa, ex *l. mandati actio. C. de fideiuss.* virtute enim cessionis, totum integrum, & verum ius, competens vero creditori, competit & fideiussori, & sic eadem actio hypothecaria, non quidem directa, sed vtilis, vt probat Heringius *de fideiuss. cap* 25. *num.* 152. qui supradicta confirmat ex *l. 2. l. cùm alter* 11. *l. mandat. C. de fideiuss.* & ex aliis
384 per eum allegatis ibi, & sic dixi, † fideiussorem posse agere contra tertios possessores bonorum primi obligati, ex cessione in sui fauorem facta. Post hæc scripta, repeti idem tenentem Fontan. *de pact. nuptial. tom. 1. clausul. 4. gloss.* 18. 2. *part. à num.* 69. qui fundamentis contrariis huic resolutioni, respondet.

385 Quidam † ex Magnatibus huius nostri Principatus, infinitis censualibus oppressus, cœpit non soluendo, (si ob penuriam, vel non, Deus scit, cùm in ioco & aliis voluntariis multa expenderet.) ex quo creditores censualistæ remanebant non recuperando. aliqui ex creditoribus, velato capite, cœperunt tractare intra se quòd fieret conuentio inter eum, & eos, certis adiectis conditionibus, vt faciliùs recuperatio censualium, & pensionum fieret. in hoc conueniebat maior pars creditorum; minor verò pars eorum contradicebat. quæritur, quid iuris.

Respondi, † distinguendum esse inter ius 386
ciuile, & nostrum municipale. nam de iure ciuili receptum est, nempe in tribus casibus maiorem partem creditorum posse compellere minorem, vt stent in concordia, per eos facta, cum debitore, quos refert Afflict. *decis.* 288. *per totam.* Primus, quando debitor decessit, & scriptus hæres non vult hæreditatem adire, nisi concordent creditores. Secundus, quando debitor fugit, & se absentat, ita vt creditores, nec eum, nec illius bona possint adquirere. Tertius, quando propter paupertatem, ipse debitor est paratus cedere bonis, nisi dilatio ei concedatur. quos tres casus longa commentatione prosequitur Afflict. illos iuribus comprobans. vbi etiam † de differentia inter prorogationem 387
temporis ad soluendum, & inter remissionem debiti, vel partis illius. Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu* 145. *num.* 10. Molina Theolog. *de iustit. & iure, tractat. 2. disput.* 572. *vers. is qui cedere vult bonis.* quamuis Gutierrez aduertit, quòd † maior pars creditorum nun potest præiudicare minori, habentium hypothecas, prout attestatur *practic. quæst. lib. 1. quæst.* 146. *num.* 41. confirmans ex *l. rescriptum, in fine, ff. de pact. l. vltim. §. si verò, C. de cessione bonorum.* 388

De † iure verò Cataloniæ dixi, prædicto 389
casu, in quo agebatur de pensionibus censualium, non posse maiorem partem creditorum obligare minorem, ad prorogandum terminum solutionis, neque ad remittendum, cùm expressè hoc reperiatur prohibitum ex constitutione secunda, sub titulo, *de diuersos rescrits y elongaments.* vbi Serenissimus Rex Petrus III. in curiis Montisoni anni 1363. quod est cap. 1. curiarum dicti anni, statuit, quòd nec per se, nec per suos successores, possit cōcedi rescriptū aliquod, seu elongamentum, per quod differatur solutio pensionum censualium, & violariorum, neque ad suam spontaneam voluntatem, neque ad instantiam creditorum, etiam si esset maior pars eorum. & casu, quo fieret conuentio aliqua cum maiori parte creditorum, minor pars non sit obligata adhærere maiori parti; & in sequentibus constitutionibus eiusdem tituli idem disponitur. Ex quibus clarè apparet quòd de iure Cataloniæ non poterat maior pars prædictorum creditorum censualistarum, obligare minorem, ad hoc vt conuentioni factæ adhærere teneantur, nec

aliquo

aliquo modo consentire, sed poterit minor pars liberè agere ad recuperationem suarum pensionum, prout de iure fuerit.

Sed hæc scribendo obtulit se dubium ali-
390 quod, † an prædicta de iure Cataloniæ solùm habeant locum in creditoribus ex causa censualium, vel etiam in omnibus aliis creditoribus, ex alia causa, obligatis tamen cum scriptura tertij.

Respondendúmque existimaui, quòd licèt constitutiones dicti nostri tituli, *de diuersos rescrits, y elongaments*, loquantur expressè in censualibus; idem erit dicendum in cæteris omnibus creditoribus, habentibus debitores obligatos, cum scriptura tertij, ex constitutione 6. eiusdem tituli, quæ fuit Ferdinandi II. in prima curia Barcinonæ, anni 1481. vbi postquam statuit, non concedi rescriptum, per quod differatur causa aliqua,
391 vel sententia, seu illius executio, & quòd † si forsan tale rescriptum concedatur, sit nullum, nec iudex per illud retardet executionem prædictæ sententiæ, seu aliam quamcunque executionem. quæ verba generalia sunt, & comprehendere debent quascunque
392 executiones, etiam rigorosas, cùm † dictio illa, *&*, coniungat diuersos casus, vt notant DD. *in rubr. ff. & C. de iuris & facti ignorantia.* tum etiam, quia vidimus, quàm grandis sit obligatio scripturæ tertij, & quantum constitutiones, & pragmaticæ illius executionem foueant. & sic, cùm nulla alia ratio considerari possit prædictæ prohibitioni, nisi vera debiti executio, & recuperatio. & hæc similiter æqualiter in executionibus dictarum obligationum, licèt non procedant ex censualibus, idem ius erit dicendum, & statuendum, vt dixi, & tradit Cynus, post alios, *in l. non dubium, C. de legib. l. maximum vitium, C. de liber. præter.* facit text. *in l. scire oportet, versic. sufficit, ff. de excus. tut.* glossa, quam notabilem appellat Panormitanus, *in l. tale pactum, verbo*
393 *legem, ff. de pact.* & sic remanet, quòd † creditores ex cõtractu, cum prædictis clausulis, & obligationibus, non poterunt, etiam si maior pars eorum interueniat, obligare minorem partem, vt concordiæ adhæreant.

394 Sed quæri potest, † quæ dicatur maior pars creditorum? an illa, quæ plures creditores personales continet; an verò illa quæ minorem numerum creditorum personalium comprehendit; maiorem verò partem, quatenus ad quantitatem crediti refertur.

Respondeo, quòd licèt regulariter maior pars dicatur illa, in qua maior pars personarum reperitur, hoc tamen loco maior pars creditorum dicitur illa, in qua maior quantitas crediti continetur, licèt minor sit in numero creditorum. ita probat ex *l. maiorem, ff. de pact.* vbi † maior pars creditorum dici- 395
tur illa, quæ maius debitum remittit, licèt minor pars sit personarum. ita gloss. *in dicta l. maiorem, verbo numero.* & ibi Ias. *num. 1.* Socin. iunior *consil. 173. col. 2. lib. 2.* & sic intelligunt textum *in l. vlt. C. de his qui bonis cedere possunt.* vbi maior pars creditorum iudicatur, habito respectu ad quantitatem debiti. sic *in l. 1. ff. de priuileg. creditor.* ibi, *& inter creditores potior est ille, cui maior pecunia debebitur.*

Quæritur, † an fideiussor obligatus sub 396
scriptura tertij, possit agere contra principalem, vt eum liberet ab obligatione.

Respondeo, quòd licèt fideiussor non possit agere contra principalem, vt eum liberet à fideiussione, nisi ipse fideiussor soluerit, vel condemnatus sit: si tamen sit fideiussor obligatus, cum scriptura tertij per decennium, poterit lapso decennio agere, vt eum liberet. quia diu sterit in obligatione guarentigij. Bald. *in l. si pro ea, num. 7. C. mandati.* Segur. *in l. si ex legati causa, num. 74. ff. de verbor. obligat.*

Quæritur, † an minor opponens se exe- 397
cutioni, quæ contra eum instatur, beneficio restitutionis in integrum, faciat cessare executionem rigorosam? hanc quæstionem tractat Gutier. *lib. 1. practic. cap.* 134. vbi de iure communi attestatur, facere cessare executionem, dicendo, quòd exceptio minoris ætatis non est de specificatis in nostris constitutionibus, & inde fuerunt qui existimarunt, non esse admittendam talem exceptionem. Verùm considerata mente constitutionum, excludentium exceptiones, eam esse, ne differatur executio scripturæ tertij, ex probationibus fiendis, & admittere exceptiones, quæ habent probationem probatam, existimo respondendum esse, etiam in Catalonia
† minores, probando cum instrumento Ba- 398
ptismi, minorem ætatem incontinenti, & læsionem cum instrumento, facient cessare executionem scripturæ tertij. faciunt ad hoc institutum notata per gloss. *in l. vnic. C. si de momenta. possess.* Maranta *disp. 6. n. 34.*

Decreta † fuit executio contra aliquem 399
argenti fabrum huius ciuitatis, & inter alia bona penes eum, in domo sua reperta, fuit prehensa quædam imago argentea, quæ fabricabatur ad opus monasterij Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, ad instar Reuerendi Patris fratris Petri Guasc Sacristæ illius. Opposuerunt se dictæ executioni plures creditores, asserentes, se esse priores in bonis illius. Econtra pro parte dicti Sacristæ dicebatur, quòd etsi ipsi essent priores, quòd sibi adiudicari debebat dicta imago argentea. quia ipse argentum ad eam construendam dederat, ex quo conflata erat, & sic dictum Sacristam,

stam, saltim in ea esse præferendum. quæsitum fuit, quid iuris esset?

400 Respondi, † dictum Reuerendum Sacristam esse præferendum cæteris creditoribus in dicta argentea imagine, ex sequentibus. Primò ex *l.interdum, ff. qui potiores.* vbi Paul. de Castro *num.* 5. constituit differentiam in eo qui mutuat pecuniam ad hoc, vt ex ea aliquid ematur. quia hoc casu, in re empta præfertur omnibus creditoribus, si pactum est, vt dicta pecunia res ematur, & remaneat obligata, sic quãdo argentum datum est, vt aliquod opus fiat in opere constructo,
401 † dominus massæ præfertur, ponderando *l.licet, C.qui potiores*, & ibi gloss. *verbo conuenit*, desumendo argumentum à necessaria consequentia. nam si ibi requirebatur expressa conuentio, quòd res hypothecaretur, ex eo erat, quia consumptione pecuniæ, & mutatione illius in emptionem, vel refectionem, videbatur creditorem illius dominium amisisse. Cæterùm vbi quis dat argentum, vt ex eo aliquod opus construatur, non videtur dominium voluisse amittere, imò illud retinuisse, cùm solùm massam tradiderit, ad hoc, vt ex ea construatur. & sic argentum semper in dominio mandantis fuit, ex quo non potest prædicta massa argenti dici quòd sit in bonis debitoris excussi, sed ipsius Sacristæ. est text. expressus *in l.ex argento 13. ff. de condict.furtiua.* vbi actio furtiua datur, quando ex materia furtiua aliquid fuit factum vt materia condicatur. faciunt notata per Paul. de Castro *in l idémque, §.si tibi, n.8.*
402 *ff.qui potior.* quia hoc casu, † tacita hypotheca à iure censetur inducta, vt dicit gloss. *in authent.quo iure, C.qui potiores, verbo personali.* Couarr. *lib.* 1.*variarum, cap.*7. *num.*2. *versic.est igitur.* Quòd autem imago illa esset facta ex
403 argento dicti Sacristæ, † statur iuramento, & relationi artificis. quia cùm aliàs non possit illud probari, admittitur eius dictum. Mascard. *de probat. conclus.* 1365. *num.*4. Lapus *alleg.*94. *num.*5. quod probatur ex *can.si verò aliquid, de sentent.excommun.* gloss. *in cap. lectam*, 24.*quæst.*2. Alex. *consil.*64 *col.*2.*vol.*1.
404 quia † quando veritas aliàs non potest haberi, admittitur testis ille, iuxta tradita per Felin. *in cap.veniens, lo* 2.*num.*2.*vers.& præcederet, de testib.* Farinac. *tom.*2. *de opposit.contra personas testium, quæst.*60. *num.*60.*&* 61. quia confessio verosimilis nocet tertio. Cynus *in authent. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles.* Bald. *cons.* 117.*vol.*2. faciunt tradita per Surdum *decis.*55.*num.*3.

405 In † executione quæ facta fuit in bonis cuiusdam, se opposuit quidam, qui mutuauerat pecuniam, quæ conuersa erat, & consumpta in expensis sepulturæ. quæsitum fuit, an hic creditor esset præferendus cæteris creditoribus.

Respondi, quòd cùm † funeris impensæ omni alieno æri præferantur, ex *l.vltim. ff. de relig & sumpt. funer.* vbi ordinarij scribentes; inde certè dicendum erit, quòd mutuans ad opus prædictum erit præferendus aliis creditoribus, si constet, pecuniam illam deseruisse ad opus sepulturæ, iuxta tradita per Bart. *in l.fin.§.in computatione, num.*4.*C.de iure deliber.* vbi ait, quòd sicut hæres, pro impensa facta in funere defuncti, præfertur anterioribus creditoribus, ita creditor, qui mutuauit hæredi, præfertur aliis, maximè, † si à tempore quo mutuata fuit pecunia ad tempus, quo solutio expensarum facta fuit, parum temporis effluxerit. quia præsumptio est, quòd pecunia illa ad dictum vsum fuit conuersa. Ripa *in l.si ventri, ff de priuileg. creditor.§.fin.num.*10. vbi habetur, quòd modico interuallo temporis interueniente, solutio censetur facta, ex pecunia paulò antea recepta. stabitur autem assertioni iuratæ ipsius mutuatarij, iuxta proximè supradicta. 406 407

Constitutione 12. huius tituli cauetur, quòd † si per vniuersitatem, in forma vniuersitatis legitimè congregatam, fuerit venditum quoddam censuale, cum obligationibus solitis, & assuetis, & cum obligatione bonorum præsentium, & futurorum; tum & cum clausula, quòd bona omnia, præsentia & futura, possint exequi pro solutione, & satisfactione pensionum, quòd prædicto casu possint creditores agere ad recuperationem pensionum, via executiua, contra bona tãtùm, quæ nouiter in dicta vniuersitate existunt; non verò contra personas eorum, quia solùm in bonis confideratur obligatio illa contracta realis hypothecaria, quæ ad tertios possessores voluit constitutio † ipsam extendi, iuxta quam de mense Septembri 1618. facto verbo per Magnificum Ioannem Magarola fuit conclusum in causa retroclami expositi, contra N. Soler Notarium villæ de Seros, ad instantiam N. de Montsertat, quòd fieret prompta executio pro sexcentum libris decursis, expensione cuiusdam violarij, contra bona possessa per dictum Soler, vigore clausulæ adiectæ in syndicatu (cuius virtute fuit venditum dictum violarium,) obligandi bona præsentia, & futura, attento constabat ex informatione recepta pro parte illius, qui executionem instabat, dictum Soler esse populatum in dicta villa de Seros. 408 409

Circa verbũ dictæ constitutionis *Syndicat*, quæritur, † an quælibet vniuersitas possit creare Syndicum, ad incarricandum supra se censualia, vel violaria. 410

Respon

Respondeo quòd non, nisi præcedat licentia domini, & decretum, iuxta Bartoli doctrinam *in l.actor.ff.rem ratam haberi, circa finem,vers.possumus tamen subintuere.* Faber *in §.vniuersitatis, Instit.de rerum diuis.* Boër. *decis.*60. *num.*12. Franciscus Marcus *decis.*124. 2.*part.* quia non est permissum vniuersitatibus, se congregare simpliciter, imò legibus prohibetur. *l.*1.*ff. quod cuiusque vniuers.nomine.l.*1.*ff. de collegijs.* faciunt tradita per Guid. Papæ *decis.*87.*num.*9. & ibi additio.Ranchin. Capyc.*decis.*77.*num.*2 *t.cum seq.* tradit Castillo Sotomaior *quotid.de vsufruct.tom.*1.*cap.*54. *num.*49.*vers.ego verò eo ipso.*

In eadem constitutione, *verb.es deuenidos,* 411 quæritur, † an noui incolæ remaneant obligati,ad soluendum pensiones decursas, ante eius aduentum; an verò solùm teneantur ad futuras, post eorum aduentum. Hanc quæstionem in Vsatic. *auctor. & rogatu, fol.* 219. *vers.quaro hic de vna quæstione.*tenet,ex mente 412 aliquorum,† non teneri nouum incolam,ad pensiones præteritas, sed ad futuras. Salua tamen pace eorum existimo, prædictam doctrinam esse veram, quando solùm interuenit obligatio generalis; secus verò si adsit hypotheca, quia eum hypotheca rei obligatæ inhæreat. Aleiat. *respons.*35. *num.*13. *lib.*6. Afflict. *decis.*8. *num.*3. Surdus *decis.*174. plures refert Oliba *de action. tom.*1. *lib.*2. *cap.*29. *num.*2. cuius clausulæ virtute res auocatur à quocunque possessore. Oliba *de actio. part.*2. 413 *lib.*1. *cap.*29. *num* 75. quia † hypotheca est onus reale, & cùm hæc clausula semper apponatur, de communi obseruantia Cataloniæ in censualibus, res specialiter hypothecata, si perueniat ad nouum incolam, illam obligabit, ad soluendum pensiones,ante eum decursas, aut ad deserendam rem possessam,cum sententia contra eum proferenda. solùm eum condemnet ad soluendum, seu deserendum,& sic in electione illius erit, quale ex prædictis eligere velit, an soluere, vel deserere rem possessam.

In eadem constitutione adsunt verba, *que a la captio de les persones nos puga arribar*, est notandum, quòd hæc dispositio est confor-414 mis iuri ciuili. quia † obligatio illa, qua quis ad personæ captionem se adstringit, est personalis, & sic personam non egreditur, nec ad hæredem obligati transit. Bald. *in l.*1.*C. commun.de legat.* Angel.& Ias.*in l.si vnus,§.ante omnia,ff.de pact.* Oliba *de action.*1.*part.lib.*2. *ad §.omnium,num.*68. quia personæ obligatio in iure est valde odiosa, vt dixi in commentariis meis *ad l.Titio centum*, §. *Titio centum, lo* 2. *num.* 23. *cum sequentibus.* & sic non debet extendi vltra personam ipsius se obligantis.

Cùm ex hac constitutione 12. dispositum sit, quòd virtute syndicatus firmati per vniuersitatem, ad incarricandum censuale, & illo incarricato, possit pro pensionibus illius decursis executio decerni contra omnes habitatores, tempore quo censuale fuit incarricarum, & postea contra nouos habitatores,& incolas. quæro, † an sententia la- 415 ta contra vniuersitatem, & dictos habitatores, postea possit exequi contra nouos successores,& incolas.

Respondeo, quòd in prædicto dubio duo considerantur, videlicet, an sententia lata contra dictos incolas,noceat nouis successoribus. Alterum est,an illa sententia lata,possit exequi contra nouos incolas. Quoad primam partem dico, † sententiam latam con- 416 tra vniuersitatem, cum qua vniuersitas, & omnes incolæ, & habitatores,ratione venditionis dicti censualis, fuerunt condemnati, nocebit nouis incolis. quia quatenus repræsentat vniuersitatem, censentur vna,eademque persona, iuxta text. *in l.proponebatur,circa medium, ff. de iudic.* quem textum sunt qui singularem appellent. & ratio est, quia id quod quoad vniuersitatem statutum est in priuatis,ad posteros transit. *l.loci corpus,§.si fundus,ff.si seruit.vindicetur,l.supra,§.Cassius,ff. de aqua pluuia arcenda.* & sic † quatenus attinet ad exequenda bona vniuersitatis,semper 417 poterit dicta sententia exequi. iuxta quam sententiam decisum fuisse attestatur Guido Papæ *decis.*279.ex *l.sicut municipij*, § *in decurionibus, ff. quod cuiusque vniuersitatis*, & *ibi* Bald.qui hanc quæstionem tractat *in versic.in textu*,ibi,*sunt ergo*.iuncto vers.*idem dicendum.* quia, regulariter loquendo,non potest exceptio aliqua competere vniuersitati, contra sententiam latam,iuxta tradita per Ludouic. à Peguer. *tom.*1. *decis.*71. *num* 5.*cum sequent.* & sic † quatenus attinet ad exequenda bo- 418 na vniuersitatis, semper fieri poterit. at verò sententia lata, quatenus attinet ad interesse priuatorum, etiam lata contra particulares, non poterit exequi via rigorosa, contra eorum successores. quia quamuis succedant prædictis condemnatis,& eorum bona possideant, poterunt tamen nouas exceptiones habere, ex quibus possint se defendere. Sed hoc casu, via ordinaria, per præceptum de soluendo intra decem, tanquam contra tertios possessores, erit procedendum,per quos tunc poterit opponi quælibet exceptio,etiam de non expressis suprà, iuxta tradita per Angel.*in l.si vnus*, §.*ante,ff.de pact.* Innocent. *in Clement.* 1. *de re iudic.* Ias. *in l. certi conductio*, § *quoniam,ff.si certum petatur.* Bald. *in l.*1.*ff.ad Trebell.*

In dicta constitutione 12.verbo, *a la captio de*

de les persones, nota, quòd de captura personarum obligatarum sub scriptura tertij, plura tradit Michaël Ferrer. 3. *parte obseruat. cap.* 101. & 102. Mier. *ad constitut. Regis Petri II. tit. de capturas, cap.* 29. *mihi fol.* 34 *per totum*, vbi signanter vnum notabile ponit
419 *num.* 28. dicens, aduertendum esse, † quòd licèt aliqui se obligauerint sub pœna tertij, in curia Baronis, vel alterius, quæ non sit Regalis, quòd talis obligatus virtute dictæ obligationis, non potest capi in persona, nisi repetiatur in eadem curia, vbi se obligauit. quod secus est in obligatione facta in curia Regia, quia virtute illius potest talis obligatus capi, vbicumque reperiatur.

420 Constitutione 13. cauetur, quòd † fideiussores dati pro securitate censualium, & violariorum, si habeant instrumentum indemnitatis, firmatum à principali venditore, vel aliàs constet fideiussorem nullam quantitatem de pretio recepisse, sed realem solutionem pretij prædicti censualis factam fuisse venditori, & constet, dictum fideiussorem soluisse aliquid, occasione dicti censualis, etiam si instrumentum indemnitatis non habeat, potest procedere contra principalem, eisdem modo, & forma, quibus procedere potest creditor censualista. Circa
421 quam constitutionem fuit quæsitum, † quis dicatur principalis obligatus in dicto censuali.

Respondeo, illum dici principalem obligatum, ad quem principaliter pretium illius peruenit. & sic, licèt quis principaliter constituatur venditor, cùm re vera non sit, & alius adhibeatur, tanquam fideiussor, & ad hunc pretium peruenit, iste censebitur principalis, & præcipuus debitor censualis, seu violarij. iuxta text. *in l. sed Iulianus.* aliàs *si filiusfamilias 7. § sed Iulianus, ff. ad Senatusconsult.*
422 *Macedon.* † ex his debet, qui fideiussor adhibetur, cauere ne vllo colore pecunia ad eum perueniat, nec ei transcribatur, quia tunc iudicabitur principalis; sed procurare debet, quòd si pecunia ei liberatur, faciat sibi firmare instrumentum indemnitatis, per quod clarè constet, pecuniam peruenisse ad primum venditorem, vt ipse fideiussor non censeatur principalis debitor. videndus est Castrens. *in l. quærebatur. ff. commodati.*

423 Constitutione 14. statutum est, † quòd executio, quæ fit per aliquem officialem exequentem, ad instantiam creditoris censualistæ, perducatur ad totalem effectum, sic quòd per appellationem impediri non possit, neque admitti recursum ad aliquem officialem, cùm omnis executio, quæ ratione censualium fit, debeat esse prompta, seruata tamen forma exequendi præsentis constitutionis, circa denegatam appellationem. Et nota, quòd † licèt à prouisione execu- 424
tionis retroclami, non appelletur. tamen si appellatur ex eo, quòd non fuit seruata forma constitutionis, est admittenda appellatio. & hoc casu requiritur expressio huius grauaminis, in appellatione, & sic, si sententia est lata contra confessum, & deinde appelletur, & non exprimitur error confessionis, † appellatio non est admittenda. & 425
quando ex aliqua causa venit appellatio, in causis retroclamorum, est exprimenda causa, & ita fuit declaratum in Gubernatione, existente Assessore Adriano Vilana in causa appellationis interpositæ à quadam prouisione per dictum Vilanam facta in causa verbali de Matroqui, cui appellationi prouisionis factæ contra confessum. & idem fuit declaratum in Regia audientia in causa quæ deducebatur contra Botines, referente Stephano Ruisec, & sic dicitur, quòd hoc casu appellatio habet effectum deuolutiuum, non suspensiuum. Michaël Ferrer. *3. p. obseru. cap.* 38.

Quæro, † an per hanc constitutionem 14. 426
exclusa sit omnis appellatio.

Respondeo, quòd non. nam Michaël Ferrer. 3. *part. obseruat. cap.* 38. refert tres casus, in quibus appellare licet. Primum, si fuerit declaratum super exceptionibus oppositis, de quibus mentio facta fuit suprà in constitutione 5 huius tituli, de quibus iam suprà nos meminimus hoc capite. nam si super illis summariè declaretur contra partem alteram, talis pars grauata poterit appellare, non tamen retinere debitum, sed illud deponere. Secundum casum allegat, quando fuit declaratum prædictis exceptionibus non esse locum. quia potest tunc succumbens appellare. Tertium constituit, quando forma executionis non seruatur, vt suprà dictum est; admittetur enim appellatio, quoad effectum deuolutiuum, non verò quoad suspensiuum. nam appellatione non obstante, ex quacumque causa deponenda erit saltim pecunia, pro qua decernitur executio, iuxta tradita per Couarr *practic. quæst. cap.* 23. *num.* 8. *versic. tertium exemplum*, & per Surdum *decis.* 27. *num.* 1. asserens quòd in instrumento habente paratam executionem, non est admittenda appellatio quoad effectum suspensiuum.

Quæsitum fuit, † an possit dici de nul- 427
litate.

Respondeo, quòd cùm remedium nullitatis non sit sublatum ex hac constitutione, sed solùm appellatio, habebit locum dicere de nullitate, cùm appellatione prohibita, non sit prohibitum remedium nullitatis,
iuxta

iuxta tradita per Guid.Papæ *decis.*38.& meritò, quia,vt attestatur Speculator 2.*part.tit.de sentent. colum.*1. *versic. vtrùm autem appellans*, appellatio est remedium rescissorium. Ferrarius *in sua praxi, titulo de forma libelli in executione sententiæ.* quod autem nullum est, non indiget rescissione, & sic nil mirum, si prohibita appellatione non censeatur prohibitum dicere de nullitate, cùm sit vnum diuersum ab alio.

Notanda tamen est obseruantia Regij consilij, circa admissionem causarum appellationis,in executionibus censualium,quam tradit Michaël Ferrer. 3.*part. obseruat. cap.*38. *num.*5.vbi attestatur,decisum fuisse in Regia audientia, quòd si euocetur aliqua causa appellationis interpositæ in causa executionis censualium, & in supplicatione euocatoria dicatur, contrafactum fuisse constitutioni-
428 bus censualium, hoc casu † admittitur appellatio, & simpliciter fit inhibitio; si verò non narratur contrafactum fuisse prædictis constitutionibus,admittitur hoc casu appellatio. ceterùm inhibitio quæ fit,& prouidetur executori,fit cum clausula,*dummodo non impediatur executio pensionum censualium & violariorum.* & hoc casu executor poterit, non obstante inhibitione, ad vlteriora procedere.

Circa vltima verba dictæ constitutionis
429 14. *seruada la forma*, quæro, † an detur alia forma,præter dictam, quam executor teneatur seruare,ex cuius omissione inferatur grauamen.

Respondeo, quòd sic, nempe dispositionem constitutionis quintæ, hoc eodem titulo,incipientis, *mes auant.* tum & dispositionem *l. à diuo Pio*, §.*in venditione*, *ff.de re indic.*
430 & *ibi* tradita per Bart.& scribentes,vt †priùs vendantur res mobiles, & minoris valoris, postea in defectum bonorum mobilium, non æquiualentium iustum valorem, bona immobilia,& reliqua, quæ per Bart. traduntur, quorum prætetitio grauamen infert, & sic ab eorum amissione poterit appellari.
431 Quæro, † an si debitor censualista præuenerit causam, per formam iuris, promittendo de iudicio sisti, & iudicato soluendo, narrando nullitatem prædicti censualis, impediat, quòd contra sic obligatum non detur executio.

Respondeo, quòd si non remaneant probatæ nullitates, per eum allegatæ, poterit creditor, non obstante præuentione, contra obligatum procedere, offerendo supplicationem, narrando factum, offerendo præstare cautionem, cum fideiussoribus, petens non obstante præuentione, executionem contra illum decerni: quo casu, data cautione, non obstante præuentione, decernetur † executio contra debitorem præ- 432
uenientem. & ita fuit determinatum, iunctis duabus aulis die 28. Aprilis 1547. facto verbo in illis per Hieronymum Soler, & fuit conclusum, quòd executio scripturæ tertij, est fienda contra quemcumque obligatum,pro censualibus, violariis, aut aliis debitis, sub scriptura tertij, in bonis,& personam, non obstante præuentione per debitorem facta.

Violaria † an sint licita,& an mortua vna 433
ex duabus vitis, cessare debeat medietas pensionis? & quòd non, resoluunt Bald.*consil.*292. *quia ex facto, lib.*5. Bruno à Sole *in quæst.legali,quæst.*1 *per totam.* Natta *consil.*491. *num.*13. *&* 14. Quare sic appellentur,& vnde habuerint originem, vide Fontanellam *de pactis nuptial. tom.*1.*gloss.*18. & eundem Fontanellam 3.*part. num.*97. vbi latè de hac materia, resoluens quòd violaria eisdemmet regulis metiuntur,atque,censualia,quatenus attinent ad obligationem, & executionem eorum. Curtius iunior *consil.*286. *num.*23. *&* 24.

Fuit expositum quoddam retroclamum, contra tertium bonorum possessorem, per vim præcepti † de soluendo intra decem,& 434
actor petiit condemnari reum conuentum, ad soluendum pensiones decursas, & recurrendas cum expensis. reus allegabat se non posse condemnari ad solutionem expensatum,eo quòd licèt deberentur iure actionis, propter earum stipulationem,non officio iudicis,tamen non debebantur, eo quòd actor plus debiti petierat, cùm peteret decurrendas, quæ nondum debebantur, & sic,non solùm reum non posse ad eas condemnari,verùm actorem ad ipsarum condemnationem, & solutionem esse compellendum. quæsitum fuit,quid iuris.

Respondi,quòd reus erat in expensis condemnandus,cùm,vt dictum est,expensæ iure actionis debeantur, vbi promissæ in contractu sunt. Nec † poterat dici quòd actor plus 435
petierat, cùm petiisset pensiones nondum cessas. quia actor non petierat reum condemnari ad soluendum de præsenti, sed suo casu, quando cessæ essent, & solutionis dies cum effectu venisset, & sic exprimitur quotidie in Regia audientia hoc fieri, & declarati, vt refert Peguet. *decis.*156. *per totam, tom.*1.

Quomodo † agatur ad recuperationem 436
pensionum censualium, & violariorum, in possessorio, vide Fontanellam *de pactis nuptialib. tom.*1. *clausul.*4. *gloss.*18. *parte* 4. & ferè de omnibus requisitis circa materiam censualium, & violariorum, vide dictum

Fontanellam *clauſ 4.gloſſ.18.part.1.2.3.4.per totas*,vbi latè de ſolutione pretij cenſualis,de exceptio. contra cenſualia opponendi, & de requiſitis in eorum creatione,in executione, & luitione.

437 Quæritur,† an ſi creditor cenſualiſta cœperit agere contra debitorem cenſualiſtam, obligatum cum ſcriptura tertij, poſſit poſtea redire,omiſſa hac lite, via ordinaria capta,ad viam executiuam.

Reſpondi, hanc quæſtionem valde à Doctoribus fuiſſe controuerſam, vt atteſtatur Gutier. *practic. quæſt. lib.3. cap.39. per totum.* qui longa commentatione eam proſequitur; ſuccinctè tamen hîc reſolutionem referam, nempe intentata actione hoc caſu, via ordinaria,poterit actor,ea omiſſa, ad executiuam redire, vt ibi, *num.5.* niſi per reum fuerit lis
438 conteſtata, quia † non licet hoc caſu actori recedere, contradicente reo, niſi cœpta fuiſſet cauſa via ordinaria, ſine præiudicio viæ executiuæ, vt ibi, *num.6.* vel, ſi ſtatim actor renunciauerit viæ ordinariæ, & offerat ſoluere expenſas, hucuſque factas, vt ibi, *num.8.& 9.* vel ſi iudex ex ſe procederet via ordinaria, vt *num.10.* vel ſi agat contra vnum ex obligatis via ordinaria quia poteſt contra alium, via executiua, vt *num.11.* vbi latè de hac quæſtione, quæ etiam alibi ab aliis Doctoribus tractatur, nempe à Maranta *de ordin. iudic. diſput.6. per totam, & in l. commiſſorias, C.de pact.inter emptor.& venditor.* Speculat *in titulo de arbitr. & arbitrato num.9. verſic. quid ſi compromiſſum.* Felin. *in cap. cùm ex officij, column.9. verſic. ſed hîc attende, num.23. de præſcript.* vide Caſtrenſ. *in l.4. §.ait prætor, de re iudic.& in l quamuis, in fine princip de pignor.act.*

439 Expoſitum† fuit quoddam retroclamum, contra quendam domicellum,qui ante creationem cenſualis vſumfructum omnium bonorum ceſſerat diuerſis creditoribus anterioribus. poſt quam delationem, & ceſſionem, aliud cenſuale ſupra ſe incarricauit, tempore quo executio decernebatur. pro hoc ſecundo cenſuali pater adquiſierat vſumfructum in bonis, quæ ad eius filios ab auo materno peruenerant. quæſitum fuit,
440 an † talis executio poſſet decerni contra talia bona.

Reſpondeo quòd licèt contra proprietatem eorum non poſſit executio fieri, iuxta tradita per Marantam *6. part. tit. de executio. ſentent. à num. 34. cum ſequent.* tamen quoad vſumfructum, quem pater in illis habet,poterit executio pro ipſius patris debito decerni, viuente patre. moueor, quòd de iure vſusfructus patri plenè adquiritur. ſolùm
441 enim † differentia eſt conſtituta per Imperatorem, *in l.ſin. C. de bonis quæ liberis,* in modo adquirendi patri dominium, inter proprietatem, & vſumfructum, vt non proprietas patri adquiratur, prout adquirebatur, ſed ſolùm vſusfructus, vnde † eo- 442
dem modo, quo patri dominium proprietatis adquirebatur antiquitus; ita adquiritur hodie ius bonorum in vſufructu, iuxta tradita per Caſtello Sotomaior *controuerſia.quotidiana. de vſufruct. lib.1. cap.3. à num.1.* adeò quòd liberè poteſt de eo diſponere, iuxta tradita per dictum Sotomaior *cap.2. num.4.* dum aſſerit, poſſe patrem filium ex ſecundo matrimonio meliorare, ex fructibus perceptis,eo viuente, & ante eũ præſenſit Aluarado *de coniecturata mente teſtantis,lib.2.cap.3. num.43.* Si igitur bona hæc, quoad vſumfructum, plenariè ad patrem pertinent, & liberè de illis pater diſponere poteſt, meritò poterit executio in illis fieri, viuente patre Secus tamen eſſet, † ſi pater decedat, 443
fructibus à ſolo non ſeparatis, quia tali caſu, fructus pendentes nullo modo ad patrem vſufructuarium pertinent, ſed eo mortuo ad filium ſpectant, & cum proprietate illius conſolidantur, quia fructus pendentes pars fundi eſſe dicuntur. *l. fructus pendentes, ff. de rei vindicat.* & ex plurimorum mente ſequitur Sotomaior *dicto cap 2. num. 29.* Si igitur bona, quoad vſumfructum,ad patrem plenariè pertinent,bene poterit executio decerni pro paterno debito,in vſufructu, quem pater habet in bonis filiorum, dummodo proprietas eorum illæſa remaneat.

Fuit † quoddam retroclamum expoſi- 444
tum contra tertium poſſeſſorem, via ordinaria, per præceptum de ſoluendo; ipſe verò in vim exceptionis deduxit, ſe non teneri, quin priùs fuerit executio decreta contra principalem venditorem cenſualis. Econtrario verò, actor deduxit, quòd exceptioni prædictæ non erat locus, eo quòd in creatione cenſualis, per venditorem erat appoſita clauſula *conſtituti.* quo caſu non erat locus exceptioni excuſſionis oppoſitæ. quæſitum fuit,quid iuris?

Reſpondi, quòd non poterat tertius poſſeſſor talem exceptionem opponere. quia clauſula *conſtituti*, impedit locum exceptioni diſcuſſionis,ex traditis per Marantam *de ordin.iudic.4 part.diſtinct.20.num.11.* ex mente etiam Angel.& Alex. *in l.exitus, col.2.ff.de adquir.poſſeſſ.*

Monaſterium† de Valldoncella expoſuit 445
quoddam retroclamum, in vim præcepti de ſoluendo, contra aliquem tertium poſſeſſorem.ipſe oppoſuit exceptionem præſcriptionis,quæ reſultabat à die creationis cenſualis,

à quo

à quo quadraginta sex anni lapsi fuerant. Incumbebat igitur monasterio, interruptionem præscriptionis probare, cùm esset fundamentum suæ intentionis. Euenit, quòd quidam clericus nuncupatus N. Sagarra, qui plusquam quadraginta annis Procurator fuerat dicti monasterij, & per illud tempus recuperauerat omnes fructus annuos dicti monasterij, decesserat. vnde per testes probari non poterat interruptio dictæ præscriptionis allegatæ, ortæ ex visceribus eiusdem instrumenti censualis. Constabat tamen ex libris computorum, qui in archiuo dicti monasterij reseruantur, (postquam quolibet anno redduntur computa per Procuratorem, in præsentia Abbatissæ, Monialium, Protectoris, & Aduocatorum & Notarij, per quem notatur redditio) per dictum Sagarra, dictum censuale vsque ad eius mortem fuisse receptum, & in computum crediti, & debiti, redditas rationes fuisse. dubium quæsitum fuit, an ex talibus libris interruptio præscriptionis allegatæ remaneret, & possessio dicti monasterij probata vt virtute interdicti retinendæ Oeconomus dicti monasterij, posset agere ad pensiones petitas.

446 Respondi quòd sic, quia † libris censualium Ecclesiæ plena fides adhibetur, in fauorem Ecclesiæ, iuxta text. *in cap. ad audientiam* 13. *versic. non, de præscript.* dummodo in archiuo custoditi sint, & ab omni prorsus suspicionis vitio carentes. Ludouic. Roman. *consil.* 63. *in fine, num.* 3. probando hanc sententiam ex *l. census, ff. de probat. & authent. ad hac, C. de fide instrument.* attestatur hoc expresse Genua *de script. priuat. lib.* 4. *cap.* 2. *de libris monasterij, num.* 11. vbi expresse attesta-

447 tur, quòd † si ex libris monasterij, bene custoditis in illius archiuo, appareat de solutione decennali vniformi, quòd tales libri plenè probant in tertij præiudicium. ita Bald. *in l. fin. num.* 9. *C. sine censu vel reliquis,* Bursatus *consil.* 330. *num.* 104. In dictis autem libris de Valldoncella constabat, dictum Sagarra vltra quindecim annos, dicto nomine recepisse dictum censuale, & de eo rationem reddidisse: qualem autem fidem faciant libri monasteriorum, vide Genua *dicto cap.* 2. *dicti libri* 4. vbi latè de hac materia.

448 In † executione cuiusdam terroclami, fuit venditus fundus magni valoris, & fundus traditus fuit emptori. Lapso tempore fundi dominus voluit recuperare dictum fundum ab emptore, & ei offerebat pretium. dubium extitit, an liceret illum euincere, cùm ei in publica subhastatione, tanquam plus offerenti, fuerit liberatus.

Respondi posse dominum dicti fundi venditi illum recuperare, quia addictio pignoris magni valoris, potest retractari, si pro exiguo debito fiat, maximè quando à debitore non offertur pignus magni valoris, sed capitur ab officiali. per text. *in l.* 2. *C. de fide instrument.* faciunt tradita per Bart. *in l. à diuo Pio, num.* 5. *ff. de re iudicat.* gloss. *in l. quandiu, ff. de distract. pignor. verbo, amittit facultatem.* Optimè autem debitor, cuius pignus venditur, à tali venditione debebit appellare, ne illi adquiescere appareat. *l. ab executore, C. quorum appell. non recipiantur.* & ibi gloss. *verbo, ab executione.* secus verò, si iusto pretio fuisset venditum, quia tunc ad solum pretium esset actio, Vincent. de Franch. *dec.* 660. *per totam.*

Instabatur † executio contra N. Rigual, 449
patochiæ S. Mariæ de Corbera, ratione quorundam violariorum, & aliorum debitorum. euenit, quòd ipse incidit in pœnam Regiæ pragmaticæ, circa prohibitionem delationis armorum, vulgò dictorum, *pistolets,* & sic fiscus se opposuit, ratione pœnæ, per dictum Rigual incursæ, quæ erat quingentarum librarum. Extitit dubium, quis præferretur in graduatione fienda? Pro † parte fi- 450
sci deducebatur, se esse præferendum cæteris, quia prætendebat à die commissi delicti, dictum Rigual incidisse in pœnam prædictam, sic fiscum esse præferendum, ratione tacitæ hypothecæ, quæ contracta erat in commissione prædictæ pœnæ. quia ex delictis dicitur actio orta, quasi ex quasi contractu: in † debitis autem fiscalibus ex contra- 451
ctu, fiscus est priuilegiatus. *l. aufertur, §. fiscus, ff. de iure fisci,* & ibi notat Bart. dicebatur etiam, quòd pœna, quæ fisco applicatur, potest peti in iudicio, per actionem, vt tradit Bald. *in l.* 1. *C. de pœnis fiscalibus, lib.* 10. & sic prætendebat fisci Procurator, quòd ipse † erat præferendus, tanquam credi- 452
tor ex contractu. quo casu locum habet fisci prælatio, ad alios creditores. *l. aufertur, §. fiscus, ff. de iure fisci.* Quibus tamen non obstantibus,

Respondi contrarium esse verius, nempe per † incursum pœnæ prædictæ, non fuisse 453
contractam tacitam hypothecam, respectu fisci, in bonis dicti Rigual, prout attestatur Ranchinus *in addition. ad Guid. Papa, decis.* 26. vbi dicebat, † per sententiam latam, nul- 454
lam induci hypothecam in bonis condemnati, ante executionem, ex *l. non est minor, ff. de pignoratitia actione.* Rebuff. *in commentar. constitut. Reg. in titul. de constitut. redditunm, artic.* 1. *gloss.* 14. *in fine.* ex quibus consulebat Ranchinus, quòd curet fisci Procurator, quòd executio lata condemnatione

455 exequatur, quia † à tempore quo sententia exequitur, contrahitur hypotheca. Anton. Faber *in suo Codice lib.7.tit.20.de execut.rei iud. definit.5.* vbi expressè ait, bona condemnati non esse hypothecata pro condemnatione, nisi à die quo decernitur executio. Ex quibus dixi, anteriores creditores executioni sententiæ latæ contra dictum Rigual, esse præferendos fisci Procuratori, neque posse dictum fiscum, contra creditores prædictos, aliquo priuilegio iuuari, cùm nullum priuilegium fiscus hoc casu habeat, quod creditoribus anterioribus obesse possit, imò potiùs contra fiscum esse declarandum. sic inueni dicentem Antonium Oliba *de act. tom.1. in §pœnales, num.129.* vbi expressè attestatur
456 in †pœnis fiscalibus, fiscum esse posteriorem omnibus creditoribus ex contractu. *l.1. C.de pœnis fiscalibus.* falsum enim est, quòd fiscus pro pœnis habeat hypothecam, neque ante sententiam ius aliquod iure actionis, nisi largo modo, vt tradit Bossius *in tit.de bon.public. num.81.* Oliba *vbi suprà, n.131.*

457 Excussionis † exceptio plura capita continet, quorum hîc summariè quæ congessi referam. plura tradit Fontanella *de pact.nupt. clau.4 gloss.9.part.5.* & quando fideiussores eam possint apponere, vide eundem *gloss.18. 2 part. à n.61.cum seq.*

Quæsitum fuit, an excussionis beneficium competat, casu quo non adest impossibilitas recuperandi debitum, sed difficultas.

Respondeo, quòd sic, ex Capella Tolosan.*quæst.196.*ex quibus dicendum est, quòd habebit locum excussionis exceptio, quando recuperatio debiti fienda erit per magnatem, quia ad eum peruenit obligatio, habet enim locum excussio, quando res peruenit ad potentiorem. attestatur Bald. *in l.fin. ff.de negot. gest.* quem sequitur Ias. *in l.2. num.42. ff.solut. matrim.* & notant scribentes *in l.mater, ff.de rei vindic.* & *ibi* Bald. *num.17.* quia de iure difficile & impossibile æquiparantur, *l.cùm plures, §.vestimenta, ff.locat. l.cùm sanè,* & ibi gloss. *ff.de his qui deiec. vel effuder.* quod dictum Bald. sequitur Ias. *in l. cùm seruum, num.12.versic.quartò pondera, ff.de rebus creditis.* ex quo fit, quòd excussio non habet locum contra bona principalis debitoris, si sint sita extra territorium, vt ex frequentiori recepta sententia tradit Surdus *decis.Pedemont. 40.num.2.& 3.*Gutier *de iuram.confirm. 1.part. cap.23.num.4.*

Cùm semper in creatione censualium ap-
458 ponatur iuramentum, quæritur, † an qui tale iuramentum præstitit, possit se iuuare beneficio excussionis.

459 Respondeo quòd non, quia † iuramentum obligat promissorem ad implendum factum promissum, in specifica forma. text.expressus *in cap.debitores, de iureiurand.* Couarr. *in cap quamuis pactum, 2 part. §.3.per totum.* Mencha.*de success.creat. §.28. num.36. cum sequent.* & sic non poterit indirectè, per excussionem oppositam, per eum promissum, & iuratum factum, oppugnare. ita Anton. Gabr.*in tit.de fideiuss limitat.2. num.43.* Natta *consil.426.num.22.lib.2.* Roland. à Valle *consil 6.num.45.lib.1.* Crassus *commun.opin.lib.1. quæst.9.cap.11. tom 2.* Farinac.*tom.1.de carcer. & carcer quæst.31.num.88.*& licèt pro vtraque parte extiterint DD.vt refert Gutier. *de iurament.confirm.1 part.cap.23. num.26.* attestatur tamen, † hanc negatiuam sententiam esse 460 veriorem, & amplectendam. explicando numeris sequentibus, quomodo iuramentum excludat beneficium excussionis, tam respectu debitoris, quàm fideiussorum.

Sed † an excussio locum habeat in iudi- 461 cio summario, quando in eo agitur sola facti veritate inspecta, & non alia iuris intrinseca disputatione admissa, vide Thesaurum *decis.52. per totam.* vbi latè disputat quæstionem.

Excussio quid sit, & quæ bona comprehendat in generalitate illius, vide quæ tradit Carroc. *in suo libro de excussione bonorum, à principio,* & quæ bona comprehendantur in excussione opposita in causa criminali, vide eundem *quæst.1. mihi fol.13.* & quomodo excussio sit fienda, vide titulum, & præcipuè *l.2. C. quo ordine quis conueniri possit, lib.12.*

Excussio † in quibus casibus locum non 462 habeat, vide eundem Carrocium *in dicto tractat. 2. part. quæst.1. cum sequent.* vbi quid in fideiussore delinquentis? & an habeat locum contra vnum ex pluribus sociis obligatis, si constet ad eum peruenisse pecuniam. vide eundem *quæst.2.* vbi etiam habet locum beneficium diuisionis, & an habeat locum contra fiscum, *quæst.9. & 35.57.& 58.* vide etiam *quæst.12. 2. part.* & quid in debitore ciuitatis, *quæst.13.* & de iuramento, *q.15. 2. part.* & an fideiussori, *quæst.18.* & an constitutori se pro alio solùturum, *quæst.22.* qua forma fieri debeat, *quæst.33.* maximè *num.5.* & an reiici possit, *quæst.33.*& an veniant bona sua extra territorium exequentis, *quæst.34.*& quòd non habeat locum quando excutitur specialis hypotheca, *quæst 55.& 56.* & an excussio locum habeat, quando alienatio facta est in fraudem creditorum, vide eundem à *q.16.in 2.p.& q.60.vsque ad 69.*

Excussionis † exceptio, an sit opponenda 463 in vim dilatoriæ, vel peremptoriæ, Carroc. *vbi suprà, 3.p q 1.*

Excussio

464 Excussio † quòd non habeat locum, si in obligatione adest clausula *constituti*, resoluit Surdus *decis.44.n.12.*

465 Retroclamum † quoddam fuit expositum, contra aliquem in vim possessorij,& ad probandam possessionem recipiendi, actor per duos testes probabat solutiones sibi diuersas fuisse factas per N.& N. qui de solutionibus per eos factis deponebant. Ipse verò reus censualista defendendo se, allegabat prædictos testes non soluisse pro eo,de iussu ipsius. quæsitum fuit, pro quo esset iudicandum.

Respondi, quòd si testes deponunt, tantùm illos soluisse, & constet ipsos testes soluentes nullam obligationem habere ad soluendum, clarum est, quòd solutiu censetur per eos facta, de mandato illius,qui ad cen-
466 sualis præstationem est obligatus. tum † & quando ille,qui soluit, est administrator bonorum illius, pro quo soluit, præsumitur, quòd eius iussu soluit. Crauetta *consil.129. num.3.* Corn.*cons.*103.*col.*1. *vers.sin autem apparet, lib.2.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.*143.*n.*14. Mascard. *concl.*53.*n.*1. Si autem probent,dicentes de mandato illius soluisse, tunc non est locus coniecturis; sed clarè dicetur factum illud probatum,& con-
467 tra illum valebit probatio, cùm sit † legitimus numerus testium, *cap.cùm esses, cap relatum,de testam.* & de iure Cataloniæ in Vsatic. *accusatores, tit.de testib.* dummodo testes deponant, solutionem per eos factam,fuisse ratione pensionis dicti censualis. debent enim declarare causam solutionis. Butr. *in cap.ad audientiam,n.*11.*de præscript.* tradunt scribentes *in l.testium, C.de testib.* Mascard.*de probat. concl.*1324 *num 6.*

468 Ad † instantiam cuiusdam creditoris fuit executio quædam decreta, contra obligatum ad soluendum certam pecuniæ quantitatem, cuius pars erat iam soluta, cuius executionis occasione expensæ in ea factæ fuerant. ipse reus noluit soluere expensas, asserens se non teneri, quia executio erat nulla, & per consequens omnia procedimenta; econtrario verò, actor confitendo statim se partem debiti recepisse,insistebat tamen,sibi expensas fore soluendas, neque ab eorum solutione excusari, eo quòd pro maiori quantitate executio erat decreta, quàm de facto erat debita. quæsitum à me fuit, quid iuris.

Respondi, quòd aut occasione integræ quantitatis petitæ, maiores expensæ erant factæ, aut non. nam si eidem expensæ factæ fuerunt,petendo partem debiti, atque si peteretur totum integrum debitum, nullum præiudicium inferebatur, & sic quòd tene-

batur integras soluere expensas. Motus fui ex traditis per Hieronym. Laurent. *decis.*27. *Rota Auenio.num.7.vers.euenit.* vbi dicit,quòd quando † agitur ex instrumento,quod habet 469
paratam executionem, *l.miles,* §.*qui iudicati, ff.de re iudic.* & fuerit executio facta pro indebitis, debet sustineri pro debitis. sequitur Aretin. *in l.*1.§.*sed & si mihi,col.*3.*verbo ex isto text.ff.de verb.oblig.*quia quoties debitum potest separari, si executio fiat pro toto, cùm non debeatur,nisi vna pars, valet pignoratio de toto, dummodo sustineatur in parte, vt probat *l.vbi fideiussor, cum glossa, verbo, fine dene. ff.de solut.* & hanc sententiam (post hæc scripta) plures Doctores tenentes, reperi referentem Cancer.3.*tom.variarum,cap.*17.*de sentent. & earum exec.* à *num.*150. Si † autem 470
occasione executionis prædictæ, exequendo totum debitum, quod non debebatur, fuerint factæ maiores expensæ, quàm aliàs fierent, in quantum excessus consistat, condemnabitur actor, cùm tunc in dolo sit, quod facere non debet, ex vulgaris regulis, vt tradit Panorm. *in cap. vltim. de plus petitio.* ponderando differentiam esse † in petendo 471
plus simpliciter, aut in petendo dolosè. & aduertit gloss. *in dicto cap. vnic. verbo in iudicio persistendum.* & *ibi* Panorm.*num.*7.& 8.refert Michaël Ferret. 3.*part. obseruat. cap.*447. aliàs 449.*n.*2.

Quærto, † an si quis velit superpedimentum executionis obtinere per depositum, vt 472
suprà dictum est,an depositum integrum debeat de tota quantitate fieri, & expensis.

Respondeo, quòd depositum integrum totius quantitatis retroclamatæ erit fiendum,& in hoc omnes scribentes conueniũt; circa depositum verò expensarum, idem dicendum esse, fuerunt qui existimarunt scribentes *in l. statuliber rationum, ff. de statuliber.* cum declaratione, quam adducit Cattocius *in tractat. de deposit.* 2.*part. quæst.*71. *num* 4. & aliorum existimantium, † quantitatis illi- 473
quidæ sufficere minimum quid deponere, promittens illud facere valere totum,& quidquid liquidatum fuerit, assecurando illiquidum cum fideiussoribus, soluendum tempore quo liquidatum fuerit. iuxta gloss. *in dicta l.statuliber, verbo statuliber, qui non rationes.* vnde si liquidæ sunt expensæ, omnes deponendæ erunt. licèt tamen prædicta de iure communi procedant, de stylo nostri Regij Senatus obseruatur, quòd sufficit † depositum minimæ quantitatis, offe- 474
rendo illam facere tenere, & valere,pro tota integra expensarum quantitate,& in contradictorio iudicio sic fuisse iudicatum, refert Cancer *variarum resolutionum tom.*3.*cap.*.. *num.*7.

475 Si † creditor ex causa alicuius censualis, de pensionibus sibi debitis, alicui cessionem fecerit, an cessionarius iste possit promptam executionem decernere contra debitorem censualistam.

Respondeo quòd sic,iuxta tradita per Nobilem à Peguera *tom.2. decis.66.per totam*, referens iuxta hanc sententiam in Senatu fuisse decisum.

476 Prædictus † debitor,qui delegauerat creditori suo cettum debitum sibi competens, postea voluit à suo debitore illud recuperare. quæsitum fuit,an posset.

Respondi, hoc dubium diuersimodè declarari ab scribentibus, constituendo differentiam, an cessio fuerit facta ex causa vo-
477 luntaria, vel necessaria, ita vt † si ex causa voluntaria fiat,non possit recuperare ; si verò ex causa necessaria,possit, veluti, si cessio facta fuerit in solutionem debiti ipsius cedentis. Sed, meo videri, hoc dubium sine diuisione venit resoluendum, quia perspecta dispositione *l.3.C.de noua.& deleg.* vbi hæc quæ-
478 stio locum habet,nulla est consideratio,† an cessio fiat ex causa voluntaria,vel necessaria. nam si rectè perpendantur omnia verba dictæ legis 3. loquuntur in delegatione facta à debitore suo creditori,vt insinuant verba *d.l.*
479 ibi, *quamuis † creditori tuo,aduersùs quem solutionis causa mandaueris actiones.* quæ clarè loquuntur in cessione facta vero creditori.

480 Certum est autem , † debitorem cedentem creditori non voluntariè cedere , cùm ad liberationem sui debiti illam faciat. vnde prædicto dubio

Respondeo ex *d.l.2. C.de nouat. & delegat.* constituendo differentiam, an fuerit facta delegatio,& cessio , animo nouandi primam obligationem, aut non fuerit facta,cum tali animo. nam si cessio, & delegatio facta fuerit animo nouandi obligationem, cedens facta tali delegatione,nullum ius habet,ex quo agere possit contra suum debitorem.

481 Si verò † talis cessio non fuerit facta animo nouandi, tunc poterit agere contra suum debitorem, non obstante cessione,& delegatione, nisi cessionarius litem fuerit contestatus, contra debitorem ad debitum recuperandum ; vel si partem debiti accepit, vel si dictam delegationem in sui fauorem factam debitori notificare fecerit, qui sunt tres casus,*in d.l.2.*expressi. Vnde cùm creditor prædictus cesserit creditori suo pensiones dicti censualis, ratione sui debiti , & dicta cessio fuerit intimata , & notificata dicto debitori censualistæ , non potuit dictus creditor censualista dictam pecuniæ quãtitatem exigere.

482 An † autem delegatio sola inducat nouationem , & quomodo ; quia non est materia propria huius loci, remitto te ad Surdum *decis.23. à num.8.* Hieronym. Laurent. *decis. Rotæ Auenion.99.* Crat.*consil.83 n.12.* Osasc.*decis.62.à num.9. & decis.45.* Thesaut.*decis.205.* Dec. *consil.98.* Afflict. *decis.335.* Gutier.*de iurament.confirm. 1.part.cap.63.* Menoch. *de præsumpt.lib.5.præsumpt.45.& lib.3.præs.134.*

Exposuit quidam quoddam retroclamium, via executiua, & in ea succubuit. quæsitum fuit,† an postea posset agere contra eundem 483 obligatum,via ordinaria.

Respondi, quòd aut fuit pronunciatum super modo procedendi, nempe non esse locum viæ executiuæ, & tunc poterit actor via ordinaria agere, iuxta tradita per Sesl. *in suo tract. de inhibit.in Anacephaleosi.n.45. cum seq.* referentem idem tenere Paul.de Castro *consil.87. lib.1.* quia † censentur hi duo modi 484 agendi, nempe via executiua,& via ordinaria, duo remedia diuersa, & separata. & sic separatim creditor illis vti poterit. Socin.*consil.255.* Dec.*consil.96.*& alij relati per Dec.*consil.119.* Si † tamen in causa retroclami exe- 485 cutiua, fuerunt merita causæ deducta per vtramque partem, & in dicta causa succubuerit actor, non poterit via ordinaria agere. quia iam merita iustitiæ naturalis, fuerunt decisa, & sic hoc casu obstaret exceptio rei iudicatæ, quæ totum negotium respicit, & actionem omnem extinguit, vt tradit Cuman. *in l.cùm quæritur, cum duab.seqq.ff.de except. rei iud.* vbi dicit, quòd si intentata fuit vna actio, contra quem obstat aliqua exceptio,& lata est absolutoria, si postea intentata fuerit alia actio, ex eadem obligatione, contra quam non obstat prima exceptio. quia videlicet in hoc secundo iudicio plus continetur, vel diuersum ius à primo deducitur. hoc casu non obstat exceptio rei iudicatæ, vt docet idem Cuman. *in l.duobus,§.colonus, iuncta gloss.verbo defendi poterit, l.si duo, §.si quis iurauerit, ff. de iureiur.* faciunt tradita per Alex. *in d.l.si duobus, §.exceptio.* Ergo clarè apparet,quòd † si in primo iudicio,in quo 486 actor succubuit, velit deducere eadem merita,& easdem actiones, quas deduxit in primo, non poterit,propter exceptionem paratam rei iudicatæ.

Obligauit † se quis cum quodam chirographo,eius manu scripto, & subsignato, ad 487 solutionem alicuius debiti, cum pacto, vt in casu cessatæ solutionis possit capi,& carceribus mancipari.quæritur,an virtute dicti chirographi possit debitor capi, & carceribus mancipari, cùm non sit scriptura tertij continuata in curia Vicarij, sed solum pactum sub pœna capturæ ipsius personæ.

Respondeo quòd de iure communi potest, verificata priùs littera, quòd sit manus propria

propria ipsius obligati, iuxta tradita per Ang. Imol & Alex. *in l. si sic col. fin. in fine. ff. de leg. 1.* quia idem est in obligatione personali ex pacto orta. *l. non impossibile. ff. de pact.* Alia ad hoc institutum refert Maranta *de ord. iudic. 6. p. tit. de citat. num.* 11. & idem in Catalonia existimo fieri posse, cùm non sit constitutio quæ circa hoc aliquid disponat, & sic statur iuri communi, dummodo in vim pacti agatur, non verò scripturæ tertij.

488 Quæritur vlteriùs, † an vt quis agat ad recuperationem censualium, teneatur actor ad instantiam debitoris censualistæ exhibere titulum ipsius censualis. Videtur dicendum quòd sic, ex dispositione Vsatici nostri, *item pronida, sub titul. de testibus.* quo disponitur, quòd faciens mentionem de aliquo instrumento, tenetur ad instantiam partis, illud exhibere. vnde cùm agens possessorio mentionem faciat de censuali, apparet ipsum teneri titulum exhibere. videtur etiam facere doctrina Matthæi de Afflict. *decis.* 361. *num.* 15.
489 vbi ait, quòd † monasterium agens in iudicio possessorio, debet de necessitate, vt possit obtinere, docere de titulo. Quibus fundamentis non obstantibus, contrarium verius existimo, nempe in iudicio possessorio non esse necessarium exhibere titulum, etiam ad partis instantiam. Neque fundamenta suprà relata contrarium probant, quinimo neque ex dicto Vsatico, neque ex auctoribus Catalanis, qui illum sunt interpretati, constat eius dispositionē in possessorio loqui, sed in causa ordinaria, tum & ex doctrina Affl. *d. dec.* 361. *num.* 15. quia loquitur in causa possessionis
490 recuperandæ quo casu † nil mirum, si debeat titulum exhibere, cùm in eo casu possessioni peritæ, obstet ius, & ei resistat. in nostro autem casu sumus in mero possessorio retinen-
491 dæ. quo casu † nemo potest cogi, ad suam iustificandam possessionem, titulum exhibere, neque ostendere. *l. extat decretum. ff. de iure fisci. l. 2. ff. de probat. §. commodum, Instit. de inter.* faciunt tradita per Camil. Borell. *in addit. ad Bellug. in speculo princip. rubric.* 14. *§. restat, verbo cogi.* & secundùm hanc opinionem decisum refert Cancer *lib. 3. var. cap. 14. de manutenend. num.* 48. faciunt tradita per Franciscum Mi-
492 lanes *decis. 1. num.* 7. dicentem † possessorem debere obtinere in iudicio possessorio, licèt ex probatione facta in possessorio appareret, quòd in petitorio debet succumbere, quia in possessorio solùm attenditur illud factum possessionis, quod probatur per testes, aut apochas de recepto. de quibus probationibus latè Mascard. *in tract. de probat. conclus.* 1185. ad quem recurri poterit, pro forma probandi, quando occurrerit casus, in quo hæc possessio percipiendi erit probanda.

Pro recuperatione pensionum censualium, & violariorum certum est, ferè semper duplicem actionem competere, nempe personalem, ex sola contractus conuentione; hypothecariam verò, si adsit hypotheca. Dubium quod quæritur est, † an idem sit agere 493
actione hypothecaria, & personali.

Respondeo quòd non. sed diuersum ius esse in agēdo personali, vel hypothecaria. diuersimodè enim libellus concipitur. quia † in 494
hypothecaria libellus cōcludere debet, quòd reus condemnetur ad soluendam quantitatem petitam, vel ad deferendam rem hypothecatam, vt tradit Ferr. *in sua prax. in libello in forma actionis hypothecariæ.* Oliba *de act. tom. 2. lib. 1. c. 29. n.* 83. multos ad hoc auctores allegans, & solemus nos experiri quotidie in supplicationibus expositionem retroclamorum, & postea in sentētiis Regiis, † quæ proferuntur in causis prædictis, in quibus rei conuenti condemnantur ad soluendum, vel deferendum possessionem rei hypothecatæ. obseruat Oliba *vbi suprà n.* 84. idem præsensit Bart. *in l. rem alienā. n. 12 ff. de pignor. act.* Ang. Aret. & Ias. *in §. item Seruiana, Instit. de actio.* tum & alia ratione, quia † si agamus actione personali, 496
obstat præscriptio triginta annorum. Bald. *cons. 4. quidam latiùs, vol. 3.* si hypothecaria est actio, quadraginta annorum spatium requiritur. Gonzal. de Paz *in pract. t. 1. 4 p. c. 2. n.* 17.

Extitit dubium, † an instrumentum firmatum in Regno Aragoniæ, per quendam 497
Catalanum sit exequendum iuxta regulas, & obseruantias iuris Regni Aragoniæ; an verò Cataloniæ.

Respondeo, quòd † in executione dicti 498
instrumenti duo possunt considerari iura, vnum, quoad obligationem; aliud verò, quoad executionem. & sic dico, quòd si merita, quæ disputantur, respiciant merita obligationis, debet ius dici, iuxta iura Regni Aragoniæ, vbi contractus fuit factus, & firmatus. faciunt tradita per Sess. *in tract. inhibit. mag. inst. Arag. cap. 4. §. 11. num.* 7. vbi asserit, quòd si instrumentum Romæ sit confectum, & in Aragonia illius executio petatur, obligatio erit exequenda iuxta vsum Aragoniæ, non verò Romanæ curiæ; quo verò ad decisiua Romanæ curiæ, iura seruanda esse attestatur. si † verò respiciant ordinem, & modum exe- 499
quendi, erunt iudicanda iuxta iura Cataloniæ. quia in ordinariis iudicij seruatur ius loci, vbi iudicium agitur, secundùm Felin. *in cap. fin. n. 10. de constit.* & ibi Abb. Dec. & Zuarez *in l. post rem iudicatam, q. 5. n. 27. vers. sed in hoc de executione. ff. de re iud.*

Quidam ad fugiendam capturam, cedunt bonis. quæritur, † an absolutè cessio admit- 500
tenda sit.

Respondeo quòd sic, dummodo non simulatè fiat, sed realiter, & de facto, mittendo bona in manus curiæ, iuxta text. *in l. 1. & toto tit. ff. de cess. bonor. & C. qui bonis cedere poss.* nisi
501 † in fraudem creditorum fiat, veluti, si cautelosè bona dissipet, non poterit postea hoc beneficio iuuari. *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. creditor.* & ibi gloss. ordina. Bart. & communiter scribentes, Gomez *ad l. 79. Tauri, à num. 2.*
502 Quæritur, † an obligatus ad solutionem cuiusdam censualis, sub pœna scripturæ tertij, possit prænenire, ne executio decernatur? & licèt iam suprà aliquid dixerim,

Respondeo, quòd multoties non operatur præuentio aliquid, quia ea non obstante, fiet executio, iuxta tradita per Franch. *decis. 353.* faciunt tradita per Don Garciam Mestrillo decis. Regni Siciliæ 157. *tom. 2.* cum supplicatione, narrando factum, & pro securitate ex-
503 pensarum præstando cautionem, etiam † si in præuentione obtinuerit prouisionem supersedimenti, iuxta tradita per Fontan. *de pact. nupt. tom. 1. clauf. 4. gloss. 15. à n. 83. & n. 84.* dicens *n. 88.* quòd multoties non fuit decreta executio, vbi prouisum fuerat supersedimentum. quia apparuerat causa supersedimenti prouisi iuridica, & iuri conformis. aliàs enim
504 † non obstante prouisione supersedimenti præuenta, iudex prouidebit executionem retroclami. de hac quæstione Cancer *tom. 1. var. c. 17. de appell. à n. 24. & tom. 2. c. 3. de instrumen. guarent. n. 19.* Mich. Ferr. *3. p. obser. c. 160. in fin.* & Anton. Canarius *de execut. instrumenti guarentigij quæst. 12.*
505 Quidam † erat debitor in duobus censualibus, respectu diuersarum quantitatum. in vno erat debitor obligatus in bonis, & persona; in alio verò tantùm in bonis. euenit quòd ipse debitor creditori soluit certam quantitatem ad bonum computum, cùm esset in mora soluendi residuum, in quo erat debitor, creditor exposuit quoddam retroclamum, contra eum, & carceribus illum mancipauit; ipse verò allegauit expositionem dicti retroclami esse nullam. quæsitum fuit, quid iuris esset?

Respondi quòd retroclamũ erat malè expositum, quia cùm ipse ad bonũ computum soluisset aliquam pecuniæ quantitatem, quæ extinguebat debitum, ad quod personaliter erat obligatus, censebatur talem pecuniæ quantitatem in computationem huius debiti esse accipiendam, tanquam in duriorem causam, iuxta tradita per Menoch. *de arbitr.*
506 *casu 493. n. 18.* Surd. *decis. 186.* quia † cùm in manu debitoris sit, soluere ex quacunque causa, *l. 1. & l. cum ex pluribus. ff. de solut.* certum est, quòd debet præsumi, in duriorem causam voluisse soluere, & se ab illa liberare. certum est autem, † duriorem causam esse, ob- 507
ligationem personalem, cùm eius respectu in personam obligatam actio dirigi possit. Bart. *in l. cum ex pluribus, ff. de solut. n. 2. vers. tertiò dicitur.* & ibi Ioann de Imol. *col. 1.* Socin. senior *cons. 293. col. 1. lib. 2. & cons. 24. n. 2. lib. 3.* Rom. *cons. 94. num. 2.* facit Bart. doctrina *in d. l. cum ex pluribus, num. 11.* Hanc etiam materiam tractauit Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 136. per totam.* & sic per iudicem retroclamorum fuit declaratum malè expositum tale retroclamum, & actor fuit condemnatus ad refectionem expensarum. non recordor nunc, quæ erant partes litigantes, tractu temporis lapsi oblitus sum.

Quæsitum fuit, † an semper solutio censeatur facta in causam duriorem. 508

Respondeo, quòd si quantitas soluta, est magis proportionata ad debitum minus rigorosum, censebatur soluta ex hac causa, videlicet, si debitor erat personaliter in quantitate ducentarum librarum obligatus, & in quantitate centum obligatus in bonis tantùm, & iste soluerit centum; cùm hæc quantitas soluta, sit magis proportionata ad quantitatem obligationis bonorum tantùm, censebitur † soluta hæc quantitas, respectu huius 509
debiti, minus rigorosi, propter proportionatam quantitatem. ita Rota Marchiæ Steph. Grat. *decis. 37. n. 2.* allegando hanc sententiam secutum fuisse Bald. *in l. 1. C. de solut.* & Angel. *in l. 1. ff. eod.* Aret. *cons. 5. num. 1. nam cùm à voluntate.*

In executione quæritur, † an debitor teneatur soluere quantitatem retroclamatam, 510
in pecunia numerata realiter, an verò possit soluere bona æstimata, ea offerendo.

Respondeo, quòd cùm † in contractibus 511
electio sit debitoris, vt notant DD. *in l. legato generaliter. ff. de legat. 1.* tradit Corn. *cons. 215. n. 2. lib. 4.* idem Corn. *cons. 132. col. pen. ad finem num 10. lib. 4.* quia debitor debet admitti, volens dare de suis bonis suo creditori. *auth. hoc si debitor. C. de fideiuss.* Gutier. *de iuram. confirm. 1. p cap. 29. n 6.* Ludou. *decis. 64 p.* Thesaur. *decis. Pedemon. 65. per totam.* faciunt tradita per Simon. de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dub. vlt. num. 19.*

Fuit decreta † executio cuiusdam retro- 512
clami. debitor pro securitate debiti tradidit creditori suo pignus quoddam, cum pacto, vt liceret eidem creditori, pro solutione sui debiti, illud vendere, si vellet. euenit, quòd creditor nolebat pignus vendi, sed antequam venderetur instabat, quòd sibi solueretur quantitas, pro qua retroclamum fuerat expositum. quæsitum fuit, an posset creditor censualista compelli ad tradendum pignus, vt venderetur? Videbatur dicendum, quòd non,

513 non, † cùm pactum eſſet vt venderetur pi-
gnus, ſi ipſe volebat, & ſic tale pactum non
debebat retorqueri contra illum. Nihilomi-
nus tamen

514 Reſpondi, † compellendum eſſe credito-
rem, penes ſe pignum habentem illud trade-
re, ad vendendum, etiam eo contradicente.
ex *l.quamuis.6.ff.de pignor.action.* debet tamen
515 † debitor cauere creditori pro pignoris ſe-
curitate, vel quantitatis debitæ aſſecurare
creditorem, cum fideiuſſore, vel alia ſecurita-
te. iuxta gl. *in d.l.quamuis, verbo, idonea,* & præ-
dictum pactum, vt liceret pignus vendere,
non erat oppoſitum ita in fauorem credito-
ris, vt impediretur venditio illius, ſed ita erat
adiectum, vt ſibi magis conſuleretur. quia
516 † habetur talis conditio ad inſtar alternati-
uæ conditionis, in qua quando vnum eſt in
obligatione, aliud ad cautelam debitoris, vt
hîc, electio eſt debitoris, cùm in hoc non
fraudetur creditor. quod ſecus eſſet, ſi vtrum-
que eſſet in obligatione, & ſolutione. quia
tunc electio eſſet creditoris, ne fraudaretur
ipſe. ita Bart. *in d.l.quamuis.ff.de pign.act.*

517 Cùm † mulieres multoties ſe opponunt
executionibus, quæ contra bona maritorum
decernuntur, non obſtante quòd ipſæ firma-
uerint, allegando illas per metum à marito
illatum firmaſſe (quod quotidianum eſt in
praxi.) quæritur, qualis metus eſſe debeat, vt
per eum obligatio à muliere facta, nulla de-
claretur? & quatenus de facto proceſſit, re-
ſcindatur.

518 Præſuppoſito, quòd † metus ille dicitur,
qui ſufficiet ad coactionem, cognita & inſpe-
cta qualitate illius, qui metum paſſus eſt, iux-
ta gl. Bald. & alios *in l.interpretatio C.de tranſa-
ctio.verbo cruciatum.* gloſſ. *in c.1.15 q.6. verbo*
519 *per metum,* vbi † an verba prolata à Rege me-
tum inferant. gloſſ. *in cap. cùm dilectus, de his
quæ vi, metúſve cauſa.* quòd minor metus ſuf-
ficiat in muliere, quàm in viro. gloſſ. *in c.cùm
locum, de ſponſ.* & ibi Canoniſtæ *verbo metus.*
quam ſingularem dicit Andreas *in cap. con-
ſultationem, eod.tit.*

520 Reſpondeo quòd † ſi metus reuerentialis
ſit, in arbitrio eſt iudicis, inſpecta qualitate
mulieris, & viri, iuxta tradita per Boër. *de-
ciſ.* 100. *n.* 11. Pariſ. *conſ.* 139. *vol.* 4. Iaſ. *conſ.* 133.
vol 4. Capyc. *deciſ.* 159. *n.* 24. relatos à Roder.
Suarez *allegat.* 24. & iuxta tradita per DD. *in
l. metum. ff. de his quæ vi metúſve cauſa fiunt.*
521 dummodo † tamen metus probetur. nam
probato metu, & læſione interueniente, an-
nullabitur obligatio, iuxta text. *in l.ſi ſuperſti-
te.C.de dolo.* Dec. *in c.cauſam matrimonij.verſ.&*
522 *concluſio, de offic. delegat.* læſio † enim inducit
metum, & ipſa ſolum contractum annullat.
Paul. *conſ.* 177. *vol.* 2. Boër. *deciſ.* 100. Licèt autẽ
præſentia conſanguineorum, † dum mulier 523
firmat, excludat metum, & illius præſum-
ptionem, ſi læſio reperiatur, non ſufficiet
præſentia eorum, ſed annullabitur contractus
& obligatio per eam interpoſita, ex traditis
per Paul. *d.conſil.* 177. *vol* 2. & per Boër. *dicta
deciſ.* 100. adeò vt † nulla ſit ſtante læſione, 524
etiam ſi iuramentum interuenerit. Gram. *de-
ciſ.* 103. *n.* 49. Capyc. *deciſ.* 159. *n.* 34. Theſaur.
deciſ. Pedemon. 179. *n.* 6. Nota tamen, quòd † ſi 525
læſio non reperiatur, non præſumitur metus,
niſi expreſsè probetur, iuxta tradita per Ang.
in §.quadrupli.Inſtit.de action. Bart. *in l.1.§.quæ
oneranda. ff. quarum rerum actio non detur.*
Boër. *d.deciſ.* 100. *num.* 11. quando autem me-
tus præſumatur, Maſcard. *de prob.* 1055. *per tot.*

Sed quæro, † metus an debeat probari per 526
aliqua facta poſitiua, an verò ſufficiat illum
in genere probare.

Reſpondeo, metum reuerentialem in fi-
lio, muliere, & religioſo, non præſumi, ex
ſolo reſpectu, ſed debet probari ad illum par-
ticularem actum, minas, vel verbera præceſ-
ſiſſe, iuxta opinionem Card. Bald Panormit.
Anchar. & Felin. *in c.cauſam matrimonij, & in
c.accedens, de conuerſ coniug.* faciunt tradita per
Ioann. Garc. *de Hiſpan.nobil.gl.* 17. *n.* 19. quo-
modo autem metus probetur, vide Maſcard.
de prob.concl. 1056. & 1057. *per totas,* & quòd
† affectatæ preces habeantur ad incuſſionem 527
iuſti metus, tradit Socin. *conſ* 263. *n.* 8. Neuiz.
conſ. 22. Iaſ. *conſ.* 133. *vol.* 2 Afflict *deciſ.* 69. *n.* 6.
& ſint factæ per eum cuius imperium timeri
poteſt, Gutier. *canon. quæſt lib.* 1. *c.* 37. *n.* 17. Co-
uarr. *de ſponſ in* 4. *p.* 2 *c.* 3. *§.* 6. *in fin.* Affl *dec.* 69.
† Metus autem ordinariè dicitur probatus 528
plenè per duos teſtes deponentes de viſu ali-
cuius actus, & datur eis fides, etiam ſi non ſint
conteſtes de eodem loco, & tempore. Innoc.
in c.qualiter. lo 2. de accuſat. idem *in cap.ex qua-
dam, de teſtibus.* Zabarell. *conſil.* 9. *verſ.primum
antequam.*

Quædam † Nobilis, quæ maritum ſene- 529
rum habebat, vnà cum marito contraxit. vo-
lebat poſtea reſcindere obligationem à ſe fa-
ctam, virtute metus illati. probabat ipſa mu-
lier, metum ſibi à marito fuiſſe illatum. teſtes
autem miniſtrati per creditorem probabant,
mutationem conditionis mariti in melius,
& hoc à decennio retro. quæſitum fuit, an
creditor ſuam intentionem conſequi poſſet.

Reſpondi quòd non. quia conſtabat, tem-
pore contractus metum interueniſſe, † idém- 530
que adhuc durare, cùm adhuc matrimonium
conſtaret. quia † metus ille, qui à principio 531
interuenit, non cenſetur purgatus, ex con-
ditionis mutatione, exiſtente primæua cau-
ſa, nempe cohabitationis cum marito. Bart.
in l.2. C. quod metus cauſa. Alex. *conſ.* 98. *vol.* 3.
Iaſ.

Ias.*cons.*165.*vol.*5. Dec.*cons.*219.*num.*7. Aret. *cons.*14. Socin. iunior *cons.*77.*n.*2.Rol.à Valle *cons.*2.*num.*87.*&* *cons.*95.*num.*33.

532 Superuenit & aliud dubium, nempe,† an prædicto casu locum habeat *l. fin.C.si maior factus alienationem ratam habuerit.*

Respondi quòd non. quia lex illa non habet locum, vbi dolus interuenit, aut metus. ex *l.*1.*C.eod.* Paris *cons.*100.*num.*6. *&* 9. *vol.*1. Corn.*cons.*207.*vol.*3.vbi post Batt.Bald.& Sa-
533 licet. dicit quòd † ex diuturna taciturnitate non censetur approbari factum dolosum, & mericulosum.

534 Mulier † contrahens cum suo viro, realiter, & de facto simul accepit partem pecuniæ,ambobus mutuatæ.quæritur,an ipsa possit impedire executionem, virtute Senatusconsulti Velleiani.

Respondi, quòd non, ex text. *in l.antiqua. C.ad Velleian.*Menoch.*de præs.lib.*3.*præs.*21.*n.*4. Rom.*sing.*223. Thesaur.*decis.*123.*n.*15.quan-
535 ta † autem debeat esse pecunia,quam mulier accipit, vt à Senatusconsulto Velleiano repellatur, arbitrio iudicis est relinquendum, iuxta tradita per Menoch.*de arbitr.casu* 234. ad quem recurrere poteris, si latiùs hoc tractarum desideras.

536 Quæri etiam potest, † an si in ipso instrumento appareat, ipsam mulierem confessam fuisse aliquam quantitatem, ad hoc vt pro aliquo fideiuberet in censuali, an stetur confessioni talis mulieris, vel debeat mulier probare, se non recepisse.

537 Respondeo,quòd non.quia† cùm confessio facta sit in instrumento publico,habet pro se præsumptionem iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, etiam si maior sit numerus testium, iuxta gloss. *in l.antiqua.verbo esse credendum ff. de testib.* Bald. *in l.testium,n.*2.*C.de test.* Alciat.*in tract.de præs. §. videndum sextò.* Menoch. *de præsumpt.lib.*1. *q*63.*n.*2 *&* *lib.*3.*præs.*21.*n.*4.prædictam autem resolutionem interpretatur Menoch. *de præs. lib* 1.*præs.*61.*n.*2.*&* 5.Ceph.*cons.*101.*n.*27.*lib.*1. & alij relati per Menoch. in casu, quo ipse creditor, in cuius fauorem ipsa mulier se obligauerat, confiteatur, ipsam mulierem nullam pecuniam accepisse, nec spe pecuniæ fideiussisse,sed omnibus his spretis,quia creditur relationi ipsius creditoris.

538 Quæsitum fuit, † an aliquis obligatus ad soluendum centum, quæ sibi mutata erant, sub pœna tertij,& obligatione personæ, posset capi virtute retroclami,contra eum expositi, si non constabat aliter de numeratione pecuniæ mutuatæ, quàm per confessionem ipsiusmet instrumenti, cuius instabatur executio.

Respondeo, quòd si instrumentum est fictum, ex causa mutui, & non constat de numeratione reali, sed solùm ex simplici cõfessione dicentis,sibi ad suam liberã voluntatem dictã centũ fuisse numerata,quòd †cõ- 539
petit exceptio non numeratæ pecuniæ,& tali casu opposita hac exceptione in promptu habet locum exceptio, & non erit in promptu decernenda.quia hoc casu locum habet *l. aduersus petitiones.*5. *C. de non numer.pecun.* quæ exceptionẽ non numeratæ pecuniæ,in causa mutui maximè constituit.nam† priuilegium 540
scripturæ tertij, & alia iura loquentia de capturis personarum, cùm sint odiosa, debent intelligi, cùm instrumentum est validum, & quando obligatio præcedens est onerosa,iuxta text.*in l.*4. *§.condemnatum ff. de re iudic.* tale autem instrumentum non potest dici perfectè validum, cùm plenè nun constet de vero debito. Nec† potest dici perfectum ex sola 541
confessione dicentis, mutuatam pecuniam fuisse sibi solutã quia existens intra biennium talis confessio, non dicitur simpliciter solutio, sed mixta,& dubia, & sic non posse intra biennium exequi,opposita dicta exceptione, existimo. faciunt tradita per Lud. Rom. *consil.*394.*n.*3. Ias. & Castr. *in d. §.condemnatum, n.*2.*&* 3. Bart.*in l.Diuus.ff.de milit.testam.*† la- 542
pso autem biennio existimo posse exequi, quia cum eo tempore lapso cesset exceptio, quæ oritur ex titul. *C. de non numer.pecun.* eo quia lapso bienniu, inducitur veram solutionem præcessisse, meritò poterit tale instrumentum exequi contra obligatum. Si † au- 543
tem ex alia causa, quàm mutui, sit obligatus ex sola confessione illius, dicetur perfectum instrumentum, & exequi poterit, cùm non habeat locum exceptio non numeratæ pecuniæ. *l. frustra opinaris.*6. *C. de non numerata pecunia,*& ibi scribentes.

Quæro, † an absolutè quis pro pecunia, 544
pro pura commanda,possit incarcerari, si restituere eam recuset.

Respondeo quòd in ciuitate Barcinona non potest commanda exequi absolutè, & pro ea capi, si in commanda appositum fuit iuramẽtum, vel fideiussores fuerint adhibiti; commanda enim pura debet esse ex priuilegio Regis Iacob.II.dato Cæsaraugustæ die 3. Iunij 1304. sub tit.*de act. & oblig.* incipiente, *considerantes*,sine iuramento, sine fideiussore, sine termino designato. & aduerte, quòd si instrumentum contineat terminum restitutionis commandæ, si terminus fit lapsus, iudicatur commanda pura. quia puri,& purificati, idem est iudicium. Et est notandum quòd debitor obligatus, cum instrumento commandæ, debet citari, & ei præfigi terminus triginta dierum, vt restituat, intra quos poterit excipere,interímque non poterit carcerari,

cerari, sed lapsis dictis triginta diebus, vt ex tenore dicti priuilegij est videre, in illis verbis, *assignentur triginta dies, infra quos debeat probare exceptionem, & in illis incontinenti capiatur dictus reus*, quibus apparet priùs sibi præfigendum esse terminum triginta dierum.

545 Quæro, † in expositione, & executione retroclami, an possint capi, & pignorati omnia bona, inuenta intra domum excussi.

546 Respondeo quòd non.in primis enim † nō possunt capi calices, & ornamenta Ecclesiæ, & cultui diuino designata, & seruientia. *Clement. vlt.in fine*, & ibi gloss. *verbo calices,de decimis*, text.*in capit.* 1. *de pignor.* Non possunt etiam capi bona militum,quibus ipsi ad quotidianum vsum vtuntur. faciunt tradita per Gutier.*de iuramentconfirm.* 1.*p.c.*17.*n* 8.neque

547 † equos, qui ad equitandum sunt destinati. ex *constit.*1.*tit.de execut. de sentent.* quam doctrinam non absolutè esse seruandam, attestantur plures DD.sed ita,si alia bona reperiantur. nam deficientibus aliis bonis, & solùm iis existentibus,poterunt ea capi,& alienari,in vim executionis sententiæ,seu retroclami.ita Gutier. *de iur confir.* 1.*p cap* 16.*n.*13. Marsil.*in rubric.de fideiusso.n.*102. Afin.*in pra-*

548 *xi* §.3 1.*c.*2. *lim.*32.*cum seq.* Libri † etiam scholarium capi non possunt. Speculator *in tit.de execut. sentent.§.sequitur.* Hippol.de Marsil. *in rubric.de fideiussor q.*27.*in fin.* Afin.*in sua praxi*

549 § 3 1.*c* 2. *n.*3 5 Animalia † etiam ararorìa, & ad culturam designata,capi non possunt pro executione,neque instrumenta culturæ,propter vtilitatem publicam quæ priuatæ anteponitur.*l.*1 & ibi scribentes. *C.de agri.& censib lib.* 10 Micres ad constit.Reg Iacobi I I in curia Batemonę *col.*4.*c.*39.*in princ.*& hæc nec in subsidium deficientibus aliis bonis capi possunt.idem Mier.*ibid.n.*9.Menoch.*de arbit. lib.*2.*centuria* 4.*casu* 378.*num.* 10.Licèt autem

550 pro debito ciuili † capi talia animalia non possint, poterunt tamen capi ratione pœnæ, ex delicto prouenientis,Mier. *vbi supra n.*2 5. tum etiam, si eadem animalia de pascendo dederint damnum, quia tunc capi poterunt, & distrahi districtu curiæ, pro satisfactione damni illati. Mier. *vbi suprà n.*19. Afin. *in sua praxi* §.3 1.*c.*2.*limit.*33 & 34.

551 Quæro, † an absolutè verum sit, quòd animalia araioria, & instrumenta, ad culturam deseruientia, vendi non possint.

Respondeo quòd non. quia præcedens prohibitio, ne similes res vendantur, debet intelligi cùm separatæ solùm,& de per se capærentur: si autem executio decerneretur in quadam hæreditate,& manso, tunc si venditur mansus, prædicta animalia, & res deseruientes ad cultutam illius, poterunt vendi. quia non sunt in consideratione, nisi quando capiuntur de per se arg.*l.quædam veniunt. ff.de adq.rerum domi.* faciunt tradita per Mier. *vbi suprà n.*10.qui in hac residet sententia.

Quæritur, † an creditor possit retroclamum exponere contra eum, quem habet obligatum sub scriptura tertij, si penes debitorem fuit facta empara, ad instar alicuius creditoris, ipsius creditoris instantis executionem. 552

Respondeo, quòd † si empata fuit facta debitori, affectata, & procurata per ipsum debitorem causa defendendæ solutionis, poterit non obstante empara, executio contra illum fieri. quia tunc iudicis empara illi non prodest, ex traditis per Ias.*cons.*26.*col.*2.*lib.*3. Afflict.*decis.*150.*n.*21.& 23. Menoch.*de arbitrar.casu* 137 *n* 30. Si † autem non fuit affectatè procurata, tunc videndum est, an ipse debitor fuerit morosus in soluendo, nempe, an terminus solutionis destinatus fuerit lapsus ante empatam, vel non. quia si lapsus fuerit, & ipse non soluerit, apparet ipsum fuisse in mora soluendi, & sic non obstante empara, † poterit contra eum executio retroclami fieri, iuxta tradita per Afflict. *dicta decis.*150.*art.*2.*vsque ad* 10. Gutier. *practic. quæst.lib.*1.*quæst.*113.*n.*2. Si autem non fuit in mora, tunc cùm sibi culpa imputari non possit, præceptum iudicis sufficiens est ad impediendum, ne executio contra eum decernatur.quia iudex hoc potest impedire. Plura in huius rei cōfirmationem adducit Gutier. *d.q.*113.*à n.*4. ad quem poteris recurrere. 553 554 555

Quædam † executiones retroclamorum cōminabantur contra bona cuiusdam Nobilis, (satis cogniti pro pessimo sultore) qui de facto meris executoribus resistere solebat, prætendens executiones esse nullas,quia cōtra iuris regulas fiebant. quæsitum fuit, an esset ei licitum impedire eos, & de facto eis resistere?De hac materia plura cumulat Maranta *de ordine iudicio.in* 1. *quæst. à n.*15. *cum seqq* breuiter tamen 556

Respondeo, quòd † si executio fieret in die feriata, in honorem Dei, tanquam notoriè nulli, posset ei contradicere, & resistere, non tamen vi, sed impediendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, ne bona describerentur. veluti claudendo ostium, nolendo aperire, nec ingressum consentire, vel seruata forma tradita à Ioanne de Platea *in l.prohibitum. C. de iure fisci lib* 10. refert Thesaur.*decis.Pedemon.*95 *per totam.*quia † quodlibet facti procedimentum à iudice potest reparari, si in iudicium deducatur,& interim non obtemperando non deliquit. & sic est intelligendus titulus *C.comminat. epistol.* sed resistendo vi,delinqueret resistens. hoc enim casu à tali procedimento debet appellare excussus 557 558

cussus, vt *in l.addictos.l.si quis prouocatione.C.de appell.* faciunt notata per Bart. *in l.prohibitum. C de iure fisci.* Anton. de Butr. *in cap.si quando, de offic.deleg.*

558 Non defuerunt, qui dicebant, quòd † si officialis facit executionem vltra debitum modum, potest ei de facto resisti, confirmantes hanc sententiam ex *l.contra.C.de execut.& exact.lib.12.* vbi habetur, quòd officiali exequenti vltra modum debitum, potest de facto resisti, tradit gloss. *ibid.verbo principali.* & ex aliis fundamentis relatis per Marantam *vbi suprà, num.28.* faciunt plura tradita à Farinac. *tom.1. de carceribus, & carcera. quaest.32. à num.88. cum pluribus seqq.* vbi plura de modo resistendi officialibus exequentibus.

559 Sed † cùm in modo exequendi, & resistendi de facto, possint adesse procedimenta, quæ facili negotio delictum facerent, cùm sint consideranda, iudicis auctoritas, modus quo proceditur, persona excussi resistentis, & modus resistendi. quæ pondetat Farinac. *d. quaest.32. à num.102. cum seqq.* Mihi magis placet quæ notatur in additionibus ad Thesaur.

560 *decis.95.* † vt non resistatur de facto, nisi vltra notorietatem nullitatis interueniret violentia officialis exequentis, in actu executionis. quia tunc si officialis violentiam committat in exequendo, poterit ei resisti, ex *l.prohibitum.6.C.de iure fisci.* gloss. *in l.omnes, verbo liberum.C.de decurio.lib.1.* Patis. *de syndic.verbo resistere.* tutius tamen esse, scriptutis, & requisitionibus rem impedire, iuxta decisionem Senatus Pedemon relatam in additionibus suprà relatis, factam 15.Iulij 1597. & sic, † nisi 561
ex parte officialis exequentis publica, & testibus probanda violentia fieret, nunquam de facto resisterem. quia cùm circunstantiæ faciant, & augeant delictum, nunquam deficerent testes, qui dicerent, resistentem extra modum processisse, ex quo fieret, quòd pro delicto puniretur id quod non erat delictum, à quibus cautus homo fugere debet.

Sed † si facta sit executio pro aliquo cen- 562
suali, & deprehensis rebus intra domum, ipsisque venditis, se opponat dominus domus, pro logueriis sibi debitis, & iustificet suum creditum, quæritur, quis sit præferendus quoad pretium prouentum, ex dictis mobilibus.

Respondeo, quòd si executio fiat intra ciuitatem Barcinonam, præfertur dominus domus pro logueriis domus sibi debitis, ex dispositione particulari *capituli vltimi, sub titulo, de loguers, in libro pragmaticarum,* vbi hoc expressè statuitur.

FINIS.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS EORVM OMNIVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Armorum

Citatus

Compa

Variarum Reſolutionum Index.

Conductor

Consensus

Clerici

Dispositio

Emptor

Variarum Reſolutionum Index.

Expensæ

Variarum Resolutionum Index.

Filius

Variarum Resolutionum Index.

G.

H.

Inhibitio

Institutus

Iudex

Iuramen

Variarum Resolutionum Index.

Legatarij

Mulier

Variarum Resolutionum Index.

Nube

P

Possessio

Variarum Resolutionum Index.

Quartas

R.

vlteriora

Restitutio

Variarum Resolutionum Index.

Scientia

Variarum Reſolutionum Index.

Testes

V

Votum

F I N I S.